00079874

BOMBAY BRANCH
OF THE
ROYAL ASIATIC SOCIETY.
TOWN HALL, BOMBAY.

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 18 July, 2018

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΤΟΥ ΕΡΕΣΙΟΥ ἍΠΑΝΤΑ.

THEOPHRASTI ERESII

Græce & Latine opera omnia.

DANIEL HEINSIVS

Textum Græcum locis infinitis partim ex ingenio partim e libris emendauit: hiulca ſuppleuit, male concepta recenſuit: interpretationem paſsim interpolauit.

Cum Indice locupletiſſimo.



79874
Rb-8

LVGDVNI BATAVORVM,
Ex Typographio HENRICI ab HAESTENS.

IMPENSIS
Iohannis Orlers, And. Cloucq, & Ioh. Maire
ANNO CIↃ. IↃCXIII.

00079874

Illuſtriſsimis & Potentiſsimis

HOLLANDIAE VVESTFRISIAEQVE ORDINIBVS.

LIBRARY OF THE ASIATIC

MAgno & excelſo viri ingenio, qui ætate hac noſtra, quicquid potuerunt vel induſtriæ vel operæ ad ſapientiæ & literarum inſtaurationem contulerunt, rebus omnibus relictis, in hanc curam totis viribus incubuerunt, vt ante omnia diuini Platonis, & qui alter eſt ab illo in hoc regno, Ariſtotelis quæcunque ad nos peruenerunt, emendata darent. Ac memoria parentum quidem, cum illius abſque interpretatione vlla, labore ac induſtria Muſuri, prodijſſent opera, quæ congratulationes, qui concurſus hominum magnorum per Italiam ſunt facti? Ipſe vero ad ampliſsimam a magno principe, cum tantum præfuiſset editioni, dignitatem eſt euectus. Putabant enim ad earum rerum quas autores ſummi exquiſito dicendi genere, & ſi ijs ſis familiaris, non magnopere abſtruſo expoſuiſſent, mirifice referre, vt integri, vt pleni, vt a mendis vindicati, eruditis ſe hominibus inſinuarent. Fuit enim in vtroque, longe ſecus quam hac tempeſtate in pleriſque, qui profeſsionem ſunt amplexi ſapientiæ, diuina quædam & humana maior eloquentia. In altero quippe elata quædam vis ingenij & magis concitata, orationem nunc ſublimem & pedeſtri altiorem, nunc iucundam, & neſcio quo Attico lepore comiter aſperſam, ſemper autem proximam poeticæ, effecit : vt furorem vnum, nemini ſperandum quidem illum, ſed optandum tamen ſanis

omnibus, ab initio ad finem vſque mihi quidem videatur furere. Accedit ratio Dialogorum, & quæſitæ a perſonis illecebræ, quæ cum imitatione quadam ſingulorum, captum quaſi ac perfuſum voluptate ineffabili lectorem tenent, & a rerum grauitate ita animum auertunt, vt non minus tamen doceant: neque quicquam niſi tædium, fatale ſcilicet profectus noſtri, quoties ad ſeria peruentum eſt, impedimentum diluant. Alter totus ad docendum comparatus, cum naturam rerum vel æquarit vel exhauſerit, in loquendo diligens, ſed ſui ſimilis, tanquam frugi dominus, ſermonum parcus haud profuſus, ſenſus contrahit, non verba ſpargit. Vt quod eius olim diſcipuli dixerunt, ſyllabæ quoque omnes ad inſtituendum factæ eſſe videantur. quarum paucæ admodum, pro toto ſæpe ſunt circuitu aut ambitu orationis. Hi ſcriptores ergo tanti, tanquam quædam ſapientiæ inſtrumenta, cum quam maxime vel ſua vel eorum omnium qui ſacramento huic Diuæ dixiſſent, intereſſe exiſtimarent, vt quam maxime emendati legerentur, nihil quo id obtineri poſſet, a præclaris hominibus eſt prætermiſſum. Vnus reſtabat Theophraſtus, quem cum ſui Tyrtamum vocarent, propter incredibilem dicendi ſuauitatem, hoc quo vulgo celebratur nomine, præceptor Ariſtoteles indigitauit. iudex haud vulgaris hercules, neque nimium benignus alienæ laudis æſtimator. Qui cum Theophraſtum ore non humano ſed cœleſti iudicaret loqui, non liuori modo aliorum iuit obuiam & obtrectationi, ſed ne quidem commendationi ſuæ quicquam amplius reliquit. Et profecto, cum ſublimis Plato potius quam planus, preſſus ſemper ideoque inuolutus ſit nonnunquam Ariſtoteles (nam obſcurum mihi quidem cum antiquitate tota, niſi ſi quæ paucis tantum ſcripſit, quæ iam maxima ex parte perierunt, ſit religio fateri,) mirus artifex ſermonis Theophraſtus, ita aut diffuſus eſt aut planus, vt non modo mentis, quod eſt omnibus commune, ſed orationis quoque ſuæ eſſe interpres videatur. verborum autem ita exquiſita elegantia, vt cum aliquid induſtriæ & ſtudij in illis & in ipſa compoſitione agnoſcas, pleraque eſſe tamen a natura, libentiſſime credas. Iam ſi argumentum videas (quanquam quid non perſecutus olim fuit?) alia ſunt popularia, quæ plurimum oblectant, vt cum ſtirpium naturam legimus, ingenium, & mores, quam hiſtoriam dixere. alia quæ poſitum in arce veri animum, cognitione cauſſarum ſatiant atque explent: nec cuiuſ-[illegible] tamen intellectum [illegible] Quod in po-ſterioribus ſex libris copioſe factum eſt & luculenter. Nulla

 Q-6-8

hic de vacuo aut inani inanis diſputatio: nulla de ſubſtantijs, quæ quantum abſunt a materijs, tantum etiam remotæ ſunt a ſenſibus. Nulla de Idea primæ omnium materiæ, quæ nullis informata accidentibus, ab Ariſtotele in ſcenam primum eſt producta. Nihil ex eorum genere, quæ cum ſuis viri iſti ſcriberent obſcure, a diſcipulorum vſu Acroamata dixerunt. Quis autem ita odit ſapientiam, vt non plantam aliquam in horto diligat, florem colat, arborem nutriat, aliquam cum terra rationem habeat: qua nec vlla antiquior, nec vlla liberalior eſt oblectatio? Quis e vobis autem ita Reipublicæ eſt affixus, vt non Cyrum illum aut Coruinum, ſi non imitetur, fortunatos certe iudicet: quorum alterum e regia in hortum, quem colebat manu ſua ſemper, maxima cum voluptate ſeceſsiſſe, alterum acta inter lituos & tubas maxima ætatis parte, ad centeſimum vſque annum, nuſquam quam in agro occupatum, vitam produxiſſe fama tenet. Quis eſt animo nobiliore, & amore veritatis inflammato, qui cum plantam aſpicit aut herbam, & in ea ſatus incrementa, conſiderat & ortus, cum malleolum, ſarmentum, aut propaginem, vel oculis vſurpat vel contrectat manu, non amore cauſæ accendatur, & his ſingulis ſubeſſe vniuerſum aliquid exiſtimet, quod non ab agricola ſed a philoſopho petendum eſt? Qui ſi hac in parte nihil ignoraret, iam ad primam cauſſam proxime accederet. Quod ſi quis vulgaria hæc, & infra cogitationes ſuas poſita exiſtimet, neque horti curam aut plantarum, ſed quid ciuitatem deceat ac ſtatum, munus ſuum eſſe arbitretur, is non aliunde quam e Theophraſto, certius hoc & vberius hauriret, niſi hanc felicitatem nobis fata inuidiſſent. Quis enim de Republica prudentius, quis melius, quis plura ſcripſit? Nunc reliquiæ Characterum extant, quæ ad hanc philoſophiæ partem ſpectant aliquatenus: quibus nihil elegantius, prudentius, ingenioſius, ab vllo hactenus mortali Famæ & poſteritati nuncupatum legimus. Neque ſane hac de cauſa, labor noſter contemnendus fuerit, quem in emendatione magni ac incomparabilis philoſophi poſuimus. cuius vtinam quam mihi ratio priuatim, tam publice conſtaret vobis. Vere hoc aſſeuerare poſſumus: Augiæ ſtabulum inuenimus. Nam cum plurima hiulca, lacera, corrupta, perperam ab interpunctionibus concepta legerentur, partim ex ingenio, partim ſubſidio librorum, partim doctorum obſeruatione, partim etiam collatione auctorum, qui ſimilia cum Theophraſto, aut ſi forte eadem ſcripſiſſent, dedi operam, vt emendatus, quantum quidem fieri hac cura potuit,

Q-6-8 Theoph. Omnia

in manus hominum prodirent. Quorum aliquando forte rationem iuſta commentatione ſumus reddituri. In qua multa olim temere admiſſa, quædam ne nunc quidem e codicibus antiquis recte eſſe inſerta, euincemus. Cum autem nimium frequenter, neque nobiliſsimi autoris mentem Latine, & vt plurimum obſcure Gaza expreſsiſſet, nihilo profecto minus in interpretatione libri, quam in ipſo, curæ ac induſtriæ ponendum nobis fuit. In quo ſummus vir, & quidem natione Græcus, quanquam ita ſit verſatus, vt cum plurima plantarum ac herbarum nomina, feliciter Latine, quod non eſt temeritatis ſed eruditiſsimæ audaciæ, finxiſſet, quæ iam vſu ſunt recepta, nobis tamen voluntatem potius de integro vertendi omnia, quam pleraque aut immutandi aut ex conſuetudine Romana planius reddendi, addidiſſet: niſi iniquiſsimo excluſi tempore, feſtinationi operarum non exiſtimationi noſtræ hunc laborem concedendum putaſſemus. Quarum legibus ſe mancipare, eſt eorum, qui ſpem omnem famæ, libertatis autem curam ex animo deponunt, Et tamen ex his ipſis quæ a nobis ſunt mutata, plauſtra Notarum a famelicis corradi poterant, qui tam lentis ſub maxillis edunt, vt non ſatis putent, bene ſe de omnibus mereri, niſi quos obſtrictos ſibi eruditione ſua poterant habere, eos oſtentatione ſua & putiditate enecent: niſi viros maximos traducant, niſi minutiſsimos eorum ventilent errores: niſi in poſſeſsionem macræ laudis, alienæ obtrectatione veniant: niſi per ruinam alieni nominis, falſæ gloriæ hæreditatem, non ciuili factione teſtamenti, aut legitimis doctorum tabulis, ſed iudicio paucorum, quibus gratæ ſunt eiuſmodi ineptiæ, delatam, adeant. Noſtra alia eſt ratio. quibus optime de literis mereri, ampliſsima laborum ac vigiliarum merces ſemper viſa fuit. Anni ſunt iam plurimi, cum in veſtra primum Academia docere cœpi. Eo tempore, cum in benignitate veſtra ac beneuolentia nihil non repoſitum honeſtis viris arbitrarer, primos meos impetus, cum aliud haberem nihil, vobis conſecraui. Ducem quippe veſtrum & iacturam pene factam libertatis celebraui. Ita reliquis, quæ poſtea ſecuta ſunt, præluſi. Quo ſi nihil aliud, laboris mei ac induſtriæ nonnullum ſpecimen, ad famam, & exiſtimationem exterorum tranſmiſi. Ab hoc tempore, in quam Rempublicam tranſlatus pene puer ſum, in hac nunquam aliter quam decuit fortunæ meæ hominem, me geſsi. Felicitatem meam non ambitione ſed tranquillitate mentis, quæ ex hoc viuendi genere, niſi quis corruptum ſpe & inconſtantia votorum animum attulerit, maxima percipitur, pene oblitus cæterorum, propter ſummam quæ ex ſcriptis veterum percipitur voluptatem, circumſcripſi.

cumſcripſi. Vagas ſpes & irritas non alui: oblatas aliquando reppuli. Nullas partes niſi veſtras ſum ſecutus, quas nonnemo e propinquis meis, opibus ac manu propugnatum ac defenſum iuit. Inter quos Martinum Hauvvelium, Haueſchoti & Lembecæ dominum, nobilitatis Flandricæ eruditiſſimum, matris meæ patruelem, numerare poſſum, ſæpius a Iano Douſa, partim publice, partim etiam priuatim me audiente celebratum: qui cum Delphis coniugem duxiſſet, paulo poſt Lutetiam profectus, omnibus Batauis, qui aut ſtudiorum gratia, aut propter temporum calamitatem eo ſe conferrent, ædes pariter & animum aperiebat. Donec poſtea relictis, quas ampliſſimas habebat, facultatibus, in Zelandiam ſe contulit: vbi ſolus tum luſtrando militi præfectus, & cohorti peditum præpoſitus, libertatis noſtræ magno vindici gratiſſimus, in ipſo flore ætatis expirauit. vt omittam alios e noſtris, qui in hac Republica, non contemnenda dignitate functi ſunt. Quorum ego, ſi non hæres patrimonij, gloriæ certe æmulator, nihil dignum excuſatione, aut quod apud vos ſit deprecandum, hactenus in me admiſi. Nihil cogitaui, nihil ſcripſi, quod latere quenquam vellem. Factiones, teſtor Deum immortalem, nec ſecutus ſum nec foui vnquam; communis tantum libertatis tenax: cuius apud vos aſylum veſtro ſanguine & conſilijs fundatum eſſe noram. Quod ne hoſtes quidem veſtri negant, qui fateri tamen nollent. Concertationes pædagogicas & velitationes, ludum eruditis ſæpius familiarem, ſemper riſi: ad hoc primum a natura, mox a diſciplina factus. Prouocatus etiam ab ijs, de quibus optime me meritum ſciebam, ſcripta cum auctoribus contempſi. ratus magni & præclari eſſe animi, poſſe hac vindicta vti, qua aduerſus plebem dignitatem ſuam princeps optime tuetur. qui, vt eſt in lege, ex perſonis dicta putat omnia ac facta. Quem profecto animum, maiorem mea ſorte, ad has literarum anguſtias adieci: quæ vt olim honeſtatis condimentum habebantur, ita nunc latrocinari incipiunt; & ſi deſit hoſtis, primo iugulum amici petunt. Præclarum autem me, ſi Dijs placet, Theophraſti aut Platonis interpretem, ſi ad interualla ſingulorum, quos aut neſcio quæ gloriæ prurigo, aut ætatis ardor, qui plerunque ſi literulæ accedunt, in ferociam prorumpit, cogi poſſum, vt diſſimilis aut mei aut eorum fiam, quorum diſciplinam profiteor. Cum præſertim clament toties Platonici, infirmiorem eſſe qui iniuriam rependit, quam qui primo infert. Inuidere laudibus cuiuſquam aut exiſtimationi, eſt eorum qui ad gloriæ mendicitatem ſunt redacti: non qui loco nati honeſtiſſimo, inter fortunæ mediocritatem ac ingenij,

ita

ita eluctantur, vt laboris ſui ac vigiliarum teſtimonium ampliſſimum, a præclaris viris ſæpe ſint conſecuti, ingratis vero & qui virtutem oderunt, etiam extorqueant. Si quis deſtitutus ab amicis, at ingenio inſtructus, in hanc Academiam venit, qui ſe interceſſione mea commendari poſſe exiſtimaret, is quo eſſem animi candore ſenſit. & ſi negat; iam tenetur. Adſunt enim teſtes nobiliſſimi ac graues, Curatores noſtri, qui quid huius ſit, teſtari poſſunt. Quippe de ſcientia ac eruditione omnibus, de virtutis quæ in quoquam eſſet admiratione, nemini, quod ſciam, hactenus conceſſi. Muſas meas nemo hominum venales vidit: nemini labores meos aut ingenij fœturam obtruſi. Nullo enim opulento homine aut factioſo, minorem me putaui: quod de ſe fatetur, qui ingenij prouentum, æſtimationi ſubijcit cuiuſquam: vt pro mercimonio extrudat, id quod precium excedit, & ſi extrudatur, primo omnium vileſcit. Itaque ſtudia noſtra qui conciliare hactenus ſibi voluit, eum aut amore aut virtute hoc promereri oportuit. Minori enim ab ingenuo auferri iſta non debent. In primis vero metuebam, ne in veſtram liberalitatem parum æquus eſſem, ſi ad principem externum quaſi prouocarem, aut eximijs ſummiſque viris, quibus hoc cum prudentiſſimo Senatu huius vrbis hactenus a vobis eſt commiſſum, ne quid detrimenti literaria res capiat, iniuriam facerem. Accipite ergo, Domini, hoc opus, quod in ditione veſtra a cliente veſtro emendatum, ſolis vobis, niſi ſi præuaricari libuiſſet, debebatur. Lugd. Bat. cIɔ. Iɔ cxiii. Martij xi.

Illuſtriſſimæ Amplitudini veſtræ
addictiſſimus cliens

DANIEL HEINSIVS.

THEO-

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΒΙΟΣ,

Ἐκ τῶν Διογένους τοῦ Λαερτίου.

ΘΕόφραστος, Ἐρέσιος, Μελάντα κναφέως υἱὸς, ὥς φησιν Ἀθηνόδωρος ἐν ὀγδόῃ περιπάτων. οὗτος πρότερον μὲν ἤκουσε Λευκίππου τοῦ πολίτου ἐν τῇ πατρίδι, εἶτ' ἀκούσας Πλάτωνος, μετέστη πρὸς Ἀριστοτέλη. κἀκείνου εἰς Χαλκίδα ὑποχωρήσαντος, αὐτὸς διεδέξατο τὴν σχολὴν Ὀλυμπιάδι τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ καὶ ἑκατοστῇ. φέρεται δὲ αὐτοῦ καὶ δοῦλος φιλόσοφος ὄνομα Πομπύλος, καθά φησι Μυρωνιανὸς Ἀμαστριανὸς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ὁμοίων ἱστορικῶν κεφαλαίων.

Ὁ δὲ Θεόφραστος γέγονεν ἀνὴρ συνετώτατος καὶ φιλοπονώτατος. καὶ καθά φησι Παμφίλη ἐν τῷ τριακοστῷ δευτέρῳ τῶν ὑπομνημάτων, διδάσκαλος Μενάνδρου τοῦ κωμικοῦ· ἄλλως τε καὶ εὐεργετικὸς καὶ φιλόλογος. Κάσανδρος γοῦν αὐτὸν ἀπεδέχετο, καὶ Πτολεμαῖος ἔπεμψεν ἐπ' αὐτόν. τοσοῦτον δ' ἀποδοχῆς ἠξιοῦτο παρὰ Ἀθηναίοις, ὥστε Ἀγνωνίδης τολμήσας ἀσεβείας αὐτὸν γράψασθαι, μικροῦ καὶ προσῶφλεν. ἀπήντων τε εἰς τὴν διατριβὴν αὐτοῦ μαθηταὶ πρὸς δισχιλίους. οὗτος τά τε ἄλλα, καὶ περὶ δικαστηρίου τοιαῦτα διείλεκται ἐν τῇ πρὸς Φανίαν τὸν Περιπατητικὸν ἐπιστολῇ, ΟΥ γὰρ ὅτι πανήγυριν, ἀλλ' οὐδὲ συνέδριον ῥάδιον, οἷόν τις βούλεται, λαβεῖν. αἱ δὲ ἀναγνώσεις ποιοῦσιν ἐπανορθώσεις· τὸ δὲ ἀναβάλλεσθαι πάντα καὶ ἀμελεῖν, οὐκέτι φέρουσιν αἱ ἡλικίαι. ἐν ταύτῃ τῇ ἐπιστολῇ σχολαστικὸν ὠνόμακε. τοιοῦτος δὲ ὢν, ὅμως ἀπεδήμησε πρὸς ὀλίγον καὶ οὗτος, καὶ πάντες οἱ λοιποὶ φιλόσοφοι· Σοφοκλέους τοῦ Ἀμφικλείδου νόμον εἰσενεγκόντος, Μηδένα τῶν φιλοσόφων σχολῆς ἀφηγεῖσθαι, ἂν μὴ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ δόξῃ· εἰ δὲ μὴ, θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν. ἀλλὰ αὖθις ἐπανῆλθον εἰς νέωτα, Φιλλίωνος τὸν Σοφοκλέα γραψαμένου παρανόμων. ὅτε καὶ τὸν νόμον μὲν ἄκυρον ἐποίησαν Ἀθηναῖοι, τὸν δὲ Σοφοκλέα πέντε ταλάντοις ἐζημίωσαν· κάθοδόν τε τοῖς φιλοσόφοις ἐψηφίσαντο, ἵνα καὶ Θεόφραστος κατέλθῃ, καὶ ἐν τοῖς ὁμοίοις ᾖ. Τοῦτον, Τύρταμον λεγόμενον, Θεόφραστον, διὰ τὸ τῆς φράσεως θεσπέσιον, Ἀριστοτέλης μετωνόμασεν· οὗ καὶ τοῦ υἱέος Νικομάχου φησὶν ἐρωτικῶς διατεθῆναι, καίπερ ὄντα διδάσκαλον, Ἀρίστιππος ἐν τετάρτῳ περὶ παλαιᾶς τρυφῆς. λέγεται δ' ἐπ' αὐτοῦ τε καὶ Καλλισθένους τὸ ὅμοιον εἰπεῖν Ἀριστοτέλην, ὅπερ Πλάτωνα (καθὰ προείρηται) φασὶν εἰπεῖν ἐπί τε Ξενοκράτους καὶ αὐτοῦ τούτου.

THEOPHRASTI VITA,

Ex Diogene Laertio.

THeophaſtus Ereſius Melanti, vt Athenodorus in octauo Deambulationum libro ait, fullonis filius, primo quidem in patria Leucippi ciuis ſui auditor fuit: inde quum Platonem audiſſet, ſe ad Ariſtotelem contulit. Eo item in Chalcidem profecto, illi in ſcholæ regimine ſucceſſit Olympiade CXIIII. Fertur ipſius quoque ſeruus, Pompylus nomine, philoſophus fuiſſe, vt refert Myronianus Amaſtrianus in primo Similium hiſtoricorum capitum.

Fuit autem Theophraſtus vir ſummæ prudentiæ, ſtudiique ſingularis, atque (vt ſcribit Pamphila trigeſimo Commentariorum libro) Menandrum ipſum comicum inſtituit. Erat item beneficus in primis, & maxime affabilis. Eum Caſſander ſuſcepit, Ptolemæuſque ad illum miſit. Adeo autem Athenienſibus acceptus fuit, vt quum illum Agnonides impietatis accuſare auſus eſſet, parum abfuerit quin ipſe ob eam rem crimen ipſum in ſe retorqueret. Accurrebant ad illum audiendum diſcipuli ad duo millia. Hic in epiſtola ad Phaniam Peripateticum, inter cætera, de iudicio quoque ita loquutus eſt: Tantum abeſt (inquit) vt populi frequentiam conuocem, vt ne conſeſſum quidem eiuſmodi admittam, qualem abiectiſſimus quiſque. Porro recitationes emendationis autores ſunt. Protelare autem omnia atque negligere, non iam ferunt ætates. In ea epiſtola ſcholaſticum nominat. Quum tamen eſſet huiuſmodi, ſeceſſit ad tempus & ipſe vt philoſophi reliqui. Quippe Sophocles Amphiclidæ filius legem tulerat, vti nequis philoſophorum præeſſet ſcholæ, niſi id ſenatus ac plebs decreuiſſet: qui ſecus faceret, capitale eſſet. Verum ſequenti anno denuo reuerſi ſunt, quum a Philone Sophocli dies dictus eſſet. Quo tempore Athenienſes ea lege abrogata, Sophoclem talentis quinque multarunt, decreueruntque philoſophis reditum, vt & Theophraſtus remaneret, ſcholamque vt antea regeret. Eum, quum antea Tyrtamo illi nomen eſſet, ob diuinam eloquutionem, Ariſtoteles Theophraſtum appellauit. Cuius & filium Nicomachum (tametſi is præceptor eſſet) amauit, vt Ariſtippus in IIII De antiquis deliciis meminit.

Fertur Ariſtoteles dixiſſe de Theophraſto & Calliſthene idem quod de ſe & Xenocrate Plato (vt prædiximus) dixerat. Di-

Φασὶ γὰρ, τοῦ μὲν Θεοφράστου καθ' ὑπερβολὴν ὀξύτητος πᾶν τὸ νοηθὲν ἐξερμηνεύοντος, τοῦ δὲ νωθροῦ τὴν φύσιν ὑπάρχοντος, ὡς τῷ μὲν χαλινοῦ δέοι, τῷ δὲ, κέντρου. λέγεται δ' αὐτὸν καὶ ἴδιον κῆπον σχεῖν μετὰ τὴν Ἀριστοτέλους τελευτὴν, Δημητρίου τοῦ Φαληρέως, ὃς ἦν καὶ γνώριμος αὐτῷ, τοῦτο συμπράξαντος.

Φέρεται δ' αὐτοῦ ἀποφθέγματα ταυτὶ χρειώδη. θᾶττον ἔφη πιστεύειν δεῖν ἵππῳ ἀχαλίνῳ, ἢ λόγῳ ἀσυντάκτῳ. πρὸς δὲ τὸν ἐν τῷ συμποσίῳ σιωπῶντα τὸ ὅλον, ἔφη, Εἰ μὲν ἀμαθὴς εἶ, φρονίμως ποιεῖς· εἰ δὲ πεπαίδευσαι, ἀφρόνως. Συνεχές τε ἔλεγε, Πολυτελὲς ἀνάλωμα εἶναι τὸν χρόνον.

Ἐτελεύτα δὴ γηραιὸς, βιοὺς ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα, ἐπειδή περ ὀλίγον ἀνῆκε τῶν πόνων. καὶ ἔστιν ἡμῶν εἰς αὐτὸν,

Οὐκ ἄρα τοῦτο μάταιον ἔπος μερόπων τινὶ λέχθη,
　Ῥήγνυσθαι σοφίης τόξον ἀνιέμενον.
Δὴ γὰρ καὶ Θεόφραστος ἕως ἐπόνει μὲν, ἄπηρος
　Ἦν δέμας, εἶτ' ἀνεθεὶς κάτθανε πηρομελής.

Φασὶ δ' αὐτὸν ἐρωτηθέντα ὑπὸ τῶν μαθητῶν εἴ τι ἐπισκήπτει, εἰπεῖν, ἐπισκήπτειν μὲν ἔχειν οὐδὲν, πλὴν Ὅτι πολλὰ τῶν ἡδέων ὁ βίος διὰ τὴν δόξαν καταλαζονεύεται. ἡμεῖς γὰρ ὁπότ' ἠρχόμεθα ζῆν, τότ' ἀποθνήσκομεν. οὐδὲν οὖν ἀλυσιτελέστερόν ἐστι φιλοδοξίας. ἀλλ' εὐτυχεῖτε, καὶ ἤτοι τὸν λόγον ἄφετε, (πολὺς γὰρ ὁ πόνος) ἢ καλῶς αὐτῷ πρόστητε (μεγάλη γὰρ ἡ δόξα.) τὸ δὲ κενὸν τοῦ βίου, πλεῖον τοῦ συμφέροντος. ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὐκέτ' ἐκποιεῖ βουλεύεσθαι τί πρακτέον, ὑμεῖς δ' ἐπισκέψασθε τί ποιητέον. ταῦτα (φασὶν) εἰπὼν ἀπέπνευσε, καὶ αὐτὸν (ὡς ὁ λόγος) Ἀθηναῖοι πανδημεὶ παρέπεμψαν ποσὶ, τὸν ἄνδρα τιμήσαντες. Φαβωρῖνος δέ φησι γηράσαντα αὐτὸν ἐν φορείῳ περιφέρεσθαι. καὶ τοῦτο λέγειν Ἕρμιππον, παρατιθέμενον ἱστορεῖν Ἀρκεσίλαον τὸν Πιταναῖον, ἐν οἷς ἔφασκε πρὸς Λακύδην τὸν Κυρηναῖον.

Καταλέλοιπε δὲ βιβλία καὶ αὐτὸς ὅτι μάλιστα πάμπλειστα, ἃ καὶ αὐτὸς ἄξιον ἡγησάμην ὑπογράψαι, διὰ τὸ πάσης ἀρετῆς πεπληρῶσθαι. ἔστι δὲ τάδε. Ἀναλυτικῶν προτέρων, α΄, β΄, γ΄. Ἀναλυτικῶν ὑστέρων, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄, ζ΄. Περὶ ἀναλύσεως συλλογισμῶν, α΄. Ἀναλυτικῶν ἐπιτομὴ, α΄. Ἀνηγμένων τόπων, α΄, β΄. Ἀγωνιστικῶν τῆς περὶ τοὺς ἐριστικοὺς λόγους θεωρίας. Περὶ αἰσθήσεων, α΄. Πρὸς Ἀναξαγόραν, α΄. Περὶ τῶν Ἀναξαγόρου, α΄. Περὶ τῶν Ἀναξιμένους, α΄. Περὶ τοῦ Ἀρχελάου, α΄. Περὶ ἁλῶν νίτρου, στυπτηρίας, α΄. Περὶ τῶν λιθουμένων, α΄, β΄. Περὶ τῶν ἀτόμων γραμμῶν, α΄. Ἀκροάσεως, α΄, β΄. Περὶ ἀνέμων, α΄. Ἀρετῶν διαφοραὶ, α΄. Περὶ βασιλείας, α΄. Περὶ παιδείας βασιλέως, α΄. Περὶ βίων, α΄, β΄, γ΄. Περὶ γήρως, α΄. Περὶ τῆς Δημοκρίτου ἀστρολογίας, α΄. Τῆς μεταρσιολεσχίας, α΄. Περὶ τῶν εἰδώλων, α΄. Περὶ χυμῶν, χροῶν, σαρκῶν, α΄.

xiſſe enim quod hic pro excellenti acumine ingenii cuncta facillime aſſequeretur & exponeret, ille tardus & obtuſus eſſet ingenio: hunc fræno, illum egere calcaribus. Dicitur & priuatim hortum poſt Ariſtotelis diſceſſum poſſediſſe, Demetrio Phalereo familiari ſuo in hoc ſibi cooperante.

Nobiles ſunt & huius illæ ſententiæ: Citius credendum dicebat infræni equo quam verbo incompoſito. Ad illum qui in conuiuio penitus tacebat, Siquidem (ait) imperitus es, prudenter facis: ſin vero peritus, imprudenter. Habebat & illud ſemper in ore, Sumptus pretioſiſſimus tempus eſt.

Obijt ſenex, ætatis anno LXXXV, quum modice a labore quieuiſſet. In quem etiam eſt noſtrum epigramma,

Haud vane quidam, Studij, ſi forte relaxes,
　Rumpi arcum dixit, quiſquis homo ille fuit:
Nam vegetus Theophraſtus erat firmuſque labore,
　Laxauit poſtquam membra labore, obiit.

Aiunt, illum, quum rogaretur a diſcipulis, num quippiam illis mandare vellet, dixiſſe, nihil quidem quod imperaret ſe habere, niſi quod multa dulcia gloriæ obtentu vita mentitur: nos vero quum viuere incipimus, tunc morimur. Nihil enim eſt inanius amore gloriæ. Sed eſte felices, verbumque iſtud aut omittite, (grandis enim labor eſt) aut illi intendite (magna enim illi gloria prouenit.) Porro vitæ vanitas amplior quam vtilitas eſt. Verum mihi quidem non iam quid agendum ſit conſulere ſuppetit, vos autem quid faciendum erit deliberabitis. Hæc dicentem exhalaſſe animam tradunt. Eum vero (vt fama eſt) Athenienſes pedibus omnes proſequuti, publice honorauerunt. Refert Phauorinus, illum iam vetulum lectica circumferri ſolitum, idque dicere Hermippum: eumque id ex Arceſilai Pitanæi hiſtoria ſumpſiſſe inter ea verba quæ ad Lacydem Cyrenenſem habuit.

Reliquit autem & ipſe ingenij ſui complura monumenta, quæ & ipſe digniſſima ſum arbitratus quæ adnotarem. Sunt autem iſta, Priorum analyticorum tres, Poſteriorum analyticorum ſeptem, De ſolutione ſyllogiſmorum vnum, Analyticorum epitome, vnum, Deductorum locorum duo, Speculationes eorum quæ circa contentioſam orationem verſantur, De ſenſibus vnum, Ad Anaxagoram vnum, De Anaxagora vnum, De Anaximene vnum, De Archelao vnum, De ſale nitri aluminis vnum, De iis quæ durantur in lapides duo, De indiuiſibilibus lineis vnum, Auditionis duo, De ventis vnum, Virtutum differentiæ vnum, De regno vnum, De regis inſtituto vnum, De vitis tres, De ſenectute vnum, De Democriti aſtrologia vnum, De iis quæ in ſublimi fiunt vnum, De imaginibus vnum, De ſuccis, cute, & carnibus vnum,

Περὶ

Περὶ τοῦ διακόσμου, α΄· Περὶ τῶν ἀνθρώπων, α΄· Τῶν Διογένους συναγωγή, α΄· Διορισμῶν, α΄, β΄, γ΄· Ἐρωτικὸς, α΄· Ἄλλο περὶ ἔρωτος, α΄· Περὶ εὐδαιμονίας, α΄· Περὶ εἰδῶν, α΄, β΄· Περὶ ἐπιλήψεως, α΄· Περὶ ἐνθουσιασμοῦ, α΄· περὶ Ἐμπεδοκλέους, α΄· Ἐπιχειρημάτων, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄, ζ΄, η΄, θ΄, ι΄, ια΄, ιβ΄, ιγ΄, ιδ΄, ιε΄, ις΄, ιζ΄, ιη΄· Ἐνστάσεων, α΄, β΄, γ΄· Περὶ ἑκουσίου, α΄· Ἐπιτομὴ τῆς Πλάτωνος πολιτείας, α΄, β΄· Περὶ ἑτεροφωνίας ζώων τῶν ὁμογενῶν, α΄· Περὶ τῶν ἀθρόων φαινομένων, α΄· Περὶ δακετῶν καὶ βλητικῶν, α΄· Περὶ τῶν ζώων ὅσα λέγεται φρονεῖν, α΄· Περὶ τῶν ἐν ξηρῷ διαμενόντων, α΄· Περὶ τῶν τὰς χρόας μεταβαλλόντων, α΄· Περὶ τῶν φωλευόντων, α΄· Περὶ ζώων, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄, ζ΄· Περὶ ἡδονῆς, ὡς Ἀριστοτέλης, α΄· Περὶ ἡδονῆς ἄλλο, α΄· Θέσεις, κδ΄. Περὶ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, α΄· Περὶ ἰλίγγων καὶ σκοτώσεων, α΄· Περὶ ἱδρῶτος, α΄· Περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως, α΄· Καλλισθένης, ἢ περὶ πένθους, α΄· Περὶ κόπων, α΄· περὶ κινήσεως, α΄, β΄, γ΄· Περὶ λίθων, α΄· Περὶ λοιμῶν, α΄· Περὶ λειποψυχίας, α΄· Μεγαρικὸς, α΄· Περὶ μελαγχολίας, α΄· Περὶ μετάλλων, α΄, β΄· Περὶ μέλιτος, α΄· Περὶ τῶν Μητροδώρου συναγωγῶν, α΄· Μεταρσιολογικῶν, α΄, β΄· Περὶ μέθης, α΄· Νόμων, κατὰ στοιχεῖον, κδ΄· Νόμων ἐπιτομῆς, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄, ζ΄, η΄, θ΄, ι΄, Πρὸς τοὺς ὁρισμοὺς, α΄· Περὶ ὀδμῶν, α΄· περὶ οἴνου καὶ ἐλαίου· Πρώτων προτάσεων, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄, ζ΄, η΄, θ΄, ι΄, ια΄, ιβ΄, ιγ΄, ιδ΄, ιε΄, ις΄, ιζ΄, ιη΄· Νομοθετῶν, α΄, β΄, γ΄· Πολιτικῶν, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄· Πολιτικὸν πρὸς τοὺς καιροὺς, α΄, β΄, γ΄, δ΄· Πολιτικῶν ἐθῶν, α΄, β΄, γ΄, δ΄· Περὶ τῆς ἀρίστης πολιτείας, α΄· Προβλημάτων συναγωγῆς, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄· Περὶ παροιμιῶν, α΄· Περὶ πήξεων καὶ τήξεων, α΄· Περὶ πυρὸς, α΄· Περὶ πνευμάτων, α΄· Περὶ παραλύσεως, α΄· Περὶ πνιγμοῦ, α΄· Περὶ παραφροσύνης, α΄· Περὶ παθῶν, α΄· Περὶ σημείων, α΄· Σοφισμάτων, α΄, β΄· Περὶ συλλογισμῶν λύσεως, α΄· Τοπικῶν, α΄, β΄· Περὶ τιμωρίας, α΄, β΄· Περὶ τριχῶν, α΄· Περὶ τυραννίδος, α΄· Περὶ ὕδατος, α΄, β΄, γ΄· Περὶ ὕπνου καὶ ἐνυπνίων, α΄· Περὶ φιλίας, α΄, β΄, γ΄· Περὶ φιλοτιμίας α΄, β΄· Περὶ φύσεως, α΄, β΄, γ΄· Περὶ φυσικῶν, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄, ζ΄, η΄, θ΄, ι΄, ια΄, ιβ΄, ιγ΄, ιδ΄, ιε΄, ις΄, ιζ΄, ιη΄· Περὶ φυσικῶν ἐπιτομῆς, α΄, β΄· Φυσικῶν, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄, ζ΄, η΄· Πρὸς τοὺς φυσικοὺς, α΄· Περὶ φυσικῶν ἱστοριῶν, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄, ζ΄, η΄, θ΄, ι΄. Φυσικῶν αἰτιῶν, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄, ζ΄, η΄· Περὶ χυλῶν, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄· Περὶ ψευδοῦς ἡδονῆς, α΄· Περὶ ψυχῆς θέσις μία· Περὶ τῶν ἀτέχνων πίστεων, α΄· Περὶ τῶν ἁπλῶν διαπορημάτων, α΄· Ἁρμονικῶν, α΄· Περὶ ἀρετῆς, α΄· Ἀφορμαὶ ἢ ἐναντιώσεις, α΄· Περὶ ἀποφάσεως, α΄· Περὶ γνώμης, α΄· Περὶ γελοίου, α΄· Δειλινῶν, α΄, β΄· Διαιρέσεις, α΄, β΄· Περὶ τῶν διαφορῶν, α΄· Περὶ τῶν ἀδικημάτων, α΄· Περὶ διαβολῆς, α΄· Περὶ ἐπαίνου, α΄· Περὶ ἐμπειρίας, α΄· Ἐπιστολῶν, α΄, β΄, γ΄·

Περὶ διακόσμου vnum, De hominibus vnum, Dictorum Diogenis collectio, vnum, Diffinitionum tres, Amatorius vnum, Alius de amore, vnum, De felicitate vnum, De ſpeciebus duo, De caducis vnum, De afflatione dei vnum, De Empedocle vnum, De epicherematis xviii, Controuerſiarum tres, De voluntario vnum, Abbreuiatio repub. Platonis duo, De diuerſitate vocis animalium eiuſdem generis, vnum, De iis quæ ſubito apparent, vnum, De iis quæ morſui & vulneri patent, vnum, De animalibus quæ ſapere dicuntur, vnum, De iis quæ in ſicco morantur, duo, De iis quæ colores immutant, vnum, De iis quæ latibula & foſſas faciunt, vnum, De animalibus, ſeptem, De voluptate, ſicut Ariſtoteles, vnum, Alius De voluptate, vnum. Quæſtiones xxiiii, De calido & frigido vnum, De vertigine & obtenebratione vnum, De ſudore vnum, De affirmatione & negatione vnum, Calliſthenes, ſiue De luctu, vnum, De laboribus vnum, De motu tres, De lapidibus vnum, De peſtilentiis vnum, De exanimatione vnum, Megaricus, vnum, De atra bile vnum, De metallis duo, De melle vnum, De Metrodori collectis vnum, De aëreis duo, De ebrietate vnum, Legum ſecundum elementa xxiiii. Legum epitome, decem, Ad diffinitiones vnum, De odoribus vnum, De vino & oleo primarum propoſitionum xviii, Legiferorum tres, Politicorem tres, Politicon ad tempora quatuor, Ciuilium conſuetudinum quatuor, De optima republica vnum, Problematum collectionis quinque, De prouerbiis vnum, De concretionibus & liquefactionibus vnum, De igne duo, De ſpiritibus vnum, De paralyſi vnum, De ſuffocatione vnum, De amentia vnum, De paſſionibus vnum, De ſignis vnum, Sophiſmatum duo, De ſyllogiſmorum ſolutione vnum, Topicorum duo, De cruciatu duo, De pilis vnum, De tyrannide vnum, De aqua tres, De ſomno & inſomniis vnum, De amicitia tres, De liberalitate duo, De natura tres, De naturalibus xviii. De naturalium abbreuiatione duo, Naturalium octo, Aduerſus Phyſicos vnum, De naturalibus hiſtoriis, decem, Naturalium cauſarum, octo, De humoribus, quinque, De mendacio voluptatis vnum, De anima quæſtio vna, De indubitata fide vnum, De ſimplicibus dubitationibus vnum, De virtute vnum, Harmoniacon vnum, Occaſiones, ſiue contradictiones, vnum, De negatione vnum, De ſententia vnum, De ridiculo vnum, Meridianorum duo, Diuiſiones duæ, De differentiis vnum, De iniuriis vnum, De laude vnum, De experientia vnum, Epiſtolarum tres,

Περὶ τῶν αὐτομάτων ζώων, α΄· Περὶ ἐκκρίσεων, α΄· Ἐγκώμια θεῶν, α΄· Περὶ ἑορτῶν, α΄· Περὶ εὐτυχίας, α΄· Περὶ ἐνθυμημάτων, α΄· Περὶ εὑρημάτων, α΄, β΄. Ἠθικῶν σχολῶν, α΄· Ἠθικοὶ χαρακτῆρες, α΄· Περὶ θορύβου, α΄· Περὶ ἱστορίας, α΄· Περὶ κρίσεως συλλογισμῶν, α΄· Περὶ κολακείας, α΄· Περὶ θαλάττης, α΄· Πρὸς Κάσανδρον περὶ βασιλείας, α΄· Περὶ κωμῳδίας, α΄· Περὶ μετεώρων, α΄· Περὶ λέξεως, α΄· Λόγων συναγωγή, α΄· Λύσεις, α΄· Περὶ μουσικῆς, α΄, β΄, γ΄· Περὶ μέτρων, α΄· Μεγακλῆς, α΄· Περὶ νόμων, α΄· Περὶ παρανόμων, α΄· Τῶν Ξενοκράτους συναγωγῆς, α΄· Ὁμιλητικὸς, α΄· Περὶ ὅρκου, α΄· Παραγγέλματα ῥητορικῆς α΄· Περὶ πλούτου, α΄· Περὶ ποιητικῆς, α΄· Προβλήματα πολιτικὰ, ἠθικὰ, φυσικὰ, ἐρωτικὰ, α΄· Προοιμίων, α΄· Προβλημάτων συναγωγῆς, α΄· Περὶ τῶν προβλημάτων φυσικῶν, α΄· Περὶ παραδείγματος, α΄· Περὶ προθέσεως καὶ διηγήματος, α΄· Περὶ ποιητικῆς ἄλλο, α΄· Περὶ τῶν σοφῶν, α΄· Περὶ συμβουλῆς, α΄· Περὶ σολοικισμῶν, α΄· Περὶ τέχνης ῥητορικῆς, α΄· Περὶ τεχνῶν ῥητορικῶν, εἴδη ιζ. Περὶ ὑποκρίσεων, α΄· Ὑπομνημάτων Ἀριστοτελικῶν ἢ Θεοφραστείων, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄· Φυσικῶν δοξῶν, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄, ζ΄, η΄, θ΄, ι΄, ια΄, ιβ΄, ιγ΄, ιδ΄, ιε΄, ις΄· Φυσικῶν ἐπιτομῆς, α΄· Περὶ χάριτος, α΄· Χαρακτῆρες ἠθικοί· Περὶ ψεύδους καὶ ἀληθοῦς, α΄· Τῶν περὶ τὸ θεῖον ἱστορίας, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄· Περὶ θεῶν, α΄, β΄, γ΄· Ἱστορικῶν γεωμετρικῶν, α΄, β΄, γ΄, δ΄· Ἐπιτομῶν Ἀριστοτέλους· Περὶ ζώων, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄· Ἐπιχειρημάτων, α΄, β΄· Θέσεις, γ΄· Περὶ βασιλείας, α΄, β΄· Περὶ αἰτιῶν, α΄· Περὶ Δημοκρίτου, α΄· Περὶ διαβολῆς, α΄· Περὶ γενέσεως, α΄· Περὶ ζώων φρονήσεως καὶ ἤθους, α΄· Περὶ κινήσεως, α΄, β΄· Περὶ ὄψεως, α΄, β΄, γ΄, δ΄· Πρὸς ὅρους, α΄, β΄· Περὶ τοῦ δίδοσθαι, α΄· Περὶ μείζονος καὶ ἐλάττονος, α΄· Περὶ τῶν μουσικῶν, α΄· Περὶ τῆς θείας εὐδαιμονίας, α΄· Πρὸς τοὺς ἐξ Ἀκαδημίας, α΄· Προτρεπτικὸς, α΄· Πῶς ἄριστ᾽ ἂν πόλις οἰκοῖτο, α΄· Τὰ ὑπομνήματα, α΄· Περὶ ῥύακος τοῦ ἐν Σικελίᾳ, α΄· Περὶ τῶν ὁμολογουμένων, α΄· Περὶ τῶν προβλημάτων φυσικῶν, α΄· Τίνες οἱ τρόποι τοῦ ἐπίστασθαι, α΄· Περὶ τοῦ ψευδομένου, α΄, β΄, γ΄· Τὰ πρὸ τῶν τόπων, α΄· Πρὸς Αἰσχύλον, α΄· Ἀστρολογικῆς ἱστορίας, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄· Ἀριθμητικῶν ἱστοριῶν περὶ αὐξήσεως, α΄· Ἀκίχαρος, α΄· Περὶ δικανικῶν λόγων, α΄· Περὶ διαβολῆς, α΄· Ἐπιστολαὶ αἱ ἐπὶ τῷ Ἀστυκρέοντι, Φανίᾳ, Νικάνορι· Περὶ εὐσεβείας, α΄· Εὐϊάδος, α΄· Περὶ καιρῶν, α΄, β΄· Περὶ οἰκείων λόγων, α΄· Περὶ παίδων ἀγωγῆς, α΄· Ἄλλο διάφορον, α΄· Περὶ παιδείας, ἢ περὶ ἀρετῶν, ἢ περὶ σωφροσύνης, α΄· Προτρεπτικὸς, α΄· Περὶ ἀριθμῶν, α΄· Ὁριστὰ περὶ λέξεως

De fortuitis animalibus vnum, De ſelectione vnum, Laudes deorum vnum, De ſolennitatibus vnum, De felicitate vnum, De enthymematis vnum. De inuentis duo, Scholarum moralium vnum, Morales figuræ, vnum, De tumultu vnum, De hiſtoria vnum, De iudicio ſyllogiſmorum vnum, De mari vnum, De aſſentatione vnum ad Caſſandrum, De regno vnum, De comœdia vnum, De meteoris vnum, De dictione vnum, Verborum collectio, vnum, Solutiones, vnum, De muſica tres, Naturalium opinionum XVII, Naturalium epitome, vnum, De gratia vnum, Morales figuræ vnum, De falſo & vero vnum, Hiſtoria eorum quæ de deo dicuntur, ſex. De dijs tres, De menſuris vnum, Megacles vnum, De legibus vnum, De iniquis legibus vnum, Xenocraticorum collectanea, vnum, Confabulationes vnum, De iuramento vnum, Oratoria præcepta vnum, De diuitiis vnum, De poetica vnum, Problemata ciuilia, Naturalia, Amatoria, Moralia, vnum, Prouerbiorum vnum, Problematum collectio vnum, De problematibus naturalibus vnum, De exemplari vnum, De propoſitione & narratione vnum, De poetica alius, vnum, De ſapientibus vnum, de concilio vnum, De ſolœciſmis vnum, De arte oratoria vnum, De artibus oratoriis ſpecies ſeptem, De ſimulatione vnum, Commentariorum Ariſtotelicorum ſiue Theophraſticorum ſeptem, Hiſtoricorum geometricorum quatuor, Epitome Ariſtotelis, De animalibus ſex, De dijs epicherematum duo, Quæſtiones tres, De regno duo, De cauſis vnum, De Democrito vnum, De calumnia vnum, De generatione vnum, De animalium prudentia & moribus vnũ, De motu duo, De viſu quatuor, Ad terminos duo, De eo quod eſt dari vnum, De maiore & minore vnum, De muſicis vnum, De diuina felicitate vnum, Ad eos qui erant ex Academia vnum, Exhortatorius vnum. Quo pacto ciuitates optime inhabitentur vnum. Commentaria vnum, De rjuo qui erat in Sicilia, unum, De conceſſis vnum, Qui ſint modi ſciendi, vnum, De falſo tres, Antitopica vnum, Aſtrologicæ hiſtoriæ ſex, Arithmeticarum hiſtoriarum argumentum vnum, Acicharus vnum, De iudicialibus orationibus vnum, Epiſtolæ ad Aſtycreontem, Phaniam, & Nicanorem, De pietate vnum, Euiadis vnum, De temporibus vnum, De propriis orationibus vnum, De liberis educandis vnum, Alius differens de eadem re, vnum, De diſciplina, ſeu De virtutibus ſiue De frugalitate vnum, Exhortatorius vnum, De numeris vnum, Diffinitiones de dictione ſyllogiſmorum vnum, De cælo vnum, Politici duo, De natura vnum, De fructibus & animalibus, quæ in ſumma comple-

συλλογισμῶν, α΄· Περὶ οὐρανοῦ, α΄· Πολιτικῶν, α΄, β΄· Περὶ φύσεως, Περὶ καρπῶν, Περὶ ζώων, ἃ

xa ſunt

γίνονται στίχων, μ΄, β΄, ω΄, ν΄. τοσαῦτα μὲν οὖν καὶ τῷδε τὰ βιβλία.

Εὗρον δ' αὐτοῦ καὶ διαθήκας τοῦτον ἐχούσας τὸν τρόπον, Ἔσται μὲν εὖ· ἐὰν δέ τι συμβῇ, τάδε διατίθεμαι. τὰ μὲν οἴκοι ὑπάρχοντα πάντα δίδωμι Μελάντῃ καὶ Παγκρέοντι τοῖς υἱοῖς Λέοντος. ἀπὸ δὲ τῶν παρ' Ἱππάρχου συμβεβλημένων, τάδε μοι βούλομαι γενέσθαι· τὰ περὶ τὸ μουσεῖον καὶ τὰς θεὰς συντελεσθῆναι, κἂν ἔτι ἄλλο δύναται περὶ αὐτὰς ἐπικοσμηθῆναι πρὸς τὸ κάλλιον· ἔπειτα τὴν Ἀριστοτέλους εἰκόνα τεθῆναι εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ τὰ λοιπὰ ἀναθήματα, ὅσα πρότερον ὑπῆρχεν ἐν τῷ ἱερῷ· εἶτα τὸ στωΐδιον οἰκοδομηθῆναι τὸ πρὸς τῷ μουσείῳ, μὴ χεῖρον ἢ πρότερον· ἀναθεῖναι δὲ καὶ τοὺς πίνακας, ἐν οἷς αἱ τῆς γῆς περίοδοι εἰσὶν, εἰς τὴν κάτω στοάν. ἐπισκευασθῆναι δὲ καὶ τὸν βωμὸν, ὅπως ἔχῃ τὸ τέλειον καὶ τὸ εὔσχημον. βούλομαι δὲ καὶ τὴν Νικομάχου εἰκόνα συντελεσθῆναι ἴσην. τὸ μὲν τῆς πλάσεως ἔχει Πραξιτέλης, τὸ δ' ἄλλο ἀνάλωμα ἀπὸ τούτου γενέσθω. σταθῆναι δὲ ὅπου ἂν δοκῇ τοῖς καὶ τῶν ἄλλων ἐπιμελουμένοις τῶν ἐν τῇ διαθήκῃ γεγραμμένων. καὶ τὰ μὲν περὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὰ ἀναθήματα, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. τὸ δὲ χωρίον τὸ ἐν Σταγείροις ἡμῖν ὑπάρχον, δίδωμι Καλλίνῳ· τὰ δὲ βιβλία πάντα, Νηλεῖ· τὸν δὲ κῆπον, καὶ τὸν περίπατον, καὶ τὰς οἰκίας τὰς πρὸς τῷ κήπῳ πάσας, δίδωμι τῶν γεγραμμένων φίλων ἀεὶ τοῖς βουλομένοις συσχολάζειν καὶ συμφιλοσοφεῖν ἐν αὐτῷ, ἐπειδήπερ οὐ δυνατὸν ἀεὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐπιδημεῖν, μήτε ἐξαλλοτριοῦσι, μήτε ἐξιδιαζομένου μηδενὸς, ἀλλ' ὡς ἂν ἱερὸν κοινῇ κεκτημένοις, καὶ τὰ πρὸς ἀλλήλους οἰκείως καὶ φιλικῶς χρωμένοις, ὥσπερ προσῆκον καὶ δίκαιον. ἔστωσαν δὲ οἱ κοινωνοῦντες, Ἵππαρχος, Νηλεὺς, Στράτων, Καλλῖνος, Δημότιμος, Δημάρατος, Καλλισθένης, Μέλαντις, Παγκρέων, Νίκιππος. ἐξεῖναι δὲ βουλομένῳ φιλοσοφεῖν καὶ Ἀριστοτέλει, τῷ Μειδίου καὶ Πυθιάδος υἱῷ, καὶ μετέχειν τούτων· καὶ αὐτοῦ πᾶσαν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι τοὺς πρεσβυτάτους, ὅπως ὅτι μάλιστα προαχθῇ κατὰ φιλοσοφίαν. θάψαι δὲ καὶ ἡμᾶς ὅπου ἂν δοκῇ μάλιστα ἁρμόττον εἶναι τοῦ κήπου, μηδὲν περίεργον περὶ τὴν ταφὴν μήτε περὶ τὸ μνημεῖον ποιοῦντας. ὅπως δὲ συνείρηται, μετὰ τὰ περὶ ἡμᾶς συμβάντα, περὶ τὸ ἱερὸν, καὶ τὸ μνημεῖον, καὶ τὸν κῆπον, καὶ τὸν περίπατον, θεραπευόμενα, συνεπιμελεῖσθαι καὶ Πόμπυλον τοῦτον ἐποικοῦντα αὐτὸν, καὶ τὴν τῶν ἄλλων ἐπιμέλειαν ποιούμενον ἣν καὶ πρότερον· τῆς δὲ λυσιτελείας ἐπιμελεῖσθαι αὐτοὺς ἔχοντας ταῦτα. Πομπύλῳ δὲ καὶ Θρέπτῃ πάλαι ἐλευθέροις οὖσι, καὶ ἡμῖν πολλὴν χρείαν παρεσχημένοις, εἴ τι πρότερον ἔχουσι παρ' ἡμῶν, καὶ εἴ τι αὐτοὶ ἐκτήσαντο, καὶ ἃ νῦν παρ' Ἱππάρχου αὐτοῖς συν-

xa ſunt verſibus mille ſupra centum octoginta duobus. Tot ab eo volumina elaborata ſunt.

Legi autem & ipſius teſtamentum in hæc verba: Bene quidem (vt ſpero) erit, cæterum & ſiquid ſecus contigerit, iſta ſtatuo. Domeſticam omnem ſupellectilem Melanthi & Pancreonti Leontis filiis trado. Porro ex iis quæ ab Hipparcho ſuppeditata ſunt, iſta mihi fieri volo: quæ circa ſcholam ſunt atque ſpectacula perfici, vel ſiquid circa ea in melius poſſit ornari. Dehinc Ariſtotelis imaginem eo in templo collocari, ac donaria reliqua, quæ antea in templo erant. Deinde porticum, quæ ſecundum ſcholam erat, exædificari, priore non deteriorem: tabulaſque, in quibus orbis ſitus ſunt, in inferiore porticu reponi, aram quoque conſtrui, ita vt neque perfectio neque honeſtas deſideretur. Volo autem & Nicomachi imaginem abſolute perfici. Opus quidem Praxiteli iniunctum eſt. Reliqua vero impenſæ ab eo fieri. Statui autem illam iubeo vbicunque illis viſum fuerit, quibus cura erit rerum cæterarum, quique teſtamento inſcripti ſunt. Ac de templo quidem ac donariis in hunc modum ſtatuo. Fundum vero quem Stagiris habemus, Callino lego, libroſque omnes Neleo. Hortum autem & deambulationem, ædeſque omnes horto adiacentes amicis in ſcriptis lego, quique voluerit in eo vna vacare literis, atqueſimul philoſophari, quandoquidem fieri non poteſt vt quiuis ſemper peregrinetur: ea tamen lege, vt neque illum alienent, neque vt proprium quiſquam poſſideat, ſed veluti ſacrum quiddam communiter ab hominibus poſſideatur, quique ſe inuicem amice ac familiariter vtantur, ſicuti congruum ac iuſtum eſt. Sint autem qui illo communiter vtentur, Hipparchus, Neleus, Strato, Callinus, Demoticus, Demaratus, Calliſthenes, Melantis, Pancreon, & Nicippus. Licere autem, ſi philoſophari velit, & Ariſtoteli Midiæ Pythiadiſque filio, horum eſſe participem. Ipſiuſque curam diligentiſſime habere maiores natu, vt quam maxime ad philoſophiam inſtituatur, noſque ſepelire in horti parte quæ eis maxime commoda videbitur, nihil ſuperfluum circa funus tumulumue faciendo. Vt autem dictum eſt, poſteaquam nobis recte curata ſunt omnia, quum fanum & monumentum & hortus & ambulatorium reparata & refecta erunt, vna & Pompylum hunc, qui inhabitat, ea curare volo, aliarumque rerum quemadmodum prius, curam habere, illiuſque commodis proſpicere qui iſta habent. Pompylo autem & Threptæ dudum liberis, qui magno nobis vſui fuerunt, ſiquid antea a nobis præſtitum eſt, & quæ illi acquiſierunt, & quæ nunc illis ab Hipparcho dari conſtitui, drachmas bis

τ[illegible]αχα, δισχιλίας δραχμάς, ἀσφαλῶς οἶμαι δεῖν αὐτοῖς ὑπάρχειν ταῦτα, καθάπερ καὶ αὐτοῖς διειλέχθην Μέλαντι καὶ Παγκρέοντι πλεονάκις, καὶ πάντα μοι συγκατετίθεντο. δίδωμι δ' αὐτοῖς καὶ Σωματάλην, καὶ τὴν παιδίσκην. τῶν δὲ παίδων, Μόλωνα μὲν, Κίμωνα, καὶ Παρμένοντα, ἤδη ἐλευθέρους ἀφίημι· Μάνην δὲ καὶ Καλλίαν παραμείναντας ἔτη τέτταρα ἐν τῷ κήπῳ, καὶ συνεργασαμένους καὶ ἀναμαρτήτους γενομένους, ἀφίημι ἐλευθέρους. τῶν δ' οἰκηματικῶν σκευῶν ἀποδιδόντας Πομπύλῳ ὅσα ἂν δοκῇ τοῖς ἐπιμεληταῖς καλῶς ἔχειν, τὰ λοιπὰ ἐξαργυρίσαι. δίδωμι δὲ καὶ Καρίωνα Δημοτίμῳ, Δόνακα δὲ Νηλεῖ, ΕΥβιον δ' ἀποδόσθαι. δότω δ' Ἵππαρχος Καλλίνῳ τρισχιλίας δραχμάς· Μέλαντι δὲ καὶ Παγκρέοντι, εἰ μὲν μὴ ἑωρῶμεν Ἵππαρχον καὶ ἡμῖν πρότερον χρείαν παρεσχημένον, καὶ νῦν ἐν τοῖς ἰδίοις μάλα νεναυαγηκότα, προσετάξαμεν ἂν μετὰ Μέλαντος καὶ Παγκρέοντος ἐξάγειν αὐτά· ἐπειδὴ δὲ οὔτε ἐκείνοις ἑώρων ῥᾴδιον ὄντα συνοικονομεῖν, λυσιτελέστερόν τε αὐτοῖς ὑπελάμβανον εἶναι τεταγμένον τι λαβεῖν παρὰ Ἱππάρχου· δότω Ἵππαρχος Μέλαντι καὶ Παγκρέοντι, ἑκατέρῳ, τάλαντον, διδόναι δ' Ἵππαρχον καὶ τοῖς ἐπιμεληταῖς εἰς τὰ ἀναλώματα, τὰ ἐν τῇ διαθήκῃ γεγραμμένα, κατὰ τοὺς ἑκάστου καιροὺς τῶν δαπανημάτων. οἰκονομήσαντα δὲ ταῦτα Ἵππαρχον ἀπηλλάχθαι τῶν συμβολαίων τῶν πρὸς ἐμὲ πάντων. καὶ εἴ τι ἐπὶ τοῦ ἐμοῦ ὀνόματος συμβέβληκεν Ἵππαρχος ἐν Χαλκίδι, Ἱππάρχου τοῦτό ἐστιν. ἐπιμεληταὶ δὲ ἔστωσαν τῶν ἐν τῇ διαθήκῃ γεγραμμένων Ἵππαρχος, Νηλεύς, Στράτων, Καλλῖνος, Δημότιμος, Καλλισθένης, Κτήσαρχος. αἱ διαθῆκαι κεῖνται ἀντίγραφα τῷ Θεοφράστου δακτυλίῳ σεσημασμένα, μία μὲν παρὰ Ἡγησίᾳ Ἱππάρχου· μάρτυρες, Κάλλιππος Πελανεύς, Φιλόμηλος ΕΥωνυμεύς, Λύσανδρος Ὑβαίης, Φιλίων Ἀλωπεκῆθεν. τὴν δ' ἑτέραν ἔχει Ὀλυμπιόδωρος· μάρτυρες δ' οἱ αὐτοί. τὴν δ' ἑτέραν ἔλαβεν Ἀδείμαντος, ἀπήνεγκε δὲ Ἀνδροσθένης ὁ υἱός· μάρτυρες, Ἀείμνηστος Κλεοβούλου, Λυσίστρατος Φίδωνος Θάσιος, Στράτων Ἀρκεσιλάου Λαμψακηνός, Θήσιππος Θησίππου ἐκ Κεραμέων, Διοσκουρίδης Διονυσίου Ἐπικηφίσιος. ὧδε ἔχουσιν αὐτῷ καὶ αἱ διαθῆκαι.

Ἀκοῦσαι δ' αὐτοῦ καὶ Ἐρασίστρατον τὸν ἰατρὸν, εἰσὶν οἱ λέγουσι. καὶ εἰκός.

mille, tuto ac firmiter hæc illis poſſidenda cenſeo, ſicut & ipſis Melanti & Pancreonti ſæpius dixi, cunctaque mihi annuerunt. Do autem illis & Somatalem & ancillam. Ex pueris autem Molonem quidem & Cimonem, & Parmenontem, iam nunc liberos dimitto. Manem vero & Calliam, quum annos quatuor in horto perſeuerauerint, in cultu & labore ſe ita gerentes vt culpari iuſte non poſſint, liberos dimitti iubeo. domeſticæ vero ſuppellectilis quum Pompylo quantum viſum fuerit curatoribus ſufficere, datum fuerit, quod reliquum erit, conflare. Demotimo Cariona do, Donacemque Neleo, EVbium venum dari placet. Dabit autem Hipparchus Callino drachmas ter mille: Melanti vero & Pancreonti, niſi Hipparchum intueremur, & antea nobis fuiſſe perutilem, & nunc ſuis rebus magnum pertuliſſe naufragium, mandaremus profecto ea cum Melante & Pancreonte educere. Quoniam vero non illis facile fore animaduerti, cum illo vna diſpenſare ac exequi, commodiuſque illis arbitratus ſum, ſiquid ab Hipparcho conſtitutum acceperint. Dabit autem Hipparchus Melanti & Pancreonti, vtrique, talentum, daturus & curatoribus ad ea quæ in teſtamento ſcripta ſunt perficienda ſumptus neceſſarios, ſuo quæque tempore. Quæ quum impleuerit omnia, abſolutus erit ac liber a debito omni, & omnibus quæ contraxerat mecum inſtrumentis. Quod ſiquid meo nomine Hipparcho in Chalcide prouenit emolumenti, hoc totum eius erit. Curatores autem earum rerum quæ teſtamento inſcriptæ ſunt, hi erunt, Hipparchus, Neleus, Strato, Callinus, Demotimus, Calliſthenes, Cteſarchus. Porro teſtamenti exemplaria Theophraſti annulo ſignata apud Hegeſiam condita ſunt. Hipparchi teſtes Callippus Pelaneus, Philomelus Euonymeus, Lyſander Hybæs, Philion Alopecenſis. Teſtamentum alterum accepit Olympiodorus: teſtes iidem fuere. Alterum accepit Adimanthus: tulit autem Androſthenes filius: teſtes Aimneſtus Cleobuli filius, Lyſiſtratus Phidonis Thaſius, Strato Arceſilai filius Lampſacenis, Theſippus Theſippi filius e figulis, Dioſcorides Dionyſii Epicephiſius. Hæc ſeries teſtamentorum illius fuit.

Sunt qui dicant Eraſiſtratum medicum huius fuiſſe auditorem. & fieri poteſt.

Succeſſit autem illius ſcholæ Strato.

IN THEOPHRASTVM,

EX PEPLO

DANIELIS HEINSII.

Οἷον Ὑμηττείοισιν ἐνὶ σμήνεσσι, μέλισσαι,
Μητέρες ἡδίστου νέκταρος, ἐξεπόνουν,
Τοῖον καὶ Θεόφραστος ἀπὸ στόματος μέλι χεύει,
Ἀχράντου σοφίης ἡδύτατος ταμίης.
Αὐτὰρ ὁ δένδρεα καλὰ, καὶ ἄνθεα· καὶ φυτὰ πάντα,
Γαίης ἠϋκόμου τέκνα σοι ἐξερέει.
Αἰεὶ γὰρ τούτοισιν ἐφήμενος, οἷα μέλισσαι,
Εὐεπίης νέκταρ μήδετο καὶ σοφίης.

Amice Lector,

QVÆ in Theophraſto præſtita a nobis ſunt, vt obiter intelligas, mea pariter ac tua intereſſe credidi. Vſi ſumus primo omnium libro, in quo doctus quidam vir, autorem partim e codicibus, partim e collatione Plinij & aliorum, locis plurimis, imo infinitis, correxerat. Vſi ſumus & Heidelbergenſi codice, manu exarato: quem ad nos tranſmiſerat Ampliſſimus & ſupra omnem laudem maximus vir Georgius Michael Lingelshemius, & Clariſſimus vir, Janus Gruterus, Bibliothecæ Præfectus: in quo Scaliger ὁ θεῖος, libri De Plantarum hiſtoria decimi principium extare notauerat. Verum deceptus ab aliquo, qui non obſeruarat, tranſpoſitionem vnius loci ibi factam eſſe: qui vbique extaret. Js ergo liber, nihil nos magnopere adiuuit. Miſit & nonnulla ad nos vir incomparabilis Jſaacus Caſaubonus, quibus ſuus aliquando in Commentarijs, modo hoc nobis liceat, aut Notis, erit locus. Ex alijs, præter ea quæ nos ipſi emendauimus, quæ recipienda videbantur, recepimus. Gazæ interpretationem, cum alias autoris Græci mentem non recte exprimeret, alias obſcure admodum Latine efferret, paſſim caſtigauimus. Quam, quod neceſſario monendum eſt, alibi a Græco etiam nunc abire deprehendes. Cum nimirum meliorem lectionem, quam non obſeruarat Theodorus, fuimus ſecuti. Quod idcirco nobis placuit, vt hoc magis appareret, quid a nobis eſſet præſtitum; in autore de quo non immerito pronuncies:

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Theophraſti

DE

HISTORIA PLANTARVM

LIBER PRIMVS

Theodoro Gaza interprete.

ΚΕΦ. Α. CAP. I.

Quomodo Plantarum Hiſtoria tractanda ſit.

ΤΩΝ φυτῶν τὰς διαφορὰς καὶ τὴν ἄλλην φύσιν, ἐκ τῆς πρὸς τὰ ζῶα ἀναλογίας ληπτέον, κατά τε μέρη, καὶ τὰ πάθη, καὶ τὰς γενέσεις, καὶ τοὺς βίους. ἤθη γὰρ καὶ πράξεις οὐκ ἔχουσιν ὥσπερ τὰ ζῶα. εἰσὶ δ᾽ αἱ μὲν κατὰ τὴν γένεσιν καὶ τὰ πάθη, καὶ τοὺς βίους, εὐθεωρητότεραι καὶ ῥάους. αἱ δὲ κατὰ μέρη, πλείους ἔχουσι ποικιλίας. αὐτὸ γὰρ τοῦτο πρῶτον οὐχ ἱκανῶς ἀφώρισται, τὸ, ποῖα δεῖ μέρη, καὶ μὴ μέρη καλεῖν· ἀλλ᾽ ἔχει τινὰ ἀπορίαν. τὸ μὲν οὖν μέρος, ἅ τε ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως ὄν, ἀεὶ δοκεῖ διαμένειν, ἢ ἁπλῶς ἢ ὅταν γένηται. καθάπερ ἐν τοῖς ζώοις τὰ ὕστερον γενησόμενα. πλὴν εἴ τι διὰ νόσον ἢ γῆρας ἢ πήρωσιν ἀποβάλλεται. τῶν δ᾽ ἐν τοῖς φυτοῖς ἔνια τοιαῦτ᾽ ἐστίν, ὥστ᾽ ἐπέτειον ἔχειν τὴν οὐσίαν· οἷον, ἄνθος, βρύον, φύλλον, καρποί. ἁπλῶς ὅσα πρὸ τῶν καρπῶν ἢ ἅμα γίνεται τοῖς καρποῖς. ἔτι δὲ αὐτὸς ὁ βλαστός. ἀεὶ γὰρ ἐπίφυσιν λαμβάνει τὰ δέν-

PLANTARVM differẽtias reliquamque naturam, ex partibus, affectionibus, generationibus; vitaque petere oportet. mores enim & actiones, quẽadmodum animalium genus, minime plantæ ſortiuntur. Sunt autem quæ per generationem, affectionem, vitamq. ſumi debent, patentiora, cognituq. faciliora. Quæ vero per partes noſcantur neceſſe eſt, varietates vtiq. plures habere videmus. Hoc enim ipſum primo non ſatis conſtat; quæ partes quæque non partes debeant appellari; ſed nõnullam controuerſiam recipit. Partes enim, quoniam ſuæ naturæ ratione conſiſtunt, perpetuo durare videntur. aut ſimplici abſolutaq. ratione: aut poſtquam confectæ fuere. Vt ſcilicet animalium partes, quæ poſtea concreſcunt. niſi quid morbo aut ſenecta aut læſione perdatur. At in plãtis nonnulla ita ſe habent, vt annua duntaxat potiãtur natura: vt flos, muſcus, folium, fructus. Deniq. omnia quæ ante fructus aut vna cum fructibus proveniũt. Quin etiã germẽ ipſum. Quippe cum arbores annuatim incrementũ,

δρα κατ' ἐνιαυτὸν, ὁμοίως εἴτε τοῖς ἄνω καὶ ἐν τοῖς περὶ τὰς ῥίζας. ὥστε εἰ μέν τις ταῦτα θήσει μέρη, τό, τε πλῆθος ἀόριστον ἔσται, καὶ οὐδὲ ποτε οὐδὲν τὸ αὐτὸ τῶν μορίων. εἰ δ' αὖ μὴ μέρη, συμβήσεται δι' ὧν τέλεια γίνεται καὶ φαίνεται, ταῦτα μὴ εἶναι μέρη. βλαστάνοντα γὰρ καὶ θάλλοντα καὶ καρπὸν ἔχοντα, πάντα καλλίω καὶ τελειότερα καὶ δοκεῖ καὶ ἔστιν. αἱ μὲν οὖν ἀπορίαι σχεδόν εἰσιν αὗται. τάχα δὲ οὐχ ὁμοίως ἅπαντα ζητητέον, οὔτε ἐν τοῖς ἄλλοις, οὔθ' ὅσα πρὸς τὴν γένεσιν. οὔτε αὐτά τε τὰ γεννώμενα καὶ ἐπὶ τῶν ζώων μέρη θετέον· οἷον, τοὺς καρπούς· οὐδὲ γὰρ τὰ ἔμβρυα τῶν ζώων. εἰ δὲ τῇ ὥρᾳ ὄψει τὸ κάλλιστον, οὐδὲν σημεῖον· ἐπεὶ καὶ τῶν ζώων εὐθενεῖ τὰ κύοντα. πολλὰ δὲ καὶ τὰ μέρη κατ' ἐνιαυτὸν ἀποβάλλει. καθάπερ οἵ τε ἔλαφοι τὰ κέρατα, καὶ τὰ φωλεύοντα τὰ πτερὰ, καὶ τρίχας τετράποδα. ὥστ' οὐδὲν ἄτοπον. ἄλλως τε καὶ ὅμοιον τῷ φυλλοῤῥοεῖν τὸ πάθος. ὡσαύτως δ' οὐδὲ τὰ πρὸς τὴν γένεσιν. ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς ζώοις τὰ μὲν συνεκτίκτεται, τὰ δὲ ἀποκαθαίρεται· καθάπερ ἀλλότρια τῆς φύσεως. ἔοικε δὲ παραπλησίως καὶ τὰ περὶ τὴν βλάστησιν ἔχειν. ἡ γάρ τοι γένεσις γενέσεως χάριν ἐστὶ τῆς τελείας. ὅλως δὲ καθάπερ εἴπομεν, οὐδὲ πάντα ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν ζώων ληπτέον. διὸ καὶ ὁ ἀριθμὸς ἀόριστος. πανταχῇ γὰρ βλαστικὸν, ἅτε καὶ πανταχῇ ζῶν. ὥστε ταύτας μὲν οὕτως ὑποληπτέον, οὐ μόνον εἰς τὰ νῦν, ἀλλὰ καὶ τῶν μελλόντων χάριν. ὅσα γὰρ μὴ οἷόν τε ἀφομοιοῦν, περίεργον τὸ γλίχεσθαι πάντως· ἵνα μὴ καὶ τὴν οἰκείαν ἀποβάλλωμεν θεωρίαν. ἡ δὲ ἱστορία τῶν φυτῶν ἐστὶν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἢ κατὰ τὰ ἔξω μόρια καὶ τὴν ὅλην μορφὴν, ἢ κατὰ τὰ ἐντός· ὥσπερ ἐπὶ τῶν ζώων τὰ ἐκ τῶν ἀνατομῶν. ληπτέον δὲ ἐν αὐτοῖς, ποῖά τε πᾶσιν ὑπάρχει ταὐτὰ, καὶ ποῖα ἴδια καθ' ἕκαστον γένος. ἔτι δὲ τῶν αὐτῶν, ποῖα ὅμοια. λέγω δὲ ἴδιον, φύλλον, ῥίζαν, φλοιόν. οὐ δεῖ δὲ οὐδὲ τοῦτο λανθάνειν, εἴτι κατ' ἀναλογίαν θεωρητέον, ὥσπερ καὶ τῶν ζώων τὴν ἀναφορὰν ποιουμένους, δηλονότι πρὸς τὰ ἐμφερέστατα καὶ τελειότατα. καὶ ἁπλῶς δὲ, ὅσα τῶν ἐν φυτοῖς ἀφομοιωτέον τοῖς τῶν ἐν τοῖς ζώοις, ὡς ἄν τις δύνηται κατὰ τὸν εἰκότα λόγον ἀφομοιοῦν, δεῖ. ταῦτα μὲν οὖν διαιρείσθω τὸν τρόπον τοῦτον. Αἱ δὲ τῶν μερῶν διαφοραὶ σχεδὸν, ὡς τύπῳ λαβεῖν, εἰσὶν ἐν τρισίν· ἢ τῷ τὰ μὲν ἔχειν, τὰ δὲ μή· καθάπερ φύλλα καὶ καρπόν. ἢ τῷ μὴ ὅμοια μηδὲ ἴσα. ἢ τρίτον, τῷ μὴ ὁμοίως. τούτων δὲ ἡ μὲν ἀνομοιότης ὁρίζεται σχήματι, χρώματι, πυκνότητι, μανότητι, παχύτητι, λειότητι, καὶ τοῖς ἄλλοις πάθεσιν. ἔτι δὲ ὅσαι διαφοραὶ τῶν χυλῶν. ἡ δὲ ἀνισότης ὑπεροχῇ καὶ ἐλλείψει κατὰ πλῆθος

tam partibus ſupernis quam circa radices ſemper capeſſant. Quamobrem ſiquis partes hæc eſſe aſſerat; cum partiũ multitudinem incertam, tum partem nunquam eandem eſſe ſequetur. Sin autẽ partes eſſe negauerit, cõtinget protinus, vt eæ partes minime ſint, quibus plantæ perfectæ redduntur, taleſq. eſſe ſpectantur. Quippe omnes dum germinant, virent, fructum gerunt, pulchriores atque perfectiores, & ſunt & eſſe videntur. Hæ fere ſunt in his ambiguitates. Sed forſitan non omnia neq. in cæteris, neq. in ijs, quæ ad generationẽ pertinẽt, pari ratione quærere decet. Eaque ipſa ſingulis annis oriũda minime in partium genere collocanda ſunt: vt fructus. Nec enim fœtus partes animantium eſſe poſſunt. Sin autẽ clementia temporis plantæ aſpectu pulcherrimæ redduntur, at pulchritudo nullo ipſa indicio eſt. Nã & animalia dum vterum gerunt, pleniora pulchrioraque reddũtur: pleraq. etiam partes quotannis amittunt: vt cerui cornua; aues nidificãtes pennas; quadrupedes, pilos. Quapropter haud temere factitatũ dixerim, præſertim cum is affectus perſimilis ſit foliorũ jacturę. Pari modo de ijs quæ ad generationẽ attinent, diſſerendũ eſt. Quippe cum etiam in animantiũ genere, quædam ſimul naſcantur: quædam tanquam naturæ aliena ſecernantur. Germinatio quoq. non ſecus eſſe videtur. Etenim generatio ipſa generationis perfectæ gratia eſt. Ad ſummam, quemadmodum diximus, non omnia ſimiliter atq. in animantibus accipi debent. Quamobrẽ numerus quoq; incertus eſt. Nam vis vndiq; germinandi habetur: quoniã & vndiq. animatũ eſt. Itaq. hæc ita opinari, non tantum rei præſentis, verum & futuræ gratia convenit. Etenim quę aſsimulari nequeant, aſsimulare contendere, ſupervacuũ certe ac recuſandum: ne vel propriã ipſam rei ſpeculationem amittamus. Plantarum vero hiſtoria (vt ſimpliciter dixerim) aut per partes externas totamq. formã, aut per internas haberi poteſt. vt etiã in animalium genere partes abditę diſſectionib. patẽt. Sed capere in his ipſis oportet, quæ in omnibus inſunt eadem: quæq. propria cujuſq. generis ſunt. atq. etiã, quę in his habẽtur ſimilia. Propriũ inquã, folium, radicẽ, corticẽ. Nec illud latere nos decet; quid proportione intelligi debeat, vt in animaliũ genere ad ea ſcilicet redigẽdo, quæ quã ſimillima perfectiſsimaq. continentur. Ad ſummam, omnium quæ in plantarum genere ſpectantur ſimilitudo petenda ex ijs eſt, quæ in animalibus inſunt; quo ad fieri poſsit. Igitur hæc ita determinare libeat. Partium vero differentię (vt breuiter rem cõplectar) tribus fere in rebus continentur. Aut enim in eo, quod quędam habent, quędam non habent; vt folia & fructus: aut quod non ſimilia neque paria habent: aut tertio, quod non ſimiliter habent. Horum diſsimilitudo, figura, colore, ſpiſsitate, raritate, aſperitate, leuitate, reliquis affectionibus enoteſcit. Ad hæc omnibus differentijs ſaporum. Diſparitas autem in excesſu

ceſſu

ἢ μέγεθος. ὡς δ' εἰπεῖν τύπῳ, κἀκεῖνα πάντα καθ' ὑπεροχὴν καὶ ἔλλειψιν. τὸ γὰρ μᾶλλον καὶ ἧττον, ὑπεροχὴ καὶ ἔλλειψις. τὸ δὲ μὴ ὁμοίως, τῇ θέσει διαφέρει. λέγω δέ, οἷον τὸ τοὺς καρποὺς τὰ μὲν ἐπάνω, τὰ δὲ ὑποκάτω τῶν φύλλων ἔχειν. καὶ αὐτοῦ τοῦ δένδρου, τὰ μὲν ἐξ ἄκρου, τὰ δὲ ἐκ τῶν πλαγίων, ἔνια δὲ καὶ ἐκ τοῦ στελέχοις· οἷον ἡ Αἰγυπτία συκάμινος. καὶ ὅσα δὴ καὶ ὑπὸ γῆς φέρει καρπόν· οἷον, ἥ τε ἀραχίδινα, καὶ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενον οὔιγγον. καὶ εἰ τὰ μὲν ἔχει μίσχον, τὰ δὲ μή. καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθέων ὁμοίως. τὰ μὲν γὰρ περὶ αὐτὸν τὸν καρπόν, τὰ δέ, ἄλλως. ὅλως δὲ τὸ τῆς θέσεως, ἐν τούτοις, καὶ τοῖς φύλλοις καὶ ἐν τοῖς βλαστοῖς ληπτέον. διαφέρει δὲ ἔνια καὶ τῇ τάξει. οἱ μὲν τῆς δρυὸς κλῶνες ὡς ἔτυχε· τῆς δὲ ἐλάτης κατ' ἀλλήλους ἑκατέρωθεν· τῶν δὲ καὶ οἱ ὄζοι δι' ἴσου τε καὶ κατ' ἀριθμὸν ἴσοι, καθάπερ τῶν τριόζων. ὥστε καὶ τὰς μὲν διαφορὰς ἐκ τούτων ληπτέον, ἐξ ὧν καὶ ὅλη μορφὴ συνδηλοῦται καθ' ἕκαστον.

ceſſu atque defectu eſt multitudinis magnitudiniſve. Quamquam (vt pingui Minerua dicatur) & illa omnia exceſſu defectuque diſtinguuntur. Nam plus minuſq. non niſi exceſſus defectuſq. ſunt. Non ſimiliter vero, poſitu conſtat. Exempli gratia, quod fructus quædam ſub folijs, quædam ſuper folia gerunt; ipſarumq. arborum aliæ cacumine ferunt: aliæ latere, nonnullæ etiam caudice; vt morus AEgyptia. Et quę fructum pariunt ſub terram; vt arachidna, & quod vingum AEgyptij vocant: item ſi quædam pediculum habeant, quædam careant. Hoc idem vel de floribus dici decet. quippe cum alij circa fructum ipſum naſcantur; alij ſecus. Ad ſummam, poſitionis ratio, in his, & folijs, & germinibus accipi debet. Ordine præterea nonnulla differre videntur. Quibuſdam enim rami inconditi; vt robori: quibuſdam ordinati; vt abieti. qui vtrinque miro ordine inuicem reſpondent. Quibuſdam etiam rami prægrandes ordinati pareſque numero, vt trinodibus. Quas ob cauſas differentias ex his rebus capi oportet, quibus vel tota forma in ſingulis perſpici poteſt.

ΚΕΦ. Β.

CAP. II.

Quid radix, caulis, caudex, ramus, ſurculus.

Αὐτὰ δὲ δὴ τὰ γένη διαριθμησαμένους, πειρατέον περὶ ἑκάστου λέγειν. ἔστι δὲ πρῶτα μὲν καὶ μέγιστα καὶ κοινὰ τῶν πλείστων, τάδε· ῥίζα, καυλός, ἀκρέμων, κλάδος. εἰς ἃ διέλοιτ' ἄν τις ὥσπερ εἰς μέρη, καθάπερ ἐπὶ τῶν ζώων. ἕκαστόν τε γὰρ ἀνόμοιον, καὶ ἐξ ἁπάντων τούτων τε τὰ ὅλα. ἔστι δὲ ῥίζα μέν, δι' οὗ τροφὴ ἐπάγεται· καυλὸς δὲ εἰς ὃ φέρεται. καυλὸν δὲ λέγω, τὸ ὑπὲρ γῆς πεφυκὸς ὑφ' ἕν (τοῦτο γὰρ κοινότατον ὁμοίως ἐπετείοις καὶ χρονίοις, ὃ ἐπὶ τῶν δένδρων καλεῖται στέλεχος) ἀκρέμονας δέ, τοὺς ἀπὸ τούτων σχιζομένους, οὓς ἔνιοι καλοῦσιν ὄζους. κλάδων δὲ, τὸ βλάστημα, τὸ ἐκ τούτων ὑφ' ἕν· οἷον μάλιστα τὸ ἐπέτειον. καὶ ταῦτα μὲν οἰκειότερα τῶν δένδρων. ὁ δὲ καυλός, ὥσπερ εἴρηται, κοινότερος. ἔχει δὲ οὐ πάντα οὐδὲ τοῦτον. οἷον, ἔνια τῶν ποωδῶν, τὰ μέν, ἔχει μέν, οὐκ ἀεὶ δέ, ἀλλ' ἐπέτειον. καὶ ὅσα χρονιώτερον ταῖς ῥίζαις. ὅλως δὲ πολύχουν τὸ τῶν φυτῶν καὶ ποικίλον, καὶ χαλεπὸν εἰπεῖν καθόλου. σημεῖον δὲ τὸ μηδὲν εἶναι κοινὸν λαβεῖν, ὃ πᾶσιν ὑπάρχει. καθάπερ τοῖς ζώοις στόμα καὶ κοιλία. τὰ δὲ ἀναλογίᾳ ταὐτά, τὰ δὲ ἄλλον τρόπον. οὔτε γὰρ ῥίζαν πάντ' ἔχει, οὔτε καυλόν, οὔτε ἀκρέμονα, οὔτε κλάδον, οὔτε φύλλον, οὔτε ἄνθος, οὔτε καρπόν, οὔτ' αὖ φλοιόν, ἢ μήτραν, ἢ ἶνας, ἢ φλέβας.

De partibus autem ipſis ſigillatim iam referre conandum: ſi prius eas numero percenſuerimus. Partes primæ, maximæ, communeſque plurimorum; radix, caulis, ramus, ſurculus. Quibus veluti partibus quiſpiam diuidere poteſt: quemadmodum in animalium genere. Eſt enim quodque eorum diſſimile: atque his omnibus tota conficiantur neceſſe eſt. Radix eſt id quo alimentum attrahitur. Caulis, in quod alimentum defertur. caulem enim appello, quod ſupra terram ſimplex aſſurgit. Id enim commune pariter annuis atque perpetuis eſt. quod in arborum genere caudicem vocitare ſolemus. Rami, qui à caule fiſſi multiplices ſparguntur: quos nonnulli nodos appellant. Surculus, quod ex his indiuiduum ſimplexque oritur; quale præcipue germen annotinum appareat. Sed hæc potius arborum generi conueniunt. Caulis vero (vt dictum eſt) communior quidem habetur, ſed nec ipſum quidem omnia habere videntur. Vt ex herbaceis quædam habent: ſed non perpetuum, ſed annuum tantum; ceu quæ diuturnis radicibus viuunt. In totum planta res varia eſt atque multiplex; inque vniuerſum de ea referre, difficile. Indicium vero, quod nihil penitus eſt, quod commune accipi poſſit cunctis plantis conueniens: vt animalibus, os, venter: ſed alia proportione eadem; alia quodam alio modo. Neque enim radicem neque caulem neque ramum neque germen neq. folium neq. florem neq. fructum plantæ omnes habere videntur. Cortex rurſus aut medulla aut neruus aut vena minime omnibus ineſt, vt in fungorum, ac tuberum genere patet.

ἀνεμώνης, ὕδνον. ἐν τούτοις δὲ ἡ οὐσία καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις. ἀλλὰ μάλιστα ταῦτα ὑπάρχει, καθάπερ εἴρηται, τοῖς δένδροις· κἀκείνων οἰκειότερος ὁ μερισμός, πρὸς ἃ καὶ τὴν ἀναφορὰν τῶν ἄλλων ποιεῖσθαι δίκαιον. σχεδὸν δὲ καὶ τὰς ἄλλας μορφὰς ἑκάστων ταῦτα διασημαίνει. διαφέρουσι γὰρ πλήθει τῷ τούτων, καὶ ὀλιγότητι, καὶ πυκνότητι, καὶ μανότητι· καὶ τῷ ἐφ' ἓν ἢ εἰς πλείω σχίζεσθαι τοῖς ἄλλοις τοῖς ὁμοίοις. ἔστι δὲ ἕκαστον τῶν εἰρημένων οὐχ ὁμοιομερές. λέγω δὲ ὁμοιομερές, ὅτι ἐκ τῶν αὐτῶν ὁτιοῦν μέρος σύγκειται τῆς ῥίζης καὶ τοῦ στελέχους. ἀλλ' οὐ λέγεται στέλεχος τὸ ληφθέν· ἀλλὰ μόριον· ὡς ἐν τοῖς αὐτῶν τῶν ζώων μέλεσίν ἐστιν· ἐκ τῶν αὐτῶν μὲν ὁτιοῦν τῆς κνήμης ἢ τοῦ ἀγκῶνος· οὐχ ὁμώνυμον δέ, καθάπερ σὰρξ καὶ ὀστοῦν, ἀλλ' ἀνώνυμον. οὐδὲ δὴ τῶν ἄλλων οὐδενός, ὅσα μονοειδῆ. τῶν ὀργανικῶν ἁπάντων γὰρ τῶν τοιούτων, ἀνώνυμα τὰ μέρη· τῶν δὲ πολυειδῶν ὠνομασμένα· καθάπερ ποδός, χειρός, κεφαλῆς. οἷον δάκτυλος, ῥίς, ὀφθαλμός. καὶ τὰ μὲν μέγιστα μέρη σχεδὸν ταῦτά ἐστιν.

Quibus rebus hiſque ſimilibus natura vtique plantarum conſiſtit. Sed hæc (vt jam dictum eſt) arborum præcipue ſunt: hiſque conuenientius hæc accommodetur partitio, ad quas & reliqua redigi par eſt. cæteras præterea omnes formas hæc prope exprimunt atq. declarant. Diſtant enim eorum multitudine, paucitate, ſpiſsitate, raritate: item eo quod ſimplicia prodeunt vel in plura ſcinduntur; reliquiſque ſimilibus. Partium autem quas retulimus, nulla ex particulis ſimilibus cõſtat. Similibus inquam particulis, quod ex eiſdem pars quælibet radicis aut caudicis cõſtat. Verũ quod acceperis, caudex nullo pacto vocatur, ſed pars caudicis. Quemadmodum etiam in animalium membris: nam pars quæque tibiæ aut cubiti ex eiſdem conſtat: verum non iis quæ eodem vocabulo cognominantur: vt caro, vt os. Sed nomine illa carent: vt etiam quodque vniformium inſtrumentorum. Ejuſmodi enim omnium particulæ nomine carent. Quamquam multiformium particulæ nomine ſuo noſcuntur: vt pedis, manus, capitis: vt digitus, naſus, oculus. Hæ fere partes plantarum maximæ habentur.

ΚΕΦ. Γ.

CAP. III.

Quid matrix, quid fructus, quid humor.

Ἄλλα δέ, ἐξ ὧν ταῦτα· φλοιός, μήτρα, ξύλα, ἢ ὅσα ἔχει μήτραν. πάντα δὲ ὁμοιομερῆ, καὶ τὰ τούτων δὲ ἔτι πρότερα, καὶ ἐξ ὧν ταῦτα· ὑγρόν, ἴς, φλέψ, σάρξ. ἀρχαὶ γὰρ αὗται· πλὴν εἴ τις λέγοι τὰς τῶν στοιχείων δυνάμεις· αὗται δὲ κοιναὶ πάντων. ἡ μὲν οὖν συνουσία καὶ ἡ ὅλη φύσις ἐν τούτοις. ἄλλα καὶ ἔστιν, ὥσπερ ἐπέτεια μέρη τὰ πρὸς τὴν καρποτοκίαν· οἷον, φύλλον, ἄνθος, μίσχος. τοῦτο δέ ἐστιν ᾧ συνήρτηται πρὸς τὸ φυτὸν τὸ φύλλον καὶ ὁ καρπός. ἔτι δὲ ἕλιξ, βρύον, οἷς ὑπάρχει. καὶ ἐπὶ πᾶσι, σπέρμα τὸ τοῦ καρποῦ. καρπὸς δέ ἐστι τὸ συγκείμενον σπέρμα μετὰ τοῦ περικαρπίου. παρὰ δὲ ταῦτα ἐνίων ἴδι' ἄττα· καθάπερ ἡ κηκὶς δρυός, καὶ ἡ ἕλιξ ἀμπέλου. καὶ ἐν μὲν τοῖς μὲν δένδρεσίν ἐστιν οὕτω διαλαβεῖν· τοῖς δὲ ἐπετείοις, δῆλον ὡς ἅπαντα ἐπέτεια. μέχρι γὰρ τῶν καρπῶν ἡ φύσις. ὅσα δὲ ἐπετειόκαρπα, καὶ ὅσα διετίζει, καθάπερ σέλινον καὶ ἄλλ' ἄττα, καὶ ὅσα δὲ πλείω χρόνον ἔχει, τούτοις ἅπασιν καὶ ὁ καυλὸς ἀκολουθήσει κατὰ λόγον. ὅταν γὰρ σπερμοφορεῖν μέλλωσι, τότε ἐγκαυλοῦσιν, ὡς ἕνεκα τοῦ σπέρματος ὄντων τῶν καυλῶν. ταῦτα μὲν οὖν ταύτῃ διῃρήσθω· τῶν δὲ ἄρτι εἰρημένων μερῶν πειρατέον ἕκαστον εἰπεῖν, τί ἐστιν, ὡς ἐν τύπῳ λέγοντας. τὸ μὲν οὖν ὑγρὸν φανερόν· ὃ καὶ καλοῦσί τινες ἁπλῶς ἐν ἅπασιν ὀπόν, ὥσπερ καὶ Μενέστωρ· οἱ δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις ἀνωνύμως. ἐν δέ τισιν ὀπόν, καὶ ἐν ἄλλοις δά-

Sed ſunt etiam aliæ, quibus hæ conſtant; cortex, lignum, & matrix: vbi ſcilicet eſſe poteſt. Quæ quidem omnes particulis conſtant ſimilibus: quæque priores hiſce habentur, quibuſque iſtæ conſumantur; vt humor, neruus, vena, caro. Hæc enim principia ſunt, niſi vires elementorum dixeris. ſed illæ tamen communes rerum omnium habentur. Eſſentia itaque naturaq. vniuerſa plantarum his in rebus conſiſtit. Quædam vero quaſi annuæ partes accedunt: quæ partui fructuum accommodantur: vt folium, flos, pediculus: id eſt, quo folium e planta depẽdet & fructus. Ad hæc capreolus, muſcus: vbi ſcilicet eſſe poteſt. Super omnia, ſemen fructus. Eſt autem fructus, quod carne & ſemine conſtat. Sunt præterea quibuſdam propria quædam: vt robori, galla: viti, capreolus. Arbores perſequi hunc in modum poſſumus. Annuis vero quæq. annua gigni conſtat. Nam ad fructum vſq. natura eorum tantũ ſe ampliat. Quæ ſuo vno fructificant anno, quæq. biennio durant (vt apium & alia quædam) quæq. plus temporis obtinent, his omnibus caulis quoq. pro ratione conueniet. Cum enim ſemen parturiũt; caulem tum emittunt: vtpote quę non niſi cauſa ſeminis caulẽ promant. Hæc ita diſcerni placet. Partes autẽ nouiſſime dictas, quid quæq. ſit, ſummatim exponere conandũ iam eſt. Humor itaq. patet: quẽ nonnulli ſimpliciter liquorem in cunctis appellant. quemadmodum etiam Meneſtor quidã. In cæteris abſq; nomine capiunt: in quibuſdam vero liquorem; inq. alijs lachrimam vocant.

ῥον. ἶνες δὲ καὶ φλέβες· καθ' αὑτὰ γὰρ ἀνώνυμα· τῇ δ' ὁμοιότητι μεταλαμβάνουσι τῶν ἐν τοῖς ζώοις μορίων. ἔχει δ' ἴσως καὶ ἄλλας διαφορὰς καὶ ταῦτα, καὶ ὅλως τὸ τῶν φυτῶν γένος. πολύχουν γάρ, ὥσπερ εἰρήκαμεν· ἀλλ' ἐπεὶ διὰ τῶν γνωρίμων μεταδιώκειν δεῖ τὰ ἀγνώριστα, γνωριμώτερα δὲ τὰ μείζω καὶ ἐμφανῆ τῇ αἰσθήσει δηλονότι, καθάπερ ὑφήγηται, περὶ τούτων λεκτέον. ἐπαναφορὰν γὰρ ἕξομεν τῶν ἄλλων πρὸς ταῦτα, μέχρι πόσου καὶ πῶς ἕκαστα μετέχει τῆς ὁμοιότητος. εἰλημμένων δὲ τῶν μερῶν, μετὰ ταῦτα ληπτέον τὰς τούτων διαφοράς· οὕτω γὰρ ἅμα καὶ ἡ οὐσία φανερὰ καὶ ἡ ὅλη τῶν γενῶν πρὸς ἄλληλα διάστασις. ἡ μὲν οὖν τῶν μεγίστων σχεδὸν εἴρηται· λέγω δέ, οἷον ῥίζης, καυλοῦ, καὶ τῶν ἄλλων. αἱ γὰρ δυνάμεις καὶ ὧν χάριν ἕκαστον, ὕστερον ῥηθήσονται. ἐξ ὧν γὰρ καὶ ταῦτα καὶ τἄλλα [illegible]ται, πειρατέον εἰπεῖν, ἀρξαμένους ἀπὸ τῶν πρώτων. πρῶτα δέ ἐστι τὸ ὑγρὸν καὶ θερμόν. ἅπαν γὰρ φυτὸν ἔχει τινὰ ὑγρότητα καὶ θερμότητα σύμφυτον, ὥσπερ καὶ ζῷον· ὧν ὑπολειπόντων γίνεται γῆρας καὶ φθίσις· τελέως δ' ἀπολιπόντων, θάνατος καὶ αὔανσις. ἐν μὲν οὖν τοῖς πρώτοις ἀνώνυμος ἡ ὑγρότης· ἐν ἐνίοις δ' ὠνομασμένη, καθάπερ εἴρηται. τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ζώων ὑπάρχει. μόνη γὰρ ἡ τῶν ἐναίμων ὑγρότης ὠνόμασται. διὸ καὶ διῄρηται πρὸς τοῦτο στερήσει. τὰ μὲν γὰρ ἄναιμα, τὰ δὲ ἔναιμα λέγεται. ἔστι μὲν οὖν τοῦτο τὸ μέρος καὶ τὸ τούτῳ συνηρτημένον θερμόν.

cant. Neruus ac venæ per ſe nomine carent: quadam vero ſimilitudine nomina partium animalium conſortiuntur. quando & alijs quoquẽ differentijs hæc fortaſſe inter ſe diſtent, atque in totum genus vniuerſum plantarum differat. eſt enim varium atque multiplex: vt propoſuimus. Sed quoniam notis ignota perſequamur oportet, & quæ ſunt nota grandiora patētioraq. ſenſui offerantur, hinc proculdubio de his primum dicendum eſt. Reliqua enim ad hæc ipſa redigere habebimus, quantum & quouſque quoque modo ſimilitudinem ſingula contingere videantur. Cum vero partes ſumpſerimus, differentias protinus earum adijciendum. ita enim ſimul & natura euidens, & tota generum differentia conſpicua fuerit. Maximarum itaqne partium differentia pene dicta eſt: videlicet, radicis, caulis, reliquarumque: vires enim cuiuſque, quarumque rerum gratia quæque ſint; poſtea dicemus. Illa enim quibus tam hæc quam cætera conſtant, explicare prius oportet; ſumpto à primis initio. Sunt autem prima, humor atque calor. Omnes enim plantæ humorem caloremque ſibi inſitum quendam poſſident: ſicut etiam animalia. quæ cum deficere incœpere; ſenecta diminutioque conſequitur. Cumque penitus defecere; exiccatio morſque occupat. In primis igitur illis humor nomine caret. ſed in quibuſdam, vt dictum eſt, nuncupatur. Hoc idem vel in animalium genere percipere licet. Solus enim humor habentium ſanguinem certo nomine redditur. Quamobrem id priuatione ipſa diſcernimus. Alia enim ſanguinem habere; alia carere fatemur. Eſt igitur ea pars caloreque illi connexus.

ΚΕΦ. Δ. — CAP. IV.

Quid lignum, quid caro, quid cortex, quid matrix, ex quibus cortex.

ἜΝ δὲ καὶ ἄλλα εἴδη ἕτερα τῶν ἐντός. ἃ καθ' ἑαυτὰ μέν ἐστιν ἀνώνυμα· διὰ δὲ τὴν ὁμοιότητα ἀπεικάζεται τοῖς τῶν ζώων μορίοις. ἔχουσι γὰρ ὥσπερ ἶνας, ὅ ἐστι συνεχὲς καὶ σχιστὸν καὶ ἐπίμηκες· ἀπαράβλαστον δὲ καὶ ἄβλαστον ἔχον φλέβας. αὗται δέ, τὰ μὲν ἄλλα εἰσὶν ὅμοιαι τῇ ἰνί· μείζους δὲ καὶ παχύτεραι, καὶ παραβλαστὰς ἔχουσαι καὶ ὑγρότητας. ἔτι ξύλον καὶ σάρξ. τὰ μὲν γὰρ ἔχει σάρκα, τὰ δὲ ξύλον. ἔστι δὲ τὸ μὲν ξύλον σχιστόν, ἡ δὲ σάρξ, πάντῃ διαιρεῖται· ὥσπερ γῆ καὶ ὅσα γῆς. μεταξὺ δὲ γίνεται ἰνὸς καὶ φλεβός. φανερὰ δὲ ἡ φύσις ἐν ἄλλοις τε καὶ ἐν τοῖς τῶν περικαρπίων δέρμασι. φλοιὸς δὲ καὶ μήτρα, κυρίως μὲν λέγεται, δεῖ δὲ αὐτὰ καὶ τῷ λόγῳ διορίσαι. φλοιὸς μὲν οὖν ἐστι τὸ ἔσχατον καὶ χωριστὸν τοῦ ὑποκειμένου σώματος. μήτρα δέ, τὸ μεταξὺ τοῦ ξύλου τρίτον ἀπὸ τοῦ φλοιοῦ· οἷον ἐν τοῖς ὀστοῖς μυελός. καλοῦσι δέ τινες τοῦτο καρδίαν· οἱ δέ, μυελόν. τὰ μὲν οὖν μόρια σχεδόν ἐστι τοσαῦτα· σύγκει-

ADſunt vero & alia genera ab internis diuerſa: quæ ipſa quidem per ſe nomine carent: ſimilitudine autem ex animalium partibus appellationem ſibi mutuantur. Habent enim quodammodo neruum, quod continuum, fiſſile prælongumq. eſt: ſed inſociatile germiniſque infœcundum, & venas habens. Venæ ipſæ cætera neruo ſimiles, ſed maiores craſſioreſq. ſunt: & ramulos humoremq. habentes. Item lignum & caro. Alia enim lignum; alia carnem habent. Lignum autem fiſſile eſt: caro omnibus dimenſionibus diuidi poteſt. quomodo terra, quæq. ex terra conſtant. Vnde fit, vt inter neruum & venā ipſa media ſit. Patet vero eius natura tum in cæteris tum in fructuū cute. Cortex & matrix propriæ nuncupantur: ſed ea quoq. reddere definitione debemus. Cortex eſt pars vltima: & à ſubiecto corpore ſeparabilis. Matrix, quod in medio ligni tertiū à cortice cōtinetur: velut medulla in oſſibus. Id nonnulli cor; alij medullā appellant. Partes tot pene numero habētur; quarū po-

ται δὲ τὰ ὕστερα ἐκ τῶν προτέρων· ξύλον μὲν ἐξ ἰνὸς καὶ ὑγροῦ, καὶ ἔνια σαρκός. ξυλοῦται γὰρ σκληρυνόμενα, οἷον ἐν τοῖς φοίνιξι, καὶ νάρθηξι, καὶ εἴ τι ἄλλο ἐκξυλοῦται· ὥσπερ αἱ τῶν ῥαφανίδων ῥίζαι. μήτρα δὲ ἐξ ὑγροῦ καὶ σαρκός. φλοιὸς δὲ ὁ μὲν ἐνίοις ἐκ πάντων τῶν τριῶν· οἷον, ὁ τῆς δρυὸς καὶ αἰγείρου καὶ ἀπίου. ὁ δὲ τῆς ἀμπέλου, ἐξ ὑγροῦ καὶ ἰνός. ὁ δὲ τοῦ φελλοῦ, ἐκ σαρκὸς καὶ ὑγροῦ. πάλιν δὲ ἐκ τούτων σύνθετα τὰ μέγιστα καὶ πρῶτα ῥηθέντα, καθαπερανεὶ μέλη· πλὴν οὐκ ἐκ τῶν αὐτῶν πάντα, οὐδὲ ὡσαύτως, ἀλλὰ διαφόρως. εἰλημμένων δὲ πάντων τῶν μορίων, ὡς εἰπεῖν, τὰς τούτων διαφορὰς πειρατέον ἀποδιδόναι, καὶ τὰς ὅλων τῶν δένδρων καὶ φυτῶν οὐσίας.

ſteriores ex prioribus conſtant. Lignum ex neruo & humore, nonnulla etiam ex carne. Quæ enim indureſcunt, tranſeunt in lignum; vt palma, ferula, quicquid ligneſcit: quemadmodum raphanorum radices. Matrix autem ex carne & humore. Cortex quidam ex tribus illis; vt roboris, populi, piri. quidam ex humore & neruo; vt vitis. Folia vero, ex humore & carne. Rurſum ex his maximæ & primæ illæ, quas enumerauimus, partes componuntur. non tamen omnes ex eiſdem neque ſimili modo; ſed diuerſo. Igitur expoſitis iam omnibus fere partibus; differentias earum, & arborum plantarumque omnium naturam nunc aſſignare tentandum eſt.

ΚΕΦ. Ε.

CAP. V.

Quid arbor, quid frutex, quid herba. *De malua, beta, amerina, nuce auellana.*

Ἐπεὶ δὲ συμβαίνει σαφέστερον εἶναι τὴν μάθησιν διαιρουμένων κατὰ εἴδη, καλῶς ἔχει τοῦτο ποιεῖν, ἐφ᾽ ὧν ἐνδέχεται. πρῶτα δέ ἐστι καὶ μέγιστα καὶ σχεδὸν ὑφ᾽ ὧν πάντα τὰ πλεῖστα περιέχεται τάδε. δένδρον, θάμνος, φρύγανον, πόα. δένδρον μὲν οὖν ἐστὶ τὸ ἀπὸ ῥίζης μονοστέλεχες, πολύκλαδον, ὀζωτὸν, οὐκ εὐαπόλυτον· οἷον ἐλαία, συκῆ, ἄμπελος. φρύγανον δὲ, τὸ ἀπὸ ῥίζης καὶ πολυστέλεχες, καὶ πολύκλαδον· οἷον, βάτος, παλίουρος. πόα δὲ, τὸ ἀπὸ ῥίζης φυλλοφόρον προϊὸν ἀστέλεχες, οὗ ὁ καυλὸς σπερμοφόρον· οἷον ὁ σῖτος, καὶ τὰ λάχανα. δεῖ δὲ τοὺς ὅρους οὕτως ἀποδέχεσθαι καὶ λαμβάνειν, ὡς τύπῳ, ὡς ἐπὶ τὸ πᾶν λεγομένους. ἔνια γὰρ ἴσως ἐπαλλάττειν δόξειε. τὰ δὲ καὶ παρὰ τὴν ἀγωγὴν ἀλλοιότερα γίνεται καὶ ἐκβαίνειεν τῆς φύσεως· οἷον, μαλάχη τε εἰς ὕψος ἀναγομένη καὶ ἀποδενδρουμένη. συμβαίνει γὰρ τοῦτο· καὶ οὐκ ἐν πολλῷ χρόνῳ, ἀλλ᾽ ἐν ἓξ ἢ ἑπτὰ μησίν· ὥστε μῆκος καὶ πάχος δορατιαῖον γίνεσθαι. διὸ καὶ βακτηρίαις αὐταῖς χρῶνται. πλείονος δὲ χρόνου γινομένου, κατὰ λόγον ἡ ἐπίδοσις. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν τεύτλων. καὶ γὰρ ταῦτα λαμβάνει μέγεθος. ἔτι δὲ μᾶλλον ἄγνος καὶ ὁ παλίουρος καὶ ὁ κιττός· ὥσθ᾽ ὁμολογουμένως ταῦτα γίνεται δένδρα. καίτοι θαμνώδη ἐστίν. ὁ δὲ μύρρινος μὴ ἀνακαθαιρόμενος ἐκθαμνοῦται. καὶ Ἡρακλεωτικὴ καρύα. δοκεῖ δὲ αὕτη τε καὶ τὸν καρπὸν βελτίω καὶ πλείω φέρειν, ἐὰν ῥάβδους τις ἐᾷ πλείους, ὡς τῆς φύσεως θαμνώδους οὔσης. οὐ μονοστέλεχες δὲ ἂν δόξειεν οὐδὲ ἡ μηλέα οὐδὲ ἡ ῥοιὰ, οὐδὲ ἡ ἄπιος εἶναι· οὐδὲ ὅλως ὅσα παραβλαστικὰ ἀπὸ τῶν ῥιζῶν ἀλλὰ τῇ ἀγωγῇ τοιαῦτα, παραιρουμένων τῶν ἄλλων. ἔνια δὲ καὶ ἐῶσι πολυστελέχη διὰ λεπτότητα, καθάπερ ῥοιὰν, μηλέαν. ἐῶσι δὲ καὶ τὰς ἐλάτας κοπάδας, καὶ τὰς συκᾶς.

SEd cum doctrina euidentius tradi ſoleat; cũ per ſpecies diuidimus; recte hunc in modum agetur; vbicunque fieri poſſit. Sunt itaq. prima & maxima & à quibus omnia pene aut certe plurima continentur; arbor, frutex, ſuffrutex, herba. Arbor eſt, quod ab radice, caudice ſimplici, ramoſum, nodoſum, ſurculoſum aut facile diſſollubile aſſurgat; ceu olea, ficus, vitis. Frutex, quod ab radice caudice multiplici ramoſumq. ſe attollit; vt rubus, paliurus. Herba, quod ab radice foliatum ſine caudice prouenit; ſemenque caule fert: vt fruměta, & olera. Sed definitiones ita accipi probariq. debent; vt notis ac lineamẽtis quibuſdam quaſi in vniuerſum à nobis ſubſignantur. Etenim diſcrepare nonnulla ſuapte natura fortaſſe appareant. Quædam etiam ob culturam diuerſa effici, atq. à ſua natura diſcedere. vt malua in altũ ſe attollens atq. in arborem tranſiens. Quippe ita fit. neque tempore longo, ſed menſibus ſenis aut ſeptenis: ita, vt longitudine craſſitudineq. inſtar haſtæ poſſit grandeſcere. quapropter commode ad vſum baculi venit. Tempore vero longiore exacto, pro ratione magis quoque incrementa capeſſit. Simili modo & beta: nam ea quoq. ampliorem magnitudinem capit. Sed longe magis amerina, paliurus, edera: vt proculdubio arbores hæ efficiantur; quanquã frutices ſint. At myrtus, niſi ſæpius purgetur, in fruticem tranſit. Quin & nux auellana, quę quidẽ & fructum meliorem copioſioremq. fert, ſiquis plures virgas reliquerit: vt quæ ſcilicet ſua natura potius fruticoſa ſit. Neque malus vero, neque punica, neq; pirus, neq; denique vlla, quæ ab imis plantigera ſit, caudice vno eſſe appareat: ſed cultura cæteris abſciſſis vtique tales redduntur. Nonnullas etiã caudice diffuſas multiplici, cauſa exilitatis relinquimus, vt punicã, vt malũ. Oleas quoque & ficos multifidas dimittere aſſolent.

[…]α δὲ ἄντις φαίη, καὶ ὅλως μεγέθει καὶ μικρότητι δεῖν διαιρεῖν ἔνια· τὰ δὲ, ἰσχύϊ καὶ ἀσθενείᾳ, καὶ πολυχρονιότητι. τῶν τε γὰρ φρυγανωδῶν καὶ λαχανωδῶν ἔνια μονοστέλεχη, καὶ οἷον δένδρου φύσιν ἔχοντα γίνεται· καθάπερ ῥαφανὶς, πήγανον. ὅθεν καὶ καλοῦσί τινες τὰ τοιαῦτα δενδρολάχανα. τά τε λαχανώδη, πάντα ἢ τὰ πλεῖστα, ὅταν ἐγκαταμείνῃ, λαμβάνει τινὰς ὥσπερ ἀκρέμονας, καὶ γίνεται τὸ ὅλον ἐν σχήματι δενδρώδει· πλὴν ὀλιγοχρονιώτερα.

Quin etiam magnitudine, paruitateque omnino diuidenda nonnulla quiſpiam fortaſſe cenſuerit. quædam etiam robore, imbecillitateque & diuturnitate ac temporis breuitate. quippe cum virgultorum olerumque nonnulla caudice vno conſiſtant; & arboris quaſi naturam adipiſci ſpectentur: vt radix, vt ruta. quamobrem eiuſmodi olera nonnulli olerarbores vocant: & quidem omnia olerum genera certe aut plurima, cum permanſerint, quaſi ramos quoſdam capeſſunt; totaque in arboris figuram mutantur. diu tamen durare nequeunt.

ΚΕΦ. Ζ.

CAP. VI.

Arborum aliæ vrbanæ, aliæ ſyluestres, aliæ fructiferæ, aliæ ſteriles, aliæ floriferæ, aliæ flore carentes. De agro Elephantio.

Διὰ δὴ ταῦτα, ὥσπερ ἐλέγομεν, οὐκ ἀκριβολογητέον τῷ ὅρῳ, ἀλλὰ τῷ τύπῳ ληπτέον τοὺς ἀφορισμοὺς, ἐπεὶ καὶ τὰς διαιρέσεις ὁμοίως. οἷον, ἡμέρων, ἀγρίων, καρποφόρων, ἀκάρπων, ἀνθοφόρων, ἀνάνθων, ἀειφύλλων, φυλλοβόλων. τὰ μὲν γὰρ ἄγρια καὶ ἥμερα παρὰ τὴν ἀγωγὴν εἶναι δοκεῖ· πᾶν γὰρ ἄγριον καὶ ἥμερον φησὶν Ἵππων γίνεσθαι, τυγχάνον καὶ μὴ τυγχάνον θεραπείας. ἄκαρπα δὲ καὶ κάρπιμα, καὶ καρποφόρα αὖθις παρὰ τοὺς τόπους καὶ τὸν ἀέρα τὸν περιέχοντα. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ φυλλοβόλα, καὶ ἀείφυλλα. περὶ γὰρ Ἐλεφαντίνην, οὐδὲ τὰς ἀμπέλους οὐδὲ τὰς συκᾶς φασὶ φυλλοβολεῖν. ἀλλ᾽ ὅμως τοῖς αὐτοῖς αἱρετέον. ἔχει γάρ τι τῆς φύσεως κοινὸν, ὁμοίως ἐν δένδροις καὶ θάμνοις καὶ τοῖς φρυγανικοῖς καὶ ποώδεσιν. ὑπὲρ ὧν καὶ τὰς αἰτίας ὅταν τις λέγῃ, περὶ πάντων κοινῇ δηλονότι λεκτέον, οὐχ ὁρίζοντα καθ᾽ ἕκαστον. εὔλογον δὲ καὶ τὰς αἰτίας κοινὰς εἶναι πάντων. ἅμα δὲ καὶ φαίνεταί τινα ἔχειν φυσικὴν διαφορὰν εὐθὺς ἐπὶ τῶν ἀγρίων καὶ τῶν ἡμέρων, εἴπερ ἔνια μὴ δύναται ζῆν ἄνευ θεραπείας· ὥσπερ τὰ γεωργούμενα μηδ᾽ ὅλως δέχεται θεραπείαν, ἀλλὰ καὶ χείρω γίνεται· καθάπερ ἐλάτη, πεύκη, λάστρον· καὶ ἁπλῶς ὅσα ψυχροὺς τόπους φιλεῖ καὶ χιονώδεις. ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν φρυγανικῶν καὶ ποωδῶν· οἷον κάππαρις καὶ θέρμος. ἥμερον δὲ καὶ ἄγριον δίκαιον καλεῖν, ἀναφέροντα καὶ ὅλως πρὸς τὸ ἡμερώτατον. ὁ δὲ ἄνθρωπος, ἢ μόνον ἢ μάλιστα ἥμερον.

Quas ob res, quemadmodum diximus, non exquiſita arctaque ratione, ſed potius rudi quadam nota & formula definitionis accipi debent. Nam & diuiſiones modo ſimili capiendæ ſunt: vt vrbanarum, ſyluestrium, fructiferarum, ſterilium, floriferarum, flore carentium, perpetuo virentium, folia perdentium. Syluestres enim atque vrbanæ cultura potius eſſe videntur. Nam omnem plantam & ſyluestrem & vrbanam, cultum adeptam aut non adeptam, effici poſſe Hippon autor eſt. Steriles item, & fructiferæ, & floriferæ & floris exortes, ob loca cœlumque ambiens. Redduntur & eodem modo perpetuo virentes, & folia deperdentes. Etenim circa agrum Elephantium, neque vitibus, neque ficis folia decidere aiunt. veruntamen eiſdem rebus cuncta amplecti conuenit. Eſt enim quid natura commune pariter arboribus, fruticibus, ſuffruticibus, herbiſque: quorum etiam cauſas cum referre placuerit, de omnibus communi docere ratione oportet; omiſſa penitus ſingulorum determinatione. Nam cauſas quoq; communes omnium eſſe ratio eſt. Quin etiam naturalis quædam differentia protinus in ſyluestrium vrbanorumque genere nobis ſe offert. Siquidem alia viuere nequeant abſque cultura: ſicut illa quæ cultum nullum patiuntur; ſed deteriora redduntur: vt abies, pinaſter, celaſtrus. Ad ſummam, quæ loca frigida niuoſaque adamant. Pari modo in fruticum herbarumque genere; ſicut capparis, lupinum. Vrbanum autem & ſyluestre vocitare debemus, redigendo tum ad prædicta illa; tum vel maxime ad id, quod omnium vrbaniſſimum eſſe conſtat. Homo autem aut ſolus aut maxime omnium vrbanum eſt.

ΚΕΦ. Η. | CAP. VIII.

Formarum differentiæ; quod aliæ terreſtres, aliæ aquatiles; aliæ in paludibus, aliæ in lacubus, aliæ in fluuijs, aliæ in mari.

Φαίνονται δὲ καὶ κατὰ τὰς μορφὰς αἱ διαφοραὶ τῶν ὅλων τε καὶ μορίων· οἷον λέγω, μέγεθος καὶ σμικρότης, σκληρότης, μαλακότης, λειότης, τραχύτης φλοιοῦ, φύλλων. τῶν τε ἄλλων ἁπλῶς εὐμορφία, καὶ δυσμορφία τις. ἔτι δὲ καὶ καλλικαρπία, καὶ κακοκαρπία. πλείω μὲν γὰρ δοκεῖ τὰ ἄγρια φέρειν ὥσπερ ἀχρὰς, κότινος· καλλίω δὲ τὰ ἥμερα, καὶ τοὺς χυλοὺς δὲ αὐτοὺς γλυκυτέρους καὶ ἡδίους, καὶ τὸ ὅλον ὡς εἰπεῖν εὐκράτους μᾶλλον. αὗταί τε δὴ φυσικαί τινες, ὥσπερ εἴρηται, διαφοραί· καὶ ἔτι δὴ μᾶλλον τῶν ἀκάρπων καὶ καρποφόρων, καὶ φυλλοβόλων καὶ ἀειφύλλων· καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. πάντων δὲ ληπτέον ἀεὶ καὶ πάσας τοῖς τόποις. οὐ γὰρ οὐδὲ οἷόν τε ἴσως ἄλλως. αἱ δὲ τοιαῦται δόξαιεν ἂν γενικόν τινα ποιεῖν χωρισμὸν· οἷον ἐνύδρων καὶ χερσαίων, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ζώων. ἔστι γὰρ ἔνια τῶν φυτῶν, ἃ οὐ δύναται μὴ ἐν ὑγρῷ ζῆν. διήρηται δὲ ἄλλο κατ' ἄλλο γένος τῶν ὑγρῶν. ὥστε τὰ μὲν, ἐν τέλμασι, τὰ δὲ ἐν λίμναις, τὰ δὲ ἐν ποταμοῖς, τὰ δὲ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ θαλάττῃ φύεσθαι. τὰ μὲν ἐλάττω, καὶ ἐν τῇ παρ' ἡμῖν· τὰ δὲ μείζω, περὶ τὴν ἐρυθράν. ἔνια δὲ, ὥσπερεὶ κάθυγρα καὶ ἕλεια· καθάπερ ἰτέα καὶ πλάτανος. τὰ δὲ οὐκ ἐν ὕδατι δυνάμενα ζῆν ἐν τούτοις, ἀλλὰ διώκοντα τοὺς ξηροὺς τόπους· τῶν δὲ ἐλαττόνων, ἔστιν ἃ καὶ τοὺς αἰγιαλούς. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τούτων εἴ τις ἀκριβολογεῖσθαι θέλει, τὰ μὲν ἂν εὕροι κοινὰ καὶ ὥσπερ ἀμφίβια, καθάπερ μυρρίνην, ἰτέαν, κλῆθραν· τὰ δὲ καὶ τῶν ὁμολογουμένων χερσαίων, πεφυκότα ποτὲ ἐν τῇ θαλάττῃ βιοῦν· φοίνικα, σκίλλαν, ἀνθέρικον, ἄλλα τὰ τοιαῦτα πάντα. καὶ ὅλως τὸ οὕτω σκοπεῖν, οὐκ οἰκείως ἐστὶ σκοπεῖν· οὐ δὲ γὰρ οὐδ' ἡ φύσις οὕτως οὐδὲ ἐν τοῖς τοιούτοις ἔχει τὸ ἀναγκαῖον. τὰς μὲν οὖν διαιρέσεις καὶ ὅλως τὴν ἱστορίαν τῶν φυτῶν οὕτω ληπτέον. ἅπαντα δ' οὖν καὶ ταῦτα καὶ τἆλλα διοίσει, καθάπερ εἴρηται, ταῖς τε τῶν ὅλων μορφαῖς καὶ ταῖς τῶν μορίων διαφοραῖς· ἢ τῷ ἔχειν, τὰ δὲ μὴ ἔχειν· ἢ τῷ πλείω, τὰ δὲ ἐλάττω· ἢ τῷ ἀνομοίως· ἢ ὅσοι τρόποι διῄρηνται πρότερον. οἰκεῖον δὲ ἴσως καὶ τοὺς τόπους συμπαραλαμβάνειν, ἐν οἷς ἕκαστα πέφυκεν ἢ μὴ πέφυκε γίνεσθαι. μεγάλη γὰρ καὶ αὕτη διαφορὰ, καὶ οὐχ ἥκιστα οἰκεία τῶν φυτῶν, διὰ τὸ συνῆφθαι τῇ γῇ, καὶ μὴ ἀπολελύσθαι, καθάπερ τὰ ζῷα.

FOrmis quoque in ipſis differentiæ totorum atq; partium patent: ceu magnitudo, paruitas, duritia, mollitia, leuitas, aſperitas; corticis, foliorum: reliquorumq; deniq; pulchritudo & deformitas quædam: item bonitas & prauitas fructuum. Quippe cum plura ſylueſtres ferre videantur; vt piraſter & oleaſter; vrbanæ autẽ meliora; ſuccos quoq; ipſos dulciores, ſuauiores, vtq; in totum dixerim, temperatiores præſtant. Igitur hæ naturales quædam (vt dictum eſt) differentiæ ſunt: ac longe magis ſterilium, fructiferarum; folia deperdẽtium, perpetuo virentium; quæq; alia huiuſmodi ſunt. Omnium vero ſemper omneſq; differentię per locos accipi debent. quippe cum aliter forſitan capi nequeant. Tales autem differentiæ generalem quandam facere diſtinctionem poſſe videntur: vt terreſtrium atq; aquatilium; ſicuti in animalium genere. Sunt enim plantarum quædam, quæ non niſi in aqua viuere poſſunt. Namq; aliæ ſecundum aliud genus humorum diſcernũtur: vt alię in paludibus, aliæ in lacubus, aliæ in fluuijs, quædam etiam in ipſo mari naſcantur: minores in noſtro, maiores vero in rubro. Nonnullæ præmadidæ quaſi, atq; paluſtres omnino ſpectantur: vt ſalix, platanus. Quædam degere in aquis minime queunt; ſed arida loca perſequuntur. Ex minoribus quędam etiam littora vtique deſiderant. Cæterum inter eas quoque, ſiquis arctius inquirere velit, alias communes & quaſi vitam ancipitem agentes inueniet: vt myrtum, ſalicem, alnum. Alias, vel ex ijs quę terreſtres proculdubio ſunt, in mari nonnunquam viuentes: vt palmam, ſcillam, albucũ. Sed enim eiuſmodi omnia & in totum hoc modo penſitare minus accommodata cõtemplatio eſt. Neç enim natura hoc modo neque in eiuſmodi rebus neceſſitatem iniecit. Ergo diuiſiones atq; in totum hiſtoriam plantarum accipere hunc in modum debemus. Omnia itaq; tam hæc quam cætera differunt, vt diximus, tum cæterorũ forma, tum partium diſcrimine. Vel quod quædam habent, quædam non habent: vel quod quædam plura habeant, quædam pauciora: vel quod non ſimili modo habeant: vel quemadmodum ſuperius ſitus diuiſimus. Nam loca quoq; aſſumpſiſſe fortaſſe non ab re eſt; quibus locis ſingula apta, aut non apta ſint procreari. Nam differentia magna, & maxime propria plantarum eſſe percipitur: quandoquidem terræ adhæreant, & nunquam eæ abſolui ſicut animalia poſſint.

ΚΕΦ. Η. — CAP. VIII.

Differentia plantarum a figura, a caudice, a cortice, & lingo etiam.

ΠΕιρατέον δὲ εἰπεῖν τὰς κατὰ μέρος διαφορὰς, ὡς δεῖν καθόλου λέγοντας πρῶτον καὶ κοινῶς, εἶτα καθ᾽ ἕκαστον ὕστερον ἐπὶ πλεῖον ὥσπερ ἀναθεωροῦντας. ἔστι δὴ τὰ μὲν ὀρθοφυῆ καὶ μακροστελέχη, καθάπερ ἐλάτη, πεύκη, κυπάριττος· τὰ δὲ σκολιώτερα καὶ βραχυστελέχη· οἷον ἰτέα, συκῆ, ῥοιά. καὶ κατὰ πάχος δὲ καὶ λεπτότητα ὁμοίως. καὶ πάλιν τὰ μὲν, μονοστελέχη· τὰ δὲ, πολυστελέχη. τοῦτο δ᾽ αὐτὸ τρόπον τινὰ καὶ τῷ παραβλαστικὰ ἢ ἀπαράβλαστα εἶναι, καὶ πολυκλαδῆ καὶ ὀλιγόκλαδα, καθάπερ ἡ φοῖνιξ· καὶ ἐν αὐτοῖς τούτοις ἔτι κατὰ τὴν ἰσχὺν ἢ πάχος ἢ τὰ τοιαῦτα, διαφορά. πάλιν τὰ μὲν λεπτόφλοια, καθάπερ δάφνη, φιλύρα· τὰ δὲ παχύφλοια, καθάπερ ἀγρία δρῦς. ἔτι τὰ μὲν λειόφλοια, καθάπερ μηλέα, συκῆ· τὰ δὲ τραχύφλοια, καθάπερ ἀγρία δρῦς, φελλὸς, φοῖνιξ. ἅπαντα δὲ, νέα μὲν ὄντα λειοφλοιότερα· ἀπογηράσκοντα δὲ, τραχυφλοιότερα. ἔνια δὲ καὶ ῥιζόφλοια, καθάπερ ἄμπελος. τὰ δὲ καὶ ὥστε περιπίπτειν· οἷον ἀνδράχνη, μηλέα, κόμαρος. ἔστι δὲ καὶ τῶν μὲν σαρκώδης ὁ φλοιός· οἷον φελλοῦ, δρυὸς, αἰγείρου. τῶν δὲ, ἰνώδης καὶ ἄσαρκος, ὁμοίως δένδρων, καὶ θάμνων, καὶ ἐπετείων· οἷον, ἀμπέλου, καλάμου, πυροῦ. καὶ τῶν μὲν πολύλοπος· οἷον φιλύρας, ἐλάτης, ἀμπέλου, λινοσπάρτου, κρομμύων. τῶν δὲ μονόλοπος· οἷον συκῆς, καλάμου, αἴρας. κατὰ μὲν δὴ τοὺς φλοιοὺς ἐν τούτοις αἱ διαφοραί. τῶν δὲ ξύλων αὐτῶν καὶ ὅλως τῶν καυλῶν, οἱ μέν εἰσι σαρκώδεις· οἷον δρυὸς, συκῆς· καὶ τῶν ἐλαττόνων, βαλάνου, τεύτλου, κωνίου· οἱ δὲ ἄσαρκοι· καθάπερ κέδρου, λωτοῦ, κυπαρίττου. καὶ οἱ μὲν, ἰνώδεις (τὰ μὲν γὰρ τῆς ἐλάτης καὶ τοῦ φοίνικος ξύλα τοιαῦτα) τὰ δὲ μανὰ, καθάπερ τῆς συκῆς. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ μὲν φλεβώδη, τὰ δὲ ἄφλεβα. περὶ δὲ τὰ φρυγανικὰ καὶ θαμνώδη καὶ ὅλως τὰ κλήματα, καὶ ἄλλας τις ἂν λάβοι διαφοράς. ὁ μὲν γὰρ κάλαμος, γονατώδης· ὁ δὲ βάτος καὶ ὁ παλίουρος, ἀκανθώδης· ἡ δὲ τίφη καὶ ἔνια τῶν ἑλείων ἢ λιμναίων ὁμοίως ἀδιάφρακτα καὶ ὁμαλῆ, καθάπερ σχοῖνος. ὁ δὲ τοῦ κυπείρου καὶ βουτόμου καυλὸς ὁμαλότητά τινα ἔχει παρὰ τοὺς ἄλλους. ἔτι δὲ μᾶλλον ἴσως ὁ τοῦ μύκητος. αὗται μὲν δὴ δόξαιεν ἂν ἐξ ὧν ἡ σύνθεσις. ἡ δὲ κατὰ τὰ πάθη καὶ τὰς δυνάμεις· οἷον μαλακότης, σκληρότης, κραυρότης, γλισχρότης, μανότης, κουφότης, βαρύτης, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. ἡ μὲν γὰρ ἰτέα αὐανθεῖσα μόνον κούφη, φελλὸς δ᾽ εὐθὺ καὶ χλωρός. ἡ δὲ πύξος καὶ ἡ ἔβενος, οὐδὲ αὐανθέντα. καὶ τὰ μὲν σχιστὰ, καθάπερ ὁ τῆς ἐλάτης· τὰ δὲ ἄθραυστα μᾶλλον, οἷον ὁ τῆς ἐλαίας. καὶ τὰ μὲν λοξὰ, οἷον τὰ τῆς ἀκτῆς· τὰ δὲ ὀζώδη, οἷον τὰ τῆς πεύκης καὶ ἐλάτης. δεῖ δὲ καὶ τὰς τοιαύτας ὑπολαμβάνειν τῆς φύσεως. εὔσχιστον μὲν γὰρ ἡ ἐλάτη τῷ εὐθυπορεῖν·

NVnc particulatim differentias explicare conandum. quo primũ in vniuerſum atq. ratione communi, deinde ſingillatim differentes, plus quoq. agnoſcere progreſſu orationis videamur. Sunt igitur plantarum aliæ proceræ & longo caudice; vt abies, pinus, cupreſſus: aliæ contortiores & caudice breui: vt ſalix, ficus, punica. Simili modo & craſſitudine tenuitateq. diſtant. Quædam rurſus caudice vno, quædam pluribus. Ab his proximũ vel illud quodammodo eſt: alias procreandę ſobolis vim retinere, alias carere: & alias ramos multos geſtare, alias paucos; ceu palmam. Item robore & craſſitudine aut aliquibus huiuſmodi differentijs diſcernendum. Rurſus quædam cortice tenui; vt laurus, tilia. Quædam craſſo; vt robur. Item quædã cortice leui; vt malus, ficus. Quædã ſcabro; vt robur, ſuber, palma. Hæc dum adoleſcunt leuiori cortice ſunt, cũ ſeneſcunt, craſſiori ſcabrioriq. Nonnullis cortex radicis ſpecimen gerit; vt viti. Quibuſdam etiam cadit; vt portulacę, vnedoni, arbuto. Ad hæc alijs cortex carnoſus; vt ſuberi, robori, populo: alijs neruoſus macilentuſq., pariter arboribus, fruticibus, annuiſque: vt viti, arundini, tritico. Alijs multiplex tunicis: vt tilię, abieti, viti, lino, geniſtę, cepis. Alijs ſimplex: vt fico, arundini, lolio. Corticis ratione ita differentiæ colliguntur: lignorũ autem ipſorum, atq. in totum cauliũ, alij carnoſi; vt roboris, vt fici: & ex minoribus, glandis, betę, cicutę: alij macilenti; vt cedri, vt celtis, vt cupreſſi. Alij neruoſi: abietis enim palmæq. huiuſmodi ſunt. Alij enerues; vt fici. Simili modo alij venoſi, alij venis priuati. Sed in fruticum, & ſuffruticum, & ad ſummam ſarmentorum genere, aliæ quoq. differentiæ comperiri poſſunt. Quippe cũ arundo geniculata, rubus & paliurus ſpinoſa: tipha & paluſtrium aut lacuſtrium nonnulla non ſepta pariter atq. æqualia conſpiciantur; vt iuncus. Gladioli vero & butomi caulis æqualitatẽ quandam peculiarem ſortitus eſt, & longe magis fungi fortaſſe pediculus eo in genere poni debat. Igitur hæ differentiæ rerum illarum eſſe apparent, quibus fieri compoſitio poteſt. Illæ vero ad affectiones vireſque referuntur: vt durities, mollities, lentitas, fragilitas, denſitas, raritas, leuitas, grauitas: quæque alia eiuſmodi ſunt. Salix enim ſicca tantummodo leuis: ſuber etiam viride leue eſt: buxus & ebenus ne arefactæ quidem leues redduntur. Aliæ fiſſiles, vt abies: aliæ frangi celeriores, vt olea: aliæ item enodes, vt ſambucus: aliæ nodoſæ, vt pinus, abies. Nec huiuſmodi differentiæ denegandæ naturæ ſunt: nam fiſſilis abies certa meatuum rectitudine:

ἄθραυστον δὲ ἡ ἐλαία διὰ τὸ σκολιὸν καὶ σκληρόν. εὔκαμπτον δὲ ἡ φιλύρα, καὶ ὅσα ἄλλα· διὰ τὸ γλίσχρον ἔχειν τὴν ὑγρότητα. βαρὺ δὲ, ἡ μὲν πύξος καὶ ἡ ἔβενος, ὅτι πυκνά. ἡ δὲ δρῦς, ὅτι γεώδες. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ἄλλα πάντα πρὸς τὴν φύσιν πῶς ἀνάγεται.

fragilis olea obliquitate atque duritia: flexilis tilia: & quæcunque alia huiuſmodi ſunt humoris ſui lentitia. Grauis buxus & ebenus; quia denſa: robur; quia terrenum. Pari modo & reliqua omnia quodammodo ad naturam redigi poſſunt.

ΚΕΦ. I.

Cap. IX.

Differentia medullarum, diſcrimen radicum, differentia radicum ſumma.

Διαφέρουσι δὲ καὶ ταῖς μήτραις. πρῶτον μὲν εἰ ἔνια ἔχει ἢ μὴ ἔχει, καθάπερ τινές φασιν ἄλλα τε καὶ τὴν ἀκτήν. ἔπει καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἔχουσι, τῶν μὲν ἐστι σαρκώδης, τῶν δὲ, ξυλώδης, τῶν δὲ, ὑμενώδης. σαρκώδης μὲν, οἷον ἀμπέλου, συκῆς, μηλέας, ῥοιᾶς, ἀκτῆς, νάρθηκος· ξυλώδης δὲ, πίτυος, ἐλάτης, πεύκης· καὶ μάλιστα ταύτης διὰ τὸ ἔνδαδος εἶναι. τούτων δὲ ἔτι σκληρότεραι καὶ πυκνότεραι, κρανίας, πρίνου, δρυὸς, κυτίσου, συκαμίνων, ἐβένου, λωτοῦ. διαφέρουσι δὲ αὗται καὶ τοῖς χρώμασι· μέλαιναι γὰρ δὴ πᾶσαι· καὶ τῆς δρυὸς, ἣν καλοῦσι μελάνδρυον. ἅπασαι δὲ σκληρότεραι τῶν ξύλων· διὸ καὶ ὑπομένουσι καμπήν. μανότεραι μὲν αἱ μὲν, αἱ δὲ ὑμενώδεις, ἐν μὲν τοῖς δένδροις οὐκ εἰσὶν, ἢ σπάνιοι, ἐν δὲ τοῖς θαμνώδεσι καὶ ὅλως τοῖς ὑλήμασιν· οἷον καλάμῳ τε καὶ νάρθηκι, καὶ τοῖς τοιούτοις, εἰσίν. ἔχει δὲ τὴν μήτραν τὰ μὲν μεγάλην καὶ φανερὰν· ὡς πρίνος, δρῦς, καὶ τὰ ἄλλα τὰ προειρημένα. τὰ δὲ, ἀφανεστέραν· οἷον, ἐλαία, πύξος. οὐ γάρ ἐστιν ἀφωρισμένην οὕτω λαβεῖν. ἀλλὰ καὶ φασί τινες οὐ κατὰ τὸ μέσον, ἀλλὰ κατὰ τὸ πᾶν ἔχειν, ὥστε μὴ εἶναι τόπον ὡρισμένον. διὸ καὶ ἔνια οὐδ' ἂν δόξειεν ὅλως ἔχειν· ἐπεὶ καὶ τοῦ φοίνικος οὐδεμία φαίνεται διαφορὰ κατ' οὐδέν. διαφέρουσι δὲ καὶ ταῖς ῥίζαις. τὰ μὲν γὰρ, πολύρριζα καὶ ἀκρόρριζα· καθάπερ συκῆ, δρῦς, πλάτανος. ἐὰν γὰρ ἔχωσι τόπον, ἐφ' ὅσον οὖν προέρχονται. τὰ δὲ ὀλιγόρριζα· καθάπερ ἐλάτη, ῥοιὰ, μηλέα· τὰ δὲ μονόρριζα, καθάπερ ἐλάτη, πεύκη. μονόρριζα οὕτως, ὅτι μίαν μεγάλην τὴν εἰς βάθος ἔχει, μικρὰς δὲ ἀπὸ ταύτης πλείους. ἔχουσι δὲ καὶ τῶν μονορρίζων ἔνια τὴν ἐκ τοῦ μέσου μεγίστην καὶ κατὰ βάθος· ὥσπερ ἀμυγδαλή. ἐλαία δὲ μικρὰν ταύτην, τὰς δὲ ἄλλας μείζους καὶ ὡς κεκαρκινωμένας. ἔτι δὲ τῶν μὲν, παχεῖαι μᾶλλον, τῶν δὲ, ἀνωμαλεῖς· καθάπερ δάφνης, ἐλαίας. τῶν δὲ, πᾶσαι λεπταί· καθάπερ ἀμπέλου. διαφέρουσι δὲ καὶ λειότητι καὶ τραχύτητι καὶ πυκνότητι. πάντων γὰρ αἱ ῥίζαι μανώτεραι τῶν ἄνω, πυκνότεραι δὲ ἄλλαι ἄλλων καὶ ξυλωδέστεραι. καὶ αἱ μὲν ἰνώδεις, ὡς αἱ τῆς ἐλάτης· αἱ δὲ σαρκώδεις μᾶλλον, ὥσπερ αἱ τῆς δρυός· αἱ δὲ οἷον ὀζώδεις καὶ θυσανώδεις· ὥσπερ αἱ τῆς ἐλαίας. τοῦτο δὲ, ὅτι τὰς λεπτὰς καὶ μικρὰς πολλὰς ἔχουσι καὶ ἀθρόας. ἐπεὶ πᾶσαι γε καὶ ταύτας ἀποφύου-

Medullæ præterea ratione inter ſe diſcrepant. Primum ſi aliæ habent aliæ carent: vt nonnulli tam alias quaſdam, quam ſambucũ medulla carere aſſeuerant. Nam & inter eas quę certo habent, alijs carnoſa, alijs lignoſa, alijs mẽbranis ſimilis. Carnoſa, viti, fico, punicæ, ſambuco, ferulæ: lignoſa, larici, abieti, pino: & quidẽ huic præcipue, quod tedæ plurima ingerat. His durior atque ſpiſſior, corno, ilici, robori, cytiſo, moro, ebeno, celti. Quę quidem coloribus etiam inter ſe diſtant. Omnes enim nigræ ſunt. Quin etiam robori talis, quod nigrum cognominant. Omneſq. ſunt lignis duriores. Quamobrem flexum nullum recipiunt; aliæ tamen alijs ſolutiores. Mẽbranis ſimiles arboribus nullæ, aut raro. In fruticoſis vero atq. materia humili, vt arundine, ferula, reliquiſq. eiuſmodi, tales nimirum habentur. Quædam medullam ipſam magnã atq. perſpicuam continent: vt ilex, robur, cæteræque prædictæ. Quædam paruã incertioremq. gerũt; vt olea, buxus. Haud enim ita in his diſtincta ſpectatur. Quamobrem ſunt, qui non in medio; ſed per totum lignũ diſperſam eſſe affirment: vt nullus ſit certus locus medullæ. Nec deſunt, quę nullam omnino medullam habere videantur. Nam palmæ nullũ penitus diſcrimen colligi poteſt. Radicibus præterea diſtãt. Alijs enim multæ longæq. radices; vt fico, robori, platano. Quippe cum iſtæ ſi locum habeant expeditum, ſubire quantũvis facile poſſint. Alijs paucæ; vt punicæ, malo: alijs vna tantũmodo data eſt; vt abieti, pino. Ita ſcilicet vt vna & prægrandis in ima deſcenderet: paruæ autẽ complures ab illa exirent. Item earum quæ vnica radice firmantur, quædã prægrandem alteque infixam illam demittunt, quæ ex medio tendit; vt amygdala. Sed olea paruam illam, cæteras grandiores contortioreſque gerit. Et alijs craſſiores: alijs inæqualiores; vt lauro, oleæ: alijs tenues omnes; vt viti. Differunt præterea, leuitate, aſperitate ſpiſſitateque. Quamuis enim omnium radices rariores corpore partibus ſuperioribus ſint, aliæ tamen alijs ſpiſſiores, magiſq. ſurculoſæ cõſtant. Et aliæ neruoſæ; vt abietis: aliæ carnoſæ potius; vt roboris. Quædam veluti nodoſæ villoſæq.; vt oleæ. Quod exinde euenit; quia breues ac tenues illas permultas atque promiſcuas mittunt. Nam & ſi

omnibus

ἀπὸ τῶν μεγάλων. ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἀθρόας καὶ πολλάς. εἰσὶ δὲ καὶ τὰ μὲν βαθύρριζα, καθάπερ δρῦς· τὰ δὲ ἐπιπολαιόρριζα, καθάπερ ἐλαία, ῥοιά, μηλέα, κυπάριττος. ἔτι δὲ αἱ μὲν εὐθεῖαι καὶ ὁμαλεῖς, αἱ δὲ σκολιαὶ καὶ ἐπαλλάττουσαι. (τοῦτο γὰρ οὐ μόνον συμβαίνει διὰ τοὺς τόπους, τῷ μὴ εὐοδεῖν, ἀλλὰ καὶ τῆς φύσεως αὐτῆς ἐστιν, ὥσπερ καὶ τῆς δάφνης καὶ τῆς ἐλαίας) ἡ δὲ συκῆ καὶ τὰ τοιαῦτα σκολιοῦσθαι, διὰ τὸ μὴ εὐοδεῖν. ἅπασαι δὲ ἔμμητροι, καθάπερ καὶ τὰ στελέχη καὶ οἱ ἀκρέμονες, καὶ εὔλογον ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. εἰσὶ δὲ καὶ αἱ μὲν, παραβλαστικαὶ εἰς τὸ ἄνω, καθάπερ ἀμπέλου, ῥόα· αἱ δὲ ἀπαράβλαστοι, καθάπερ ἐλάτης, κυπαρίττου, πεύκης. αἱ αὐταὶ δὲ διαφοραὶ καὶ τῶν φρυγανικῶν καὶ τῶν ποωδῶν, καὶ τῶν ἄλλων, πλὴν εἰ ὅλως ἔνια μὴ ἔχει, καθάπερ ὕδνον, μύκης, πέζος, κράνιον. τὰ μὲν πολύρριζα, καθάπερ πυρός, τίφη, κριθή, πᾶν τὸ τοιοῦτον, καθάπερ εἰκάζουσιν. τὰ δὲ ὀλιγόρριζα, καθάπερ τὰ χεδροπά. σχεδὸν δὲ καὶ τῶν λαχανωδῶν τὰ πλεῖστα μονόρριζα, οἷον ῥάφανος, τεῦτλον, σέλον, λάπαθος. πλὴν ἔνια καὶ ἐπιφυάδας ἔχει μεγάλας· οἷον τὸ σέλινον, τὸ τεῦτλον· καὶ ὡς ἂν κατὰ λόγον ταῦτα βαθυρριζότερα τῶν δένδρων. εἰσὶ δὲ τῶν μὲν σαρκώδεις, καθάπερ ῥαφανίδος, γογγυλίδος, ἄρου, κρόκου. τῶν δὲ, ξυλώδεις· οἷον εὐζώμου, ὠκίμου, καὶ τῶν ἀγρίων δὲ τῶν πλείστων. ὅσαι μὴ εὐθεῖαι, πλείους καὶ σχιζόμεναι, καθάπερ πυροῦ, κριθῆς, καὶ τῆς καλουμένης πόας· αὕτη γὰρ ἐν τοῖς ἐπετείοις καὶ ἐν τοῖς ποώδεσιν ἡ διαφορὰ τῶν ῥιζῶν· ὥστε τὰς μὲν εὐθὺς σχίζεσθαι πλείους οὔσας καὶ ὁμαλεῖς. τῶν δὲ ἄλλων μίαν ἢ δύο τὰς μεγίστας· ἄλλας δὲ ἀπὸ τούτων.

omnibus paruæ e grandibus exeunt, tamen non omnibus eodem modo congeſtæ frequenteſq;. Sunt item aliæ radicibus altis, vt robur: aliæ ſummæ adhærẽtibus terræ; vt olea, punica, malus, cupreſſus: item alijs rectæ æqualeſque, alijs obliquæ inęqualeſque. Id enim non ſolum loci ratione euenit, quod ſcilicet & recto tramite progredi non poſſunt; ſed etiam naturæ ipſius proprium eſt: vt in lauro & olea liquet, ac fico. cæteriſque huiuſmodi radix obliqua propterea eſt, quod expedita facilique ſemita carent. Medulla omnibus ineſt, ſicuti caudicibus & ramis: qui certę non abſque ratione ſua teſtantur principia. Item quædam prolis ſurſum verſus procreandæ vim obtinent; vt vitis, vt punicæ. Quædam nullam penitus proferre ſobolem poſſunt; vt abietes, cupreſſi, pini. Suffruticum quoque herbarum reliquorumque has eaſdem differentias aſſignare licet. Niſi quid radice penitus careat; vt tuber, fungus, cranium. Nam alijs radix numeroſa; vt tritico, hordeo, tiphæ; omnibúſque huiuſmodi eſſe ſimilitudine quadam cõcernuntur: alijs paucæ, vt leguminibus. Olerum quoque maior fere pars radice cohæret ſingulari; vt braſſica, beta, apium, rumex. Sed nonnulla propagines magnas ſubgerunt; vt apium & beta. Quæ quidem pro corporis ſui ratione altius quam arbores ſane radicantur. Sũt alijs carnoſæ; vt raphano, rapæ, aro, croco: alijs lignoſæ; vt erucæ, ocymo, & ſilueſtribus magna ex parte. Quibus non rectæ, plures & fiſſæ exeunt, ſicut tritico, hordeo; & ei, quam ſpecialiter herbam appellamus. Hæc enim in annuorũ herbarumq. genere differentia radicum: vt aliæ protinus multiplices atque æquales pręſcindantur: aliæ ſimplices promantur, aut binæ ſcilicet, quæ maximæ: nã aliæ pleræq. ex ijs proueniunt.

ΚΕΦ. Ι. — CAP. X.

Radix gladioli & ari, radix ſcillarum, ceparum, & bulborum.

Ὅλως δὲ πλείους αἱ διαφοραὶ τῶν ῥιζῶν ἐν τοῖς ὑλήμασι καὶ λαχανώδεσιν. εἰσὶ γὰρ αἱ μὲν ξυλώδεις, ὥσπερ αἱ τοῦ ὠκίμου. αἱ δὲ σαρκώδεις, ὥσπερ αἱ τοῦ τεύτλου. καὶ ἔτι δὴ μᾶλλον τοῦ ἄρου καὶ ἀσφοδέλου, καὶ κρόκου. αἱ δὲ ὥσπερ ἐκ φλοιοῦ καὶ σαρκός, ὥσπερ αἱ τῶν ῥαφανίδων καὶ γογγυλίδων· αἱ δέ, γονατώδεις, ὥσπερ αἱ τῶν καλάμων καὶ ἀγρώστεως, καὶ εἴ τι καλαμῶδες. καὶ μόναι δὴ αὗται ἢ μάλιστα ὅμοιαι τοῖς ὑπὲρ γῆς· ὥσπερ γὰρ καλαμοί εἰσιν ἐρριζωμέναι ταῖς λεπταῖς· αἱ δέ, λεπυρώδεις ἢ φλοιώδεις, ὥσπερ τε τῆς σκίλλης καὶ τοῦ βολβοῦ καὶ ἔτι κρομμύου καὶ τῶν τούτοις ὁμοίων· ἀεὶ γάρ ἐστι περιαιρεῖν αὐτῶν. πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα δοκεῖ καθάπερ δύο γένη ῥιζῶν ἔχειν, καὶ ὅλως τὰ κεφαλοβαρῆ καὶ καλάρριζα.

Ad ſummã radicum differentiæ in olerum genere atq. materia humili complures accipi poſſunt. Sunt enim aliæ lignoſæ, vt ocymi: aliæ carnoſæ; vt betæ: multoq. magis, ari, haſtulæ regię, croci. Quædã quaſi ex carne & cortice cõſtãt; vt raphanorum, raporũ: aliæ geniculatę; vt arundinũ, graminũ, & quicquid arundinaceum. Quę quidẽ ſolæ vel maxime ijs quę ſuper terram eminẽt, ſimiles formari cernuntur. Etenim tanquã arũdines fibris innixę corradicãtur: alię tunicis multiplicibus corticoſæq. porriguntur; vt ſcillę, bulbi, atq. etiã cepe, hiſq. ſimiliũ. Semper enim his aliquid circa eximi põteſt. Quę quidẽ omnĩa duplex quodãmodo genus radicis exhibere vidẽtur. Nõnullis hoc idẽ de omnib⁹ capitatis terraq. cõditis placet. Habẽt enim & carnoſã il-

τὴν τε σαρκώδη ταύτην καὶ φλοιώδη, καθάπερ ἡ σκίλλα, καὶ τῆς ἀπὸ ταύτης ἀποπεφυκυίας· οὐ γὰρ λεπτότητι καὶ παχύτητι διαφέρουσι μόνον, ὥσπερ αἱ τῶν δένδρων καὶ τῶν λαχάνων, ἀλλοῖον ἔχουσαι τὸ γένος. ἐκφανεστάτη δὲ ἤδη ἥ τε τοῦ ἄρου καὶ ἡ τοῦ κυπείρου. ἡ μὲν γὰρ παχεῖα καὶ λεία καὶ σαρκώδης· ἡ δὲ λεπτὴ καὶ ἰνώδης. διόπερ ἀπορήσειεν ἄν τις, εἰ ῥίζας τὰς τοιαύτας θετέον. ἡ μὲν γὰρ κατὰ γῆς δόξειεν ἄν· ἡ δὲ ὑπεναντίως ἔχουσα ταῖς ἄλλαις, οὐκ ἂν δόξειεν. ἡ μὲν γὰρ ῥίζα λεπτοτέρα πρὸς τὸ πόρρω, καὶ ἀεὶ συνόξυς· αἱ δὲ τῶν σκιλλῶν, καὶ τῶν βολβῶν, καὶ τῶν ἄρων, ἀνάπαλιν. ἔτι δ' αἱ μὲν ἄλλαι κατὰ τὸ πλάγιον ἀφιᾶσι ῥίζας· αἱ δὲ τῶν σκιλλῶν καὶ τῶν βολβῶν οὐκ ἀφιᾶσιν· οὐδὲ τῶν σκορόδων καὶ τῶν κρομμύων. ὅλως δέ γε ἐν ταύταις αἱ κατὰ μέσον ἐκ τῆς κεφαλῆς ἠρτημέναι φαίνονται ῥίζαι καὶ τρέφονται. τοῦτο δὲ ὥσπερ κύημα ἢ καρπός. ἐπεὶ δὲ πλεῖον ἡ φύσις ἢ κατὰ ῥίζαν, ταύτῃ ἀπορίαν ἔχει. τὸ γὰρ δὴ πᾶν λέγειν τὸ κατὰ τὴν ῥίζαν, οὐκ ὀρθόν. καὶ γὰρ ἂν ὁ καυλὸς τοῦ βολβοῦ καὶ ὁ τοῦ γηθύου, καὶ ὅλως ὅσα κατὰ βάθος ἐστὶν, εἴησαν ἄρριζα. καὶ τὸ ὕδνον δὲ, ὃ καλοῦσί τινες ἄσχιον, καὶ τὸ οὔιγγον, καὶ εἴ τι ἄλλο ὑπόγειόν ἐστιν, ὧν οὐδέν ἐστι ῥίζα. δυνάμει γὰρ δεῖ φυσικῇ διαιρεῖν καὶ οὐ τόπῳ. τάχα δὲ τοῦτο μὲν ὀρθῶς λέγεται· ῥίζα δὲ οὐδὲν ἧττόν ἐστιν, ἀλλὰ διαφορά τις αὕτη τῶν ῥιζῶν. ὥστε τὴν μέν τινα τοσαύτην εἶναι, τὴν δὲ, τοιαύτην· καὶ τρέφεσθαι τὴν ἑτέραν ὑπὸ τῶν ἑτέρας. καίτοι καὶ αὗται καὶ αὐτῶν αἱ σαρκώδεις ἐοίκασιν ἕλκειν. τὰς γοῦν τῶν ἄρων πρὸ τοῦ βλαστάνειν στρέφουσι. καὶ γίνονται μείζους κωλυόμεναι διιέναι πρὸς τὴν βλάστησιν. ἐπεὶ ὅτι γε πάντων τῶν τοιούτων ἡ φύσις καὶ τὸ κάτω γε μᾶλλον ῥέπει, φανερόν. οἱ μὲν γὰρ καυλοὶ, καὶ ὅλως τὰ ἄνω, βραχέα καὶ ἀσθενῆ. τινὰ δὲ κάτω μεγάλα καὶ πολλὰ καὶ ἰσχυρὰ, οὐ μόνον καὶ τῶν εἰρημένων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ καλάμου καὶ ἀγρώστιδος. καὶ ὅλως ὅσα καλαμώδη καὶ τούτοις ὅμοια. καὶ ὅσα δὴ ναρθηκώδη, καὶ τούτων ῥίζαι μεγάλαι καὶ σαρκώδεις.

lam & corticoſam; vt ſcilla, & eas quę ex illa prouenniunt. Nō enim craſſitudine tenuitáteq. tantũ diſcrepant; ſicut olerum arborumq.: ſed etiam genus diuerſum habere videntur. Euidentiſſima gladioli eſt atque ari: quippe cum altera craſſa, leuis, carnoſa; altera tenuis atque neruoſa ſit. Quamobré dubitauerit ſane quiſpiam an inter radices hæc poni debeant. Etenim, quod ſubter telluri cohæret, radix eſſe appareat: quod vero cæteris e diuerſo promitur, nihil obtinere radicis dixeris. Radix enim parte poſtrema tenuior eſt; in quæ acutius aſſidue tendit. radix vero ſcillarum bulborum arorumq. e contrario creſcit. Item cæteræ radiculas de ſuo latere mittūt. ſcillarum vero & item ceparum nihil penitus mittunt. In totum, quæ de capite per medium pendent, radices eſſe videntur atque coaleſcunt. Pars vero illa extuberans, ad cymæ aut fructus modum conſiſtit. Cæterum, cum natura eorum plus eſſe quam radix debeat, idcirco oriri ambiguitas poteſt: quippe cum totum illud radicem eſſe aſſeueraſſe, haudquaquam recte actum intelligatur. Radix enim bulbi & gethyi caule omnino carebit: & in totum omnia quæ natura ſub terram diſtēdi voluit, caulis nimirum expertem ſortientur naturā; ſi totum radice conſummari placuerit. Ac proinde tuber, quod nonnulli aſchium vocant, & vingum, & quicquid ſub terram aliud latitat, radices proculdubio erunt. quorum nullum forma conſtat radicis. Hæc enim naturæ viribus non locis diſcerni oportet. Sed forte recte id quidem dicitur; illud tamen radix nihilominus eſt. Sed illa quoque radicis differentia reddi debet: vt alia tanta, alia talis ſit; alteraq. alimentum ab altera capeſſat. quanquam & ipſæ & earum carnoſæ illæ alimentum ſibi attrahere videntur. Arorum itaque radices ruſtici alunt, antequam germina edere incœperint: redduntque ampliores, dum germinandi impetum cohibent. Omnium enim eiuſmodi naturam deorſum verſus potius vergere manifeſtum eſt. Caules enim atque in totum partes ſupernæ, breues imbecilleſque ſunt. Inferæ autem, grandes, frequentes, validæ. Nec ſolum in prædictis, verum etiam in arundine, gramine; denique omnibus, quæ arundinacea iiſque ſimilia ſint. Quæque ferulacea, horum quoq. radices grandes atque carnoſæ.

ΚΕΦ. ΙΑ.

CAP. XI.

De Croco, perdicio, vingo, laſerpicio, magudari, & platano in Lyceo.

Πολλὰ δὲ καὶ τῶν ποωδῶν ἔχει τοιαύτας ῥίζας· οἷον, ἀσπάλαξ, κρόκος, καὶ τὸ περδίκιον καλούμενον. καὶ γὰρ τοῦτο παχείας τε καὶ πλείους ἔχει τὰς ῥίζας, ἢ φύλλα. καλεῖται δὲ περδίκιον, διὰ τὸ τοὺς πέρδικας ἐγκυλίεσθαι καὶ ὀρύττειν· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενον οὔιγγον. τὰ μὲν γὰρ φύλλα, μεγάλα καὶ

PLERAque etiam herbaceorum radicibus eiuſmodi continentur; vt aſpalax, crocum: quodque perdicium vocitatur, quod perdices ſe ad id volutent, terramque ſuffodiant. Pari modo, quod AEgyptij vingum appellant. Etenim folia eius ampla, & germen puſillum: ſed ra-

διαφοραὶ πλείους. οἱ μὲν γὰρ ἀπύρηνοι· οἱ δὲ μαλακοπύρηνοι. καὶ τὰς χροιάς, οἱ μὲν λευκοί, οἱ δὲ μέλανες, οἱ δὲ ξανθοί. τὸ δ᾽ ὅλον οὐκ ἐλάττω χρώματά φασιν εἶναι τῶν σύκων, οὐδὲ ἁπλῶς τὰ γένη. διαφέρειν δὲ καὶ κατὰ τὰ μεγέθη καὶ κατὰ τὰ σχήματα. καὶ γὰρ σφαιροειδεῖς ἐνίους, ὥσπερεὶ μῆλα. καὶ τὰ μεγέθη ἡλικοῦς τε, ὡς τέτταρας εἰς τὸν πῆχυν εἶναι· ἐπὶ δὲ καὶ πῆχυν εὐπόδους, ἄλλους δὲ μικρούς, ἡλίκους ἐρεβίνθους· καὶ τοῖς χυλοῖς δὲ πολὺ διαφέροντας. κράτιστον δὲ καὶ τῶν λευκῶν καὶ τῶν μελάνων τὸ βασιλικὸν καλούμενον γένος ἐν ἑκατέρῳ καὶ μεγέθει καὶ ἀρετῇ. σπάνια δ᾽ εἶναι ταῦτα λέγουσι. σχεδὸν γὰρ ἐν μόνῳ τῷ Βάττου κήπῳ τοῦ παλαιοῦ περὶ Βαβυλῶνα. ἐν Κύπρῳ δ᾽ ἴδιον τὸ γένος φοινίκων ἐστίν, ὃ οὐ πεπαίνει τὸν καρπόν, ἀλλ᾽ ὠμὸς ὢν ἡδὺς σφόδρα καὶ γλυκύς ἐστι. τὴν δὲ γλυκύτητα ἰδίαν ἔχει. ἔνιοι δ᾽ οὐ μόνον διαφέρουσι τοῖς καρποῖς, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ δένδρῳ· καὶ κατὰ τὸ μῆκος καὶ τὴν ἄλλην μορφήν· οὐ γὰρ μεγάλοι καὶ μακροί, ἀλλὰ βραχεῖς. ἔτι δὲ καρπιμώτεροι τῶν ἄλλων, καὶ καρποφοροῦντες εὐθὺς τριετεῖς. πολλοὶ δὲ καὶ οὗτοι περὶ Κύπρον. εἰσὶ δὲ καὶ περὶ Συρίαν καὶ περὶ Αἴγυπτον φοίνικες, οἳ φέρουσι τετραετεῖς καὶ πενταετεῖς, ἀνδρομήκεις ὄντες. ἕτερον δέ τι γένος ἐν Κύπρῳ, ὃ καὶ τὸ φύλλον πλατύτερον ἔχει καὶ τὸν καρπὸν μείζω πολλῷ καὶ ἰδιόμορφον. μεγέθει μέν, ἡλίκος ῥόα· τῷ σχήματι δὲ προμήκης. οὐκ εὔχυλος δὲ ὥσπερ ἄλλοι, ἀλλ᾽ ὅμοιος ταῖς ῥίζαις. ὥστε μὴ καταδέχεσθαι, ἀλλὰ διαμασησαμένους ἐκβάλλειν. γένη μὲν οὖν, ὥσπερ εἴρηται, πολλά. θησαυρίζεσθαι δὲ μόνους δύνασθαί φασι τῶν ἐν Συρίᾳ τοὺς ἐν τῷ αὐλῶνι· τοὺς δ᾽ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Κύπρῳ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις χλωροὺς ἀναλίσκεσθαι. ἔστι δ᾽ ὁ φοῖνιξ ὡς μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν μονοστέλεχες καὶ μονοφυής. οὐ μὴν ἀλλὰ γίνονταί τινες διφυεῖς, ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ, καθάπερ δικρόαν ἔχοντες. τὸ δὲ ἀνάστημα τοῦ στελέχους ἀφ᾽ οὗ ἡ σχίσις καὶ πεντάπηχυ· πρὸς ἄλληλα δέ πως ἰσάζοντα. φασὶ δὲ καὶ τοὺς ἐν Κρήτῃ πλείους εἶναι τοὺς διφυεῖς· ἐνίους δὲ καὶ τριφυεῖς. ἐν δὲ τῇ Λαπαίᾳ τινὰ καὶ πεντεγκέφαλον. οὐκ ἄλλως γοῦν ἐν ταῖς εὐτροφωτέραις χώραις γενέσθαι πλείω τὰ τοιαῦτα. καὶ τὸ ὅλον δὲ τὰ εἴδη πλείω καὶ τὰς διαφοράς. ἄλλο δέ τι γένος ἐστίν, ὅ φασι γενέσθαι πλεῖστον περὶ τὴν Αἰθιοπίαν, ὃ καλοῦσι Κύκας. οὗτοι δὲ θαμνώδεις, οὐχὶ ἓν τὸ στέλεχος ἔχοντες, ἀλλὰ πλείω· καὶ ἐνίοτε συνηρτημένα μέχρι τινός εἰσι· τὰς δὲ ῥάβδους οὐ μακράς, ἀλλ᾽ ὅσον πηχυαίας μέν, ἀλλὰ λείας ἐπὶ τῶν ἄκρων τὴν κόμην. ἔχουσι δὲ καὶ τὸ φύλλον πλατύ, καὶ ὥσπερ ἐκ δυοῖν συγκείμενον ἐλαχίστων· καλοὶ δὲ καὶ τῇ ὄψει φαίνονται. τὸν δὲ καρπὸν καὶ τῷ σχήματι καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῷ χυλῷ διάφορον ἔχουσι. στρογγυλώτερον γὰρ καὶ μεῖζον καὶ εὐστομώτερον, ἧττον δὲ γλυκύ. πεπαίνουσι δὲ ἐν τρισὶν ἔτεσιν, ὥστε καρπὸν ἔχειν. ἐπικαταλαμβάνοντες τὸν

plures: alij namque ſine ligno intus, alij cum ligno: & alij duro ligno, alij molli. Colore quoque inter ſe diſcrepant: alij enim candidi, alij nigri, alij flaui. Ad ſummam, non pauciores quam ficorum colores aut abſolute genera ſtatuunt. Ad hæc differre magnitudine figuraque volunt: quoſdā enim in modum eſſe malorum: magnitudine autem tantos, vt quatuor tantum cubitum expleant: alios minutos cicerum magnitudine. Saporibus plurimum differre inquiunt, ſed optimum tam inter nigros, quā inter candidos, genus, quod regium vocant, cum magnitudine tum virtute. ſed rarum id eſſe. Nam tantum ferme in hortis antiqui Batti apud Babylonem comperiri affirmant. In Cypro genus quoddam peculiare palmarū eſt, cuius fructus nunquam matureſcit: crudus tamē ſuauis apprime dulciſque eſt, dulcedinēque ipſam peculiarem habet. Quædam non fructu modo, verum & arbore ipſa, & longitudine, formaque reliqua diſtant. Non enim magnæ excelſæq., ſed breues. ſed & fœcundiores quā cæteræ, trimæ protinus fructificātes. Tales etiam in Cypro, in Syria quoque AEgyptoq. palmæ proueniunt: quæ quadrimæ, aut cum plurimum, quinquennes fructificant; hominis altitudine aſſurgentes. Genus aliud eſt in Cypro, quod & folium amplius habet, & fructum multo ampliorem, diſcrimine peculiari diſcretum, magnitudine mali punici, figura oblongum: non tamen ſapidum tanquam cæteræ, ſed radicibus ſimile; vt non deuoretur, ſed ſucco tātum expreſſo exſpuatur. Igitur palmæ, generibus (vt dictum eſt) pluribus conſtant. Recondi autem ex ijs fructibus, qui in Syria naſcuntur, illos tantum poſſe, quos palmaria conuallis parturit, volunt. Qui vero in AEgypto, & Cypro, & alibi gignuntur, hos recentes omnes conſumi. Eſt autem palma, vt ſimpliciter dicamus, caudice vno, atque ſimplici corpore. Quædam tamen vel bifidæ exeunt, ſi vt in AEgypto; quaſi bifurcæ. Statura caudicis a parte qua finditur, vel quinūm cubitūm. Pareſque inter ſeſe prope partes ipſæ aſſurgunt. In Creta quoq. plures bifidas prouenire affirmant, quaſdam trifidas. In Lapæa vel quino cerebro genus quoddam enaſci tradunt. Fertilioribus itaque locis plura eiuſmodi. Atque in totum genera differentiaſq. plures haberi conſentaneum eſt. Genus aliud eſt, quod plurimum gigni in AEthiopia fertur, Cyce vocatum, fruticoſum; non vno caudice, ſed pluribus: & interdum aliquatenus coniunctis. virga minime longa, ſed cubitali tantum, leni coma cacumini adnexa; folio amplo, & quaſi ex duobus minutis compacto; forma eximia. Fructum, figura, magnitudine, & ſapore diuerſum quam cæteræ præſtant: quippe rotundiorem, guſtuque gratiorem; ſed minus dulcem. Triennio maturant: vt fructum veterem habeant nouo ſubnaſcente.

νέου τὸν ἔνον. ποιοῦσι δὲ καὶ ἄρτους ἐξ αὐτῶν. περὶ μὲν οὖν τούτων ἐπισκεπτέον. οἱ δὲ χαμαιριφεῖς καλούμενοι τῶν φοινίκων, ἕτερόν τι γένος ἐστὶν, ὥσπερ ὁμώνυμον. καὶ γὰρ ἐξαιρεθέντος τοῦ ἐγκεφάλου ζῶσι, καὶ κοπέντες ἀπὸ τῶν ῥιζῶν παραβλαστάνουσι. διαφέρουσι δὲ καὶ τῷ καρπῷ καὶ τοῖς φύλλοις· πλατὺ γὰρ καὶ μαλακὸν ἔχουσι τὸ φύλλον. διὸ καὶ πλέκουσιν ἐξ αὐτοῦ τάς τε σπυρίδας καὶ τοὺς φορμούς. πολλοὶ δὲ καὶ ἐν τῇ Κρήτῃ γίνονται, καὶ ἔτι μᾶλλον ἐν Σκελίᾳ. ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ πλεῖον εἴρηται τῆς ὑποθέσεως. ἐν δὲ ταῖς τῶν ἄλλων φυτείαις, τἀνάπαλιν τίθενται τὰ φυτευτήρια, καθάπερ τῶν κλημάτων. οἱ μὲν οὖν οὐθὲν διαφέρειν φασίν. ἥκιστα δὲ ἐπὶ τῶν ἀμπέλων· ἔνιοι δὲ ῥοάδα γίνεσθαι καὶ σκιάζειν μᾶλλον τὸν καρπόν. ἔτι δὲ ἧττον ἀποβάλλειν τοὺς κικίννους. συμβαίνειν δὲ τοῦτό φασι καὶ ἐπὶ τῆς συκῆς. οὐ γὰρ ἀποβάλλειν ἀνάπαλιν φυτευθεῖσαν. ἔτι δὲ εὐβαλοτέραν γίνεσθαι· οὐκ ἀποβάλλειν δὲ, οὐδὲ ἐάν τις ἀποκλάσῃ φυομένης εὐθὺς, τὸ ἄκρον. αἱ μὲν οὖν φυτεῖαι καὶ γενέσεις ὃν τρόπον ἔχουσι, σχεδὸν ὡς τύπῳ περιλαβεῖν, εἴρηται· περὶ δὲ τῆς ἐργασίας καὶ τῆς θεραπείας, τὰ μέν ἐστι κοινὰ, τὰ δὲ ἴδια καθ' ἕκαστον. κοινὰ μὲν, ἥτε σκαπάνη καὶ ἡ ὑδρεία καὶ ἡ κόπρωσις. ἔτι δὲ ἡ διακάθαρσις καὶ ἡ ἀφαίρεσις τῶν αὔων. διαφέρουσι δὲ τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον· τὰ μὲν φίλυδρα καὶ φιλόκοπρα, τὰ δὲ οὐχ ὁμοίως. οἷον, ἡ κυπάριττος, ὥσπερ οὐ φιλόκοπρον οὐδὲ φίλυδρον, ἀλλὰ καὶ ἀπόλλυσθαί φασι, ἐάν γε νέαν οὖσαν ἐφυδρεύωσι πολλῷ. ῥοὰ δὲ καὶ ἄμπελος φίλυδρα. συκῆ δὲ, εὐβλαστοτέρα μὲν, ὑδρευομένη· τὸν δὲ καρπὸν ἴσχει χείρονα, πλὴν τῆς Λακωνικῆς· αὕτη δὲ φίλυδρος. διακαθαίρεσθαι δὲ πάντα ζητεῖ. βελτίω μὲν τῶν αὔων ἀφαιρουμένων ὥσπερ ἀλλοτρίων, ἃ καὶ τὰς αὐξήσεις καὶ τὰς τροφὰς ἐμποδίζει. διὸ καὶ ὅταν ᾖ γεράνδρυον, ὅλως κόπτουσιν. ἡ γὰρ βλάστησις νέα γίνεται τοῦ δένδρου. πλείστης δὲ διακαθάρσεως φησὶν Ἀνδροτίων δεῖσθαι, μύῤῥινον καὶ ἐλαίαν. ὅσῳ γὰρ ἂν ἐλάττω καταλίπῃς, ἄμεινον βλαστήσει, καὶ τὸν καρπὸν οἴσει πλείω· πλὴν ἀμπέλου δηλονότι. ταύτης γὰρ πολλὰ καταλείπειν, ἀναγκαιότερον καὶ πρὸς βλάστησιν καὶ πρὸς εὐκαρπίαν. ἁπλῶς δὲ καὶ ταύτην καὶ τὴν ἄλλην θεραπείαν πρὸς τὴν ἰδίαν φύσιν ἑκάστῳ ποιητέον. δεῖσθαι δέ φησιν Ἀνδροτίων καὶ κόπρου δριμυτάτης, καὶ πλείστης ὑδρείας, ὥσπερ καὶ τῆς διακαθάρσεως ἐλαίαν καὶ μύῤῥινον, καὶ ῥοάν. οὐ γὰρ ἔχειν μήτραν οὐδὲ νόσημα κατὰ γῆς οὐδέν. ἀλλ' ἐπειδὰν παλαιὸν ᾖ τὸ δένδρον, ἀποτέμνειν δεῖν τοὺς ἀκρέμονας. ἔπειτα τὸ στέλεχος θεραπεύειν, ὥσπερ ἂν ἐξ ἀρχῆς φυτευθέν. οἱ δέ φασι πολυχρονιώτατον καὶ ἰσχυρότατον μύῤῥινον εἶναι καὶ ἐλαίαν. ταῦτα μὲν οὖν ἐπισκέψαιτ' ἄν τις, εἰ καὶ μὴ πάντα, ἀλλὰ περί γε τῆς

Panes quoque ex his conficiunt. De his igitur etiam amplius conſiderare oportet. Palmæ autem, quas humiles vocant, genus aliud eſt, quaſi æquiuoce dictum. Nam excepto cerebro viuunt, & ab radicibus ſuccisæ repullulant. Fructu quoque & folijs diſtant. Sunt enim lato molliqúe folio: ob id ſportulas, tegetes, & capitis vmbracula eo cōtexunt. Quin & in Creta inſula multæ, atque etiam multo plures in Sicilia tales proueniunt. Sed hæc prolixius, quam propoſita res exigeret, diximus. In cæterorum autem ſatione, plātas in contrarium multi permutant. Quanquam ſint, qui referre nihilo velint, minimeque in genere vitium. Alij pampinum laſciuiorem, & qui amplius fructum protegeret, ita exire, minuſque amitti acinos putant, atque hoc idem effici in fico. Nam ſi in contrarium permutata feratur, fructum non amittere, ſcanſilemque ita fieri cenſent: fructum præterea ſeruare, ſi quis, dū naſcitur, ſummitatē ſtatim defringat. Sationes, generationeſq., quo pacto ſe habeant, dictum fere eſt: prout breuiter amplecti ſingula licuit. In cultu & opera omnium, alia communia, alia ſingulorum propria eſſe conſtat. Communia, foſſio, rigatio, ſtercoratio: item purgatio, & aridorum exemptio. Quamquam ſecundum plus minuſue differant. Aliæ namque magis fimum & aquam diligunt, aliæ minus. Sicut cupreſſus, quæ nullo pacto fimum nec aquam concupiſcit, ſed etiam emori dicitur, ſi copioſe nouella adaquetur. Punica & vitis aquam diligunt. Ficus cum rigatur, magis germine viget, ſed fructum deteriorem parit: præterquam Laconica, quæ riguis vehementiſſime gaudet. Purgari omnia quærunt, melioraque redduntur exemptis aridis, tanquam alienis, quæ tum incrementa, tum alimenta impediunt. Ob id cum arbor annoſa eſt, eam totam decidunt. germinare namque denuo incipit. Maxime purgatione myrtum & oleam egere Androtion autor eſt. Etenim quo pauciora reliqueris, melius germinant, fructumque copioſius præſtant; vite excepta. In hac enim plura relinquere ad germinationem, quam ad fructificationem, ſatius eſt. Ad ſummam, & hæc, & reliqua omnis cultura, pro natura cuiuſque propria impendenda eſt. Fimo quoque acerrimo, & rigatione copioſiſſima, vt & purgatione, oleam, myrtum, punicamque egere Androtion inquit. Nec enim medullam eas habere, nec vllo morbo ſub terra infeſtari. Sed cum arbor vetuſta eſt, ramos decidere, & truncum deinde colere, tanquam denuo ſatum oportere. Sunt qui diuturniſſimam & validiſſimam myrtum & oleam eſſe affirmant. Hæc igitur perſcrutari quiſpiam diligentius velit. Et ſi non omnia, tamen de medulla. Fimus autem nec pariter omnibus, nec idem omnibus, conuenit. Aliæ namque acriorem velle videntur, aliæ minus

acrem,

μήτρας. ἡ δὲ κόπρος οὔτε πᾶσιν ὁμοίως, οὔθ' ἡ αὐτὴ πᾶσιν ἁρμόττει. τοῖς μὲν γὰρ δριμείας δεῖ, τοῖς δὲ ἧττον, τοῖς δὲ παντελῶς κούφης. δριμυτάτη δὲ, ἡ τῶν ἀνθρώπων· καθάπερ καὶ Χαρτόδρας ἀρίστην μὲν εἶναι ταύτην φασί. δευτέραν δὲ, τὴν ὑείαν. τρίτην δὲ, αἰγός. τετάρτην δὲ προβάτου. πέμπτην δὲ βοός. ἕκτην δὲ, ὄνων. ἡ δ' [illegible]ῖτις ἄλλη καὶ ἄλλως. ἡ μὲν γὰρ, ἀσθενεστέρα ταύτης· ἡ δὲ κρείττων. τὴν δὲ σκαπάνην πᾶσιν οἴονται συμφέρειν, ὥσπερ καὶ τὴν σκάλσιν τοῖς ἐλάττοσιν: εὐτραφέστερα γὰρ γίνεσθαι. τρέφειν δὲ δοκεῖ καὶ ὁ κονιορτὸς ἔνια, καὶ θάλλειν ποιεῖν· οἷον, τὸν βότρυν· διὸ καὶ ὑποκονίουσι πολλάκις. οἱ δὲ, καὶ τὰς συκᾶς ὑποσκάπτουσιν ἔνθα τούτου δεῖ. Μεγαρεῖς δὲ καὶ τοὺς σικύους, καὶ τὰς κολοκύντας, ὅταν οἱ ἐτησίαι πνεύσωσι, σκάλλοντες κονιορτοῦσι, καὶ οὕτω γλυκυτέρους καὶ ἁπαλωτέρους ποιοῦσιν, οὐχ ὑδρεύοντες. τοῦτο μὲν οὖν ὁμολογούμενον. τὴν δὲ ἄμπελον οὔ φασι δεῖν ἢ ὑποκονίειν, ἢ ὅλως ἅπτεσθαι περκάζοντος τοῦ βότρυος· ἀλλ' εἴπερ, ὅταν ἀπομελανθῇ. οἱ δὲ, τὸ ὅλον μηδὲ τότε, πλὴν ὅσον ὑποτίλαι τὴν βοτάνην. ὑπὲρ μὲν τούτων ἀμφισβητοῦσιν. ἐὰν δέ τι μὴ φέρῃ καρπὸν, ἀλλ' εἰς βλάστησιν τρέπηται, σχίζουσι τοῦ στελέχους τὸ κατὰ γῆν, καὶ λίθον ἐντιθέασιν, ὅπως ἂν ῥαγῇ, καί φασι φέρειν. ὁμοίως δὲ καὶ ἐάν τις τῶν ῥιζῶν τινὰ περιτέμνῃ. διὸ καὶ τῶν ἀμπέλων τοῦτο ποιοῦσιν ὅταν τρυγῶσι τὰ ἐπιπολῆς. τῶν δὲ συκῶν πρὸς τὸ περιτέμνειν καὶ τέφραν περιπλάττουσι καὶ κατασχάζουσι τὰ στελέχη, καί φασι φέρειν μᾶλλον. ἀμυγδαλῇ δὲ καὶ πάτταλον ἐγκόψαντες σιδηροῦν, ὅταν τετράνωσιν, ἄλλον ἀντεμβάλλουσι δρύϊνον, καὶ τῇ γῇ κρύπτουσιν. ὃ καλοῦσί τινες κολάζειν, ὡς ὑβρίζον τὸ δένδρον. ταὐτὸν δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς ἀπίου, καὶ ἐπ' ἄλλων τινὲς ποιοῦσιν. ἐν Ἀρκαδίᾳ δὲ καὶ τὴν εὐθύνην καλοῦσι γαῖαν. πολὺ γὰρ τὸ δένδρον τοῦτο παρ' αὐτοῖς. καί φασιν ὅταν πάθῃ τοῦτο, καὶ τὰς μὲν μὴ φερούσας φέρειν, τὰς δὲ μὴ πεττούσας, ἐκπέττειν καλῶς. ἀμυγδάλην δὲ καὶ ἐκ πικρᾶς γίνεσθαι γλυκεῖαν, ἐάν τις περιορύξας τὸ ϲτελέχος, καὶ τιτράνας ὅσον παλαιστιαῖον, πανταχόθεν τὸ ἀπορρέον δάκρυον, ἐπὶ ταὐτὸ ἐᾷ καταρρεῖν. τοῦτο μὲν οὖν εἴη πρός τε τὸ φέρειν ἅμα καὶ πρὸς τὸ εὐκαρπεῖν.

acrem, aliæ penitus leuem. Acerrimus hominis eſt, vt & chartodrę. Et hunc omnium optimum eſſe aſſeuerãt. Secundum ſuillum. Tertiũ caprarum. Quartum ouium. Quintum boum. Sextum iumentorum. Qui e ſtipulis, diuerſus diuerſoque modo additur. Quidam enim debilior, quidam efficacior eſt. Omnibus foſſionem prodeſſe exiſtimant, ſicut etiam ſarculationem minoribus. Melius enim ita coaleſcere aiunt. Puluis quoque, vt nonnulla creſcant vireantque, facere videtur: vt vua. Quamobrem inferius ſæpe excitant: nonnulli & ficos ſuffodiunt, vbi puluere opus ſit. Megarenſes etiam peponibus, cucumeribus, atque cucurbitis, cum venti anniuerſarij perflant, puluerẽ ſarculo excitant, atque ita dulciores mollioreſque reddunt, abſque rigatione. Hoc igitur conceſſum indubie habetur. Sed vitem puluere conſpergere, aut vllo pacto tangere, cum vua nigreſcere incipit, haud quaquam oportere exiſtimant. Sed ſi vnquam ita agendum ſit, cum nigra omnino reddetur, agendum cẽſent. Alij neque tunc oportere aiunt, niſi quoad runcandum ſit. De his ergo ambigitur. Si quid autem fructum non fert, ſed ſe totum in germina vertit, partem caudicis infimam ſcindunt, atque lapidem interponunt, vtcunque diducto. itaque fructificare poſſe aſſeuerant. Pari modo & ſi quam radicis partem ſecueris, fructum creatum iri. Quamobrem radices vitium ſummas, quum ſarmentis luxuriant, euellunt. Ficorum non ſolum radices amputant, verum etiam obducto cinere obſtruunt, & paſſim caudicem ſcindunt. itaque fructum copioſius dari affirmant. Amygdalæ palo ferreo infixo; cum penetrauerit, alium quernum foramini facto adigunt, terraque occultant: quod punire nonnulli vocitant; perinde, ac ſi arbor laſciuiret. Hoc idem & in piro fieri ſolet. Amygdalam & ex amara dulcem effici volunt, ſi quis caudice circumfoſſo præterforatoque, menſura dodrantali, vndique lachrimam effluentem in idem defluere ſinat. Sed hoc tam ad fructificandum, quam ad bene fructificandum conferre creditum eſt.

ΚΕΦ. Θ.

CAP. IX.

Quæ fructus amittant antequam percoquant. De caprificatione. De conditione ventorum. De culicibus ficarijs. De remedio ad culices.

Ἀποβάλλει δὲ πρὸ τοῦ πέψαι τὸν καρπὸν ἀμυγδαλῆ, μηλέα, ῥόα, ἄπιος. καὶ μάλιστα δὴ πάντων συκῆ καὶ φοῖνιξ. πρὸς ἃ καὶ τὰς βοη-

FRuctum autem antequam coquant, amittere poſſunt, amygdala, malus, punica, pirus. Omnium maxime ficus, & palma. Quibus vel auxi-

θείας ζητοῦσιν, ὅθεν καὶ ὁ ἐρινασμός. ἐκ γὰρ τῶν ἐκεῖ κρεμαννυμένων, ψῆνες ἐκδυόμενοι, κατεσθίουσι καὶ περαίνουσι τὰς κορυφάς. διαφέρουσι δὲ καὶ χῶραι πρὸς τὰς ἀποβολάς. περὶ γὰρ Ἰταλίαν οὔ φασιν ἀποβάλλειν· διὸ οὐδὲ ἐρινοῦσιν. οὐδὲ ἐν τοῖς καταβορείοις καὶ λεπτογείοις. οἷον, καὶ Φαλίκῳ τῆς Μεγαρίδος· οὐδὲ τῆς Κορινθίας ἔν τισι τόποις. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ τῶν πνευμάτων κατάστασις. βορείοις γὰρ μᾶλλον ἢ νοτίοις ἀποβάλλουσι, κἂν πυκνότερα καὶ πλείω γένηται μᾶλλον. ἔτι δὲ αὐτῶν τῶν δένδρων ἡ φύσις. τὰ πρῶτα γὰρ ἀποβάλλει· τὰ δὲ ὄψια οὐκ ἐκβάλλει, καθάπερ ἡ λακωνικὴ καὶ αἱ ἄλλαι. διὸ καὶ οὐκ ἐρινάζουσι ταύτας. ταῦτα μὲν οὖν ἔν τε τοῖς τόποις καὶ τοῖς γένεσι καὶ τῇ καταστάσει τοῦ ἀέρος ἔχει τὰς διαφοράς. οἱ δὲ ψῆνες, ἐκδύονται μὲν ἐκ τοῦ ἐρινεοῦ, καθάπερ εἴρηται. γίνονται δὲ ἐκ τῶν κεγχραμίδων. σημεῖον δὲ λέγουσιν, ὅτι ἐπειδὰν ἐκδύωσιν, οὐκ ἔνεισι κεγχραμίδες. ἐκδύονται δὲ οἱ πολλοὶ ἐγκαταλείποντες, ἢ πόδα ἢ πτερόν. γένος δέ τι καὶ ἕτερόν ἐστι τῶν ψηνῶν, ὃ καλοῦσι κεντρίνας. οὗτοι δὲ ἀργοὶ καθάπερ κηφῆνες· καὶ τοὺς εἰσδυομένους τῶν ἑτέρων κτείνουσιν· αὐτοὶ δὲ ἐναποθνήσκουσιν. ἐπαινοῦσι δὲ μάλιστα τῶν ἐρινεῶν τὰ μέλανα, τὰ ἐκ τῶν πετρωδῶν χωρίων. πολλὰς γὰρ ἔχει ταῦτα κεγχραμίδας. γινώσκεται δὲ τὸ ἐρινασμένον, τῷ ἐρυθρὸν εἶναι καὶ ποικίλον καὶ ἰσχυρόν. τὸ δὲ ἀνερίναστον λευκὸν καὶ ἀσθενές. προστιθέασι καὶ τοῖς δεομένοις ὅταν ὕσῃ. ὅπου δὲ πλεῖστος κονιορτὸς, ἐνταῦθα πλεῖστα καὶ ἰσχυρότατα γίνεται τὰ ἐρινά· φασὶ δὲ ἐρινάζειν καὶ τὸ πόλιον, ὁπόταν αἰγίπυρος ᾖ πολὺς· καὶ τὴν τῆς πτελέας κύπερον. ἐγγίνεται γὰρ καὶ ἐν τούτοις θηρίδια ἄττα, κνῖπες οἳ ὅταν ἐν ταῖς συκαῖς γίνωνται, κατεσθίουσι τοὺς ψῆνας. ἄκος δὲ τούτου φασὶν εἶναι, τοὺς καρκίνους προσπερονᾶν. πρὸς γὰρ τούτοις τρέπεσθαι τοὺς κνῖπας. ἀλλὰ γὰρ δὴ ταῖς μὲν συκαῖς αὗται βοήθειαι. τοῖς δὲ φοίνιξιν αἱ ἀπὸ τῶν ἀρρένων πρὸς τὰς θήλεις. οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ ἐπιμένειν ποιοῦντες καὶ ἐκπέττειν. ὃ καλοῦσί τινες ἐκ τῆς ὁμοιότητος ὀλυνθιάζειν. γίνεται δὲ τόνδε τὸν τρόπον. ὅταν ἀνθῇ τὸ ἄρρεν, ἀποτεμόντες τὴν σπάθην ἀφ᾽ ἧς τὸ ἄνθος εὐθὺς ὥσπερ ἔχει, τόν τε χνοῦν καὶ τὸ ἄνθος καὶ τὸν κονιορτὸν κατασείουσι κατὰ τοῦ καρποῦ τῆς θηλείας. κἂν τοῦτο πάθῃ, διατηρεῖ καὶ οὐκ ἀποβάλλει. φαίνεται δὲ ἀμφοῖν ἀπὸ τοῦ ἄρρενος τοῖς θήλεσι βοήθειαν γίνεσθαι. θῆλυ γὰρ καλοῦσι τὸ καρποφόρον. ἀλλ᾽ ἡ μὲν οἷον μῖξις· ἡ δὲ κατ᾽ ἄλλον τρόπον.

vel auxilium magnopere quæritur. vnde & caprificatio comperta habetur. Nam ex pomis annexis culices egredientes corrodunt, & peruia reddunt ficuum cacumina. Regiones quoque ad iacturam fructuum differunt: quippe cum in Italia iacturam fieri negent. Quamobrem caprificandi vſus terræ illius incolis nullus penitus eſt. Nec in Aquilonijs & macris locis id deſideratur; vt in Phalico Megarenſis agri, & partibus quibuſdam agri Corinthij. Flatuum quoq. conditio pari ratione referre videtur. Aquilonijs enim potius quam Auſtralibus fructus decidunt; & ſi crebriores vehementioreſq. fuere, maior iactura ſequatur neceſſe eſt. Item natura ipſarum arborum refert. Præcoques enim amittunt, ſerotinæ haudquaquam amittunt: vt laconica, & aliæ quædam. Quamobrem eas caprificare minime aſſolent. Hæc igitur locis, generibus, cœliq. ratione diſcrimen recipiunt. Culices vero ficarij, pomis caprifici egrediuntur, vt dictum eſt. Sed ex putreſcentibus eorundẽ granis gignuntur: cuius indicium afferunt, quod poſtquã euolauerunt, grana ficubus nulla penitus inſunt. Euolant magna ex parte, pedẽ aut pennam relinquẽtes in pomo. Eſt & alterum culicũ genus, centrinæ vocatum: quod ocioſe viuit, quemadmodũ fuci inter apes: & quos ex altero genere ſua poma ingreſſos adſpexerit, protinus necat. Id vero in ſuis moritur operculis. Laudantur caprifici potiſſimũ nigrę, ex locis ortę ſaxoſis: hac ratione, quod permulta iſtæ grana contineant. Noſcitur, ex quibus apte emerſerint; quod rubræ, & verſicolores, & robuſtæ ſint: contra, e quibus minus apte, albæ imbecilleſq. cernuntur. Apponuntur ficis, quæ ſcilicet eam operã deſiderant, cum pluerit. Vbi vero plurimus eſt puluis, ibi plurimæ validiſſimæq. caprificus exeunt. Quin & polium culices gignit, cũ copioſe fructificat. Et vlmi folliculis genus quoddã beſtiolarũ innaſcitur, quod cnipes appellant: qui cum in ficis gignũtur, ficarios illos culices deuorant. Huius remedium cancros ſtatuunt alligandos: in eos enim vertere ſeſe culices inquiunt. Sed ficis quidẽ auxilia iſtiuſmodi comperta habentur. Palmis autẽ fœminis maſculi conducunt. Hoc enim & perdurare, & matureſcere fructus facit. Caprificationẽ, ob ſimilitudinem quidã rem appellarunt, quæ ſic fieri ſolet. Dum maſcula floret, ſpatha abſciſſa, qua flores emergunt, protinus, vt lanuginẽ & florem & puluerem continet, ſuper fructũ fœminę decutiũt. Illa ſic ea aſperſione afficitur, vt ſuos fructus nullo pacto amittat, ſed cunctos conſeruet. Vnde fit, vt bifario adiumento mas eſſe fœminæ valeat. Fructiferam enim fœminam vocant. Sed alterum veluti coitus: alterum ratione alia contingit.

THEOPHRASTI DE HISTORIA PLANTARVM

LIBER TERTIVS.

ΚΕΦ. Α.   CAP. I.

De generatione ſylueſtrium arborum.

Ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν ἡμέρων δένδρων εἴρηται, λεκτέον ὁμοίως καὶ περὶ τῶν ἀγρίων· εἴτε τι ταὐτὸν καὶ ἕτερον ἔχουσι τοῖς ἡμέροις, εἴθ' ὅλως ἴδιον τῆς φύσεως. αἱ μὲν οὖν γενέσεις ἁπλαῖ τινὲς αὐτῶν εἰσί. πάντα γὰρ ἀπὸ σπέρματος ἢ ἀπὸ ῥίζης φύεται. τοῦτο δὲ οὐχ' ὡς οὐκ ἐνδεχόμενον καὶ ἄλλως· ἀλλ' ἴσως διὰ τὸ μὴ πειρᾶσθαι μηδένα μηδὲν φυτεύειν. ἐπιφύοιτο δὲ ἂν εἰ λαμβάνοιεν τόπους ἐπιτηδείους καὶ θεραπείαν ἁρμόττουσαν· ὥσπερ καὶ νῦν τὰ ἀλσώδη καὶ τὰ φίλυδρα. λέγω δὲ, οἷον, πλάτανον, ἰτέαν, λεύκην, αἴγειρον, πτελέαν. ἅπαντα γὰρ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα φυτευόμενα βλαστάνει καὶ τάχιστα καὶ κάλλιστα ἀπὸ τῶν παρασπάδων. ὥστε μεγάλας οὔσας ἤδη καὶ ἰσοδένδρους, αὖτις μεταθείη, διαμένειν. φυτεύεται δὴ τὰ πολλὰ αὐτῶν καὶ καταπηγνύμενα· καθάπερ ἡ λεύκη καὶ ἡ αἴγειρος. τούτων μὲν οὖν πρὸς τῇ σπερματικῇ καὶ τῇ ἀπὸ τῶν ῥιζῶν καὶ αὐτὴ γένεσίς ἐστι. τῶν δὲ ἄλλων ἐκεῖναι. πλὴν ὅσα μόνον ἀπὸ σπέρματος φύεται· καθάπερ ἐλάτη, πεύκη, πίτυς. ὅσα δὲ ἔχει σπέρμα καὶ καρπὸν, κἂν ἀπὸ ῥίζης γίνεται καὶ ἀπὸ τούτων. ἐπεὶ καὶ τὰ δοκοῦντα ἄκαρπα εἶναι, γεννᾶν φασίν· οἷον πτελέαν, ἰτέαν. σημεῖον δὲ λέγουσιν, οὐ μόνον, ὅτι φύεται πολλὰ τῶν ῥιζῶν ἀπηρτημένα, καθ' οὓς ἂν ᾖ τόπους· ἀλλὰ καὶ τὰ συμβαίνοντα θεωροῦντες. οἷον ἐν Φενεῷ τῆς Ἀρκαδίας· ὥσπερ ἐξερράγη τὸ συναθροισθὲν ὕδωρ ἐν τῷ πεδίῳ, φραχθέντων τῶν βερέθρων· ὅπου μὲν ἐγγὺς ἦσαν ἰτέαι πεφυκυῖαι τοῦ καταποθέντος τόπου, τῷ ὑστέρῳ ἔτει μετὰ τὴν ἀναξήρανσιν ἐνταῦθα αὖθις ἀναφῦναι φασὶν ἰτέαν· ὅπου δὲ πτελέα, αὖθις πτελέας, καθάπερ καὶ ὅπου πεῦκαι ἐλάται, πεύκας καὶ ἐλάτας· ὥσπερ μιμουμένων κἀκείνων.

QVONIAM de vrbanis arboribus dictum eſt ſuperiori volumine: nunc de ſylueſtribus ſimili ratione indicare debemus: ſiue aliquid idem cum vrbanis diuerſumue habeant, ſeu in totum ſui generis exiſtant. Ergo generationes earum ſimplices quędam eſſe intelliguntur: omnes enim ſemine, vel radice proueniunt. Quod ita fit, non quia vel aliter fieri nequeat, ſed forſitan, quod ſerere quicquam nemo conetur. Namque enaſci potuiſſent, ſi locum idoneum cultumque congruum adipiſcerentur. quemadmodum illæ, quæ lucos aquaſque deſiderant: ceu platanus, ſalix, populus, vlmus. Hæc enim omnia & ſimilia, ſata germinant, & celerrime pulcherrimeque ex auulſione. Quæ etiam, ſi quis prægrandem, eamque cum arbore ſe exæquantem tranſtulit, perdurare optime poteſt. Harum maior ſane pars defixa quoque ſeri nunquam recuſat: vt populus tam alba quam nigra. Igitur earum non ſolum ſemine radiceque generationem, verum etiam hanc aſſignare valemus. Reliquarum autem ſupradictæ notantur, præterquam earum, quæ ſemine tantum proueniunt: vt abietis, pini, piceæ. Quæ vero ſemen fructumque ferunt, tam ex radice quam ex ijs ipſis prodire nimirum poſſunt. Namque eas, qua ſteriles eſſe putantur, generare quidam affirmant: vt vlmum, ſalicem. Argumentumque capiunt, non ſolum, quod pleraque procul radicibus ſuis erumpant, verum etiam ex contemplatione eorum, quæ interdum eueniſſe notantur: vt in Pheneo Arcadiæ, cum aqua quæ in plano, obſtruſis faucibus extumuit, demum erupiſſet, vbi prope a loco mundato ſalices ſteterant, hic anno ſecundo, ſolo reſiccato, ſalices iterum proueniſſe affirmant: vbi autem vlmi, iterum vlmos, & vbi pinaſtra, & abietes, ibidem pinaſtra atque abietes: quaſi iſtæ quoque illas æmularentur.

CAP.

ΚΕΦ. Β. CAP. II.

De ſalice quæ frugiperda dicitur, deque platano quæ in tripode extitiſſe narratur. Item aerem rerum omnium ſemina habere, amniumque inundationem ſemen afferre.

Ἀλλὰ τὴν ἰτέαν ταχὺ προκαταβάλλειν πρὸ τοῦ τελείως ἁδρῦναι καὶ πέψαι τὸν καρπόν. διὸ καὶ τὸν ποιητὴν οὐ κακῶς προσαγορεύειν αὐτὴν ὠλεσίκαρπον. τῆς δὲ πτελέας κἀκεῖνο μεῖζον ἀπολαμβάνουσιν. ὅταν γὰρ ὑπὸ τῶν εἰς τοὺς ἐχομένους τόπους ὁ καρπὸς ἀπενεχθῇ, φύεσθαί φασι. παραπλήσιον δὲ ἔοικεν εἶναι τὸ συμβαῖνον ὃ καὶ ἐπὶ τῶν φρυγανικῶν καὶ ποωδῶν τινῶν ἐστίν· οὐκ ἐχόντων γὰρ σπέρμα φανερὸν, ἀλλὰ τῶν μὲν οἷον χνοῦν, τῶν δὲ ἄνθος, ὥσπερ τὸ θύμον, ὅμως ἀπὸ τούτων βλαστάνουσιν. ἐπεὶ ἥ γε πλάτανος ἔχει φανερῶς, καὶ ἀπὸ τούτων φύεται. τοῦτο δὲ ἐξ ἄλλων τε δῆλον· κἀκεῖνο μέγιστον σημεῖον. ὤφθη γὰρ ἤδη ποτὲ πεφυκυῖα πλάτανος ἐν τρίποδι χαλκῷ. ταύτας τε δὴ τὰς γενέσεις ὑποληπτέον εἶναι τῶν ἀγρίων. καὶ ἔτι τὰς αὐτομάτους· ἃς καὶ οἱ φυσιολόγοι λέγουσιν. Ἀναξαγόρας μὲν, τὸν ἀέρα πάντων φάσκων ἔχειν σπέρματα· καὶ ταῦτα συγκαταφερόμενα τῷ ὕδατι γεννᾶν τὰ φυτά. Διογένης δὲ, σηπομένου τοῦ ὕδατος καὶ μίξιν τινὰ λαμβάνοντος πρὸς τὴν γῆν. Κλεόδημος δὲ συνεστάναι μὲν ἐκ τῶν αὐτῶν τοῖς ζώοις τὰ φυτά. ὅσῳ δὲ θολερωτέρων καὶ ψυχροτέρων, τοσοῦτον ἀπέχειν τοῦ ζῶα εἶναι. λέγουσι δέ τινες καὶ ἄλλοι περὶ τῆς γενέσεως· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀπηρτημένα πως ἐστὶ τῆς αἰσθήσεως. ἄλλαι δὲ ὁμολογούμεναι καὶ ἐμφανεῖς· οἷον, ὅταν ἔφοδος γένηται ποταμοῦ παρεκβάντος τὸ ῥεῖθρον, ἢ καὶ ὅλως ἑτέρωθι ποιησαμένου· καθάπερ ὁ Νέσσος ἐν τῇ Ἀβδηρίτιδι πολλάκις μεταβαίνει· καὶ ἅμα τῇ μεταβάσει τοσαύτην ὕλην συγγενᾶ τοῖς τόποις, ὥστε τῷ τρίτῳ ἔτει συνηρεφεῖν. καὶ πάλιν ὅταν ἐπομβρίαι κατάσχωσι πλεῖον χρόνον. καὶ γὰρ ἐν ταύταις βλαστήσεις γίνονται φυτῶν. ἔοικε δὲ ἡ μὲν τῶν ποταμῶν ἔφοδος ἐπάγειν σπέρματα καὶ καρπούς. καὶ τοὺς ὀχετούς φασι τὰ τῶν ποωδῶν σπέρματα. ἡ δὲ ἐπομβρία τοῦτ' αὐτὸ ποιεῖ. συγκαταφέρει γὰρ πολλὰ τῶν σπερμάτων, καὶ ἅμα σῆψίν τινα τῆς γῆς καὶ τοῦ ὕδατος. ἐπεὶ καὶ ἡ μίξις αὐτὴ τῆς Αἰγυπτίας γῆς δοκεῖ τινα γεννᾶν ὕλην. ἐνιαχοῦ δὲ ἂν μόνον ὑπερτάσωνται καὶ κινήσωσιν, εὐθὺς ἀναβλαστάνειν τὰ οἰκεῖα τῆς χώρας. ὥσπερ ἐν Κρήτῃ κυπάριττοι. γίνεται δὲ παραπλήσιόν τι τούτῳ καὶ τοῖς ἐλάττοσιν. ἅμα γὰρ κινουμένοις ἀναβλαστάνει πόα τις ἐν ἑκάστοις. ἐν δὲ τοῖς ἡμιβρόχοις ἐὰν ὑπονεάσῃ, φαίνεσθαί φασι τρίβολον. αὗται μὲν οὖν ἐν τῇ μεταβολῇ τῆς χώρας εἰσὶν, εἴτε καὶ ὑπαρχόντων σπερμάτων, εἴτε καὶ αὐτῆς πως διατι-

CAEterum ſalicem celeriter fructum, antequam in plenum craſſetur percoquaturq., dimittere aſſeuerant. Quamobrem Homerum haud improbe frugiperdam, hanc appellaſſe loquiunt. De vlmo vel illud indicium afferunt. Cum enim flatibus delatum ſemen in loca proxima fuerit, naſci arborem aiunt. Itaque ſimile in his euenire percipitur, atque in ſuffruticum & herbarum nonnullis. Quamuis enim ſemen nullum conſpicuum habeant, ſed aliæ velut lanuginem aliæ florem, vt thymum, tamen ex his germen emittunt. Iam platanus quidem manifeſtum ſemen producit. eoque gignitur, quod tam alijs, quam illo præcipue indicio conſtat. Etenim in tripode æneo, platanus aliquando proueniſſe narratur. Hæ igitur generationes ſylueſtrium ſtatuendæ. atque etiam ſpontaneæ illæ, quas vel naturæ interpretes reddunt. Anaxagoras enim aerem ſemina omnium habere, quibus cum aqua vna delatis, omnia gigni, aſſeuerauit. Diogenes ex aqua putreſcente, miſturamque quandam cum terra capeſſente, plantas naſci exiſtimat. Cleodemus ex eiſdem quidem atque animalia, plantas quoque conſtare putauit. Sed quanto e turbidioribus algentioribuſque, tanto amplius ab animalium abeſſe natura. Quin & alij quidam de generatione referunt. Sed hæc a ſenſu quodammodo remota eſſe videntur. Quædam vero confeſſæ conſpectæque annotantur. Vt cum amnis exundauerit, aut riuo digreſſus, aut tota vnda effuſus. Sicut Neſſus in Abderenſi agro alueum ſæpenumero mutat: & ſimul vt mutauerit, tantum materiæ locis congenerat, vt intra triennium opaca vndique reddat. Rurſus cum imbres crebriores diutius occupauerint. Nam his quoque generationes plantarum fieri ſolent. Ergo amnium inundatio, ſemina, fructuſque afferre videtur. Et aquæductus, herbaceorum ſemina præbere creduntur. Imbres autem cum hoc idem faciunt, (ſemina enim ſecum pleraque deferunt,) tum etiam putredinem quandam aquæ terræque committunt: nam & ipſa terræ AEgyptiæ miſtura materiam quandam gignere videtur. Nonnuſquam, modo ſubegeris, moueriſque ſolum, familiaria protinus terræ illius emergunt: vt in Creta inſula cupreſſi. Fit certe & in minoribus ſimile. Simul enim quæcunque fuerint mota, herba exit. In ſeminadefactis autem ſegetibus, ſi ſubnouentur, tribulum emergere aiunt. Igitur hæ quidem mutationes conſequuntur telluris, ſiue ſeminibus præiacentibus; ſiue etiam ipſa

iam ipſa

θερμῆς. ὅπερ ἴσως οὐκ ἄτοπον, ἐγκαταλαμβανομένων ἅμα τῶν ὑγρῶν. ἐνιαχοῦ δὲ καὶ ὑδάτων ἐπιγενομένων, ἰδιώτερον ἀνατεῖλαι ὕλης πλῆθος. ὥσπερ ἐν Κυρήνῃ πιττώδους τινὸς γενομένου καὶ παχέος. οὕτω γὰρ ἀνεβλάστησεν ἡ πλησίον ὕλη, πρότερον οὐκ οὖσα. φασὶ δὲ καὶ τὸ σίλφιον οὐκ ὂν πρότερον ἐκ τοιαύτης τινὸς αἰτίας φανῆναι. τρόποι μὲν οὖν τοιοῦτοι τῶν τοιούτων γενέσεων.

iam ipſa terra modo quodam affecta, præparataq; ad gignendum. quod haud abſurde forſitan credi poteſt, humoribus ſimul interclusis, quorum vis magna eſt. Alibi autem vel ex pluuijs, peculiarem frequentiam ſyluæ exortam prodere. vt in Cyrena facto quodam piceo craſſoq; humore. Ita enim proxima ſylua ſurrexit, nunquam antea viſa. Laſerpicium quoq; quod ſuperiori tēpore deerat, cauſa quadam eiuſmodi extitiſſe tradunt. Modi igitur generationum huiuſmodi, tales adnotantur.

ΚΑΦ. Γ. — CAP. III.

Differentiæ inter vrbanas arbores & ſylueſtres: fructificatio arborum. Quid cultus & incuria faciant. De cedro, & terebintho.

Πάντα δὲ κάρπιμα ἢ ἄκαρπα· καὶ ἀείφυλλα ἢ φυλλοβόλα· καὶ ἀνθοῦντα ἢ ἀνανθῆ. κοιναὶ γάρ τινες διαιρέσεις ἐπὶ πάντων εἰσὶν ὁμοίως ἡμέρων τε καὶ ἀγρίων. ἴδια δὲ πρὸς τὰ ἥμερα τῶν ἀγρίων, ὀψικαρπία τε καὶ ἰσχὺς, καὶ πολυκαρπία τῷ προφαίνειν. πεπαίνει τε γὰρ ὀψιαίτερον, καὶ τὸ ὅλον ἀνθεῖ, καὶ βλαστάνει ὡς ἐπὶ τὸ πᾶν, καὶ ἰσχυρότερα τῇ φύσει. καὶ προφαίνει μὲν πλείω καρπὸν, ἐκπέττει δὲ ἧττον. εἰ μὴ καὶ πάντα τὰ ἄλλα καὶ τὰ ὁμοιογενῆ. οἷον, ἧττον ἐλαίας καὶ ἀπίου, κότινος καὶ ἀχράς. ἅπαντα γὰρ οὕτως, πλὴν εἴτι σπάνιον, ὥσπερ ἐπὶ τῶν κρανίων καὶ τῶν οὔων. ταῦτα γὰρ δή φασι πεπαίτερα καὶ ἡδύτερα τὰ ἄγρια τῶν ἡμέρων εἶναι. καὶ εἰ δή τι ἄλλο μὴ προσδέχεται γεωργίας, ἢ δένδρον, ἢ καί τι τῶν ἐλαττόνων. οἷον τὸ σίλφιον, καὶ ἡ κάππαρις, καὶ τῶν χεδροπῶν, ὁ θέρμος. ἃ καὶ μάλιστα ἄν τις ἄγρια τὴν φύσιν εἴποι. τὸ γὰρ μὴ προσδεχόμενον ἡμέρωσιν, ὥσπερ ἐν τοῖς ζώοις, τοῦτο ἄγριον τῇ φύσει. καίτοι φησὶν Ἵππων, ἅπαν καὶ ἄγριον καὶ ἥμερον εἶναι. καὶ θεραπευόμενον μὲν, ἥμερον· μὴ θεραπευόμενον δὲ, ἄγριον. τῇ μὲν, ὀρθῶς λέγων, τῇ δὲ, οὐκ ὀρθῶς. ἐξαμελούμενον μὲν γὰρ ἅπαν, χεῖρον γίνεται καὶ ἀπαγριοῦται· θεραπευόμενον δὲ, οὐχ ἅπαν βέλτιον, ὥσπερ εἴρηται. ὃ δὴ χωριστέον. καὶ τὰ μὲν, ἄγρια, τὰ δὲ ἥμερα λεκτέον· ὥσπερ τῶν ζώων τὰ συνανθρωπευόμενα, καὶ τὰ δεχόμενα τιθάσιον. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐδὲν ἴσως διαφέρει, ποτέρως ῥητέον. ἅπαν δὲ τὸ ἐξαγριούμενον, τοῖς τε καρποῖς χεῖρον γίνεται, καὶ αὐτὸ βραχύτερον, καὶ φύλλοις καὶ κλωσὶ, καὶ φλοιῷ, καὶ τῇ ὅλῃ μορφῇ. καὶ γὰρ πυκνότερα καὶ ὀρθότερα καὶ σκληρότερα καὶ ταῦτα καὶ ὅλη ἡ φύσις γίνεται, ὡς ἐν τούτοις μάλιστα τῆς διαφορᾶς τῶν ἡμέρων καὶ τῶν ἀγρίων γινομένης. διὸ καὶ ὅσα τῶν ἡμερουμένων τοιαῦτα τυγχάνει, ταῦτα ἄγριά φασιν εἶναι· καθάπερ τὴν πεύκην καὶ τὴν κυπάριττον, ἢ ὅλως ἢ τὰ ἄρρενα. καὶ τὴν καρύαν δὲ, καὶ τὴν διὸς βάλανον. ἔτι δὲ τῷ

Omnia autem aut fructifera, aut ſterilia intelligantur neceſſe eſt, & aut perpetuo virentia, aut folia deperdentia, & aut florentia, aut flore carentia. Quippe cum in omnibus, tam vrbanis, quam ſylueſtribus, cōmunes quædam iſtæ diuiſiones habeantur. Priuatim autem ſera fructificatio, atque corroboratio. item copioſa fructificatio, prima ſpecies ſylueſtrium. Namque ſerius fructus ſuos perficiunt, atque in totum floreſcunt, germinantque fere ſemper ſerius. Naturaque validiora ſentiuntur, & plus fructus præmonſtrant, minus vero maturant. Ni forte id & reliqua omnia facere ſoleant, ſane quæ commune genus ſortiuntur. vt oleaſter piraſterq;, minus, quam olea, & pirus. Sic enim omnia, præterquam ſi quid inuentu rarum proueniat, vt in cornis, & ſorbis. horum enim ſylueſtria vrbanis maturiora ſuauioraque tradunt: & ſi quid aliud culturam non patitur, ſeu arbor, ſeu ex minoribus aliquid. vt laſerpicium, capparis, & in leguminum genere, lupinum. Quæ quidem vel natura eſſe ſylueſtria dixeris. Quod enim mitigari recuſat, vt etiam inter animalia eſt, id natura ſylueſtre iudicandum appareat. Quanquam Hippon ſylueſtre vrbanumq; eſſe vnumquodque putat: & cultu quidem vrbanum, incultu reddi ſylueſtre. Quod partim recte, partim non recte putat. Etenim quodque neglectum degenerat, immiteſcitq;. Sed haud quodque cultū melius redditur, vt retulimus. Quapropter diſcernendū diligentius, & quædam ſylueſtria, quædam vrbana dicenda: vt animalium, quæ non niſi cum hominibus viuunt, quæque manſueſcere poſſint. Sed hoc nihil forſitan differt, vtro tandem modo proponatur. Omne autem quod agreſte fit, tum fructu deterius, tū ipſum breuius, & folijs, & ramis, & corticibus, & tota forma efficitur. Quippe ſpiſſiora, contortoria, durioraq;, tam ipſa fieri ſolent, quam vniuerſa natura. Vtpote cum in ijs potiſſimum vrbanorum atque ſylueſtrium diſcrimen intelligatur. Quamobrem quæcunque ex manſueſcentibus eiuſmodi ſunt, hæc ſylueſtria nuncupantur; ceu pinus & cupreſſus, aut in totum, aut maſcula. Quin etiam nux iuglans, atque caſtanea. Item eo quod

φιλόψυχρα καὶ ὀρεινὰ μᾶλλον εἶναι. καὶ γὰρ τοῦτο λαμβάνεται πρὸς τὴν ἀγριότητα τῶν δένδρων, καὶ ὅλως τῶν φυτῶν· εἴτ' οὖν καθ' αὑτὸ λαμβανόμενον, εἴτε κατὰ συμβεβηκός. ὁ μὲν τῶν ἀγρίων ἀφορισμὸς εἴθ' οὕτως εἴτε καὶ ἄλλως ληπτέον, οὐδὲν ἂν ἴσως διενέγκῃ πρὸς τὰ νῦν. ἐκεῖνο δὲ ἀληθὲς ὡς ἐν τύπῳ καὶ ἁπλῶς γε εἰπεῖν, ὅτι μᾶλλον ὀρεινὰ τὰ ἄγρια, καὶ εὐθηνεῖ τὰ πλείω μᾶλλον ἐν τούτοις τοῖς τόποις. ἐὰν μή τις λαμβάνῃ τὰ φίλυδρα καὶ παραποτάμια, καὶ ἀσώδη. ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα τυγχάνει πεδινὰ μᾶλλον. οὐ μὴν ἀλλ' ἔν γε τοῖς μεγάλοις ὄρεσιν, οἷον, τὰ ἐν Παρνησῷ τε καὶ Κυλλήνῃ καὶ Ὀλύμπῳ τῷ Πιερικῷ τε καὶ τῷ Μυσίῳ, καὶ εἴπου τοιοῦτον ἕτερον, ἅπαντα φύεται διὰ τὴν πολυειδίαν τῶν τόπων. ἔχουσι γὰρ λιμνώδεις, καὶ ἐνύγρους, καὶ ξηρούς, καὶ γεώδεις, καὶ πετρώδεις, καὶ τοὺς ἀνὰ μέσον λειμῶνας· καὶ σχεδὸν ὅσαι διαφοραὶ τῆς γῆς. ἔτι δὲ τοὺς μὲν, κοίλους καὶ εὐδιεινούς· τοὺς δὲ, μετεώρους καὶ προσηνέμους. ὥστε δύνασθαι παντοῖα καὶ τὰ ἐν τοῖς πεδίοις φέρειν. οὐδὲν γὰρ ἄτοπον, οὐδ' εἰ ἔνια μὴ οὕτω πάμφορα τῶν ὀρῶν· ἀλλ' ἰδιωτέρας τινὸς ὕλης ἢ πάσης ἢ τῆς πλείστης. οἷον τὰ ἐν Κρήτῃ τῇ Ἰδαίᾳ κυπάριττος καὶ ἐκεῖ. καὶ γὰρ περὶ Κιλικίαν καὶ Συρίαν, ἐν οἷς κέδρος· ἐνιαχοῦ δὲ τῆς Συρίας τέρμινθος. αἱ γὰρ διαφοραὶ τῆς χώρας τὴν ἰδιότητα ποιοῦσιν. ἀλλ' εἴρηται τὸ ἴδιον ὡς ἐπίπαν.

eo quod frigoris cupida, montanaque potius ſint. Etenim id quoque ad arborum, & ſummatim plantarum immanſuetudinem aſſumi oportet, ſeu per ſe ſeu etiam per accidens. Verum ſylueſtrium determinatio, ſiue hunc in modum, ſiue aliter accipi debeat, nil ad rem præſentem fortaſſis referat. Illud autem verū, vt ſimpliciter dicamus, ſylueſtria montana potius eſſe. Pluraque eorum locis eiuſmodi magis vigere, niſi quis quæ aquas amant, ſecuſq; fluuios degunt, & in lucos aſſurgere ſolita, accipiat. Hæc enim & ſimilia cum campeſtribus potius numerantur. Ceterū in montibus quidem magnis, vt Parnaſo, Cyllene, Olympo Pierico, Myſioque, & ſi vnquam locus alius huiuſcemodi, naſci omnia certum eſt: ſcilicet ratione varietatis locorum. Habent enim ſtagnantia, madentia, ſicca, craſſa, ſaxoſa; prataq; media, & omnia pene telluris diſcrimina. Ad hæc alia concaua, atque tranquilla: alia ſublimia, & ventis expoſita. Ita vt permulta & varia gignere poſſint: quæq; in planis proueniunt, iſta quoq; præſtare valeant. Nihil tamen abſurdum, ſi qui ex montibus non æque omnia ferant, ſed propria quadam materia, aut in totum, aut ex maiore parte, ſcateant: vt in Creta inſula circa agrum Idæum. Cupreſſus enim ibi exuberat. Et in Cilicia Syriaque cedrus. Nonnuſquam & Syriæ terebinthus. Fit enim proprietas ex locorum diſcrimine. Sed proprium iam in vniuerſum pene expoſuimus.

ΚΕΦ. Δ.

CAP. IIII.

Quæ arbores non niſi in montibus naſcantur, quæq; perpetuo vireant.

Ἴδια δὲ τὰ τοιάδε τῶν ὀρεινῶν, ἃ ἐν τοῖς πεδίοις οὐ φύεται περί τε Μακεδονίαν, ἐλάτη, πεύκη, πίτυς ἀγρία, φίλυρα, ζυγία, φηγὸς, πύξος, ἀνδράχνη, μίλος, ἄρκευθος, τέρμινθος, ἐρινεός, φιλύκη, ἀφάρκη, καρύα, διὸς βάλανος, πρίνος. τὰ δὲ, καὶ ἐν τοῖς πεδίοις, μυρίκη, πτελέα, λεύκη, ἰτέα, αἴγειρος, κρανεία, θηλυκρανεία, κλήθρα, δρῦς, λακάθη, ἀχράς, μηλέα, ὀστρύα, κύλαστρον, μελία, παλίουρος, ὀξυάκανθα, ἄκανθος· ἣν ἐν μὲν τῷ ὄρει πεφυκυῖαν ζυγίαν καλοῦσιν· ἐν δὲ τῷ πεδίῳ, γλεῖνον. οἱ δ' αὖ διαιροῦσι, καὶ ἕτερον ποιοῦσιν εἶδος σφενδάμνου καὶ ζυγίας ἅπαντα δὲ ὅσα κοινὰ τῶν ὀρῶν καὶ τῶν πεδίων, μείζω μὲν καὶ καλλίω τῇ ὄψει τὰ ἐν τοῖς πεδίοις γίνεται· κρείττω δὲ τῇ τε χρήσει τῶν ξύλων καὶ τῶν καρπῶν, τὰ ὀρεινά· πλὴν ἀχράδος, καὶ ἀπίου, καὶ μηλέας. αὗται δ' ἐν τοῖς πεδεινοῖς κρείττους, οὐ μόνον τοῖς καρποῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ξύλοις. ἐν γὰρ τοῖς ὄρεσι μικραὶ, ὀζώδεις καὶ ἀκανθώδεις γίνονται. πάντα δὲ καὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν, ὅταν ἐπιλάβωνται τῶν οἰκείων τόπων, καὶ καλλίω φύεται, καὶ εὐθηνεῖ μᾶλλον. ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν, τὰ ἐν τοῖς ὁμαλέσι τῶν ὀρῶν, καὶ μάλιστα. τῶν δὲ ἄλλων τὰ ἐν τοῖς κάτω καὶ κοίλοις.

MOntibus autē propria, quæ naſci in planis nequeunt circa Macedoniam, abies, pinaſtrū, picea, aquifolia, tilia, carpinus, fagus, buxus, portulaca, taxus, iuniperus, terebinthus, caprificus, philyca, apharca, nux iuglans, caſtanea, ilex. Quæ vel in planis proueniūt, tamarix, vlmus, populus, ſalix, cornus, alnus, robur, lacara, pirus, pomus, oſtrya, celaſtrus, fraxinus, paliurus, ſpina acuta, acer, quam in mōte carpinum, vel in plano gallicā vocant. Quāquam alij aliter diſtinguūt, & genus diuerſum aceris & carpini faciunt. Omnia vero, quæ cōmunia montibus planiſq; habentur, ampliora viſuq; pulchriora in planis proueniunt; ſed vſu meliora, tam materiæ, quam fructu in montibus: piris maliſque exceptis. Hæ namque planis præſtantiores non ſolum fructu, verum & materia: quippe cum in montibus breues nodoſæ ſpinoſæque naſcantur. Omnes autem etiam in montibus, cum adeptæ loca propria fuerint, & pulchriores certe proueniunt, & copioſius ferunt. Et (vt abſolute agam) quæ æqualibus montium tractibus eminent, primatum obtinent: ex reliquis vero, quæ infimis cauiſque, præſtantiores:

omnium

τὰ δὲ ἐπὶ τῶν ἄκρων, χείριστα. πλὴν εἴ τι τῇ φύσει φιλόψυχρον· ἔχει δὲ καὶ ταῦτα αὐτῶν διαφορὰς ἐν τοῖς ἀνομοίοις τῶν τόπων· ὑπὲρ οὗ ὕστερον λεκτέον. νῦν δὲ διαιρετέον ἕκαστα κατὰ τὰς διαφορὰς τὰς εἰρημένας. ἀείφυλλα μὲν οὖν ἐστὶ τῶν ἀγρίων, ἃ καὶ πρότερον ἐλέχθη· πεύκη, πίτυς ἀγρία, πύξος, ἀνδράχνη, μίλος, ἄρκευθος, τέρμινθος, φιλύκη, ἀφάρκη, δάφνη, φελλὸς, δρῦς, κήλαστρον, ὀξυάκανθος, πρῖνος, μυρίκη. τὰ δὲ ἄλλα πάντα φυλλοβολεῖ. πλὴν εἴ τι περιττὸν ἐνιαχοῦ, καθάπερ ἐλέχθη περὶ τῆς ἐν Κρήτῃ πλατάνου καὶ δρυὸς, καὶ εἴπου τόπος τις ὅλος εὔτροφος. κάρπιμα δὲ, τὰ μὲν ἄλλα πάντα. περὶ δὲ ἰτέας, καὶ αἰγείρου, καὶ πτελέας, ὥσπερ ἐλέχθη, διαμφισβητοῦσιν.

omnium autem deterrimæ, quæ in cacumine, niſi quid ſua natura frigus adamet. Sed hæ quoque ſitu inter ſe diſſimili diſtant. qua de re poſtea dicendum. Nunc ſingula ſecundum prædictas differentias diuidemus. Ergo inter ſylueſtria perpetuo virent, quas primo volumine retulimus, abies, pinaſtrum, picea agreſtis, buxus, portulaca, taxus, iuniperus, terebinthus, aquifolia, apharca, laurus, ſuber, quercus, celaſtrus, ſpina acuta, ilex, tamarix. Reliqua omnia folia amittunt, præterquam ſi quid aliquo loco ſuperfluat: quemadmodum de quercu, & platano, quæ in Creta eſt, indicauimus: aut ſi quis omnino locus alimento exuberet. Fructum reliqua quidem omnia ferunt. De ſalice vero, & populo, & vlmo, (vt diximus) varia ſententia eſt.

ΚΕΦ. Ε.

CAP. V.

Differentiæ quæ de locis proueniunt: tum de perſica, & palma.

Ἔνιοι τὴν αἴγειρον μόνην ἀκαρπεῖν φασίν· ὥσπερ καὶ οἱ ἐν Ἀρκαδίᾳ. τὰ δὲ ἄλλα πάντα τὰ ἐν τοῖς ὄρεσι καρποφορεῖν. ἐν Κρήτῃ δὲ καὶ αἴγειροι κάρπιμοι πλείους εἰσί. μία μὲν ἐν τῷ στομίῳ τοῦ ἄντρου ἐν τῇ Ἴδῃ, ἐν ᾧ τὰ ἀναθήματα ἀνάκειται. ἄλλη δὲ μικρὰ πλησίον· ἀπωτέρω δὲ μάλιστα δώδεκα σταδίους περί τινα κρήνην Σαύρου καλουμένην πολλαί. εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τῷ πλησίον ὄρει τῆς Ἴδης ἐν τῷ Κεδρίῳ καλουμένῳ. καὶ περὶ Τιρεσίαν δὲ ἐν τοῖς ὄρεσιν. οἱ δὲ, μόνην τῶν τοιούτων τὴν πτελέαν κάρπιμον εἶναι φασι. καθάπερ οἱ περὶ Μακεδονίαν. μεγάλη δὲ διαφορὰ πρὸς καρπὸν καὶ ἀκαρπίαν καὶ ἡ τῶν τόπων φύσις. ὥσπερ ἐπί τε τῆς Περσίας ἔχει καὶ τῶν φοινίκων. ἡ μὲν ἐν Αἰγύπτῳ καρποφορεῖ, καὶ εἴπου τῶν πλησίων τόπων. ἐν Ῥόδῳ δὲ μέχρι τοῦ ἀνθεῖν μόνον ἀφικνεῖται. ὁ δὲ φοῖνιξ περὶ μὲν Βαβυλῶνα θαυμαστῶς· ἐν τῇ Ἑλλάδι δὲ, οὐδὲ πεπαίνει. παρ' ἐνίοις δὲ ὅλως οὐδὲ προφαίνει καρπόν. ὁμοίως δὲ καὶ ἕτερα πλείω τοιαῦτά ἐστιν. ἐπεὶ δὲ καὶ τῶν ἐλαττόνων ποαρίων καὶ ὑλημάτων ἐν τῇ αὐτῇ χώρᾳ καὶ συνόρῳ χώρᾳ, τὰ μὲν κάρπιμα, τὰ δὲ ἄκαρπα γίνεται. καθάπερ καὶ τὸ κενταύριον ἐν τῇ Ἠλείᾳ, τὸ μὲν ἐν τῇ ὀρεινῇ κάρπιμον· τὸ δὲ ἐν τῷ πεδίῳ, ἄκαρπον, ἀλλὰ μόνον ἀνθεῖ. τὰ δὲ ἐν τοῖς κοίλοις τόποις οὐδὲ ἀνθεῖ, πλὴν κακῶς. δοκεῖ δὲ οὖν καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὁμογενῶν καὶ ἐν μιᾷ προσηγορίᾳ, τὸ μὲν ἄκαρπον εἶναι, τὸ δὲ, κάρπιμον. οἷον πρῖνος, ὁ μὲν κάρπιμος, ὁ δὲ ἄκαρπος. καὶ κλήθρα δὲ ὡσαύτως. ἀνθεῖ δὲ ἄμφω.

Quidam, & populum ſolam ſterilem putant, vt Arcades: cæteras autem omnes, quæ montibus proueniunt, fructum parere. At vero in Creta, & populi nigræ complures fructificant. Vna apud aditum ſpeluncæ Ideæ, qua munera Deo dicata conſeruantur: altera parua ab ea proxima ſtat. Et vlterius duodecim vt plurimum ſtadia ad fontem quendam Sauri dictum, pleræq. ſunt. Et in monte proximo ab Ida, cui Cedrio nomen: necnon & circa Tireſiam in montibus. Alij vlmum tantum ex his fructiferam aiunt, vt Macedones. Diſcrimen autem ad fœcunditatem ſterilitatemque, ſummum, vel locorum natura facere poteſt: vt in perſica, palmiſque patet. Perſica enim in AEgypto & locis proximis fructificat, quanquam in Rhodo vſque florem dumtaxat deuenit. Palma apud Babylonem fructum mirum in modum largitur. In Græcia vero ne fructum quidem maturat: apudque nonnullos nec fructum vllum oſtendit. Simili modo etiam alia pleraque huiuſmodi percipiuntur. Nam & inter minora herbarum, ac reliquæ ſtirpis humilis, quædam in eadem contermina tellure fructifera, quædam ſterilia gignuntur. Quemadmodum centaurium in Eleo agro fœcundum: quod montuoſis editur, infœcundum: quod planis, floſculo tantum gaudens: quod concauis, ne floret quidem, niſi improbe. Itaque, & reliquorum, quæ vnius generis ſunt, vnamque appellationem ſortiuntur, aliud fœcundum, aliud eſſe infœcundum videtur: vt ilex, quædam fructifera, quædam ſterilis; & alnus ſimiliter. Ambæ tamen floreſcunt.

ΚΕΦ. ς'. CAP. VI.

De ſylueſtrium arborum floribus. De germinatione. De florum fructuumque prouentu. De galla.

Σχεδὸν δὲ ὅσα καλοῦσιν ἄῤῥενα τῶν ὁμογενῶν ἄκαρπα, τούτων τὰ πολλὰ, τὰ μὲν ἀνθεῖν φασί· τὰ δὲ ὀλίγον· τὰ δὲ ὅλως οὐκ ἀνθεῖν· τὰ δὲ, ἀνάπαλιν, τὰ μὲν ἄῤῥενα μόνα καρποφορεῖν. οὐ μὴν ἀλλ᾽ ἀπό γε τῶν ἀνθῶν φύεσθαι τὰ δένδρα, καθάπερ καὶ ἀπὸ τῶν καρπῶν ὅσα κάρπιμα. καὶ ἐν ἀμφοῖν οὕτως ἐνίοτε πυκνὴν εἶναι τὴν ἔκφυσιν, ὥστε τοὺς ὀρεοτύπους μὴ δύνασθαι διιέναι μὴ ὁδοποιησαμένους. ἀμφισβητεῖται δὲ καὶ περὶ τῶν ἀνθῶν ἐνίων, ὥσπερ εἴπομεν. οἱ μὲν γὰρ καὶ δρῦν ἀνθεῖν οἴονται, καὶ τὴν Ἡρακλεῶτιν καρύαν, καὶ Διὸς βάλανον. ἔτι δὲ πεύκην, καὶ πίτυν. οἱ δὲ οὐδὲν τούτων· ἀλλὰ τὸν ἴουλον τὸν ἐν ταῖς καρύαις, καὶ τὸ βρύον τὸ δρυΐνον, καὶ τὸν κύτταρον τὸν πιτυΐνον, ὁμοίαν καὶ ἀνάλογον εἶναι τοῖς προπτώτοις ἐρινεοῖς. οἱ δὲ περὶ Μακεδονίαν οὐδὲ ταῦτά φασιν ἀνθεῖν, ἄρκευθον, ὀξύην ἀγρίαν, σφέδαμνον. ἔνιοι δὲ τὰς ἀρκεύθους δύο εἶναι. καὶ τὴν ἑτέραν ἀνθεῖν μὲν, ἄκαρπον δὲ εἶναι· τὴν δὲ ἑτέραν οὐκ ἀνθεῖν μὲν, καρπὸν δὲ φέρειν εὐθὺς προφαινόμενον, ὥσπερ καὶ τὰς συκᾶς τὰ ἐρινεά. συμβαίνειν δ᾽ ἦ σχεδὸν ὥστε ἐπὶ δύο ἔτη τὸν καρπὸν ἔχειν μόνον τοῦτο τὸ δένδρον. ταῦτα μὲν οὖν ἐπισκεπτέον. ἡ δὲ βλάστησις, τῶν μὲν ἅμα γίνεται καὶ τῶν ἡμέρων· τῶν δὲ, μικρὸν ἐπιλειπομένη. τῶν δὲ ἤδη πλέον. ἁπάντων δὲ κατὰ τὴν ἠρινὴν ὥραν. ἀλλὰ τῶν καρπῶν ἡ παραλλαγὴ πλείων. ὥσπερ δὲ καὶ πρότερον εἴπομεν οὐ κατὰ τὰς βλαστήσεις αἱ πεπάνσεις, ἀλλὰ πολὺ διαφέρουσιν. ἐπεὶ καὶ τῶν ὀψικαρποτέρων, ἃ δή τινές φασιν ἐνιαυτοφορεῖν, οἷον ἄρκευθον καὶ πρῖνον, ὅμως αἱ βλαστήσεις τοῦ ἦρος. αὐτὰ δὲ αὐτῶν τὰ ὁμογενῆ τῷ πρότερον καὶ ὕστερον διαφέρει κατὰ τοὺς τόπους. πρῶτα μὲν γὰρ βλαστάνει τὰ ἐν τοῖς ἕλεσιν, ὡς οἱ περὶ Μακεδονίαν λέγουσι· δεύτερα δὲ τὰ ἐν τοῖς πεδίοις· ἔσχατα δὲ τὰ ἐν τοῖς ὄρεσιν. αὐτῶν δὲ τῶν καθ᾽ ἕκαστα δένδρων, τὰ μὲν συναναβλαστάνει τοῖς ἡμέροις· οἷον ἀνδράχνη, ἀβάρκη. ἀχερὰς δὲ μικρῷ ὕστερον τῆς ἀπίου. τὰ δὲ καὶ πρὸ ζεφύρου μὲν, καὶ μετὰ πνοὰς εὐθὺς ζεφύρου. καὶ πρὸ ζεφύρου μὲν κρανεία, θηλυκρανεία· μετὰ ζέφυρον δὲ, δάφνη, κλήθρα. πρὸ ἰσημερίας δὲ μικρὸν, φιλύρα, ζυγία, φηγὸς, συκῆ. πρωϊβλαστα δὲ, καὶ καρύα, καὶ δρῦς καὶ ἄκτη. ἔτι δὲ μᾶλλον τὰ ἄκαρπα τὰ δοκοῦντα ἀλσώδη, λεύκη, πτελέα, ἰτέα, αἴγειρος. πλάτανος δὲ μικρῷ ὀψιαίτερον τούτων. τὰ δὲ ἄλλα περιενισταμένου τοῦ ἦρος· οἷον ἐρινεός, φιλύκη, ὀξυάκανθος, παλίουρος, τέρμινθος, καρύα, Διὸς βάλανος· μηλέα δ᾽ ὀψίβλαστος. ὀψιβλαστότατον δ᾽ σχεδὸν, ἴψος, ἀρία, τετραγωνία, θύεια, μίλος.

Fere autem omnes, quas inter eiuſdem generis maſculas vocant, ſteriles magna videntur ex parte: earumque alias abunde florere, alias parum, alias nullo pacto florere affirmant. Contra inter alias, mares tantum fructificare putantur: verum e floribus arbores generari, ſicut ex earum fructibus, quæ fructum parere poſſint. atque ſpiſſe adeo exoriri interdum vtrinque, vt niſi facta ſemita nullus tranſitus ſit. Quin & de floribus quarundam ſententia varia eſt, vt retulimus. Quidam enim robur, & nucem auellanam, & caſtaneam florere exiſtimant, item pinum, & piceam: alij nullam earum, ſed villum nucis, & muſcum roboris, & nucamentum piceæ, proportione groſſis præciduis reſpondere exiſtimant. At Macedoniæ incolæ ne illas quidem florere arbitrantur, iuniperum, ſciſſimam agreſtem, acerem. Nonnulli binas iuniperos eſſe dicunt, & alteram florere quidem, ſed fructum non ferre: alteram non florere, ſed protinus fructum oſtendere; vt ficos, poma præcidua. Itaque pene fieri, vt ſola hæc arbor fructum in biennium habeat. De his igitur amplius cogitandum. Germinatio vero alijs ſimul atque manſuetis, alijs mox, alijs iam tardius, omnibus certe tempore verno: ſed fructuum diuerſitas numeroſior eſt. quod & antea diximus. Non enim maturitates pro germinationum ratione ſequuntur, ſed plurimum intereſt: nam & earum, quæ ſerius fructificant, quas nonnulli anno reddere volunt, vt iuniperi, vt illicis germinationes, vere proueniunt. Quæ vnius autem ſunt generis, quod alia præcedant alia ſequantur, pro locorum natura, inter ſe diſcrepant. Etenim quæ paludibus aſtant, primæ germinant, vt Macedones volunt: ſecundæ, quæ planis, nouiſſimæ, quæ montibus. Ipſarum autem ſingularum arborum, aliæ cum vrbanis germinare incipiunt: vt portulaca, apharca; pirus poſt vrbanam paulo. Aliæ ante fauonium, & ſtatim poſt afflatus fauonij. Ante fauonium, cornus, tam mas quam fœmina: poſt fauonium, laurus, alnus: paulo ante æquinoctium, tilia, caprinus, fagus, ficus. Quin & nux iuglans, quercus, ſambucus, mature germinant: atque etiam magis, quæ ſteriles lucoſæque ſunt, populus, vlmus, ſalix: paulo ab his ſerius platanus. Reliquæ ineunte vere, vt caprificus, philyca, ſpina arata, paliurus, terebinthus, nux iuglans, caſtanea. Serotino germine malus eſt. Tardiſſimo fere omnium, ſuber, aria, quadratoria, thuia, ta-

xus.

αἱ μὲν οὖν βλαστήσεις, οὕτως ἔχουσιν. αἱ δὲ ἀνθήσεις, ἀκολουθοῦσιν ὡς εἰπεῖν κατὰ λόγον. οὐ μὴν ἀλλὰ παραλλάττουσι. μᾶλλον δὲ ἔτι πλέον ἡ τῶν καρπῶν τελείωσις. κρανεία μὲν γὰρ ἀποδίδωσι περὶ τροπὰς θερινάς· ἡ πρώϊος σχεδὸν ὥσπερ πρῶτος ἡ ὄψιος, ἣν δή τινες καλοῦσι θηλυκρανείαν, μετ' αὐτὸ τὸ μετόπωρον. ἔστι δὲ ὁ ταύτης καρπὸς ἄβρωτος, καὶ τὸ ξύλον ἀσθενὲς καὶ χαῦνον. τοσαύτη δὲ ἡ διαφορὰ περὶ ἀμφω· ἄρρενι δὴ σκληρότατον. τέρμινθος δὲ περὶ πυροῦ ἀμητὸν, ἢ καὶ μικρῷ ὀψιαίτερον ἀποδίδωσι. μελία καὶ σφένδαμνος, τοῦ θέρους τὸν καρπόν. κλήθρα δὲ καὶ καρύα ἀχράδων τι γένος, μετοπώρου. δρῦς δὲ καὶ Διὸς βάλανος, ὀψιαίτερον ἔτι, περὶ Πλειάδος δύσιν. ὡσαύτως δὲ καὶ φιλύκη, καὶ πρῖνος, καὶ παλίουρος, καὶ ὀξυάκανθος, μετὰ Πλειάδος δύσιν. ἡ δὲ ἀρία, χειμῶνος ἀρχομένου. καὶ μηλέα μὲν τοῖς πρώτοις ψύχεσιν, ἀχρὰς δὲ ὀψία χειμῶνος. ἀνδράχνη δὲ καὶ ἀφάρκη, τὸ μὲν πρῶτον πεπαίνουσιν ἅμα τῷ βότρυϊ περκάζοντι· τὸ δὲ ὕστερον, ἀνθοῦντι. δοκεῖ γὰρ ταῦτα δίκαρπα ἀρχομένου τοῦ χειμῶνος. ἐλάτη γὰρ καὶ μίλος ἀνθοῦσι μικρὸν πρὸ ἡλίου τροπῶν. καὶ τῆς γε ἐλάτης τὸ ἄνθος κρόκινον, καὶ ἄλλως καλόν. τὸν δὲ καρπὸν ἀφιᾶσι μετὰ δύσιν Πλειάδος. πεύκη δὲ καὶ πίτυς προτεροῦσι τῇ βλαστήσει μικρὸν, ὅσον πεντεκαίδεκα ἡμέραις. τοὺς δὲ καρποὺς ἀποδιδῶσι μετὰ Πλειάδα κατὰ λόγον. ταῦτα μὲν οὖν μετριωτέραν ἔχει. πάντων δὲ πλείστην, ἡ ἄρκευθος, καὶ ἡ κήλαστρος, καὶ πρῖνος. ἡ μὲν γὰρ ἄρκευθος ἐνιαύσιον ἔχειν δοκεῖ· περικαταλαμβάνει γὰρ ὁ νέος τὸν περυσινόν. ὡς δέ τινές φασιν οὐδὲ πεπαίνει· διὸ καὶ περιαφαιροῦσι, καὶ χρόνον τινὰ τηροῦσιν. ἐὰν δὲ ἐᾷ ἐπὶ τοῦ δένδρου τις, ἀποξηραίνεται. φασὶ δὲ καὶ τὸν πρῖνον οἱ περὶ Ἀρκαδίαν, ἐνιαυτῷ τελειοῦν. ἅμα γὰρ τὸν ἔνον πεπαίνει, καὶ τὸν νέον ὑποφαίνει. ὥστε τοῖς τοιούτοις συμβαίνει συνεχῶς τὸν καρπὸν ἔχειν. φασὶ δὲ καὶ τὴν κήλαστρον ὑπὸ τὸν χειμῶνα ἀποβάλλειν. ὀψίκαρπον δὲ σφόδρα, καὶ φιλύρα, καὶ πύξος. τὸν δὲ καρπὸν ἄβρωτον ἔχει παντὶ ζώῳ, φιλύρα, θηλυκρανεία, πύξος. ὀξύκαρπα δὲ, καὶ κιττὸς, καὶ ἄρκευθος, καὶ πεύκη καὶ ἀνδράχνη. ὡς δὲ οἱ περὶ Ἀρκαδίαν φασὶν, ἔτι τούτων ὀψικαρπότερα, σχεδὸν δὲ πάντων ὀψιέστερα, γωνία, θύεια, μίλος. αἱ μὲν οὖν τῶν καρπῶν ἀποβολαὶ καὶ πεπάνσεις, τοιαύτας ἔχουσι διαφοράς, οὐ μόνον πρὸς τὰ ἥμερα τῶν ἀγρίων, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἑαυτά. συμβαίνει δὲ ὅταν ἄρξωνται βλαστάνειν, τὰ μὲν ἄλλα συνεχῆ τήν γε βλάστησιν καὶ τὴν αὔξησιν ποιεῖσθαι· πεύκην δὲ καὶ ἐλάτην καὶ δρῦν διαλείπειν· καὶ τρεῖς ὁρμὰς εἶναι, καὶ τρεῖς ἀφιέναι βλαστούς. διὸ καὶ τρίσλιποι. πᾶν γὰρ δὴ δένδρον ὅταν βλαστάνῃ λιπᾷ. πρῶτον μὲν ἄκρου ἔαρος, εὐθὺς ἱσταμένου τοῦ θαρ-

xus. Germinationes igitur ita ſe habent. Florum prouentus autem, vt ita loquar, pro ratione germinationis ſequuntur. Differunt tamen, multoque magis fructus confectio variat. Quippe cornus fere circa æſtiua ſolſtitia reddit; præcox ſcilicet. Nam ſerotina, quam quidam fœminam dicunt, poſt ipſum autumnum fructificat. Huic fructus inguſtabilis: lignum infirmum, fungoſumque. Tanta eſt inter ambas differentia; cum mari firmiſſimum ſit. Terebinthus circa tritici meſſem aut paulo ſerius, ſemen reddit: fraxinus atque acer, æſtate: alnus, nux, iuglans, pirorumque genus quoddam, autumno: robur & caſtanea, ſerius. Nam circa Virgiliarum occaſum. Eodem modo & philyca, & ilex, & paliurus, & ſpina acuta, poſt occaſum Virgiliarum. Aria hyemis initio. Malus primis frigoribus. Pirus ſerotina eſt: quippe quæ hyeme ſua perficit poma. Portulaca & apharca, fructum primum, cum vua dulceſcit, maturant: poſteriorem, cum floret. Bis enim iſtæ fructiferæ hyeme ineunte videntur. Abies & taxus, paulo ante ſolſtitium florent. Eſt abietis flos croci colore, aliaſque pulcher. Fructum autem poſt Virgiliarum occaſum dimittunt. Pinaſter & picea, paulo germinatione præueniunt, diebus ſcilicet circiter quindecim. Poſt Virgilia ſiſtæ quoque pro ratione videlicet reddunt. Sed hæc mediocrius. Omnium autem tardiſſime iuniperus, celaſtrus, ilexque, ſuos fructus perficiunt. Iuniperus enim anniculum habere videtur. Quippe cum nouus anni exacti fructum occupet. Vtque aliqui volunt, nec maturari ſolet. Quapropter decerpitur, & aliquantum temporis reſeruatur. Quod ſi in arbore relinquatur, marceſcit. Ilicem quoque ſemen anno perficere Arcades aiunt. Simul enim fructum antecedentem maturat, & nouum demonſtrat. Quãobrem in his euenit, vt aſſidue fructum habeant. Celaſtrus quoque ob hyemen fructum amittere proditur, ſerotina admodum: & tilia, & buxus. Fructum inguſtabilem cunctis animalibus tilia, cornus fœmina buxuſque gignunt. Quin & edera, iuniperus, pinus, portulaca, ſerotinæ habentur. At vero (vt Arcades volunt) & in his, & omnibus fere ſeriores, quadratoria, thuia, taxus. Fructuum iacturæ maturitateſque ſylueſtrium arborum, tales differentias habent; non ſolum ſi ad manſuetas ſpectentur, verumetiam, ſi inter ſe ipſas conferantur. Euenit autem, vt cum primum inceperint, reliqua germinationem continuent, pinus vero, abies, roburque, intermittant; terque turgeant, ternaque germina edant. Ideo & ter ſquamoſæ dicuntur. Omnis enim arbor cum germinat, ſquamas corticum ſpargit. Fit germinatio prima ſtatim

γηλιῶνος. ἔντε τῇ Ἴδῃ περὶ πεντεκαίδεκα μάλιστα ἡμέρας. μετὰ δὲ ταῦτα διαλείποντα περὶ τριάκοντα ἢ μικρῷ πλείους, ἐπιβάλλεται πάλιν ἄλλους βλαστοὺς ἀπ᾽ ἄκρας τῆς κορυφῆς ἕως τῆς ἐπὶ τῷ προτέρῳ βλαστῷ. καὶ τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ εἰς πλάγια κύκλῳ ποιεῖται τὴν βλάστησιν. οἷον γόνυ ποιησάμενα τὴν τοῦ πρώτου βλαστοῦ κορύνην, ὥσπερ καὶ ἡ πρώτη βλάστησις ἔχει. γίνεται δὲ τοῦτο περὶ τὸν σκιρροφοριῶνα λήγοντα. κατὰ δὲ ταύτην τὴν βλάστησιν, καὶ ἡ κηκὶς φύεται πᾶσα, καὶ ἡ λευκὴ καὶ ἡ μέλαινα. φύεται δ᾽ ὡς ἐπιτοπολὺ νυκτὸς ἀθρόως. ἐφ᾽ ἡμέραν δὲ μίαν αὐξηθεῖσα, πλὴν τῆς πιττώδους, ἐὰν ὑπὸ τοῦ καύματος ληφθῇ, ξηραίνεται, καὶ ἀναυξὴς ἐπὶ τὸ μεῖζον. ἐγίνετο γὰρ ἂν μείζων τῷ μεγέθει. διόπερ τινὲς αὐτῶν οὐ μεῖζον ἔχουσι κυάμου τὸ μέγεθος. ἡ δὲ μέλαινα, καὶ ἐπὶ πλείους ἡμέρας εὔχλωρός ἐστι, καὶ αὐξάνεται καὶ λαμβάνουσιν ἔνια μέγεθος μήλου. διαλείπουσαι δὲ μετὰ τοῦτο περὶ πεντεκαίδεκα ἡμέρας, πάλιν τὸ τρίτον ἐπιβάλλεται βλαστοὺς ἑκατομβαιῶνος ἐλαχίστας ἡμέρας τῶν πρότερον. ἴσως γὰρ ἓξ ἢ ἑπτὰ τὸ πλεῖστον. ἡ δὲ βλάστησις ὁμοία καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον. ἐλθουσῶν δὲ τούτων, οὐκ ἔτι εἰς μῆκος ἀλλ᾽ εἰς πάχος ἡ αὔξησις τρέπεται. πᾶσαι μὲν οὖν τοῖς δένδροις αἱ βλαστήσεις φανεραί. μάλιστα δὲ τῇ ἐλάτῃ καὶ τῇ πεύκῃ, διὰ τὸ στοιχεῖν τὰ γόνατα, καὶ ἐξ ἴσου τοὺς ὄζους ἔχειν. ὥρα δὲ καὶ πρὸς τὸ τέμνεσθαι τὰ ξύλα τότε, διὰ τὸ λιπᾶν. ἐν γὰρ τοῖς ἄλλοις καιροῖς οὐκ εὐπεριαίρετος ὁ φλοιός, ἀλλὰ καὶ περιαιρεθέντος μέλαν τὸ ξύλον γίνεται, καὶ τῇ ὄψει χεῖρον. ἐπεὶ καὶ πρός τε τὴν χρείαν οὐδέν· ἀλλὰ καὶ ἰσχυρότερον, ἐὰν μετὰ τὴν πέπανσιν τῶν καρπῶν τμηθῇ. ταῦτα μὲν ἴδια τῶν προειρημένων καρπῶν.

menſe Februario ineunte. quanquam in Ida monte die maxime decimo & quinto menſis eiuſdem. Tum circiter triginta intermiſſis diebus, aut paulo pluribus, iterum germinare incipiunt, ab extremo ſurculi, vſque proximum germinis antecedentis. Et quædam ſurſum, quædam in latera circumquaque emittunt, veluti geniculo facto, ſurculo primi germinis: quo modo ſcilicet & prima fieri germinatio ſolet. idque agitur circa Martium deſinentem. Huius germinationis tempore galla quoque omnis gignitur, tam nigra quam candida. Naſcitur autem magna ex parte noctu vniuerſa. Inque diem aucta, excepta reſinacea, ſi ab æſtu occupetur, inareſcit, augerique amplius nequit: alias enim magnitudine ampliore grandeſceret. Qua de cauſa, eorum aliquæ non maiores fabis euadunt. Nigra vero pluribus diebus viret, & magnitudinem mali nonnullæ capeſſunt. Poſtea diebus circiter quindecim intermiſſis, rurſum germina tertio mittunt menſe Aprili; diebus longe paucioribus quam prius. Et forte id ſex aut ſeptē diebus ad ſummum abſoluitur. Sed germinatio ſimilis, eodemque modo efficitur. Quo cum ventum ſit, non amplius in longitudinem, ſed in craſſitudinem incrementa vertuntur. Omnium itaque arborum germinationes conſpicuæ. Sed abietis pinique maxime, quoniam genicula in verſus rectos porriguntur, ramique conditi ex æquo ſpectantur. Ad materiam quoque cædendam tempus nunc potiſſimum intelligitur, propter amplitudinem corticis. Cæteris enim temporibus cortex facile detrahi nequit, detractoque nigreſcit materies, aſpectuque deformior redditur. Nam ad vſum quidem non refert. Quin imo robuſtior eſt, ſi poſt fructuum maturitatem cædatur. Hæc prædictorum fructuum propria.

ΚΕΦ. Ζ. — CAP. VII.

Germinationes in Arcturo. Quid amentum, & iulus auellanæ. Qui auctus faciles, & difficiles. De radicibus ſyluestrium.

ΑἹ δὲ βλαστήσεις ἐπὶ κυνὶ καὶ Ἀρκτούρου γινόμεναι, μετὰ τὴν ἐαρινὴν σχεδὸν κοιναὶ πάντων. εὔδηλοι δὲ μᾶλλον ἐν τοῖς ἡμέροις καὶ τούτων μάλιστα συκῆ καὶ ἄμπελος, καὶ ῥοιά. καὶ ὅλως ὅσα εὐτραφῆ, καὶ ὅπου χώρα τοιαύτη. διὸ καὶ τὴν ἐπ᾽ Ἀρκτούρῳ πλείστην φασὶ γενέσθαι περὶ Θετταλίαν καὶ Μακεδονίαν. ἅμα γὰρ συμβαίνει καὶ τὸ μετόπωρον καλὸν γίνεσθαι μακρόν. ὥστε καὶ τὴν μαλακότητα συμβάλλεσθαι τοῦ ἀέρος. ἐπεὶ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ διὰ τοῦθ᾽ ὡς εἰπεῖν ἀεὶ βλαστάνει τὰ δένδρα· ἢ καὶ μικρόν τινα διαλείπει χρόνον. ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τὰς ἐκβλαστήσεις ὥσπερ εἴρηται, κοινά· τὰ δὲ περὶ τὰς διαλεί-

GErminationes autem, quæ ad ortum Arcturi poſt vernum fieri ſolent, omnibus fere communes eſſe putantur: manifeſtiores tamen in vrbanis, atque earum præcipue, fico, viti, punicæ. Denique omnibus, quæ vberius coaleſcunt, & vbi tellus pinguis, lætaque ſit. Ob id eam, quæ ſub Arcturum fieri ſolet, plurimam in Theſſalia Macedoniaque fieri dicunt. Simul enim contingit, vt etiam autumnus placidus longuſque ſit. Ita vt & cœli quoque proſit mollities. Nam & in AEgypto ea de cauſa ſemper fere arbores germinant: aut certe parum temporis intermittunt. Sed germinationes (vt diximus) communes omnium ſunt: intermiſſiones autem prædictorum au-

rum au-

φύεις ἀπὸ τῆς πρώτης ἴδια τῶν λεχθέντων. ἴδιον δὲ ἐνίοις ὑπάρχει καὶ τὸ τῆς καλυμμένης κάχρυος οἷον, τοῖσδε περειρημένοις. ἔχει γὰρ καὶ ἐλάτη, καὶ πεύκη, καὶ δρῦς, καὶ ἔτι φιλύρα, καὶ καρύα, καὶ Διὸς βάλανος, καὶ πίτυς. αὗται δὲ γίνονται δρυὶ μὲν, περὶ τῆς βλαστήσεως ἀποφαινούσης τῆς ἠρινῆς ὥρας. ἔτι δ᾽ ὥσπερ ἡ κύησις φυλλικὴ μεταξὺ πίπτουσα τῆς ἐξ ἀρχῆς ἐπιδήσεως καὶ τῆς φυλλικῆς βλαστήσεως. τῇ δ᾽ ἰδιότητι τοῦ μετοπώρου μετὰ τὴν φυλλοβολίαν, εὐθὺς ὁ παρ᾽ αὐτῆς. καὶ ὥσπερ ἐπωδηκυῖα καθαπερανεὶ μέλλουσα βλαστάνειν καὶ διαμένειν τὸν χειμῶνα μέχρι τοῦ ἦρος. τῇ δὲ ἡρακλεωτικῇ, μετὰ τὴν ἀποβολὴν τοῦ καρποῦ φύεται τὸ βρυῶδες, ἡλίκος σκώληξ εὐμεγέθης, ἐξ ἑνὸς μίσχου, πιώδης. ἃ καλοῦσί τινες ἰούλους. τούτων ἕκαστον ἐκ μικρῶν σύγκειται μορίων φολιδωτῶν τῇ τάξει, καθάπερ οἱ στρόβιλοι τῆς πεύκης. ὥστε μὴ ἀνομοίαν εἶναι τὴν ὄψιν στροβίλῳ νέῳ καὶ χλωρῷ, πλὴν προμηκέστερον καὶ σχεδὸν ἰσοπαχὲς ὅλου. τοῦτο δὲ αὔξεται τὸν χειμῶνα, καὶ ἅμα τῷ ἦρι χάσκει. τὰ δὲ φολιδωτὰ καὶ ξανθὰ γίνεται, καὶ τὸ μῆκος λαμβάνει καὶ τριδάκτυλον. ὅταν δὲ τοῦ ἦρος τὸ φύλλον βλαστάνῃ, ταῦτ᾽ ἀποπίπτει, καὶ τὰ τοῦ καρύου καλυκώδη περικάρπια γίνεται, συμμεμυκότα κατὰ τοῦ μίσχου, τοσαῦτα ὅσα καὶ κατὰ ἄνθη. τούτων δ᾽ ἐν ἑκάστῳ, κάρυον ἕν. περὶ δὲ τῆς φιλύρας ἐπισκεπτέον, καὶ εἴ τι ἄλλο κακχρυοφόρον. ἔστι δὲ καὶ τὰ μὲν, εὐαυξῆ· τὰ δὲ, δυσαυξῆ. εὐαυξῆ μὲν τά τε πάρυδρα· οἷον, πτελέα, πλάτανος, λεύκη, αἴγειρος, ἰτέα. καίτοι περὶ ταύτης ἀμφισβητοῦσί τινες ὡς δυσαυξοῦς. καὶ τῶν καρποφόρων δὲ, ἐλάτη, πεύκη, δρῦς. εὐαυξέστατον δὲ, μίλος, καὶ λεύκαρα, φηγός, ἄρκευθος, σφένδαμνον, ὀστρύα, ζυγία, μελία, κλῆθρος, πίτυς, ἀνδράχνη, κρανεία, πύξος, ἀχράς. καρποφορεῖ δὲ εὐθὺς, ἐλάτη, πεύκη, πίτυς· κἂν ὁπηλικονοῦν μέγεθος λάβωσιν. ἡ δὲ αὔξησις καὶ ἡ βλάστησις, τῶν μὲν ἄλλων ἄτακτος κατὰ τοὺς καρποὺς καὶ τοὺς βλαστούς. τῆς δ᾽ ἐλάτης ὡρισμένοι καὶ συνεχεῖς καὶ ὕστερον. ὅταν γὰρ ἐκ τοῦ στελέχους τὰ πρῶτα σχισθῇ, πάλιν ἐξ ἐκείνου ἡ ἑτέρα, σχίζεται, τὰ ἴσα καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον. καὶ τοῦτο ἀεὶ ποιεῖ μετὰ πάσας τὰς ἐπιβλαστήσεις. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις οὐδὲ οἱ ὄζοι κατ᾽ ἀλλήλους· πλὴν ἐπί τινων. ἔχει δὲ καὶ τῇδε διαφορὰν ἡ αὔξησις πάντων κοινῇ, ἡμέρων τε καὶ ἀγρίων· τὰ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ἄκρου τῶν βλαστῶν καὶ ἐκ τῶν πλαγίων φύεται. καθάπερ ἄπιος, ῥοά, συκῆ, μύρρινος· σχεδὸν τὰ πλεῖστα. τὰ δὲ ἐκ τοῦ ἄκρου μὲν οὐκ ἀνίησιν· ἐκ δὲ τῶν πλαγίων καὶ αὐτὸ προωθεῖται τὸ ὑπάρχον, ὥσπερ καὶ τὸ ὅλον στέλεχος, καὶ οἱ ἀκρέμονες. συμβαίνει δὲ ἐπὶ τῆς περσικῆς τοῦτο καρύας καὶ τῆς ἡρακλεωτικῆς, καὶ ἄλλων· ἁπάντων δὲ τῶν τοιούτων εἰς ἓν φύλλον ἀποτελευτῶσιν οἱ βλαστοί. διὸ καὶ εὐλόγως οὐκ ἐπι-

rum tantum eſſe intelliguntur. Proprium vero nonnullis, & quod amentum appellant, ſcilicet prædictis : habet enim, & abies, & pinus, & robur; ac etiam tilia, nux iuglans, caſtanea, picea. Id robori ante germinationem verni temporis initio gignitur. fit autem veluti foliorum conceptus, inter antecedentem obſtruſionem, & ſequentem exortum, medius. At ex proprietate autumni poſtquam folia decidere, peculiaria eius confeſtim gignuntur. quaſi grauida intumeſcat, vt germina pariat, duretque per hyemem vſque ad ver. Nuci auellanæ, poſtquam fructus decidit, racematum quiddam, vermis prægrandis magnitudine ſingulari, pediculo pingue, emergit: quod nonnulli iulum appellant. Hoc ex minutulis ſquamis innumeris ordine nucis pineæ conſtat: vt ſpeciem non abſimilem nuci pineæ nouellæ ac viridi gerat. niſi quod oblongius, & per totum fere pariter craſſum tendat. Hyeme hoc augetur, ineunte vere dehiſcit: & ſquamata illa flaueſcunt, & in longitudinem vel trium pollicum increſcunt. Cum autem vere folium exiſtit, iſta decidunt, & nucis caliculacea tegmina totidem quot flores ſuper pediculum contracta gignuntur, eorumque ſingulis nuces ſingulæ inſunt. De tilia, & an quicquam aliud amentiferum ſit, cogitandum. Sunt præterea quædam auctu faciles, quædam difficiles. Faciles, quæ apud aquas aſſurgunt, vt vlmus, platanus, populus, ſalix: quanquam de hac nonnulli ambigunt, vtpote difficili auctu. & e fructiferis, abies, pinus, robur. Omnium facillima taxus, lacara, fagus, iuniperus, acer, carpinus, oſtrya, fraxinus, alnus, picea, portulaca, cornus, buxus, pirus. Fructificant protinus, abies, pirus, picea: etiam ſi in quantumlibet magnitudinis creuerint. Auctio vero ac germinatio reliquis incerta eſt, tum modo tum germine. Sed abieti certa, & continua, atque præpoſtera. Cum enim primum ſciſſum de caudice fuerit, rurſus de eo alterum finditur, idque aſſidue factitatur, poſt quenque germinationis ſuperuentum. At cæteris ne rami quidem aduerſe conditi inter ſe conſtant, paucis quibuſdam exceptis. Illud quoque differentiæ incrementum communiter omnium pariter vrbanarum, atque ſylueſtrium habere videtur: quædam enim ex cacumine, & latere germinant: vt pirus, punica, ficus, myrtus, pars & ferme maxima. Quædam non cacumine, ſed latere tantum, & ipſum, quod præſit, propellitur: ſicut etiam caudex totus, ramique prægrandes augeri conſueuerunt. Fit hoc in nuce iuglande, & auellana, & quibuſdam alijs: quarum omnium germina in folium vnum finiuntur. Qua de cauſa, ratione optima nul-

lum ger-

βλαστάνει καὶ αὐξάνεται μὴ ἔχοντα ἀρχήν· ὁποία δὲ τρόπον τινὰ αὔξησις καὶ τοῦ σίτου. καὶ γὰρ οὗτος ἀεὶ τῇ προώσει τῇ ὑπαρχούσῃ αὐξάνεται· κἂν κολοβωθῇ τὰ φύλλα, καθάπερ ἐν τοῖς ἐπιβοσκομένοις· πλὴν οὗτός γε οὐδ᾽ ἐκ τοῦ πλαγίου παραφύει, καθάπερ ἔνια τῶν χεδροπῶν. αὕτη μὲν οἷον διαφορά τις ἂν εἴη βλαστήσεως ἅμα καὶ αὐξήσεως. βαθύρριζα δὲ οὔ φασί τινες εἶναι τὰ ἄγρια, διὰ τὸ φύεσθαι πάντα ἀπὸ σπέρματος· οὐκ ἄγαν ὀρθῶς λέγοντες. ἐνδέχεται γὰρ ὅταν ἐμβιώσῃ, πόρρω καθιέναι τὰς ῥίζας. ἐπεὶ καὶ τῶν λαχάνων τὰ πολλὰ τοῦτο ποιεῖ, καίπερ ἀσθενέστερα ὄντα, καὶ ἐναργῶς φυτευόμενα τῇ γῇ. βαθυρριζότατον δὲ δοκεῖ τῶν ἀγρίων εἶναι ἡ πρῖνος. ἐλάτη δὲ καὶ πεύκη, μετρίως. ἐπιπολαιότατον δὲ, θραύπαλος, καὶ κοκκυμηλέα, καὶ σποδιάς. αὕτη δ᾽ ἐστὶν ὥσπερ ἀγρία κοκκυμηλέα. ταῦτα μὲν οὖν καὶ ὀλιγόρριζα. ὁ δὲ θραύπαλος, πολύρριζον. συμβαίνει δὲ τοῖς ἄλλοις τοῖς μὴ κατὰ βάθος ἔχουσι, καὶ οὐχ ἥκιστα ἐλάτῃ, καὶ πεύκῃ, προρρίζους ὑπὸ τῶν πνευμάτων ἐκπίπτειν. οἱ μὲν οὖν περὶ Ἀρκαδίαν οὕτω λέγουσιν· οἱ δ᾽ ἐκ τῆς Ἴδης, βαθυρριζοτέραν ἐλάτην δρυὸς, ἀλλ᾽ ἐλάττους ἔχειν, καὶ εὐθυρριζοτέραν εἶναι. βαθυρριζότατον δὲ καὶ τὴν κοκκυμηλέαν, καὶ τὴν ἡρακλεωτικήν. τὰς δὲ ῥίζας λεπτὰς καὶ ἰσχυρὰς, τὴν ἡρακλεωτικήν· τὴν δὲ κοκκυμηλέαν πολύρριζον. ἄμφω δὲ ἐμβιῶναι δεῖν. δυσόλεθρον δὲ τὴν κοκκυμηλέαν. ἐπιπολῆς δὲ σφένδαμνον, καὶ ἔτι ὀλίγους. τὴν δὲ μελίαν, πλείους, καὶ εἶναι πυκνόρριζον καὶ βαθύρριζον. ἐπιπολῆς δὲ, καὶ ἄρκευθον, καὶ κέδρον. κλήθρας λεπτὰς καὶ μελίας. ἔτι δὲ ὀξύην. καὶ γὰρ τοῦτ᾽ ἐπιπολαιόρριζον καὶ ὀλιγόρριζον. τὴν δὲ οὖαν, ἐπιπολαίους μὲν, ἰσχυρὰς δὲ καὶ παχείας. καὶ δυσολέθρους, πλήθει δὲ μετρίας.

lum germen ſuperuenit, quo creſcere poſſint, cum deſit augendi principium. Frumentis quoque incrementum quodammodo ſimile. Hæc enim protruſione corporis ſui præſentis aſſidue creſcunt, etiam ſi folijs diminuantur: ſicut in depaſtis ſegetibus patet. Nec de latere quicquam emittunt, vt legumina aliqua faciunt. Igitur hoc pro germinationis ſimulque auctionis differentia capi poteſt. Syluestria vero alta eſſe radice quidam negarunt, quod ſemine omnia proueniant. Sed non recte. Nam fieri poteſt, vt cum diutius vixerunt, radices procul demittant. Nam & olerum plura hoc idem faciunt, licet hæc imbecilliora ſint, atque indubie ſemine terræ ſummiſſo oriantur. Omnium itaque ſyluestrium maxime alta radice deſcendere ilex videtur: abies, pinuſque modice. Thraupalus, & prunus, & ſpodias, quæ velut ſyluestris prunus habetur, ſuperficie viuaciores. Sed hæ etiam paucis adhærent radicibus. Thraupalus autem multis. Et accidit cæteris, quæ non in profundum radicem agunt, præcipueque abieti pinoque, vt radicitus flatu euertantur. Arcades ita referunt. Idæi abietem altius quam robur radice deſcendere volunt, verũ ſimpliciore, meatuque rectiori: prunumque nucemque auellanam, altiſſimam radicem habere inquiunt. Sed auellanam tenuem atque robuſtam, prunum numeroſam. Ambæ tamen diutius viuant neceſſe eſſe: prunum etiam in emoriendo contumacem referunt. Acerem ſuperficie aliquatenus gaudere. Fraxinum numeroſiorem, denſam, altamq; oriri. Iuniperum quoq; cedrumq;, per ſumma inniti, & alnum tenuem eſſe. Item ſciſſimam: nam ea quoq; ſummotenus, paucisq; radicibus degit. Sorbo radix per ſumma ceſpitũ, ſed valida, craſſa, moriq; contumax: multiplex tamen modice. Hæc alta radice deſcendere, ſuperficieq; gaudere notatur.

ΚΕΦ. Θ. — CAP. VIII.

Quid quibus caudice præciſo contingat. Crateres ex eo, quod circumnaſci abieti dicunt. De multiplicitate fructuum eiuſdem arboris. De vlmo, & galla duplici.

Βαθύρριζα μὲν οὖν καὶ οὐκ ἐπιπόλαια, τὰ τοιαῦτά ἐστιν. ἀποκοπέντος δὲ τοῦ στελέχους, τὰ μὲν ἄλλα πάνθ᾽ ὡς εἰπεῖν παραβλαστάνει· πλὴν ἐὰν αἱ ῥίζαι πρότερον τύχωσι πεπονηκυῖαι. πεύκη δὲ καὶ ἐλάτη τελέως ἐκ ῥιζῶν αὐτοετεῖς αὐαίνονται, καὶ ἐὰν τὸ ἄκρον ἐπικοπῇ. συμβαίνει δὲ ἴδιόν τι περὶ τὴν ἐλάτην. ὅταν γὰρ κοπῇ ἢ κολουσθῇ ὑπὸ πνεύματος ἢ καὶ ἄλλου τινὸς, περὶ τὸ πλεῖον τοῦ στελέχους· ἔχει γὰρ μέχρι τινὸς λεῖον καὶ ἄοζον καὶ ὅμοιον ἢ καὶ ἡλίκον πλοῖον· περιφύεται μικρὸν ὑποδεέστερον εἰς ὕψος· καὶ καλοῦσιν, οἱ μὲν ἄμφαυξιν, οἱ δὲ, ἀμφιφύαν· τῷ μὲν χρώματι μέλαν, τῇ σκληρότητι δ᾽ ὑπερβάλλον. ἐξ οὗ τοὺς κρατῆρας ποιοῦσιν

Caudice præciſo, reliquæ quidem omnes pene recreſcunt, niſi radices antea morbo infeſtatæ fuere: pinus vero & abies, radicitus omnino anno eodem inareſcunt, etiam deciſo cacumine. Euenit peculiare quiddam abieti: cum enim præciſa, vel aliquo pacto diminuta afflatu fuerit, circa læuem partem ſui caudicis (habet enim quadantenus leuem, enodem, ſimilem, ac etiam æquiparandam nauiculæ) mox circumnaſcitur paulo altitudine inferius, quod quidam circumactionem, alij circumagnationem appellant, colore nigrum, duritia excellens, ex quo crateres Arcades conficiunt.

οἱ περὶ Ἀρκαδίαν. τὸ δὲ πάχος, οἷον ἐὰν τύχῃ τὸ δένδρον· ὅσῳπερ ἂν ἰσχυρότερον, καὶ ἐγχυλότερον καὶ παχύτερον. συμβαίνει δὲ κἀκεῖνο ἴδιον ἐν αὐτῷ τούτῳ περὶ τὴν ἐλάτην. ὅταν μὲν γάρ τις τοὺς ὄζους ἅπαντας ἀφελὼν ἀποκόψῃ τὸ ἄκρον, ἀποθνήσκει ταχέως. ὅταν δὲ τὰ κατωτέρω τὸ κατὰ λεῖον ἀφέλῃ, ζῇ τὸ καταλοιπον· περὶ ὃ δὴ καὶ ἡ ἀμφαυξὶς φύεται. ζῇ δέ. καὶ δῆλον, ὅτι διὰ τὸ ἔγχυλον εἶναι καὶ χλωρόν, εἴπερ ἀπαραβλαστον. ἀλλὰ γὰρ τοῦτο μὲν ἴδιον τῆς ἐλάτης. φέρει δὲ τὰ μὲν ἄλλα, τόν τε καρπὸν τὸν αὐτοῦ, καὶ τὰ κατ' ἐνιαυτὸν ἐπιγινόμενα ταῦτα, φύλλον, ἄνθος, βλαστόν· τὰ δὲ, βρύον, ἢ ἕλικα· τὰ δὲ πλείω, καθάπερ ἥ τε πτελέα τόν τε βότρυν καὶ τὸ θυλακῶδες, τοῦτο καὶ συκῆ καὶ τὰ ἐρινὰ τὰ παραποπίπτοντα, καὶ εἴ τινες ἄρα τῶν συκῶν ὀλυνθοφοροῦσιν. ἴσως δὲ τρόπον τινὰ ἄκαρπος οὗτος. ἀλλ' ἡ ἡρακλεωτικὴ καρύα, τὸ ἴουλον. καὶ ἡ πρῖνος τὸν φοινικοῦν κόκκον. ἡ δὲ δάφνη τὸ βοτρύδιον. φέρει μὲν καὶ καρποφόρος εἰ μὴ καὶ πᾶσα, ἀλλὰ καὶ γένος τι αὐτῆς. οὐ μὴν ἀλλὰ πλέον ἢ ἄκαρπος. ἣν δὴ καὶ ἄρρενα τινὲς καλοῦσιν. ἀλλ' ἡ πεύκη τὸν προαποπίπτοντα κύτταρον. πλεῖστα δὲ πάντων ἡ δρῦς φέρει τὸν καρπόν. οἷον τήν τε κικίδα τὴν μικρὰν, καὶ τὴν ἑτέραν τὴν πιττώδη καὶ μέλαιναν· ἔτι δὲ καὶ συκαμινῶδες ἄλλο τῇ μορφῇ· πλὴν σκληρὸν καὶ δυσκάτακτον. σπάνιον δὲ τοῦτο. καὶ ἕτερον αἰδοιώδη σχέσιν ἔχον· τελειουμένης δέ τι σκληρὸν κατὰ τὴν ἐπανάστασιν, καὶ τετρυπημένον, καὶ προσεμφερὲς τρόπον τινὰ τοῦτ' ἐστὶ καὶ ταύρου κεφαλῇ· περικαταγνύμενον δὲ ἔνδοθεν ἔχει πυρῆνα, ἐλαία εἰρουφυλῆ. φύει δὲ καὶ τὸν ὑπ' ἐνίων καλούμενον πῖλον· τοῦτο δ' ἐστὶ σφαιρίον ἐριῶδες, μαλακόν, περὶ πυρήνιον σκληρότερον πεφυκός· ᾧ χρῶνται πρὸς τοὺς λύχνους· καίεται γὰρ καλῶς, ὥσπερ καὶ ἡ μέλαινα κικίς. φύει δὲ καὶ ἕτερον σφαιρίον κόμην ἔχον, τὰ μὲν ἄλλα, ἀχρεῖον, κατὰ δὲ τὴν ἐαρινὴν ὥραν ἐπιβάπτον χυλῷ μελιτηρῷ, καὶ κατὰ τὴν ἁφὴν καὶ κατὰ τὴν γεῦσιν. φύει δ' ἐντεριώνης τῶν ῥοπῶν μασχαλίδας, ἕτερον σφαιρίον ἄμισχον καὶ κοιλόμισχον, ἴδιον, καὶ ποικίλον. τοὺς μὲν γὰρ ἐπανεστηκότας ὀμφαλοὺς ἐπιλεύκους, ἢ ἐπεστιγμένους ἔχει μέλανας. τὸ δὲ ἀνὰ μέσον κοκκοβαφὲς καὶ λαμπρόν. ἀνοιγόμενον δέ ἐστι μέλαν καὶ ἐπίσαπρον. σπάνιον δὲ παραφύει καὶ λιθάριον, κισηροειδὲς ἐπὶ πλεῖον. ἔτι δ' ἄλλον τούτου σπανιώτερον φυλλικὸν συμπεπιλημένον, πρόμηκες σφαιρίον. ἐπὶ δὲ τοῦ φύλλου φύει κατὰ τὴν ῥάχιν σφαιρίον λευκὸν διαυγὲς ὑδατῶδες, ὅταν ἁπαλὸν ᾖ. τοῦτο δὲ καὶ μυίας ἐνίοτε ἔνδον ἔχει. τελειούμενον δὲ σκληρύνεται καὶ κικίδος μικρᾶς λείας τρόπον. Ἡ μὲν οὖν δρῦς τοσαῦτα φέρει περὶ τὸν καρπόν.

conficiunt. Craſſitudo talis, qualem arborem eſſe contigerit, quo ſcilicet robuſtior vegetiorque, vel plenior, eo craſſior. Illud quoque peculiare hac eadem in re abieti accidit. Cum enim ramis omnibus ablatis, cacumen amputaueris, mox emoritur: cum vero inferiora proxima læui illi parti præcideris, quod reſtat viuit: & agnatio, quam modo dixi, circum id fieri aſſolet: ſcilicet quia vegetius, ac viridius eſt. Siquidem e latere, nunquam recreſcit, neque ab imis plantigera abies ſurgit. Sed enim proprium id abietis eſt. Ferunt reliquæ ſui generis fructum, & quæ annuatim renaſcuntur, illa folium, florem, germen; nonnullæ etiam muſcum, aut claniculam. Quibuſdam datum a natura eſt, vt plura producant. Vlmus enim vuas affert, & folliculos quoſdam. Ficus groſſos præciduos, & caprificos, ſi quæ inter ficos caprificare cõſueuere. ni forte pro genere fructuum hæc cepiſſe oporteat. Nux auellana iulum callo compactili, ilex granum puniceum, laurus vuam. Et fructifera, quanquam non omnis, ſed genus quoddam. Verum ſterilis copioſius, quam maſculam nonnulli appellant. Pinus nucamentum præciduum: robur omnium copioſiſſime, præter fructum, alia gignit. Nã gallam paruulam, atque alteram reſinoſam, & nigram: quin, & aliud ſpecie veluti morum, ſed durum, & fractu admodum difficile. Id tamen rarum. Ad hæc aliud effigiem pudendi repræſentans. Cum vero perficitur, durum quid parte emicante, & perforatum, & tauri caput quodammodo æmulans profert. quod præruptum, nuclei oleæ ſpeciem intus oſtendit. Fert & quod quidam pilum appellant. Id pilula eſt, comam gerens lanaceam, mollem, nucleo durior: qua in lucernarum luminibus vtuntur. Flagrat etenim probe, vt galla nigra. Fert & alteram comigeram pilulam; cætera quidem inutilem, verno autem tempore, ſucco melligeno inficientem, tum tactu tum guſtatu. Sed & in ramorum alis pilulam aliam gignit ſine pediculo, concauoque ſeſſilem, peculiarem certe, verſicoloremque. Nam eminentes quoſdam vmbilicos candicantes, vel paſſim variantes nigris maculis habent. Partem mediam grani tinctura infectam ſplendidamque oſtendit, aperta, nigra & putricans cernitur. Lapillum quoq; puniceum magna ex parte gignit, quãquam raro. Item aliam eo rariorem pilulam e folijs conuolutam, compreſſam, atque oblongam. Super folijs vero tergo adhærentem pilulam fert candidam, aquoſam, dum tenera eſt. Hæc etiam muſcas interdum intus cõtinet, venienſque ad incrementum iuſtum, in modum leuis paruulæ gallæ indureſcit. Robur tot, præter fructum producit.

ΚΕΦ. Θ. | CAP. IX.

Fungi e robore. Viſcum: humor melleus. Mas & fœmina in arboribus. De fago. De roboris generibus. Differentiæ in glandibus. De cerro. De gallis.

Οἱ γὰρ μύκητες περὶ τῶν ῥιζῶν καὶ παρὰ τὰς ῥίζας φυόμενοι, κοινοὶ καὶ ἑτέρων εἰσίν. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ ἰξία. καὶ γὰρ αὕτη φύεται καὶ ἐν ἄλλοις. ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ὥσπερ ἐλέχθη πλειστοφόρον ἐστίν. εἰ δέ γε δὴ καθ' ἡσίοδον φέρει μέλι καὶ μελίττας, ἔτι μᾶλλον. φύεται δ' οὖν καὶ ὁ μελιτώδης οὗτος χυλὸς ἐκ τοῦ ἀέρος ἐπὶ ταύτῃ μάλιστα προσίζον. φασὶ δὲ καὶ ὅταν κατακαυθῇ, γίνεσθαι λίτρον ἐξ αὐτῆς. ταῦτα μὲν οὖν ἴδια τῆς δρυός. πάντων δέ, ὥσπερ ἐλέχθη, τῶν δένδρων, ὡς καθ' ἕκαστον γένος λαβεῖν, διαφοραὶ πλείους εἰσίν· ἡ μέν, κοινὴ πᾶσιν, ᾗ διαιροῦσι τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρρεν. ὧν τὸ μέν, καρποφόρον, τὸ δὲ ἄκαρπον ἐπί τινων. ἐν οἷς δὲ ἄμφω καρποφόρα, τὸ θῆλυ καλλικαρπότερον. πλὴν ὅσοι ταῦτα καλοῦσιν ἄρρενα. καλοῦσι γάρ τινες. παραπλήσια δὲ τῇ τοιαύτῃ διαφορᾷ, καὶ ὡς τὸ ἥμερον διῄρηται πρὸς τὸ ἄγριον. ἕτεραι δὲ καὶ εἴδους αὐτῶν τῶν ὁμογενῶν· ὑπὲρ ὧν ἅμα συνεμφαίνοντες καὶ τὰς ἰδίας μορφὰς τῶν μήτε φανερῶν καὶ γνωρίμων λέξομεν. δρυὸς δὲ γένη. ταύτην γὰρ μάλιστα διαιροῦσι· καὶ ἔνιοί γε εὐθὺς τὴν μὲν ἥμερον καλοῦσι, τὴν δὲ ἀγρίαν. οὐ τῇ γλυκύτητι τοῦ καρποῦ διαιροῦντες. ἐπεὶ γλυκύτατός γε ὁ τῆς φηγοῦ· ταύτην δ' ἀγρίαν ποιοῦσιν. ἀλλὰ τῷ μᾶλλον ἐν τοῖς ἐργασίμοις φύεσθαι, καὶ τὸ ξύλον ἔχειν λειότερον. τὴν δὲ φηγὸν, τραχὺ καὶ ἐν τοῖς ὀρεινοῖς. γένη μὲν οὖν οἱ μὲν τέτταρα ποιοῦσιν, οἱ δὲ πέντε. διαλλάττουσι δὲ ἔνια τοῖς ὀνόμασιν. οἷον τὴν τὰς γλυκείας βαλάνους φέρουσαν, οἱ μέν, ἡμερίδα καλοῦντες, οἱ δέ, τὸ μύδιον. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπ' ἄλλων. ὡς δ' οὖν οἱ περὶ τὴν Ἴδην διαιροῦσι, τάδ' ἐστὶ τὰ εἴδη. ἡμερίς, αἰγίλωψ, πλατύφυλλος, φηγός, ἀλίφλοιος. οἱ δέ, εὔφλοιον καλοῦσι. κάρπιμα μὲν πάντα. γλυκύτατα δὲ τὰ τῆς φηγοῦ, καθάπερ εἴρηται· καὶ δεύτερον τὰ τῆς ἡμερίδος. ἔπειτα τῆς πλατυφύλλου. καὶ τέταρτον ἡ ἀλίφλοιος. ἔσχατον δὲ καὶ πικρότατον, ἡ αἰγίλωψ. οὐκ ἐν ἅπασι δὲ γλυκεῖαι τοῖς γένεσιν, ἀλλ' ἔνιαι καὶ πικραί, καθάπερ ἡ φηγός. διαφέρουσι δὲ καὶ τοῖς μεγέθεσι καὶ τοῖς σχήμασι καὶ τοῖς χρώμασι τῶν βαλάνων. ἴδιον δὲ ἔχουσιν, ἥτε φηγὸς καὶ ἡ ἀλίφλοιος. ἀμφότεραι γὰρ παραλιθάζουσιν ἐν τοῖς ἄρρεσιν καλουμένοις, ἐξ ἄκρων τῶν βαλάνων ἑκατέρωθεν. αἱ μέν, πρὸς τῷ κελύφει, αἱ δὲ πρὸς αὐτῇ τῇ σαρκί.

FVngos enim omitto, qui e radicibus, & iuxta radices erumpunt: communes enim eos cum cæteris habent arboribus. Sed & viſcum taceo: quippe cum in alijs quoque proueniat, ſed nihilominus (vt dictum eſt) ferax hæc arbos habetur plurimarum. Sin autem, autore Heſiodo, mella, apeſque ferat, magis quoque illud confirmatur. Ergo naſcitur & hic melleus humor cœlo cadens, nec alijs magis inſidens frondibus. Quin & cremati roboris nitroſum cinerem eſſe affirmãt. Hæc roboris propria. Arborum vniuerſarum, vt dictum eſt, quoad genera ſigillatim accipi poſſint, plures ſane differentiæ intelliguntur, publica tamen, qua fœmina, maſque diſtinguntur. Quorum alterum fructiſerum, alterum ſterile in alijs eſt. Vbi vero ambo fructifera, fructum meliorem fœmina præſtat, niſi forte mares eas libeat vocitari. Sunt enim, qui ita vocant. Proxima huic differentia, qua vrbanum a ſylueſtri diſcernitur. Aliæ vero per ſpecies vnigenerum ipſorum redduntur, de quibus nunc indicare debemus, ita vt proprias quoque perſequamur ſimul formas illarum, quæ minus conſpectæ, notæque habẽtur. Roboris genera, id enim potiſſimo diuidunt, & quidam obiter, aliud vrbanum, aliud ſylueſtre appellant: non quod fructus diſtinguant dulcedine (nam dulciſſimus fago, quam reddunt ſylueſtrem) ſed quoniam cultis magis proueniat, lignumque læuius habeat. Fagus autem ſcabra, montuoſiſque naſcens. Ergo genera alij quaterna, alij quina aſſignant. Cæterum nonnulla nomine diſcrepant. Vt eam, quæ glandem dulciſſimam fert, alij quercum, alij placidam vocant. Quod idem etiam in cæteris faciunt. At ut Idæi diuidere conſueuere, genera hæc roboris habentur: placida, cerrus, latifolia, fagus, ſalſicortex, quam alij recticorticem vocant: omnia fructifera, ſed dulciſſima glans fago, vti retulimus: ſecunda placidæ, tertia latifoliæ, quarta ſalſicortici, vltima & amariſſima cerro. quanquam non ſingulis cuiuſque generis dulcis, ſed etiam amara nonnullis, vt in genere fagi videre licet. Diſtant etiam magnitudine, figura, coloreque glandium. Peculiare fago & ſalſicortici, quod ambæ in genere dicto virili, glandes parte poſtrema vtrinque lapideſcunt; alijs in putamine, alijs carne ipſa,

ideoque

διὸ καὶ ἀφαιρεθέντων, ὅμοια γίνεται κοιλώματα τοῖς ἐπὶ τῶν ζώων. διαφέρουσι δὲ καὶ ἐν τοῖς φύλλοις καὶ τοῖς στελέχεσι καὶ τοῖς ξύλοις καὶ τῇ ὅλῃ μορφῇ. ἡ μὲν γὰρ ἡμερὶς οὐκ ὀρθοφυὴς, οὐδὲ μακρά· περίκομος γὰρ ἡ φυτεία καὶ ἀπεστραμμένη καὶ κολομάσχαλος. ὥστε ὀζώδη καὶ πολυμάσχαλον γίνεσθαι. τὸ δὲ ξύλον ἰσχυρὸν μὲν, ἀσθενέστερον δὲ τῆς φηγοῦ. τοῦτο γὰρ ἰσχυρότατον, καὶ ἀσαπέστατον. οὐκ ὀρθοφυὴς δὲ οὐδὲ αὕτη. ἀλλ' ἧττόν ἐστι τῆς ἡμερίδος· τὸ δὲ στέλεχος παχύτατον, ὥστε καὶ τὴν ὅλην βραχεῖαν εἶναι. καὶ γὰρ ἡ φυτεία περίκομος καὶ ταύτῃ καὶ οὐκ εἰς ὀρθόν. ἡ δὲ αἰγίλωψ ὀρθοφυέστατον, καὶ ὑψηλότατον, καὶ λειότατον. καὶ τὸ ξύλον εἰς μῆκος ἰσχυρότατον. φύεται δὲ ἐν τοῖς ἐργασίμοις σπανίως. ἡ δὲ πλατύφυλλος δεύτερον, ὀρθοφυΐα καὶ μήκει. πρὸς δὲ τὴν χρείαν τὴν οἰκοδομικὴν χείριστον μετὰ τὴν ἁλίφλοιον. φαῦλον δὲ καὶ εἰς τὸ κάειν καὶ ἀνθρακεύειν, ὥσπερ καὶ τὰ τῆς ἁλιφλοίου. καὶ βρωτωδέστατον μετὰ ἐκείνην. ἡ γὰρ ἁλίφλοιος παχὺ μὲν ἔχει τὸ στέλεχος, χαῦνον δὲ καὶ κοῖλον, ἐὰν ἔχῃ πάχος ὡς ἐπιπολύ. διὸ καὶ ἀχρεῖον εἰς τὰς οἰκοδομάς. ἔτι δὲ σήπεται τάχιστα. καὶ γὰρ πεφυκός ἐστι τοῦ δένδρου. διὸ καὶ κοίλη γίνεται. φασὶ δέ τινες οὐδὲ ἐγκάρδιον εἶναι μόνην. λέγουσι δὲ ὡς καὶ κεραυνόβλητες αὗται μόναι γίνονται, καίπερ ὕψος οὐκ ἔχουσαι. τῶν Αἰολέων τινὲς οὐδὲ πρὸς τὰ ἱερὰ χρῶνται τοῖς ξύλοις. κατὰ μὲν οὖν τὰ ξύλα καὶ τὰς ὅλας μορφὰς, ἐν τούτοις αἱ διαφοραί· κηκῖδας δὲ πάντα φέρει τὰ γένη. μόνη δὲ εἰς τὰ δέρματα χρησίμην ἡ ἡμερίς. ἡ δὲ τῆς αἰγίλωπος καὶ τῆς πλατυφύλλου, τῇ μὲν ὄψει παρομοία τῇ τῆς ἡμερίδος, πλὴν λειοτέρα. ἀχρεῖον δὲ, φέρει δὲ καὶ τὴν ἑτέραν τὴν μέλαιναν, ᾗ τὰ ἔρια βάπτουσιν. ὃ δὲ καλοῦσί τινες φάσκον, ὁμοίως τοῖς βραγχίοις, ἡ αἰγίλωψ μόνη φέρει, πελιὸν καὶ βράχιον· καὶ γὰρ πηχυαῖον κατακρεμάννυται, καθάπερ τρύχος ὀθονίου μακρόν. φύεται δὲ τοῦτο ἐκ τοῦ φλοιοῦ καὶ οὐκ ἐκ τῆς κορύνης· ὅθεν ἡ βάλανος. οὐδὲ ἐξ ὀφθαλμοῦ, ἀλλ' ἐκ τοῦ πλαγίου τῶν ἄνωθεν ὄζων ἔχει. ἡ δὲ ἁλίφλοιος ἐπιμέλαν τοῦτο φύει, καὶ βραχύ.

ideoque detractis lapillis, cōcaua perinde atque in animalibus relinquuntur. Folio quoque, caudice, materia, totaque ſpecie diſtant. Namque placida non erecta, nec læuis, nec excelſa eſt: quippe, quæ corpore in orbem comoſo, contorto, ſinuoſoque ſtet, vt nodoſa, ac toroſa aſſurgat: materies robuſta, verum infirmior, quam fago. Hæc enim robuſtiſſima, putredinique nulli obnoxia eſt. Sed nec ipſa erecta, quanquam minus torta, quam quercus: caudice vero craſſiſſimo conſtat, vt tota quoque breuis ſpecies reddatur. Nam eius etiam corpus in orbem comoſum, minimeque erectum eſt. Cerrus rectiſſima, excelſiſſima, læuiſſima & materia per longitudinem robuſtiſſima; nunquam in cultis aut rarentur naſcens. Latifolia ſecunda tum rectitudine, tum excelſitate, & ad ædificiorum vſus poſt ſalſicorticem deterrima. Ad cremandum quoque carbonemque faciundum, vitijs obnoxia, ſicut & ſalſicortex: quin & maxime, poſt illam tamen putreſcit. Salſicortex enim craſſo quidem caudice, ſed fungoſo & cauato, ſi craſſus ſit, magna ex parte cernitur. Quapropter ædificijs minus hæc vtilis habetur. Item breui putreſcit, quod ex natura eius arboris accidit. Qua de cauſa concaua, & inanis redditur. Sunt qui & corde hanc ſolam carere volunt, & fulmine ſolam iaci, quamuis non altitudine excellat. Aeolum quidam nec ad ſacrificia lignis eius vtuntur. Hæc pro materiæ vniuerſæ ſpeciei modo diſcrimina intelliguntur. Gallas ſingulæ ferunt genera. Sed quercus, quam placidam dixi, tantum ad coria vtilis; cerri & latifoliæ, viſu quidem haud abſimilis illius, niſi quod leuior, ſed ad rem nullam vtilis: fert & alteram, nigram, qua lanæ inficiuntur. Quod autem penem quidam appellant branchijs ſimile, cerrus ſola producit, canum, mucoſumque cubitali longitudine pendens, ceu villus lintei prolixus: naſcitur id e cortice, non e ſurculo, vnde glans: nec e gemma, ſed a latere ſupernorum nodorum. At vero ſalſicortex id nigricans, puſillumque gignit. Idæi hunc in modum diſtinguere ſolent.

ΚΕΦ. Ι. CAP. X.

Alia glandiferarum diſtinctio. Quæ arbor improba ad carbonem faciendum. De pinorum generibus. De picea, abiete, taxo, oſtra, tilia: deque flore, & fructu tiliæ.

ΟΙ μὲν οὖν ἐκ τῆς Ἴδης οὕτω διαιροῦσιν. οἱ δὲ περὶ Μακεδονίαν, τέτταρα γένη ποιοῦσιν. ἐτυμόδρυν, ἣ τὰς γλυκείας· πλατύφυλλον, ἣ τὰς πικράς· φηγὸν, ἣ τὰς στρογγύλας· ἄσπριν, ταύτην γὰρ οἱ μὲν ἄκαρπον ὅλως, οἱ δὲ φαῦλον τὸν καρπὸν, ὥστε μηδὲν ἐσθίειν ζῶον πλὴν ὗς, καὶ ταύτην ὅταν ἑτέραν μὴ ἔχῃ. καὶ τὰ πολλὰ λαμβάνεσθαι περικεφάλαια. μοχθηρὰ δέ. καὶ τὰ ξύλα πελεκηθέντα μὲν, ὅλως ἀχρεῖα. καταρρήγνυται γὰρ καὶ διαπίπτει. ἀπελέκητα δὲ βελτίω. διὸ καὶ οὕτω χρῶνται. μοχθηρὰ δὲ καὶ εἰς καῦσιν καὶ εἰς ἀνθρακίαν. ἀχρεῖος γὰρ ὅλως ὁ ἄνθραξ, διὰ τὸ πηδᾶν καὶ σπινθηρίζειν, πλὴν τοῖς χαλκεῦσι. τούτοις δὲ χρησιμώτερος τῶν ἄλλων, διὰ τὸ ἀποσβέννυσθαι εὐθὺς, ὅταν παύσηται φυσώμενος, διὸ ὀλίγος ἀναλίσκεται. τὸ δὲ τῆς ἁλιφλοίου χρήσιμον εἰς τοὺς ἄξονας μόνον, καὶ τοιαῦτα. δρυὸς μὲν οὖν ταύτας ποιοῦσι τὰς ἰδέας. τῶν δὲ ἄλλων ἐλάττους. καὶ σχεδὸν τάγε πλεῖστα διαιροῦσιν ἄρρενι καὶ θήλει, καθάπερ εἴρηται, πλὴν ὀλίγων. ὥς ἐστι καὶ ἡ πεύκη. πεύκης γὰρ τὸ μὲν, ἥμερον ποιοῦσι, τὸ δὲ ἄγριον. τῆς δὲ ἀγρίας δύο γένη. καλοῦσι δὲ, τὴν μὲν Ἰδαίαν, τὴν δὲ παραλίαν. τούτων δὲ ὀρθοτέρα καὶ μακροτέρα, καὶ ξύλον ἔχουσα παχύτερον ἡ Ἰδαία. τὸ δὲ φύλλον λεπτότερον καὶ ἀμενηνότερον, ἡ παραλία, καὶ λειότερον τὸ φλοιὸν, καὶ εἰς τὰ δέρματα χρήσιμον. ἡ δὲ ἑτέρα, οὔ. καὶ τῶν στροβίλων, ὁ μὲν τῆς παραλίας, στρογγύλος τε καὶ διαχάσκων ταχέως· ὁ δὲ τῆς Ἰδαίας, μακρότερος καὶ χλωρὸς καὶ ἧττον χάσκων, ὡς ἂν ἀγριώτερος. τὸ δὲ ξύλον ἰσχυρότερον τὸ τῆς παραλίας. δεῖ γὰρ καὶ τὰς τοιαύτας διαφορὰς λαμβάνειν τῶν συγγενῶν. γνώριμος γὰρ διὰ τὴν χρείαν. ὀρθότερον δὲ καὶ παχύτερον ὥσπερ εἴπομεν ἡ Ἰδαία· καὶ πρὸς τούτοις πιττωδέστερον ὅλως τὸ δένδρον. μελαντέρα δὲ καὶ γλυκυτέρα καὶ λεπτοτέρα καὶ εὐωδεστέρα, ὅταν ἡ ὠμή. ἑψηθεῖσα δὲ χείρων ἐκβαίνει· διὰ τὸ πολὺν ἔχειν τὸν ὀῤῥόν. ἐοίκασι δὲ ἅπερ οὗτοι διαιροῦσιν ὀνόμασιν ἰδίοις, οἱ ἄλλοι διαιρεῖν τῷ ἄρρενι καὶ θήλει· φασὶ δὲ οἱ περὶ Μακεδονίαν καὶ ἄκαρπόν τι γένος ὅλως εἶναι πεύκης. καὶ τὸ μὲν ἄρρεν βραχύτερόν τε καὶ σκληρότερον· τὸ δὲ θῆλυ εὐμηκέστερον. καὶ τὰ φύλλα λιπαρὰ καὶ ἁπαλὰ καὶ κεκλιμένα μᾶλλον ἔχειν. ἔστι δὲ τὰ ξύλα τῆς μὲν ἄρρενος περιμήτρια καὶ σκληρὰ, καὶ ἐν ταῖς ἐργασίαις στρεφόμενα· τῆς δὲ θηλείας εὔεργα καὶ ἀστραβῆ καὶ μαλακώτερα. σχεδὸν δὲ κοινή τις ἡ διαφορὰ πάντων τῶν ἀρρένων καὶ θηλειῶν, ὡς οἱ ὑλοτόμοι φασίν. ἅπαν γὰρ τὸ ἄρρεν τῇ πελεκήσει.

MAcedones quaterna genera faciunt. Veriquercum, quæ glandem dulcem producit: æſculum, quæ amaram: fagum, quæ rotundam: cerrum, quam alij ſterilem dicunt, alij fructum vitiatum adeo ferre, vt eum animalium nullum mandere poſſit, præterquam ſues: & hos, cum aliam nullam habent, magnaque ex parte caput tentari. Materies quoque improba, & dolata quidem, omnino inutilis; rumpitur enim, & cadit: rudis autem melior. Ideoque ſic ea vtuntur. Improba etiam ad cremandum, & ad carbonem faciendum: quippe cum carbo eius omnino inutilis, quod tranſiliat ſcintilletque, præterquam in ærarijs officinis. His enim vtilior cæteris hic habetur. Quia enim flatu deſinente protinus extinguitur, vix abſumi poteſt. Salſicorticis materies ad axes, ſimiliaque tantũ commoda eſt. Roboris genera hæc aſſignant. Sed cæterarum pauciora ſane adnotant. Partemque fere plurimam, mare ac fœmina diſcernunt, vt indicauimus: præterquam in paucis, inter, quæ & pinus habita eſt. Pinorum enim aliam vrbanam, aliam ſylueſtrem aſſignant. Sylueſtris duplex ſtatuunt genus: quorum alterum Idæam, alterum maritimam vocant. Harum rectior, celſior, materieque craſſior Idæa: folio tenuiori, imbecilliorique maritima, & cortice læuiori, vtilique ad coria. Quod altera minus. Nux maritimæ rotunda, breuique dehiſcens: Idææ oblongior, viridis, minuſque hiſcens, tanquam ſylueſtrior. Lignum maritimæ validius. nam eas quoque terrenorum differentias ſumi par eſt. Haud enim incognitæ ſunt vſus cauſa. Idæa ramoſior craſſiorque ſtat, vt retulimus. Ad hæc picem ipſa omnino copioſius præbet. Pix nigrior, dulcior, tenuior, odoratuque gratior ſentitur, dum cruda eſt. Decocta vero deterior euadit. quoniam multum habeat ſerum. Sed quæ iſti nominibus proprijs diſtinguunt, alij mare fœminaque diuidere ſolent. Macedones vero etiam genus quoddam pini ſterilem dicunt. Et marem breuiorem, folioque duriorem: fœminam proceriorem, folijs pinguem, mollem, procliuioremque. Mari lignum circuncincta medulla durum, & quæ fabrili in opere verſantur. Fœminæ tractatu omnino facile, atque mollius. Quæ quidem omnium fere marium fœminarumque publica differentia eſt, vt cæſores materiæ aſſeuerant. Quippe omnis mas ſecuri breuior & contortior, operique difficilior eſt,

καὶ βραχύτερον καὶ ἐπεστραμμένον μᾶλλον, καὶ δυσεργότερον, καὶ τῷ χρώματι μελάντερον. τὸ δὲ θῆλυ εὐμηκέστερον. ἔστι δὲ καὶ ἣν αἰγίδα καλοῦσιν, ἡ θήλεια τῆς πεύκης ἔχει· τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἐγκάρδιον αὐτῆς· αἴτιον δὲ ὅτι ἀπευκοτέρα, καὶ ἧττον ἔνδαδος, καὶ λειοτέρα καὶ εὐκεανωτέρα. γίνεται δὲ ἐν τοῖς μέγεθος ἔχουσι τῶν δένδρων, ὅταν ἐκπεσόντα περισαπῇ τὰ λευκὰ καὶ τὰ κύκλῳ. τούτων γὰρ περιαιρεθέντων, καὶ καταλειφθείσης τῆς μήτρας, ἐκ ταύτης πελεκᾶται· ἔστι δὲ εὔχρουν σφόδρα καὶ λεπτίνον, ὃ δὴ οἱ περὶ τὴν Ἴδην δαδουργοὶ καλοῦσι συκῆν, τὸ ἐπιγιγνόμενον ἐν ταῖς πεύκαις ἐρυθρότερον καὶ τὴν χροιὰν τῆς δαδὸς καὶ ἐν τοῖς ἄρρεσίν ἐστι μᾶλλον. δυσῶδες δὲ τοῦτο, καὶ οὐκ ὄζει δαδὸς, οὐδὲ καίεται, ἀλλ᾽ ἀποπηδᾷ ἀπὸ τοῦ πυρός. πεύκης μὲν οὖν ταῦτα γένη ποιοῦσιν ἥμερόν τε καὶ ἄγριον. καὶ τῆς ἀγρίας ἄρρενά τε καὶ θήλειαν, καὶ τρίτην τὴν ἄκαρπον. οἱ δὲ περὶ τὴν Ἀρκαδίαν, οὔτε τὴν ἄκαρπον λέγουσιν, οὔτε τὴν ἥμερον πεύκην, ἀλλὰ πίτυν εἶναί φασι· καὶ γὰρ τὸ στέλεχος ἐμφανέστερον εἶναι τῇ πίτυϊ, καὶ ἔχειν τήν τε λεπτότητα καὶ τὸ μέγεθος καὶ ἐν ταῖς ἐργασίαις αὐτὸ τὸ ξύλον. τὸ γὰρ τῆς πεύκης καὶ παχύτερον καὶ λειότερον καὶ ὑψηλότερον εἶναι. καὶ τὰ φύλλα τὴν μὲν πεύκην ἔχειν πολλὰ καὶ λιπαρὰ καὶ βαθέα καὶ κεκλιμένα. τὴν δὲ πίτυν καὶ τὴν κωνοφόρον ταύτην, ὀλίγα τε καὶ αὐχμωδέστερα καὶ πεφρικότα μᾶλλον. ἔτι δὲ τὴν πίτυν αὖ ἐμφανεστέραν τῆς πεύκης. καὶ γὰρ τὴν πίτταν ἔχειν ὀλίγην τε καὶ πικρὰν, ὥσπερ καὶ τὴν κωνοφόρον. τὴν δὲ πεύκην, εὐώδη καὶ πολλήν. φύεται δὲ ἐν μὲν τῇ Ἀρκαδίᾳ ἡ πίτυς ὀλίγη· περὶ δὲ τὴν Ἠλείαν πολλή· οὗτοι μὲν οὖν ὅλῳ τῷ γένει διαμφισβητοῦσιν. ἡ δὲ πίτυς δοκεῖ τῆς πεύκης διαφέρειν, τῷ λιπαρωτέρα τε εἶναι καὶ λεπτοφυλλοτέρα, καὶ τὸ μέγεθος ἐλάττων καὶ ἧττον ὀρθοφυής. ἔτι δὲ καὶ τὸν κῶνον ἐλάττω φέρειν καὶ πεφρικότα μᾶλλον. καὶ τὸ κάρυον πιττωδέστερον· ἄμφω δὲ τριχόφυλλα. καὶ τὰ ξύλα λευκότερα καὶ ὁμοιότερα τῇ ἐλάτῃ καὶ τὸ ὅλον ἄπευκα. διαφορὰν δ᾽ ἔχει μεγάλην πρὸς τὴν πεύκην. πεύκην μὲν γὰρ ἐπικαυθεισῶν τῶν ῥιζῶν οὐκ ἀναβλαστάνειν. τὴν πίτυν δὲ φασί τινες ἀναβλαστάνειν. ὥσπερ καὶ εἰς Λέσβον ἐμπρησθέντος τοῦ Πυρραίων ὄρους τοῦ πιτυώδους. νόσημα δὲ ταῖς πεύκαις τοιοῦτόν τι λέγουσι συμβαίνειν οἱ περὶ τὴν Ἴδην. ὥσθ᾽ ὅταν μὴ μόνον τὸ ἐγκάρδιον καὶ ἄλλα καὶ τὸ ἔξω τοῦ στελέχους ἔνδαδον γένηται, τηνικαῦτα ὥσπερ ἀποπνίγεσθαι. τοῦτο δὲ αὐτόματον συμβαίνει, δι᾽ εὐτροφίαν τοῦ δένδρου, ὡς ἄν τις εἰκάσειεν. ὅλον γὰρ γίνεται δᾳς. περὶ μὲν οὖν τὴν πεύκην ἴδιόν τι τοῦτο πάθος. ἐλάτη δέ ἐστιν, ἡ μὲν ἄρρην, ἡ δὲ θήλεια. διαφορὰς δ᾽ ἔχουσι τοῖς φύλλοις. ὀξύτερα γὰρ καὶ κεντητικώτερα τοῦ ἄρρενος, καὶ ἐπεστραμμένα μᾶλλον. διὸ καὶ οὐλότερον τῇ ὄψει φαίνεται τὸ δένδρον ὅλον, καὶ τῷ ξύλῳ. λευκότερον γὰρ, καὶ μαλακώτερον, καὶ εὐεργέστερον τὸ τῆς θηλείας, καὶ τὸ ὅλον στέλεχος εὐμηκέστερον. τὸ δὲ τοῦ ἄρρενος, ποι-

lior eſt, coloreque nigrior. Fœmina procerior, atque facilior. Nam & quod ægidem appellant, pinus fœmina gignit. Id autem eſt cor eius. Ratio, quod minus pinoſa, minuſque tædoſa & læuior, curſuque venarum probior eſt. Fit autem in arboribus magnis, cum proſtratæ, parte candida & quæ eas circui, tputruerint. His enim detractis, medullæ relictæ ſecuris adigitur. Eſt decolor omnino, neruoque tenui compacta, quam Idæi tedarij ficum appellant. Quod vero pinis ſubnaſcitur, colore teda rubidius, maribus potius ineſt; odoris grauiſsimi, nec tedam redolés, nec flagrans, ſed ab igne diſsiliens. Igitur genera pini hæc aſsignant; vrbanum, atque ſylueſtre: ſylueſtriſque marem, & fœminam, ac tettiam ſterilem. At Arcadiæ incolæ, nec ſterilem nec vrbanam pinum appellant, ſed piceam. Etenim caudicem euidentiorem eſſe piceæ (vtpote, qui gracilitate non careat) & operibus ipſam materiam ineptam. Nam pini materies, & craſsior, & læuior, & excelſior eſt. Folia quoque pinum multa, pinguia, alta, flexaque habere. Piceam autem etiam coniferam ipſam, pauca, ſqualidiora, horrentioraq;. Piceam item euidentiorē: paucam enim picem, atq; amaram, habere vt coniferam. Pinū autem copioſam, bonique odoris. Naſcitur picea in Arcadia rara, ſed circa Eleum agrum multa. Igitur in genere toto, diſcrepare videntur. Picea vero ea quoque ratione diſtare a pino videtur, quod pinguior, folio tenuior, magnitudine minor, erectaque minus aſſurgit. Præterea, quod conum minorem, horridioremq; nucleum, reſina horridiorem ferat. Ambabus folia capillata, & materies candidior ſimiliorque abieti, atque in totum minus pinoſa. Magnam & hanc ad pinum differentiam habet. Pinum enim aduſtis radicibus nunquam regerminare: piceam autem regerminare affirmant, vt in Leſbo accidit incenſo monte Pyrrhæo, qui piceis ſcatet. Morbum pinis accidere talem Idæi incolæ narrāt. Cum non ſolum cor, ſed etiam pars externa caudicis in tedam tranſiuerit, tunc ſtrangulari quodammodo. Quod ſponte accidit vbertate arboris largiſsima, quoad quis coniectare poſsit. Teda enim totum efficitur. Ergo hæc pini propria affectio eſt. Abies quædam maſcula, quædam fœmina eſt, Diſtant inter ſe folijs. Mari enim acutiora, magiſque pungentia, flexaque magis. Quamobrem aſpectu criſpior tota arbor videtur. Quin & materia differunt. Nam fœminæ candidior, mollior, operibuſque facilior, atque totus caudex procerior. Mari autem variegatior, latior, durior, medulla refertior, atque in totum aſpectu deterior,

κιλώτερον καὶ πλατύτερον καὶ σκληρότερον καὶ περιμήκεϛον μᾶλλον, ὅλως δὲ φαυλότερον τὴν ὄψιν. ἐν δὲ τῷ κώνῳ τῷ μὲν τοῦ ἄρρενος ἐστὶ κάρυα ὀλίγα ἐπὶ τοῦ ἄκρου. τῷ δὲ τῆς θηλείας ὅλως οὐδὲν, ὡς οἱ ἐκ Μακεδονίας ἔλεγον. ἔχει δὲ πτέρυγας τὸ φύλλον καὶ ἐπ' ἔλαττον, ὥστε τὴν ὅλην μορφὴν εἶναι κυκλοειδῆ, καὶ παρόμοιον μάλιστα ταῖς Βοιωτίαις κυνέαις. πυκνὸν δὲ οὕτως, ὥστε μήτε χιόνα διιέναι μήθ' ὑετόν. ὅλως δὲ καὶ τῇ ὄψει τὸ δένδρον καλόν. καὶ γὰρ ἡ βλάστησις ἰδία τις ὥσπερ εἴρηται παρὰ τὰς ἄλλας, καὶ μόνη τάξιν ἔχουσα· τῷ δὲ μεγέθει καὶ μέγα καὶ πολὺ τῆς πεύκης εὐμηκέστερον. διαφέρει δὲ καὶ κατὰ τὸ ξύλον οὐ μικρόν. τὸ μὲν γὰρ τῆς ἐλάτης ἰνῶδες καὶ μαλακὸν καὶ κοῦφον. τὸ δὲ τῆς πεύκης, δαδῶδες, καὶ βαρὺ, καὶ σαρκωδέστερον. ὄζους δὲ ἔχει, πλείους μὲν ἡ πεύκη· σκληροτέρους δὲ, ἡ ἐλάτη. σχεδὸν δὲ πάντων ὡς εἰπεῖν σκληροτέρους. τὸ δὲ ξύλον μαλακώτερον. ὅλως δὲ οἱ ὄζοι πυκνότατοι, καὶ στερεώτατοι μόνον διαφανεῖς ἐλάτης καὶ πεύκης. καὶ τῷ χρώματι δαδώδεις· καὶ μάλιστα διαφοροῖ τοῦ ξύλου μᾶλλον, ἢ τῆς ἐλάτης. ἔχει δὲ ὥσπερ ἡ πεύκη τὴν αἰγίδα, καὶ ἡ ἐλάτη τὸ λευκὸν, λοῦσσον καλούμενον οἷον ἀντίστροφον αἰγίδι, πλὴν τὸ λευκόν· ἡ δὲ αἰγὶς, εὔχρως διὰ τὸ ἔνδαδον. πυκνὸν δὲ καὶ λευκὸν γίνεται, καὶ καλὸν, καὶ ἐκ τῶν πρεσβυτέρων ἤδη δένδρων, ἀλλὰ σπάνιον τὸ χρηστόν. τὸ δὲ τυχὸν, δαψιλές. ἐξ οὗ τὰ τῶν ζωγράφων πινάκια ποιοῦσι, καὶ τὰ γραμματεῖα τὰ πολλὰ καὶ ἐσπουδασμένα ἐκ τοῦ βελτίονος. οἱ δὲ περὶ Ἀρκαδίαν ἀμφότερα καλοῦσιν αἰγίδα, καὶ τὴν τῆς πεύκης καὶ τὴν τῆς ἐλάτης. καὶ εἶναι πλείω τὴν τῆς ἐλάτης, ἀλλὰ καλλίω τὴν τῆς πεύκης· εἶναι γὰρ τῆς μὲν ἐλάτης ὅλην τε καὶ λείαν καὶ πυκνὴν, τῆς δὲ πεύκης ὀλίγην. τὴν μέν τοι οὖσαν οὐλοτέραν καὶ ἰσχυροτέραν, καὶ τὸ ὅλον καλλίω. οὗτοι μὲν οὖν ἐοίκασι τοῖς ὀνόμασι διαφωνεῖν. ἡ δὲ ἐλάτη, ταύτας ἔχει τὰς διαφορὰς πρὸς τὴν πεύκην. καὶ ἔτι περὶ τὴν ἀμφαυξιν ἣν πρότερον εἴπομεν. ὀξύη δὲ οὐκ ἔχει διαφορὰς, ἀλλ' ἐστὶ μονογενές. ὀρθοφυὲς δὲ καὶ λεῖον καὶ ἄνοζον, καὶ πάχος καὶ ὕψος ἔχον σχεδὸν ἴσον τῇ ἐλάτῃ. καὶ τἄλλα δὲ παρόμοιόν τε τὸ δένδρον. ξύλον δὲ εὔχρουν, ἰσχυρὸν, εὔινον, καὶ φλοιὸν λεῖον, καὶ παχύφυλλον, δυσχιδὲς, προμηκέστερον ἀπίου, καὶ ἐξακανθίζον ἐξ ἄκρου. ῥίζας οὔτε πολλὰς, οὔτε κατὰ βάθος. ὁ δὲ καρπὸς λεῖος βαλανώδης ἐν ἐχίνῳ, πλὴν οὐκ ἐνάκανθος καὶ λεῖος, καὶ οὐχ ὡς ἡ διὸς βάλανος ἀκανθώδης. προσεμφερὴς δὲ καὶ κατὰ τὴν γλυκύτητα, καὶ κατὰ τὸν χυλὸν ἐκείνῳ. γίνεται δὲ καὶ ἐν τῷ ὄρει, λευκή τε, καὶ χρήσιμον ἔχει τὸ ξύλον πρὸς πολλά· καὶ γὰρ πρὸς ἁμαξουργίαν, καὶ πρὸς κλινοπηγίαν, καὶ εἰς διφρουργίαν καὶ εἰς τραπεζίαν, καὶ εἰς ναυπηγίαν. ἡ δὲ ἐν τοῖς πεδίοις μέλαινα καὶ ἄχρηστος πρὸς ταῦτα. τὸν δὲ καρπὸν ἔχουσι παραπλήσιον. μονογενὴς δὲ καὶ ἡ μίλος. ὀρθοφυὴς δὲ καὶ εὐαυξὴς, καὶ ὁμοία τῇ ἐλάτῃ, πλὴν οὐχ ὑψη-

terior. Nuci maris pauci nuclei parte priore inſunt. Fœminæ nulli omnino, vt Macedones referunt. Folium pinnatum, atq; in anguſtius tendẽs, vt totã ſpeciem concameratũ ſanè imitetur, ſimileque potiſſimum galeis Bœotorum appareat. Denſum autem adeo eſt, vt nec niuem, nec imbrem tranſmittat. In ſumma arbos forma decora eſt. Quippe germinatio quædam peculiaris hunc præter alias agitur (vt retulimus) ſolaque ordinem ſeruat. Eſt magnitudine excelſa, longeque pino procerior. Diſtat etiam ligno, non paulum. Nam abieti neruoſum, molle, leueque: pino autem tedaceum, ponderoſum, atque carnoſius. Nodi plures pino, ſed duriores abieti. Quin & reliquis omnibus fere duriores, quanquam mollius lignum eſt. Ad ſummam nodi denſiſſimi, ſolidiſſimi, patentioreſque abieti, atque pino: coloreque tedæ proximi, & maxime ſui generis: pinoque magis, quam abieti. Habet autem ſicut pinus ægidem, ita abies album, dictum luſſon, veluti ægidi reſpondens: niſi quod id habet album. Aegis vero gratius colorata eſt, quoniam tedam gerit. Spiſſum hoc & candidum, pulchrumque, ex arboribus iam vetuſtioribus gignitur. Sed bonum, inuentu rarum: vile, copioſum. Faciunt ex eo tabellas pictorias, atque codicillos plures, melioreſque e materia præſtantiore. Arcades ambo ægidem vocitant, tam pini, quam abietis: & copioſiorem eſſe abietis volunt, ſed meliorem pini. Abietis enim totam, commodam, læuem, ſpiſſamque: pini vero exiguam, & criſpiorem, robuſtiorem, in totumque meliorem. Sed hi nomine inter ſe diſſentire videntur. Abies vero differentijs illis a pino diſtinguitur: ac etiam accretione, ſiue agnatione, quam ſuperius diximus. Sciſſima nullas penitus differentias habet, ſed fere æquiparatur abieti. Simplex genere eſt, erecta, læuis, enodis, craſſitudine, altitudineque æqualis ferme abieti. Quin, & cætera non abſimilis eſt, lignum coloratum, robuſtum, neruatumque: cortex læuis, folium craſſum, bifidum, oblongius quam piro, extremo aculeatum: radices nec multæ, nec alte deſcendentes: fructus læuis, glandeus in calice echinata: placida tamen, & leui, non hiſpida, vt caſtaneæ, ſimilis tamen illi dulcedine, atque ſucco. Naſcitur etiam montibus candida materie, quæ ad multa perutilis: etenim ad carpenta, lectos, ſubſellia, menſas, nauigiaque: campeſtris nigra, & ad hæc minus vtilis: fructum tamen ſimilem ferunt. Taxus quoque genere ſimplex, procera, auctu inſignis, ſimiliſque abieti, niſi quod non pariter excelſa, magiſque

alis

λον οὕτω, πολυμάσχαλον δὲ μᾶλλον. ὅμοιον δὲ καὶ τὸ φύλλον ἔχει τῇ ἐλάτῃ, καὶ λιπαρώτερον δὲ καὶ μαλακώτερον. καὶ τῷ ξύλῳ ἡ μὲν ἐξ Ἀρκαδίας, μέλαν καὶ φοινικοῦν· ἡ δὲ ἐκ τῆς Ἴδης, ξανθὸν σφόδρα καὶ ὅμοιον τῇ κέδρῳ· διὸ καὶ τοὺς πωλοῦντας φασὶν ἐξαπατᾶν, ὡς κέδρον πωλοῦντας. πᾶν γὰρ εἶναι καρδίαν, ὅταν ὁ φλοιὸς περιαιρεθῇ. ὅμοιον δὲ τὸν φλοιὸν ἔχειν καὶ τῇ τραχύτητι καὶ τῷ χρώματι τῇ κέδρῳ. ῥίζας δὲ μικρὰς, καὶ λεπτὰς καὶ ἐπιπολαίους· σπάνιον δὲ τὸ δένδρον περὶ τὴν Ἴδην· περὶ δὲ Μακεδονίαν καὶ Ἀρκαδίαν πολὺν καρπὸν φέρει στρογγύλον μικρῷ μείζω κυάμου καὶ τῷ χρώματι δ' ἐρυθρὸν καὶ μαλακόν. φασὶ δὲ τὰ μὲν λόφουρα, ἐὰν φάγῃ τῶν φύλλων, ἀποθνήσκειν, τὰ δὲ μηρυκάζοντα, οὐδὲν πάσχειν. καὶ τὸν καρπὸν ἐσθίουσι καὶ τῶν ἀνθρώπων τινές. καὶ ἔστιν ἡδὺς καὶ ἀσινής. ἔστι δὲ καὶ ὁ ὄστρυς μονοειδὴς, ἣν καλοῦσί τινες ὀστρύαν, ὁμοφυὴς τῇ ὀξύᾳ τῇ τε φυλείᾳ καὶ τῷ φλοιῷ· φύλλα δὲ ἀπιοειδῆ τοῖς σχήμασι, πλὴν προμηκέστερα πολλῷ, καὶ εἰς ὀξὺ συνηγμένα καὶ μείζω. πολύϊνα δὲ ἀπὸ τῆς μέσης πλευροειδῶς. τῶν ἄλλων εὐθειῶν καὶ μεγάλην κατατεινουσῶν καὶ πάχος ἐχουσῶν. ἔτι δὲ ἐρρυτιδωμένα κατὰ τὰς ἶνας. καὶ χαραγμὸν ἔχοντα κύκλῳ λεπτόν. τὸ δὲ ξύλον σκληρὸν καὶ ἄχροον, ἔκλευκον. καρπὸν δὲ μικρὸν, πρόμακρον, ὅμοιον κριθῇ, ξανθόν. ῥίζας δὲ ἔχει μετεώρους. εὔυδρον δὲ καὶ φαραγγῶδες. λέγεται δὲ ὡς οὐκ ἐπιτήδειον εἰς οἰκίας εἰσφέρειν· δυσθάνατον γάρ φασι. καὶ δυστοκεῖν οὗ ἐὰν ᾖ. τῆς δὲ φιλύρας, ἡ μὲν ἄρρεν ἐστίν, ἡ δὲ θήλεια. διαφέρουσι δὲ τῇ μορφῇ τῇ ὅλῃ καὶ τῇ τοῦ ξύλου· καὶ τὸ μὲν εἶναι κάρπιμον, τὸ δὲ ἄκαρπον. τὸ μὲν γὰρ τῆς ἄρρενος ξύλον, ξηρὸν καὶ ξανθὸν, καὶ ὀζωδέστερόν ἐστι καὶ πυκνότερον· τὸ δὲ τῆς θηλείας, λευκότερον. καὶ ὁ φλοιὸς τῆς μὲν ἄρρενος παχύτερος, καὶ περιαιρεθεὶς ἀκαμπὴς διὰ τὴν σκληρότητα. τῆς δὲ θηλείας λευκότερος καὶ εὐκαμπὴς, ἐξ οὗ τὰς κίστας ποιοῦσιν. ἔτι δὲ εὐωδέστερον τὸ τῆς θηλείας. καὶ ἡ μὲν ἄκαρπος καὶ ἀνανθής· ἡ δὲ θήλεια, καὶ ἄνθος ἔχει καὶ καρπόν. τὸ μὲν ἄνθος καλυκῶδες παρὰ τὸν τοῦ ξύλου μίσχον καὶ παρὰ τὴν εἰς νέωτα κάχρυν ἐφ' ἑτέρου μίσχου. χλοερὸν δὲ ὅταν ᾖ καλυκῶδες· ἐκκαλυπτόμενον δὲ ἐπίξανθον. ἡ δὲ ἄνθησις, ἅμα τοῖς ἡμέροις. ὁ δὲ καρπὸς, στρογγύλος, πρόμακρος, ἡλίκος κύαμος, ὅμοιος τῷ τοῦ κιττοῦ, γωνίας ἔχων ὁ ἁδρὸς πέντε οἷον ἰνῶν ἐξεχουσῶν καὶ εἰς ὀξὺ συναγομένων. ὁ δὲ μὴ ἁδρὸς, ἀδιαρθρότερος. διακνιζόμενος δὲ ὁ ἁδρὸς ἔχει μικρὰ ἄττα καὶ λεπτὰ σπερμάτια, ἡλίκα καὶ ὁ τῆς ἀνδράφαξυος. τὸ δὲ φύλλον καὶ ὁ φλοιὸς, ἡδέα καὶ γλυκέα. τὴν δὲ μορφὴν κιττῶδες τὸ φύλλον. πλὴν ἐκ προσαγωγῆς μᾶλλον ἡ περιφέρεια καὶ τὸ πρὸς τῷ μίσχῳ κυρτότατον. ἀλλὰ κατὰ μέσον καὶ εἰς ὀξύτερον τὴν συναγωγὴν ἔχον καὶ μακρότερον, ἔπουλον δὲ κύκλῳ καὶ κεχαραγμένον. μήτραν δ' ἔχει τὸ ξύλον μικρὰν, καὶ οὐ πολὺ μαλακωτέραν τοῦ ἄλλου. μαλακὸν γὰρ καὶ τὸ ἄλλο ξύλον.

τὴν δὲ κορυνώδη κάχρυν καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοὺς περὶ τὰ φύλλα λείους σφόδρα καὶ λιπαροὺς καὶ λευκούς· τῷ σχήματι δὲ καχρυώδεις. ἀποκοπὲν δὲ καὶ ἐπικαυθὲν, παραφύεται καὶ ἀναβλαστάνει. ἴδια δὲ καὶ τάδε περὶ τὴν Ἴδην ἐστίν· οἷον ἥ τε Ἀλεξάνδρεια καλουμένη, δάφνη καὶ συκῆ τις καὶ ἄμπελος. τῆς μὲν οὖν δάφνης ἐν τούτῳ τὸ ἴδιον, ὅτι ἐπιφυλλόκαρπόν ἐστιν, ὥσπερ καὶ ἡ κεντρομυῤῥίνη· ἀμφότεραι γὰρ τὸν καρπὸν ἔχουσιν ἐκ τῆς ῥάχεως τοῦ φύλλου. ἡ δὲ συκῆ, θαμνῶδες μὲν, καὶ οὐχ ὑψηλόν. πάχος δ᾽ ἔχον, ὥστε καὶ πηχυαῖον εἶναι τὴν περίμετρον. τὸ δὲ ξύλον ἐπεστραμμένον, γλίσχρον. κάτωθεν μὲν λεῖον καὶ ἄνοζον, ἄνωθεν δὲ περίκομον. χρῶμα δὲ καὶ φύλλου καὶ φλοιοῦ, πελιόν· τὸ δὲ σχῆμα τῶν φύλλων ὅμοιον τῷ τῆς φιλύρας καὶ μαλακὸν δὲ καὶ πλατὺ, καὶ τὸ μέγεθος παραπλήσιον ὡς ἄνθος μεσπιλῶδες. καὶ ἀνθεῖ ἅμα τῇ μεσπίλῃ. ὁ δὲ καρπὸς, ὃν καλοῦσι σῦκον, ἐρυθρὸς ἡλίκος ἐλαίας· πλὴν στρογγυλώτερος. ἐσθιόμενος δὲ, μεσπιλώδης. ῥίζας δὲ ἔχει παχείας. ὡς αἱ συκῆς ἡμέρου, καὶ γλίσχρας. ἄσαπὲς δέ ἐστι τὸ δένδρον, καὶ καρδίαν ἔχει στερεὰν οὐκ ἐντεριώνην. ἡ δὲ ἄμπελος φύεται μὲν τῆς Ἴδης περὶ τὰς Φαλάκρας καλουμένας· ἔστι δὲ θαμνῶδες ῥαβδίοις μικροῖς. τείνονται δὲ οἱ κλῶνες ὡς πυγωνιαῖοι. πρὸς οἷς ῥᾶγες εἰσὶν ἐκ πλαγίου μέλαιναι. τὸ μέγεθος ἡλίκος κύαμος, γλυκεῖαι. ἔχουσι δὲ ἐντὸς γιγαρτῶδές τι μαλακόν· φύλλον στρογγύλον, ἀσχιδὲς, μικρόν. ἔχει δὲ καὶ τ᾽ ἄλλα σχεδὸν ὄρη φύσεις τινὰς ἰδίας. τὰ μὲν δένδρων, τὰ δὲ θάμνων, τὰ δὲ ἄλλων ὑλημάτων. ἀλλὰ γὰρ περὶ μὲν τῆς ἰδιότητος εἴρηται πολλάκις, ὅτι γίνεται καθ᾽ ἑκάστους τόπους. ἡ δὲ ἐν αὐτοῖς τοῖς ὁμογενέσιν ἡ διαφορὰ, καθάπερ ἐστὶ καὶ τῶν δένδρων καὶ τῶν θάμνων, ὁμοίως ἐστὶ, καὶ τῶν ἄλλων ὥσπερ εἴρηται τῶν πλείστων. ὥσπερ καὶ ῥάμνου, καὶ παλιούρου, καὶ ἰζου, καὶ ῥοῦ, καὶ κιττοῦ, καὶ βάτου, καὶ ἑτέρων πολλῶν· ῥάμνος τε γὰρ ἡ μὲν ἐστὶ μέλαινα, ἡ δὲ, λευκή. καὶ ὁ καρπὸς διάφορος. ἀκανθηφορεῖ δὲ ἄμφω. τοῦ τε ἴσου τὸ μὲν, λευκὸν, τὸ δὲ, μέλαν. καὶ τὸ ἄνθος ἑκατέρου καὶ ὁ καρπὸς κατὰ λόγον. ὁ μὲν, λευκός· ὁ δὲ, μέλας. ἐνίων δὲ καὶ ὥσπερ ἀνὰ μέσον ὂν τὸ ἄνθος ἐπιπορφυρίζει. καὶ οὔτε οἰνωπὸν οὔτε ἔκλευκόν ἐστιν, ὥσπερ τινων. ἔχει δὲ καὶ τὰ φύλλα λεπτότερα καὶ λειότερα καὶ τὰς ῥάβδους, τὸ λευκόν· ὅ, τε παλίουρος ἔχει διαφοράς ἅπαντα δὲ ταῦτα καρποφόρα. καὶ ὅγε παλίουρος ἐν λοβῷ τινι τὸν καρπὸν ἔχει, καὶ ὑπὲρ τῶν φύλλων. ἐν ᾧ τρία ἢ τέτταρα γίνεται. χρῶνται δὲ αὐτοῖς πρὸς τοὺς βῆχας οἱ ἰατροὶ κόπτοντες. ἔχει γάρ τινα γλισχρότητα καὶ λίπος. ὥσπερ τὸ τοῦ λίνου σπέρμα. φύεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς ἐφύδροις. καὶ ἐν τοῖς ξηροῖς, ὥσπερ ὁ βάτος. οὐχ ἧττον δέ ἐστι τὸ δένδρον πάρυδρον. φυλλοβόλον δὲ, καὶ οὐχ ὥσπερ ἡ ῥάμνος ἀείφυλλον.

Amentum autem, ſurculum, gemmaſque circa folia, admodum læues, pingues, candidaſque, facie amentacea fundit: præciſa, vel igne deuſta, ab imis ſubnaſcitur, atque reſurgit. Illa quoque propria eſſe circa Idam feruntur, laurus Alexandrina cognominata, & ficus quædam, vitisque. Lauri proprietas, quod fructũ ſuper folia gignit, quemadmodum myrtus ſylueſtris: quippe fructum ambæ ſuper dorſum folij ferunt. Ficus fruticoſa eſt, nec excelſa ſed craſſa, vt vel cubitali ambitu ſit, ligno contorto, lento, colore tam folij, quam corticis liuido, figura folijs tiliæ ſimilis. Mollia quoque, lataque ſunt, magnitudine ſimilia. Flos meſpili, & cum meſpilo floret. Fructus, quem ficum appellant, rufus, magnitudine oliuæ, ſed rotundior, guſtu meſpilaceus: craſſas radices agit vt ficus vrbana, lentasque. Nunquam hæc putret, & cor ſolidũ, non mollem medullam continet. Vitis naſcitur ea parte Idæ, quam vocant Phalacras. Eſt fruticoſa, virgis paruulis, & ramulis cubitalibus pene exporrigitur: quibus acini laterales nigri adhærent, magnitudine fabæ, dulces, qui lignum vinacei modo intus continent: folium rotundum, indiuiduum, paruumque. Cæteris quoque montibus propria quædam natura dederat, alijs arbores, alijs frutices, alijs reliquæ materiæ aliquid. Sed proprietatem ſingulis locis ineſſe, dictum ſæpius eſt. Diſcrimen autem quod in prædictis vnigenis, tam arboribus quam fruticibus præcipitur, in reliquis quoque plurimis pari modo, vt expoſuimus, intelligi poteſt. Exempli gratia: in rhamno, paliuro, æquo oëto, fluida, edera, rubo, multisque alijs. Rhamnorum enim alia nigra, alia candida, fructusque diuerſus, ambæ vero aculeigeræ, Aequorum quoque alia candida, alia nigra: & flos fructusque vtrique pro ratione diſcriminis alius candidus, alius niger. Nonnulli etiam medij quodammodo ſunt, quibus flos in purpuram candicans. nec enim fuluus, nec exalbidus eſt. folia quoque tenuiora, læuioraque candidæ, vt virgæ, ſimiliter graciles, & læues. Paliurus quoque differentias nonnullas habet: omnes autem fructiferæ ſunt. Et paliurus quidem in ſiliqua fert, in qua terna, aut quaterna ſemina gignit, quibus medici contra tuſſim contuſis vtuntur: habent enim lentitiam quandam, atque pinguedinem, vt ſemen lini. Naſcitur locis dilutis, & aridis ſicut rubus, ſed non minus diluta quærit Folijs deciduis eſt, non perpetuis, quemadmodum rhamnus.

CAP.

ΚΕΦ. ΙΗ. CAP. XVIII.

Rubi genera quot: ac de canirubo, Fluidarumque generibus, & medicamento oſſeo quod fluida dicitur. Item de edera, ſmilace. Deque arbore appellata Euonymo.

Ἔτι δὲ καὶ τῆς βάτου πλείω γένη, μεγίστην ἔχοντες διαφοράν. ὅτι ὁ μὲν, ὀρθοφυὴς καὶ ὕψος ἔχων· ὁ δὲ ἐπὶ τῆς γῆς καὶ εὐθὺς κάτω νενευκώς. καὶ ὅταν συνάπτῃ τῇ γῇ ῥιζούμενος πάλιν. ὃν δὴ καλοῦσί τινες χαμαίβατον. τὸ δὲ κυνόσβατον τὸν καρπὸν ὑπέρυθρον ἔχει, καὶ παραπλήσιον τῷ τῆς ῥόας. ἔστι δὲ δένδρου καὶ θάμνου μεταξὺ, καὶ παρόμοιον ταῖς ῥόαις. τὸ δὲ φύλλον ἀγνῶδες. τῆς δὲ ῥοῦ, τὸ μὲν ἄῤῥεν, τὸ δὲ θῆλυ καλοῦσι, τῷ τὸ μὲν, ἄκαρπον εἶναι, τὸ δὲ, κάρπιμον. οὐκ ἔχει δὲ οὐδὲ τὰς ῥάβδους ὑψηλὰς, οὐδὲ παχείας. φύλλον δὲ ὅμοιον πτελέᾳ· πλὴν μικρὸν καὶ προμηκέστερον καὶ ἐπίδασυ. τῶν δὲ κλωνίων τῶν νέων ἐξ ἴσου τὰ φύλλα εἰς δύο, κατάλληλα δὲ ἐκ τῶν πλαγίων, ὥστε στοιχεῖν. βάπτουσι δὲ τούτῳ καὶ οἱ σκυλοδέψαι τὰ λευκὰ δέρματα. ἄνθος λευκὸν, βοτρυῶδες. τῷ σχήματι τὸ ὁλοσχερὲς ὂς λίγγας ἔχον, ὥσπερ καὶ ὁ βότρυς. ἀπανθήσαντος δὲ ὁ καρπὸς ἅμα τῇ σταφυλῇ ἐρυθραίνεται. καὶ γίνονται οἷον φακοὶ λεπτοὶ συγκείμενοι· βοτρυδὸν δὲ τὸ σχῆμα καὶ τούτων. ἔχει δὲ τὸ φαρμακῶδες τοῦτο, ὃ καλεῖται ῥοῦς ἐν αὐτῷ ὀστῶδες. ὃ καὶ τῆς ῥοῦ διηθημένης ἔχει πολλάκις. ῥίζα δ' ἐπιπόλαιος καὶ μονοφυὴς, ὥστε ἀνασκάπτεσθαι ῥᾳδίως ὁλόῤῥιζα· τὸ δὲ ξύλον ἐντεριώνην οὐκ ἔχει· ἄφθαρτον δὲ, κοπτόμενον. ἐν πᾶσι δὲ γίνεται τοῖς τόποις. εὐθηνεῖ δὲ μάλιστα ἐν ταῖς ἀργιλώδεσι. πολυειδὴς δὲ ὁ κιττὸς, καὶ γὰρ ἐπίγειος. ὁ δὲ, εἰς ὕψος αἰρόμενος. καὶ τῶν ἐν ὕψει πλείω γένη. τρία δ' οὖν φαίνεται τὰ μέγιστα· ὅ, τε λευκὸς, καὶ ὁ μέλας, καὶ τρίτον ἡ ἕλιξ. εἴδη δὲ ἑκάστου τούτων πλείω. λευκὸς γὰρ, ὁ μὲν τῷ καρπῷ μόνῳ, ὁ δὲ καὶ τοῖς φύλλοις ἐστί. πάλιν δὲ τῶν λευκοκάρπων μόνων, ὁ μὲν ἁδρὸν καὶ πυκνὸν καὶ συνεστηκότα τὸν καρπὸν ἔχει, καθάπερ εἰς σφαῖραν. ὃν δὴ καλοῦσί τινες κορυμβίαν. οἱ δὲ Ἀθήνησιν ἀχαρνικὸν ἀρδευόμενον. ὁ δὲ, ἐλάττω, διακεχυμένον, ὥσπερ καὶ ὁ μέλας. ἔχει δὲ καὶ ὁ μέλας διαφοράς· ἀλλ' οὐχ ὁμοίως φανεράς. ἡ δὲ δὴ ἕλιξ ἐν μεγίσταις διαφοραῖς. καὶ γὰρ τοῖς φύλλοις πλεῖστον διαφέρει, τῇ τε μικρότητι, καὶ τῷ γωνιοειδῆ καὶ εὐρυθμότερα εἶναι. τὰ δὲ τοῦ κιττοῦ περιφερέστερα καὶ ἁπλᾶ. καὶ τῷ μήκει τῶν κλημάτων. καὶ ἔτι τῷ ἄκαρπος εἶναι. διατείνονται γάρ τινες ἀποκιττοῦσθαι τῇ φύσει τὴν ἕλικα. ἀλλαγὴ δ' εἰς τὸν κιττὸν τελειουμένης. εἰ δὲ πᾶς ἀποκιττοῦται, καθάπερ τινές φασιν, ἡλικίας ἂν εἴη καὶ διαθέσεως, οὐκ εἴδους ἡ διαφορά. καθάπερ καὶ τῆς ἀπίου πρὸς τὴν ἀχράδα· πλὴν τό γε φύλλον καὶ ταύτης, πολὺ διαφέρει πρὸς τὸν κιττόν.

RVbi genera plura, ſed maximo inter ſe diſcrimine diſtant: quod quædã erecta excelſaque, quædam prope a terra, protinuſque deorſum vergens: cumque ſe terræ coniunxerit, radicans rurſus, quem humirubum quidam appellant. Canirubus autem fructum ſubrutilum parit, malo punico ſimilem. Eſt inter fruticem atque arborem, punicæ non abſimilis, folio amerinæ. Fluidarum, aliam maſculam, aliam fœminam dicunt: quod alia ſterilis, alia fructifera ſit. Nec virgas longas gerit, neque craſſas: folium vlmeo ſimile, niſi quod parum oblongius, denſumque aliquantulum. Ramulorum nouellorum folia paribus internodijs coniugatim condita adhærent, & plane e lateribus ordo verſus conſpicitur. Inficiunt his coriarij alba coria. Flos candidus, racematim enaſcens. Hic vbi defluit, fructus cum labruſca rubeſcit: fiuntque ceu lentes tenues congeſtæ. Figura his quoque in modum vuæ. Medicamentum Fluida dictum, oſſeum in his continetur. Radix per ſumma, & ſimplex, vt facile auelli poſſit radicitus: lignum ſine medulla, & cæſum quoque incorruptum perdurat. Naſcitur omnibus locis, ſed in argillaceis potiſſimũ præſtat. Edera quoque multigena eſt: quædam enim humi repens, quædam ſe in excelſum attollens: & excelſarum genera plura, ſed trina ſumma pateſcunt, candida, nigra, tertiaque clauicula. Horum item ſpecies plures: quippe alia fructu tantum candida, alia etiam folijs. Rurſus fructum tantum candidum ferentium, alia maiuſculum, denſum, & velut in globum circumactum fructum profert, quam corymbiam quidam vocarunt. Athenienſes acharnicam riguam eam appellant. Alia minorem, ſparſioremque, modo nigræ. Habet nigra differentias, ſed non hunc in modum conſpicuas. Sed clauicula differentijs maximis diſcernitur. Etenim folijs plurimum diſtat, cum paruitate, tum quod angulata, concinnioraque ſint, cum edera rotundiora, ſimplicioraq; habeat. Diſtant etiam internodiorum longitudine, atque etiam ſterilitate. quoniam fructum quædam non ferant. Quod non in ederam tranſfigurentur, vt quidã volunt: at vero ſi omnes edereſcant, vt alijs placet, ætatis certe, diſpoſitioniſque, non generis erit diſcrimen: quemadmodum piri ad piraſtrum. Tamen eius quoq; folium multũ ab edera diſtat.

σπάνιον δὲ τοῦτο καὶ ἐν ὀλίγοις ἐστίν. ὥστε παλαιούμενον μεταβάλλειν, ὥσπερ ἐπὶ τῆς λεύκης καὶ τοῦ κρότωνος. εἴδη δ᾽ ἐστὶ πλείω τῆς ἕλικος· ὡς μὲν τὰ προφανέστατα καὶ μέγιστα λαβεῖν τρία· ἥτε χλωρὰ καὶ ποώδης, ἥπερ καὶ πλείστη, καὶ ἑτέρα ἡ λευκή, καὶ τρίτη, ἡ ποικίλη, ἣν δὴ καλοῦσί τινες Θρακίαν. ἑκάστη δὲ τούτων δοκεῖ διαφέρειν. καὶ γὰρ τῆς χλοώδους, ἡ μὲν λεπτοτέρα καὶ μακροφυλλοτέρα, καὶ ἔτι πυκνοφυλλοτέρα. ἡ δ᾽ ἧττον πάντα ταῦτ᾽ ἔχουσα. καὶ τῆς ποικίλης, ἡ μὲν μεῖζον, ἡ δ᾽ ἔλαττον τὸ φύλλον, καὶ τὴν ποικιλίαν διαφέρουσα. ὡσαύτως δὲ καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῇ χροιᾷ διαφέρουσιν. εὐαυξεστάτη δὲ ἡ ποώδης, καὶ ἐπὶ πλεῖστον προϊοῦσα. φανερὰν δ᾽ εἶναί φασι τὴν ἀποκιττουμένην, οὐ μόνον τοῖς φύλλοις, ὅτι μείζω καὶ πλατύτερα ἔχει, ἀλλὰ καὶ τοῖς βλαστοῖς. εὐθὺς γὰρ ὀρθοὺς ἔχει. καὶ οὐχ ὥσπερ κατακεκαυμένη καὶ διὰ τὴν λεπτότητα καὶ διὰ τὸ μῆκος. τῆς δὲ κιττώδους, καὶ βραχύτεροι καὶ παχύτεροι. ὁ δὲ κιττὸς ὅταν ἄρχηται σπερμοῦχεῖν, μετέωρόν ἐστι καὶ ὀρθὸν τὸν βλαστόν. πολύρριζος μὲν οὖν ἅπας κιττὸς καὶ πυκνόρριζος, συνεστραμμένος. ταῖς ῥίζαις δὲ ξυλώδεσι, καὶ παχείαις, καὶ οὐκ ἄγαν βαθυρρίζοις· καὶ μάλιστα δ᾽ ὁ μέλας· καὶ τοῦ λευκοῦ ὁ τραχύτατος, καὶ ἀγριώτατος. διὸ καὶ χαλεπὸς παραφύεται πᾶσι τοῖς δένδροις. ἀπόλλυσι γὰρ πάντα καὶ ἀφαναίνει, παραιρούμενος τὴν τροφήν. λαμβάνει δὲ μάλιστα πάχος οὗτος καὶ ἀποδενδροῦται. καὶ γίνεται αὐτὸ καθ᾽ αὑτὸ κιττοῦ δένδρον. ὡς δ᾽ ἐπὶ τὸ πλεῖον ἀεὶ πρὸς ἑτέρῳ φιλεῖ ζῆν, καὶ ὥσπερ ἐπαυλόκαλόν ἐστιν. ἔχει δ᾽ εὐθὺς καὶ τῆς φύσεώς τι τοιοῦτον. καὶ γὰρ τῶν βλαστῶν ἀφίησιν ἀεὶ ῥίζας ἀνὰ μέσον τῶν φύλλων. αἷς ὥσπερ ἐνδύεται τοῖς δένδροις καὶ τοῖς τειχίοις, οἷον ἐξεπίτηδες πεποιημέναις ὑπὸ τῆς φύσεως. διὸ καὶ ἐξαιρούμενος τὴν ὑγρότητα καὶ ἕλκων ἀφαναίνει· καὶ ἐὰν ὑποκοπῇ κάτωθεν, δύναται διαμένειν καὶ ζῆν. ἔχει δὲ καὶ ἑτέραν διαφορὰν κατὰ τὸν καρπὸν οὐ μικράν. ὁ μὲν γὰρ, ἐπίγλυκύς ἐστιν· ὁ δὲ, σφόδρα πικρὸς, καὶ τοῦ λευκοῦ καὶ τοῦ μέλανος. σημεῖον δ᾽ ὅτι τὸν μὲν ἐσθίουσιν οἱ ὄρνιθες· τὸν δ᾽ οὔ. τὰ μὲν οὖν περὶ τὸν κιττὸν, οὕτως ἔχει. ἡ δὲ σμίλαξ, ἐστὶ μὲν ἐπαυλόκαρπον· ὁ δὲ καυλὸς, ἀκανθώδης, καὶ ὥσπερ ὀρθοάκανθον. τὸ δὲ φύλλον, κιττῶδες, μικρὸν, ἀγώνιον, κατὰ τὴν μίσχου πρόσφυσιν νοτηρόν. ἴδιον δ᾽ ὅτι τήν τε διὰ μέσου ταύτην ὥσπερ ῥάχιν λεπτὴν ἔχει, καὶ τὰς στημονίους διαλήψεις οὐκ ἀπὸ ταύτης ὥσπερ τὰ τῶν ἄλλων, ἀλλὰ περὶ αὐτὴν περιφερεῖς ἠγμένας ἀπὸ τῆς προσφύσεως τοῦ μίσχου τῷ φύλλῳ, παρὰ δὲ τὸν καυλὸν τὸν ἄτονον τὰ παρὰ τὰς διαλείψεις τὰς φυλλικὰς, ἐκ τῶν αὐτῶν μίσχων τοῖς φύλλοις παραπέφυκεν ἴουλος λεπτὸς καὶ ἑλικτός. ἄνθος δὲ λευκὸν καὶ εὐῶδες, ἠρινόν.

Verum id rarum, & in paucis euenit, vt vetuſtate permutetur, ceu in populo alba, & crotone. Ergo clauiculæ plura genera, ſed quæ conſpectiora, ſummaque occurrant, tria ſunt. Herbacea ac virens, quæ plurima eſt: ſecunda candida: tertia verſicolor, quam Thraciam quidam appellant. Et harum quæque diſtare videtur. Quippe herbaceæ quædam folio tenuiori, oblongiori, atque etiam denſiori: quædam minus hæc omnia habens. Et in verſicoloris genere, alia folio ampliori, alia minori, macularumque habitu diuerſa. Pari modo, & magnitudine, coloreque diſtant. Auctu perfacilis herbacea, plurimumque proficit. Manifeſtum fieri, quæ edereſcat affirmant, non tantum folijs, quæ maiora latioraque habet, verum etiam germinibus: protinus enim erecta gerit, non inflexa gracilitate, & longitudine. Ederacea vero craſſiora, breuioraque. Ac edera, vt ſemen proferre incepit, germen ſublime rectumque edit. Eſt quidem vniuerſa edera radice numeroſa, denſa, flexuoſa, ſurculoſa, craſſa, nec nimis alta; ſed præcipue nigra; & inter candidas, quæ aſperrima, immitiſſimaque habetur: quamobrem eius amplexus arbores omnes infeſtat, omnes enim necat, & exiccat, ablato alimento. Craſſatur hæc maiorem in modum, atque arboreſcit in tantum, vt per ſe ipſa ederæ arbor fiat. Attamen ex maiore parte ſemper ſuper alio vitam degere ſolet, atque (vt ita dixerim) amplexicaulis eſt. Ita pro ſua natura, vel quiddam eiuſmodi ilico gerit. Nam e germinibus radiculas aſſidue inter folia mittit: quibus arboribus, muriſque obrepit, quaſi de induſtria a natura exhibitis. Atque ita humorem auferens exhaurienſque arefacit. Et ſi inferius ſuccidatur, nihilo minus viuere durareque poteſt. Habet & aliud diſcrimen non mediocre in fructu. Nam alius dulcis, alius vehementer amarus, tam in candida, quam in nigra. Indicium, quod alium aues mandunt, alium minime attingunt. Edera ita ſe habet. Smilax, id eſt, edera cilicia amplexicaulis, ipſa quoque aſſurgit, fructus aculeatus, & velut præhorridus. Folium ederæ, paruum ſine angulo, iuxta pediculi retinaculum humectum. Peculiare, quod medium illum callum, qui inſtar ſpinæ animantium ſecat, prætenuem habet, & interualla ſtaminea: non ex eo porrecta, vt cætera, ſed circa eum in orbem circumacta, ab annexu pediculi ducit. Ad caulem vero foliorum internodia conſummantem villus ab ijſdem pediculis a quibus folia tenuis ſeque conuoluens dependet. Flos candidus, ſuauiter

olens

τὸν δὲ καρπὸν ἔχει προσεμφερῆ τῷ στρύχνῳ, καὶ τῷ μηλωθρῷ. καὶ μάλιστα τῇ καλουμένῃ σταφυλῇ ἀγρίᾳ. κατακρέμαστοι δ' οἱ βότρυες κιττοῦ τρόπον· παρεγγίζει δὲ ὡς πρὸς τὴν σταφυλήν. ἀπὸ γὰρ ἑνὸς σημείου οἱ μίσχοι ῥαγικοί. ὁ δὲ καρπὸς ἐρυθρὸς ἔχων πυρῆνας, τὸ μὲν ἐπίπαν δύο ἐν τοῖς μείζοσι δὲ τρεῖς, ἐν δὲ τοῖς μικροῖς ἕνα. σκληρὸς δ' ὁ πυρὴν εὖ μάλα, καὶ τῷ χρώματι μέλας ἔξωθεν. ἴδιον δὲ τῶν βοτρύων, ὅτι ἐκ πλαγίων τὸν καυλὸν περιθριγγίζουσι. καὶ κατ' ἄκρον ὁ μέγιστος βότρυς τοῦ καυλοῦ, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ῥάμνου καὶ τῆς βάτου. τοῦτο δὲ δῆλον ὡς καὶ ἀκρόκαρπον, καὶ πλαγιόκαρπόν ἐστιν. τὸ δ' εὐώνυμον προσαγορευόμενον δένδρον, φύεται μὲν ἄλλοθί τε, καὶ τῆς Λέσβου ἐν τῷ ὄρει τῷ Ὀρχυνίῳ; Ὀρδυίῳ καλουμένῳ. ἔστι δὲ ἡλίκον ῥόα, καὶ τὸ φύλλον ἔχει ῥοῶδες. μεῖζον δὲ ἢ χαμαιδάφνη, καὶ μαλακὸν ὥσπερ ἡ ῥόα. ἡ δὲ βλάστησις ἄρχεται μὲν αὐτῆς περὶ τὸν Ποσειδεῶνα· ἀνθεῖ δὲ τοῦ ἦρος. τὸ δ' ἄνθος ὅμοιον τὴν χρόαν τῷ λευκῷ ἴῳ· ὄζει δὲ δεινὸν ὥσπερ φόνου. ὁ δὲ καρπὸς ἐμφερὴς τὴν μορφὴν μετὰ τοῦ κελύφους τῷ τῆς σησάμου λοβῷ. ἔνδοθεν δὲ στερεὸν, πλὴν διῃρημένον κατὰ τὴν τετραστοιχίαν. τοῦτο ἐσθιόμενον ὑπὸ τῶν προβάτων, ἀποκτιννύει· καὶ τὸ φύλλον καὶ ὁ καρπός. καὶ μάλιστα τὰς αἶγας, ἐὰν μὴ καθάρσεως τύχῃ. καθαίρεται δὲ ἀνόχῳ. περὶ μὲν οὖν δένδρων καὶ θάμνων εἴρηται. ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς περὶ τῶν λειπομένων λεκτέον.

olens verno proueniens tempore. Fructus proximus herbæ ſolano, atque melothro, & maxime vuæ, labruſcæ vocitatæ. Racemi penſiles vt ederæ ſunt, verum ad labruſcam potius accedunt. Nam de eodem puncto pediculi acinorum exeunt. Colore fructus rutilus eſt. Nucleos in vniuerſum quidem binos continet, quanquam grandior ternos, & paruulus vnum. Nucleus durus admodum eſt, & colore forinſecus niger. Peculiare racemis, quod per latera caulem ſepiunt. Et in poſtremo caulis, racemus omnium maximus propendet, ſicut in rhamno & rubo. Vnde fit, vt extremo fructifera, & a latere large fructifera ſpectetur. Arbor Euonymus dicta, naſcitur cum alibi, tum in Lesbo inſula in monte Orcynio, cui nomen Ordyno: magnitudine mali punicæ, atque folio eiuſdem maiori, quam vincaperuinca: & molli, vt punica. Germinare menſe Septembri incipit, floret in vere. Flos colore albæ violæ ſimilis, odore infeſtus, velut cruorem inferens. Fructus cum putamine, ſiliquæ ſeſamæ proximus, intus ſolidus: præterquam quod in verſus diuiditur quaternos. Hic pecus enecat guſtatus. Quin etiam folium idem facit. Et potiſſimum capras, niſi purgentur, interimit. Purgantur autem anocho. Et de arboribus quidem atque fruticibus dictum iam eſt: de reliquis porro dicendum.

THEOPHRASTI DE HISTORIA PLANTARVM LIBER QVARTVS.

ΚΕΦ. Α. — CAP. I.

Quibus locis quæque arbores gaudeant.

Αἱ μὲν οὖν διαφοραὶ τῶν ὁμογενῶν τεθεώρηνται πρότερον. ἅπαντα δ' ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις καλλίω γίνεται, καὶ μᾶλλον εὐσθενεῖ. καὶ πρὸς τοῖς ἀγρίοις εἰσὶν ἑκάστοις οἰκεῖοι, καθάπερ τοῖς ἡμέροις. τὰ μὲν γὰρ φιλεῖ τοὺς ἐφύδρους καὶ ἑλώδεις· οἷον αἴγειρος, λεύκη, ἰτέα· καὶ ὅλως τὰ παρὰ τοὺς ποταμοὺς φυόμενα. τὰ δὲ, τοὺς εὐσκεπεῖς καὶ εὐηλίους. τὰ δὲ μᾶλλον τοὺς παλισκίους. πεύκη μὲν γὰρ ἐν τοῖς προσηλίοις καλλίστη καὶ μεγίστη φύεται· ἐν δὲ τοῖς παλισκίοις ὅλως οὐ φύεται. ἐλάτη δὲ ἀνάπαλιν, ἐν τοῖς παλισκίοις καλλίστη· τοῖς δ' εὐηλίοις οὐχ ὁμοίως. ἐν Ἀρκαδίᾳ γοῦν περὶ τὴν Κράνην καλουμένην, τόπος ἐστί τις κοῖλος καὶ ἄπνους, εἰς ὃν οὐδέποθ' ὅλως ἥλιον ἐμβάλλειν φασίν. ἐν τούτῳ δὲ πολὺ διαφέρουσιν αἱ ἐλάται, καὶ τῷ μήκει, καὶ τῷ πάχει. οὐ μὴν ὁμοίως γε πυκναὶ, οὐδ' ὡραῖαι, ἀλλ' ἥκιστα, καθάπερ αἱ πεῦκαι, αἱ ἐν τοῖς παλισκίοις. διὸ καὶ πρὸς τὰ πολυτελῆ τῶν ἔργων, οἷον θυρώματα, καὶ εἴ τι ἄλλο σπουδαῖον, οὐ χρῶνται τούτοις, ἀλλὰ πρὸς τὰς ναυπηγίας μᾶλλον καὶ τὰς οἰκοδομίας. καὶ γὰρ δοκεῖ ὅτι κάλλισται καὶ τανεῖαι καὶ κέραιαι αἱ ἐκ τούτων. ἔτι δὲ ἱστοὶ τῷ μήκει διαφέροντες· ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἰσχυροὶ τοῖς ἐκ τῶν προσηλίων, ἀλλὰ τῇ βραχύτητι πυκνότεροί τε ἐκείνων καὶ ἰσχυρότεροι γίνονται. χαίρει δὲ σφόδρα, καὶ ἡ μίλητος τοῖς παλισκίοις, καὶ ἡ πάδος, καὶ θραύπαλος. περὶ δὲ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων καὶ τοὺς ψυχροὺς τόπους, θεία μὲν φύεται εἰς ὕψος. ἐλάτη δὲ καὶ ἄρκευθος φύεται μὲν, οὐκ εἰς ὕψος δὲ, καθάπερ καὶ περὶ τὴν ἄκραν Κυλλήνην. φύεται δὲ καὶ ἡ κήλαστρος ἐπὶ τῶν ἄκρων καὶ χειμεριωτάτων. ταῦτα μὲν οὖν ἄν τις θείη φιλόψυχρα. τὰ δ' ἄλλα πάντα ὡς εἰπεῖν μᾶλλον χαίρει τοῖς προσηλίοις. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτο συμβαίνει κατὰ τὴν χώραν οἰκείαν ἑκάστῳ τῶν δένδρων. ἐν Κρήτῃ γοῦν φασὶν ἐν τοῖς Ἰδαίοις ὄρεσι καὶ ἐν τοῖς Λευκοῖς καλουμένοις, ἐπὶ τῶν ἄκρων οὗπερ οὐδέποτε ἐπιλείπει χιὼν, κυπάριττον εἶναι. πλεῖστον γὰρ ταύτης τῆς ὅλης καὶ ὕλης ἐν τῇ νήσῳ καὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν.

Expositæ ſuperius ſunt differentiæ vnigenorum. Omnia vero ſuis locis meliora proueniunt, magiſque vigent. Nec ſylueſtribus loca propria deſunt, ſed ſingula ſibi accommodata ſortiuntur, quemadmodum vrbana. Quædam enim aquoſa & paluſtria adamant: vt populus, vt ſalix: denique omnia, quæ ſecus fluuios naſci ſolent. Quædam edita quærunt, atque aprica: alia potius vmbroſa. Pinaſtrum enim pulcherrimum, ampliſſimumque apricis prouenit; vmbroſis autem naſci omnino nequit: contra abies vmbroſis pulcherrima, apricis haud ſimilis ſibi aſſurgit. Itaque in Arcadia circa Cranam vocatam, loco quodam concauo, & ſilente a ventis, quem nunquam ſolem attingere aiunt, abietes plurimum tum longitudine tum craſſitudine cæteris præſtant: non tamen pariter frequentes, neque pulchræ cernuntur, ſicut etiam pinaſtri, quæ locis vmbroſis enaſcantur. Quamobrem ad lautiora operum, vt fores, cæteraque magnifacienda hiſce minus vtuntur, ſed ad nauigia, domoſque duntaxat. Quippe trabes & antennas ex his optimas faciunt, atque etiam malos præſtantiſſima longitudine, ſed non ſimiliter validas, atque ex ijs, quæ ſoli expoſitæ ſtarent: ſed ex breuitate denſiores illis, robuſtioreſque. Taxus quoque, & padus, & thraupalus gaudent vehementer vmbroſis. Montium cacuminibus, locisſque algentibus thuia enaſcitur, & excelſa quidem. abies, & iuniperus naſcuntur quidem, ſed non in excelſum, ſicut etiam circa Cyllenum promontorium euenit. Celaſtrus quoque ſummis, gelidiſſimiſque prouenit locis. Igitur hæc frigidorum locorum auida, recte poſueris, reliqua vero (vt ita dixerim) omnia apricis potius gaudent. Verum id quoque pro modo ſuæ cuique telluris euenit. Itaque in Creta inſula montibus Idæis, Leuciſque vocatis, in culminibus, quibus nix nunquam deeſt, cupreſſum comperiri affirmant. Nam

ἔστι δέ, ὥσπερ καὶ πρότερον εἴρηται καὶ τῶν ἀγρίων καὶ τῶν ἡμέρων, τὰ μὲν, ὀρεινὰ, τὰ δὲ, πεδινὰ μᾶλλον. ἀνάλογον δὲ καὶ ἐν αὐτοῖς ὄρεσι, τὰ μὲν ἐν τοῖς ταπεινοῖς, τὰ δὲ, περὶ τὰς κορυφάς· ὥστε καὶ καλλίω γίνεται καὶ εὐθενεῖ. πανταχοῦ δὲ καὶ πάσης τῆς ὕλης πρὸς βορρᾶν τὰ ξύλα πυκνότερα καὶ καλλίω φέρει, καὶ ἁπλῶς καλλίω. καὶ ὅλως δὲ πλείω ἐν τοῖς προσβορείοις φύεται· αὐξάνεται δὲ καὶ ἐπιδίδωσι τὰ πυκνὰ μὲν ὄντα μᾶλλον εἰς μῆκος· διὸ καὶ ἄοζα, καὶ εὐθέα, καὶ ὀρθοφυῆ γίνεται· καὶ κωπεῶνες ἐκ τούτων κάλλιστοι. μᾶλλον δὲ εἰς βάθος καὶ πάχος ἀραιά. διὸ καὶ σκολιώτερα καὶ ὀζωδέστερα, καὶ τὸ ὅλον στερεώτερα καὶ πυκνότερα φύεται. σχεδὸν δὲ τὰς αὐτὰς ἔχει διαφορὰς καὶ τοῖς, καὶ ἐν τοῖς παλισκίοις, καὶ ἐν τοῖς εὐηλίοις, καὶ ἐν τοῖς εὐπνόοις· ὀζωδέστερα γὰρ καὶ βραχύτερα καὶ ἧττον εὐθέα τὰ ἐν τοῖς εὐηλίοις ἢ τοῖς προσηνέμοις. ὅτι δὲ ἕκαστον ζητεῖ καὶ χώραν οἰκείαν καὶ κρᾶσιν ἀέρος, φανερὸν, τῷ τὰ μὲν φέρειν ἐνίους τόπους, τὰ δὲ μὴ φέρειν, μήτε αὐτὰ γινόμενα μήτε φυτευόμενα ῥᾳδίως. ἐὰν δὲ καὶ ἀντιλάβηται μὴ καρποφορεῖν, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ φοίνικος ἐλέχθη, καὶ τῆς Αἰγυπτίας συκαμίνου, καὶ ἄλλων. εἰσὶ γὰρ πλείω. καὶ ἐν πλείοσι χώραις. τὰ μὲν, ὅλως φυτευόμενα, ἀναυξῆ δὲ καὶ ἄκαρπα, καὶ τὸ ὅλον φαῦλα. περὶ ὧν ἴσως λεκτέον ἐφ' ὅσον ἔχομεν ἱστορίας.

Nam id genus ſyluæ plurimum, & in montibus, & omnino in inſula eſt. Sunt autem, (vt dictum ſuperius eſt) tam e ſylueſtribus, quam ex vrbanis, alia campeſtria, alia potius montana. Inque montibus ipſis pro proportione alia in imis, alia in ſummis proueniunt, ita vt & pulchriora, & fertiliora exurgant. Vbique autem vniuerſæ ſyluæ pars ad Septentrionem ſpectans ligna ſpiſſiora, pulchrioraque profert. Et ſummatim meliora, atque omnino robuſtiora in Aquilonijs exeunt. Augentur atque proficiunt denſæ in longitudinem potius. Ideoque enodes, rectæ proceræque fiunt, remique ex his optimi ſumuntur. Potius autem in profunditatem, & craſſitudinem diſtenduntur. Propterea obliquiores, nodoſiores, atque in totum ſolidiores, ſpiſſioreſque aſſurgunt. Has eaſdem fere differentias habent & quæ opacis, afflatuque permotis naſcuntur: nodoſiores enim breuiores, minuſque rectæ, quæ apricis, quam quæ flatibus expoſitis locis exeunt. Quod autem ſingula terram propriam, cœlique accommodatam temperiem quærunt, eo ſane manifeſtum, quod quædam loca aliqua ferũt, quædam nec ſponte ipſa naſcentia, nec ſata facile ferunt: & quamquam apprehenderint, fructum nullatenus pariunt, vt de palma, & moro Aegyptia, aliiſq; quibuſdam retulimus. Sunt enim plura, lociſque pluribus, quæ tametſi ſeruntur, non tamen augeri, fructificareque poſſunt, ſed vitiata in totum aſſurgunt, de quibus fortaſſe dicendum eſt, quantum perſpectum habemus.

ΚΕΦ. ΙΒ. — CAP. II.

De moro Ægyptia, & ficu Cypria, & ſiliqua, & perſea, glandeque & cucioſera.

ἘΝ Αἰγύπτῳ γάρ ἐστιν ἔνια δένδρα πλείω, ἥ, τε συκάμινος, καὶ ἡ περσέα καλουμένη, καὶ ἡ βάλανος, καὶ ἡ ἄκανθος, καὶ ἕτερ' ἄττα. ἔστι δὲ ἡ μὲν συκάμινος παραπλησία πως τῇ ἐνταῦθα συκαμίνῳ. καὶ γὰρ τὸ φύλλον ἔχει, καὶ τὸ μέγεθος, καὶ τὴν ὅλην πρόσοψιν. τὸν δὲ καρπὸν ἰδίως φέρει παρὰ τὰ ἄλλα, καθάπερ ἐλέχθη καὶ ἐν τοῖς ἐξ ἀρχῆς· οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν βλαστῶν, οὐδ' ἀπὸ τῶν ἀκρεμόνων, ἀλλ' ἐκ τοῦ στελέχους. μέγεθος μὲν, ἡλίκον σῦκον, καὶ τῇ ὄψει δὲ παραπλήσιον. τῷ χυλῷ δὲ καὶ τῇ γλυκύτητι τοῖς ὀλύνθοις. πλὴν γλυκύτερον πολὺ, καὶ κεγχραμίδας ὅλως οὐκ ἔχοντα· πλῆθος δὲ πολύν. καὶ πέττειν οὐ δύναται, ἂν μὴ ἐπικνισθῇ· ἀλλ' ἔχοντες ὄνυχας σιδηροῦς, ἐπικνίζουσιν. ἃ δ' ἂν ἐπικνισθῇ, τεταρταῖα πέττεται. τούτων δ' ἀφαιρεθέντων, πάλιν ἄλλα φύεται, καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου, μηδὲν παραλλάσσοντα. καὶ τοῦθ' οἱ μὲν, τρὶς, οἱ δὲ πλεονάκις φασὶ γίνεσθαι. πολύοπον δὲ τὸ δένδρον σφόδρα ἐστὶ, καὶ τὸ ξύλον αὐτῆς, εἰς πολλὰ χρήσιμον. ἴδιον δὲ ἔχειν δοκεῖ παρὰ τὰ ἄλλα. τμηθὲν γὰρ ἔτι χλωρὸν, εὐθὺς καταβάνει τε εἰς βυθόν. εἰς βόθυνον δὲ

SVnt enim pleræque in AEgypto arbores, vt morus, & perſea dicta, & glans, & ſpina, & aliæ quædam, quæ peregrinari omnino nequeunt. Morus ſimilis quodammodo moro noſtrati eſt. Quippe folio, magnitudine, aſpectuque proxima. Fructum præter cæteras peculiariter gignit, vt volumine primo diſſeruimus. Non enim germinibus, non ramis, ſed caudice pomum parit, magnitudine ficus, & viſu proximum. Succo, atque ſapore caprificis ſane ſimile: verum longe dulcius, graniſque internis omnino carens, multitudine numeroſius. Matureſcere nequit, niſi ſcalptum. Quod vnguibus ferreis ſcalpitur. Quæ cum ſcalpta ſint, ad quartum diem matureſcunt diuerſitate nulla. Hiſce ablatis, alia & alia ex eodem loco ſubnaſcuntur: idque alij ter, alij ſæpius factitari affirmant. Rimoſa arbor admodum eſt, & ligno ad multa percommodo. Proprium id præter cætera habere videtur, quod cæſum continuo viride eſt. Tum

ἐμβάλλουσι καὶ εἰς τὰς λίμνας εὐθὺς, καὶ ταριχεύουσι. βρεχόμενον δ᾽ ἐν τῷ βυθῷ, ξηραίνεται. καὶ ὅταν τελέως ξηρὸν γένηται, τότε ἀναφέρεται καὶ ἐπινεῖ. καὶ δοκεῖ καλῶς τότε τεταριχεῦσθαι. γίνεται γὰρ κοῦφον καὶ μανόν. ἡ μὲν οὖν συκάμινος ἔχει ταύτας τὰς ἰδιότητας. ἔοικε δὲ παραπλησία τις ἡ φύσις εἶναι καὶ τῆς ἐν Κρήτῃ καλουμένης κυπρίας συκῆς. καὶ γὰρ ἐκείνη φέρει τὸν καρπὸν ἐκ τοῦ στελέχους, καὶ ἐκ τῶν παχυτάτων ἀκρεμόνων· πλὴν ὅτι βλαστόν τινα ἀφίησι μικρὸν ἄφυλλον ὥσπερ ῥιζίον, πρὸς ᾧ ὁ καρπός. τὸ δὲ στέλεχος μέγα καὶ παρόμοιον τῇ λεύκῃ· φύλλον δὲ τῇ πτελέᾳ· πεπαίνει δὲ τέτταρας καρποὺς, ὅσα ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ αἱ βλαστήσεις. οὐδένα δὴ πεπαίνει, μὴ ἐπιτμηθέντος τοῦ ἐρινοῦ καὶ ἐκρυέντος τοῦ ὀποῦ. ἡ δὲ γλυκύτης, προσεμφερὴς τῷ σύκῳ, καὶ ἔσωθεν τοῖς ἐρινοῖς. μέγεθος ἡλίκον κοκκύμηλον. ταύτῃ δὲ παραπλησία καὶ ἣν οἱ Ἴωνες κερωνίαν καλοῦσιν. ἐκ στελέχους γὰρ καὶ αὐτὴ φέρει τὸν πλεῖστον καρπόν. ἀπὸ δὲ τῶν ἀκρεμόνων ὥσπερ εἴπομεν ὀλίγον. ὁ δὲ καρπὸς ἔλλοβος, ὃν καλοῦσί τινες Αἰγύπτιον σῦκον, διημαρτηκότες. οὐ γίνεται γὰρ ὅλως περὶ Αἴγυπτον, ἀλλὰ περὶ Συρίαν. καὶ ἐν Ἰωνίᾳ δὲ, περὶ Κνίδον καὶ Ῥόδον. ἀείφυλλον δὲ, καὶ ἄνθος λευκὸν ἔχον καὶ ἔτι βαρύταλον, μὴ μετεωρίζον δὲ σφόδρα, καὶ ὅλως ἐκ τῶν κάτω παραβλαστικόν. ἄνωθεν δὲ ὑποξηραινόμενον, ἔχει δὲ ἅμα καὶ τὸν ἕνον καὶ τὸν νέον καρπόν. ἀφαιρουμένου γὰρ θατέρου μετὰ κύνα, καὶ ὁ ἕτερος εὐθὺς φανερὸς κυούμενος. κύει γὰρ ὥσπερ βότρυς ὁμοσχήμων. εἶτ᾽ αὐξηθεὶς ἀνθεῖ περὶ ἀρκτοῦρον καὶ ἰσημερίαν. ἀπὸ τούτου δὴ διαμένει τὸν χειμῶνα μέχρι κυνός. ἡ μὲν οὖν ὁμοιότης, ὅτι στελεχόκαρπα καὶ ταῦτα. διαφοραὶ δ᾽ αἱ εἰρημέναι πρὸς τὴν συκάμινον. ἐν Αἰγύπτῳ δ᾽ ἐστὶν ἕτερον, περσέα καλούμενον· τῇ μὲν προσόψει μέγα καὶ καλόν· παραπλήσιον δὲ μάλιστα τῇ ἀπίῳ, καὶ φύλλοις, καὶ ἄνθεσι, καὶ ἀκρέμοσι, καὶ τῷ ὅλῳ σχήματι. πλὴν τὸ μὲν, ἀείφυλλον, τὸ δὲ φυλλοβόλον. καρπὸν δὲ φέρει πολὺν καὶ κατὰ πᾶσαν ὥραν πεπαίνει. περικαταλαμβάνει γὰρ ὁ νέος ἀεὶ τὸν ἕνον. πέττει δὲ ὑπὸ τοὺς ἐτησίας. τὸν δὲ ἄλλον ὠμότερον ἀφαιροῦσι καὶ ἀποτιθέασι. ἔστι δὲ μέγεθος ἡλίκον ἄπιος. τῷ σχήματι δὲ πρόμακρος, ἀμυγδαλώδης· χρῶμα δὲ αὐτοῦ ποῶδες. ἔχει δὲ ἐντὸς κάρυον ὥσπερ τὸν κοκκύμηλον, πλὴν ἔλαττον πολὺ καὶ μαλακώτερον. τὴν δὲ σάρκα γλυκεῖαν σφόδρα καὶ ἡδεῖαν καὶ εὔπεπτον· οὐδὲν γὰρ ἐνοχλεῖ, πολὺ προσενεγκαμένων. εὔριζον δὲ τὸ δένδρον καὶ μήκει καὶ πάχει καὶ πλήθει πολύ. ἔχει δὲ καὶ ξύλον ἰσχυρὸν καὶ καλὸν τῇ ὄψει μέλαν, ὥσπερ ὁ λωτός. ἐξ οὗ καὶ τὰ ἀγάλματα, καὶ τὰ κλινίδια, καὶ τραπέζια, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα

eſt. Tum autem profundum petit, ac mergitur. tum enim in profundas fodinas ſtagnaque protinus conditur, madefactumque in profundo ſiccatur. Cumque ſiccum omnino fuerit, ſuperfluitat, atque innatat. Itaque probe tum conditum eſſe videtur: fit enim læue, atque ſolutum. Moris proprietates haſce habet. Proxima natura eius videtur, quæ in Creta ficus cypria nuncupatur. Nam illa quoque fructum caudice, ramiſque craſſiſſimis fert, niſi quod germen quoddam ſine vllo folio tanquam radiculam mittit, cui fructus præpilatur. Caudex magnus & populo albæ ſimilis, folium vlmo. In fructus quaternos perficit, totieſque germinat: ſed nullum ad maturitatem perducit, niſi pomo ipſo immaturo inciſo, emiſſoque lacte. Dulcedo ficubus non abſimilis, & interna groſſis plane conueniunt: magnitudo autem pruni eſt. Similis etiam ſiliqua, quam Iones Ceroniam vocant. Nam & ipſa caudice maximam fructus partem expellit, ramis autem (vt diximus) paucum fert. Siliqua, quam Ægyptiam ficum quidam appellant, errore ſcilicet (nulla enim omnino in Ægypto, ſed in Syria naſcitur, & in Ionia circa Cnidum, Rhodumque, folijs ſemper comantibus, flore candido, & olente grauiſſime, radice leuiter ſublimi, atque omnino plantigera imis partibus eſt: ſuperius tamen ſubareſcens, fructum anniculum ſimul, & nouum habet. Altero namque detracto poſt Canis ortum, protinus alterum gigni pateſcit. Gignitur enim vuæ modo indiſcretus, atque vniformis: tum auctus circa arcturum, & æquinoctium floret: dehinc hyeme exacta, durat vſque ad Canis ortum. Ergo ſimilitudo quidem, quoniam hæc etiam fructum caudice fert. Differentijs autem prædictis a moro vtique diſtinguuntur. Eſt in Ægypto alia quoque arbor perſea dicta, aſpectu magna, formoſaque: folio, flore, ramo, totaque figura potiſſimum piro vicina: niſi quod altera folio perpetuo, altera deciduo eſt. Fructum abunde parit, omnique tempore perficit, quippe nouus anniculum ſemper occupat. Maturitas anniuerſariorum afflatu conficitur: reliquum crudiorem auferunt, atque recondunt. Eſt magnitudine piri, figura oblongus, amygdalæ modo, colore herbidus. Nucem intus quemadmodum prunus continet: verum longe minorem, mollioremque: carnem vehementer dulcem, ſuauem, concoctuque facilem: nil enim eos, qui nimium comederint, tentat. Radice arbor exuperat, tum longitudine, tum etiam craſſitudine, multitudineque: materiem robuſtam, & viſu gerit decoram, atram, vt faba græca. Ex hac etiam ſimulachra, & menſas, & reliqua ſimilia faciunt.

ποιοῦσιν. ἡ δὲ βάλανος ἔχει μὲν τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τοῦ καρποῦ. φύλλον δὲ αὐτῇ παραπλήσιον τῷ τῆς μυρρίνης, πλὴν προμηκέστερον. ἔστι δὲ τὸ δένδρον ἀπαθὲς μὲν καὶ εὐμέγεθες, οὐκ ἀφυὲς δὲ, ἀλλὰ περιεστραμμένον. τοῦ καρποῦ δὲ τοῖς κελύφεσι χρῶνται οἱ μυρεψοὶ, κόπτοντες· εὐῶδες γὰρ ἔχει. τὸν δὲ καρπὸν αὐτοῦ ἀχρεῖον. ἔστι δὲ καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῇ ὄψει παραπλήσιον τῷ τῆς καππάρεως. ξύλον δὲ ἰσχυρόν· καὶ εἰς ἄλλα τε χρήσιμον, καὶ εἰς τὰς ναυπηγίας. τὸ δὲ καλούμενον κουκιόφορον, ἐστὶν ὅμοιον τῷ φοίνικι· τὴν δὲ ὁμοιότητα κατὰ τὸ στέλεχος ἔχει καὶ τὰ φύλλα. διαφέρει δὲ, ὅτι ὁ μὲν φοίνιξ μονοφυὲς καὶ ἁπλοῦν ἐστι, τοῦτο δὲ προσαυξηθὲν σχίζεται καὶ γίνεται ἄκρον. εἶτα πάλιν τούτων ἑκάτερον ὁμοίως. ἔτι δὲ τὰς ῥάβδους βραχείας ἔχει καὶ οὐ πολλάς. χρῶνται δὲ τῷ φλοιῷ καθάπερ τοῦ φοίνικος φύλλῳ πρὸς τὰ πλέγματα. καρπὸν δὲ ἴδιον ἔχει πολὺ διαφέροντα καὶ μεγέθει, καὶ σχήματι, καὶ χυλῷ. μέγεθος μὲν γὰρ ἔχει σχεδὸν χειροπληθές· στρογγύλον δὲ καὶ οὐ προμήκες. χρῶμα δὲ ἐπίξανθον. χυλὸν δὲ γλυκὺν καὶ εὔστομον. οὐκ ἀθρόον δὲ ὥσπερ ὁ φοίνιξ, ἀλλὰ κεχωρισμένον καθ᾽ ἕνα. πυρῆνα δὲ μέγαν καὶ σφόδρα σκληρόν. ἐξ οὗ τοὺς κρίκους τορνεύουσι τοὺς εἰς τοὺς στρωματεῖς τοὺς διαποικίλους· διαφέρει δὲ πολὺ τὸ ξύλον τοῦ φοίνικος. τὸ μὲν γὰρ μανὸν καὶ ἰνῶδες καὶ χλωρόν. τὸ δὲ, πυκνὸν, καὶ βαρὺ, καὶ σαρκῶδες. καὶ διατμηθὲν, οὖλον σφόδρα καὶ σκληρόν ἐστιν. καὶ οἵγε δὴ Πέρσαι πάνυ ἐτίμων αὐτό. καὶ ἐκ τούτου τῶν κλινῶν ἐποιοῦντο τοὺς πόδας.

Glans a fructu nomen accepit. Folium ei ſimile atque myrto. Oblongius tamen. Illæſa, magnaque arbor eſt: verum non recta, ſed contorta. Fructus putamine contuſo vnguentarij vti ſolent. Eſt enim boni odoris. Sed fructus ipſe inutilis: magnitudine viſuque inturi proximus. Materies valida, & tam ad alia, quam ad nauigia percommoda. Cuciofera quæ appellatur, palmæ ſimilis eſt. Similitudinem in caudice & folijs repræſentans: ſed differt, quod palma indiuidua ſimplexque aſſurgit. Hæc cum aliquatenus increuerit, ſcinditur, fitque bifida, iterumque horum vtrumque pari modo diuiditur. Item virgas breues nec multas profert. Cortice ſicuti palmæ ad vtenſilium nexus vtuntur. Fructum peculiarem parit. nam & magnitudine, & figura, & ſucco ſingularem. Quippe magnitudine ferme, qua manum impleat: rotundum, non oblongum, colore flauicantem, ſucco dulcem, & ori gratiſſimum: non congeſtum, vt palma, ſed per ſingula diſcretum: nucleo magno, vehementerque duro, ex quo annulos verſicolores detornant: quibus in ſtragularijs vinculis vtuntur. Materies a palma plurimum diſtat: altera enim rara corpore, neruoſa, & viridis: altera ſpiſſa, grauis, carnoſaque: & cæſa, criſpa admodum, atque dura. Perſæ quidem maiorem in modum eam æſtimabant, ſed lectorum pedes ea conficiebant.

ΚΕΦ. Γ.

CAP. III.

De ſpina, quotque eius genera. Item de pruno, & arboris magnitudine circa Memphim.

Ἡ δὲ ἄκανθος, καλεῖται μὲν, διὰ τὸ ἀκανθῶδες ὅλον τὸ δένδρον εἶναι, πλὴν τοῦ στελέχους. καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν βλαστῶν καὶ ἐπὶ τῶν φύλλων ἔχει, μεγέθει δὲ μέγα. καὶ γὰρ δωδεκάπηχυς ἐξ αὐτῶν ἐρέψιμος ὕλη τέμνεται· διττὸν δὲ τὸ γένος αὐτῆς. ἡ μὲν γάρ ἐστι λευκὴ, ἡ δὲ, μέλαινα. καὶ ἡ μὲν, ἀσθενής τε καὶ εὔσηπτος. ἡ δὲ μέλαινα, ἰσχυροτέρα τε καὶ ἄσηπτος. διὸ καὶ ἐν ταῖς ναυπηγίαις χρῶνται πρὸς τὰ ἐγκοίλια αὐτῇ. τὸ δένδρον δὲ οὐκ ἄγαν ὀρθοφυές. ὁ δὲ καρπὸς ἔλλοβος, καθάπερ τῶν χεδροπῶν, ᾧ χρῶνται οἱ ἐγχώριοι πρὸς τὰ δέρματα ἀντὶ κηκίδος· τὸ δ᾽ ἄνθος καὶ τῇ ὄψει καλόν· ὥστε καὶ στεφάνους ποιεῖν ἐξ αὐτοῦ. καὶ φαρμακῶδες· διὸ καὶ συλλέγουσιν οἱ ἰατροί. γίνεται δὲ ἐκ ταύτης καὶ τὸ κόμμι. καὶ ῥεῖ, καὶ πληγείσης, καὶ αὐτόματον ἄνευ σχάσεως. ὅταν δὲ κοπῇ, μετὰ τρίτον ἔτος εὐθὺς ἀναβεβλάστηκε. πολὺ δὲ τὸ δένδρον ἐστί· καὶ

Spina ex eo nomẽ accepit, quod tota arbos aculeis horret, excepto caudice. Nam & ſuper germina foliaq; aculeos gerit: magnitudine excellit. Materies quippe duodenorum cubitorum. Tectis idonea cæditur. Eius duo genera ſunt. Quædã enim candida, quædam nigra: & altera imbecillis, facileq; putreſcẽs: nigra autem robuſtior, atq; incorrupta. Ob id in nauiũ fabrica ad coſtas ventriſq; compagines ea vtuntur. Erecta non valde aſſurgit. Fructus in ſiliqua, modo leguminum, quo incolæ coria perficiunt, vice gallæ. Flos & pulcher aſpectu, vt coronas ex eo facerent: & medicamẽtis perutilis, qua de cauſa colligi a medicis ſolet. Fit & gummi ex ea. quod manat tũ arbore percuſſa, tũ ſponte, ſine vlla fiſſura. cũ autẽ cæſa fuerit, anno tertio protinus reſurgit. Copia huius

δρυμὸς μέγας περὶ τὸν θηβαϊκὸν νόμον. ὅπερ καὶ δρῦς, καὶ ἡ περσέα πλείστη, καὶ ἡ ἐλαία. καὶ γὰρ ἡ ἐλαία περὶ τοῦτον τὸν τόπον ἐστί· τῷ ποταμῷ μὲν οὐκ ἀρδευομένη, πλείω γὰρ ἢ τριακόσια στάδια ἀπέχει ναματιαίοις δ' ὕδασιν· εἰσὶ γὰρ κρῆναι πολλαί. τὸ δὲ ἔλαιον οὐδὲν χεῖρον τοῦ ἐνθάδε· πλὴν κακωδέστερον, διὰ τὸ σπανίως τοῖς ἁλσὶ χρῆσθαι τῇ φύσει· τὸ δὲ ξύλον τοῦ δένδρου καὶ σκληρὸν καὶ παραπλήσιον τεμνόμενον τὴν χρόαν τῷ λωτίνῳ. ἄλλο δέ τι δένδρον ἡ κοκκυμηλέα. μέγα μὲν τῷ μεγέθει καὶ τὴν φύσιν τοῦ καρποῦ ὅμοιον τοῖς μεσπίλοις· καὶ τὸ μέγεθος παραπλήσιον· πλὴν ἔχον τὸν πυρῆνα στρογγύλον. ἄρχεται δὲ ἀνθεῖν μηνὸς πυανεψιῶνος. τὸν δὲ καρπὸν πεπαίνει περὶ ἡλίου τροπὰς χειμερινάς· ἀείφυλλον δέ ἐστιν· οἱ δὲ περὶ τὴν θηβαΐδα κατοικοῦντες, διὰ τὴν ἀφθονίαν τοῦ δένδρου ξηραίνουσι τὸν καρπόν. καὶ τὸν πυρῆνα ἐξαιροῦντες, κόπτουσι καὶ ποιοῦσι παλάθας. ὕλημα δὲ ἰδιόν τι φύεται περὶ μέμφιν· ὃ καὶ φύλλα καὶ βλαστοὺς καὶ τὴν ὅλην μορφὴν ἔχει οὐ τὸ ἴδιον, ἀλλ' εἰς τὸ συμβαῖνον περὶ αὐτὸ πάθος. ἡ μὲν γὰρ πρόσοψις ἀκανθώδης ἐστὶν αὐτοῦ καὶ τὸ φύλλον παρόμοιον ταῖς πτέρυξιν. ὅταν δέ τις ἅψηται τῶν κλωνίων, ὥσπερ ἀφαναινόμενα τὰ φύλλα συμπίπτειν φασίν. εἶτα μετά τινα χρόνον ἀναβιώσκεσθαι πάλιν καὶ θάλλειν. καὶ τὰ μὲν ἴδια τῆς χώρας, ἵσ' ἂν ἢ δένδρα τις ἢ θάμνους εἴποι. τὰ γὰρ ἐπιφανέστερα ταῦτ' ἐστί· περὶ γὰρ τῶν ἐν τῷ ποταμῷ καὶ τοῖς ἕλεσιν ὕστερον ἐροῦμεν, ὅταν καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐνύδρων· ἅπαντα δὲ ἐν τῇ χώρᾳ τὰ δένδρα τὰ τοιαῦτα μεγάλα καὶ τοῖς μήκεσι καὶ τοῖς πάχεσιν. ἐν γοῦν Μέμφιδι τηλικοῦτον δένδρον εἶναι λέγεται τὸ πάχος, ὃ τρεῖς ἄνδρες οὐ δύνανται περιλαμβάνειν. ἔστι δὲ καὶ τμηθὲν τὸ ξύλον καλόν· πυκνόν τε γὰρ σφόδρα καὶ τῷ χρώματι λωτοειδές. ἐν Λιβύῃ δὲ ὁ λωτὸς πλεῖστος καὶ κάλλιστος, καὶ ὁ παλίουρος. καὶ ἔν τισι μέρεσι, τῇ τε Ναζαμωνικῇ, καὶ παρ' Ἄμμωνι καὶ ἄλλοις, ὁ φοίνιξ. ἐν δὲ τῇ Κυρηναίᾳ κυπάριττος, ἐλαῖαι τε κάλλισται, καὶ ἔλαιον πλεῖστον. ἰδιώτατον δὲ πάντων τὸ σίλφιον. ἐπεὶ καὶ ὀπὸν πολλὴν ἡ χώρα φέρει καὶ εὔοσμον.

arboris large habetur, & ſylua ingens circa agrum Thebanum eſt, vbi & robur, & perſea & olea quoque eo loco eminet: non aquis fluuij riguo (diſtat enim plus, quam trecentis ſtadijs) ſed ſuis fontibus, qui circa eum tractum permulti exiliunt. Oleum nihilo deterius hoc noſtrate habetur, niſi quod deterius olet, quoniam natura ſale raro vtatur. Materies arboris dura: & cæſa, colorem celtis vtique repræſentat. Alia quædam arbos prunus habetur, inſignis magnitudine, fructum ferens natura, & magnitudine meſpilis proximum, niſi quod rotundum nucleum habet. Florere incipit menſe Iulio. Fructum circa brumam perficit, nec folia dimittit. Qui circa agrum Thebanum colunt, propter arboris copiam, fructum ſiccant, lignoque exempto tundunt, offaſque faciunt. Naſcitur peculiaris quædam materia circa Memphim, non folijs, vel ramis, vel tota forma proprietatem ſortita, ſed affectione, quæ accidit. Quippe facies eius ſpinoſa, foliumque filicibus non abſimile: ſed cum ramulos quiſquam tetigerit, folia quaſi hebetata concidere, tum tempore aliquo poſt reuiuiſcere, rurſuſque virere affirmant. Atque propria quidem eius regionis, tanquam ſi quis arbores, aut frutices dicat, inſignia hæc aſſignantur. Nam de ijs, quæ in fluuio, atque paludibus exeant, poſtea diſſeremus, cum de reliquis etiam aquatilibus verba faciemus. Omnes autem huiuſmodi arbores ſuis locis magnæ, tum longitudine, tum craſſitudine aſſurgunt. Itaque Circa Memphim, arborem tanta magnitudine eſſe ferunt, vt tres homines nequeant eius amplecti caudicem. Cuius etiam materia cæſa commoda operibus eſt: admodum enim ſpiſſa, coloreque celtis arboris eſt. In Africa vero celtis plurima, optimaque gignitur, nec non & paliurus: quin & quibuſdam partibus, vt Naſſamonico agro, & apud Ammonem, alioſque exiſtit. In Cyrenenſi autem cupreſſus, oleaque optime prodeunt. Oleumque plurimum fit. Sed omnium maxime peculiare laſerpitium eſt. Nam id quoque copioſum ea regio profert, odoreque ſuauiſſimum.

ΚΕΦ. Δ.

De celte, & paliurio, & palmis Africæ ſitientis: & Mero monte, vbi Liberum patrem natum fabulantur, deque malo medica, & perſica.

Ἔστι δὲ τοῦ λωτοῦ, τὸ μὲν ἴδιον γένος εὐμέγεθες, ἡλίκον ἄπιος ἢ μικρὸν ἔλαττον. φύλλον δὲ, ἐντομὰς ἔχον καὶ πρινῶδες. τὸ μὲν ξύλον, μέλαν. γένη δὲ αὐτοῦ πλείω διαφορὰς ἔχοντα τοῖς καρποῖς. ὁ δὲ καρπὸς ἡλίκος κύαμος. πεπαίνεται δὲ ὥσπερ οἱ βότρυες, μεταβάλλων τὰς χροιάς· φύεται δὲ καθάπερ τὰ μύρτα παρ' ἄλληλα. πυκνὸς ἐπὶ τῶν βλαστῶν· ἐσθιόμενος δὲ ἐν τοῖς λωτοφάγοις καλουμένοις· γλυκὺς ἡδὺς καὶ ἀσινής· καὶ ἔτι πρὸς τὴν κοιλίαν ἀγαθός. ἡδίων δὲ ὁ ἀπύρηνος. ἔστι γὰρ καὶ τοιοῦτον γένος. ποιοῦσι δὲ καὶ οἶνον ἐξ αὐτοῦ. πολὺ δὲ τὸ δένδρον καὶ πολύκαρπον. τὸ οὖν Ὀφέλλου στρατόπεδον ἡνίκα ἐβάδιζεν εἰς Καρχηδόνα, καὶ τούτῳ φασὶ πλείους ἡμέρας ἀπολειπόντων τῶν ἐπιτηδείων κεχρῆσθαι. ἔστι μὲν οὖν τῇ νήσῳ τῆς λωτοφαγίας Φάριδι καλουμένῃ, πολύς. αὕτη δὲ ἀπόκειται καὶ ἀπέχει μικρόν· οὐ μὴν ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ πολλῷ πλείων ἐν τῇ ἠπείρῳ. πλεῖστον γὰρ ὅλως ἐν τῇ Λιβύῃ καθάπερ εἴρηται, τοῦτο, καὶ ὁ παλίουρός ἐστιν. ἐν γὰρ ἑσπερίσι, τούτοις εἰς καῦσιν χρῶνται. διαφέρει δὲ οὗτος ὁ λωτὸς τοῦ παρὰ τοῖς λωτοφάγοις· ὁ δὲ παλίουρος θαμνωδέστερος τοῦ λωτοῦ. φύλλον δὲ παρόμοιον ἔχει τῷ ἐνταῦθα, τὸν δὲ καρπὸν διάφορον· οὐ γὰρ πλατὺν, ἀλλὰ στρογγύλον καὶ ἐρυθρόν· μέγεθος δὲ ἡλίκον τῆς κέδρου ἢ μικρῷ μεῖζον· πυρῆνα δὲ ἔχει οὐ συνεσθιόμενον καθάπερ ταῖς ῥοαῖς. ἡδὺν δὲ τὸν καρπόν. καὶ ἐάν τις οἶνον ἐπιχέῃ, καὶ αὐτὸν ἡδίω γίνεσθαί φασι, καὶ τὸν οἶνον ἡδίω ποιεῖν. Ἔνιοι δὲ τὸ τοῦ λωτοῦ δένδρον θαμνῶδες εἶναι καὶ πολύκλαδον. τῷ στελέχει δὲ εὐπαχές· τὸν δὲ καρπὸν μετὰ τὸ κάρυον ἔχειν. τὰ δὲ ἐκτὸς οὐ σαρκώδες· ἀλλὰ δερματωδέστερον. ἐσθιόμενον δὲ, οὐχ οὕτω γλυκὺ, ὡς εὔστομον. καὶ τὸν οἶνον, ὃν ἐξ αὐτοῦ ποιοῦσιν, οὐ διαμένειν, ἀλλ' ἢ δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας· εἶτ' ὀξύνειν. ἡδίω μὲν οὖν τὸν καρπὸν ἐν τοῖς λωτοφάγοις. ξύλον δὲ κάλλιστον τὸ ἐν Κυρηναίᾳ· θερμοτέραν δὲ εἶναι τὴν χώραν τῶν λωτοφάγων. τοῦ δὲ ξύλου τὴν ῥίζαν εἶναι μελαντέραν μὲν πολύ· πυκνὴν δὲ ἧττον καὶ εἰς ἐλάττω χρησίμην. εἰς γὰρ τὰ ἐγχειρίδια καὶ τὰ ἐπικολλήματα χρῆσθαι. τῷ ξύλῳ δὲ εἴς τε τοὺς αὐλοὺς καὶ εἰς ἄλλα πλείω. ἐν δὲ τῇ μὴ ὑομένῃ τῆς Λιβύης, ἄλλα τε πλείω φύεσθαι, καὶ φοίνικας μεγάλους καὶ καλούς. οὐ μὴν ἀλλ' ὅπου μὲν φοῖνιξ, ἁλμυρίδα τε εἶναι καὶ ἔφυδρον τὸν τόπον· οὐδὲ ἐν πολλῷ βάθει σφόδρα, καὶ ἡδύ. ἔνθα δὲ ἁλικῶν πλησίον ὄντων ἀλλήλοις.

CAP. IIII.

Celtis proprium genus, præſtat magnitudine, quanta pirus, aut paulo minore. Inciſuras folium habet, ac ilicis eſſe videatur. Materies nigra. Genera eius plura, fructibus inter ſe diſcreta produntur. Fructus magnitudine fabæ, matureſcit vuarum modo, varie colores immutans. Naſcitur quemadmodum myrta aduerſa inter ſe, denſus ſuper germina, editur ab ijs quos Lotophagos vocant, prædulcis, ſuauis, innocuus, atque etiam bonæ frugis. Ventribus eſt ſuauior, qui ſine ligno interiori eſt: nam vel genus huiuſmodi redditur, & vinum eo exprimitur. Multa hæc arbor, fructuque copioſa eſt. Exercitum itaque Ophelli, cum in Carthaginem proficiſceretur, vel eo fructu diebus pluribus paſtum commeatuum defectu, accepimus. Eſt igitur in inſula Lotophagia Pharide vocata larga copia, cæterum non minor in continenti, ſed longe largior eſt. Plurima enim hæc omnino in Africa, & paliurus, vt retulimus: quippe apud Heſperides hiſce ad vrendum vtuntur. Sed hæc celtis diſtat ab ea, quæ Lotophagorum. Paliurus certe fruticoſior eſt, folio huic noſtrati ſimili. Fructu diuerſo. non enim lato, ſed rotundo, rubroque: magnitudine, qua cedri, aut paulo minore. Nucleum non mandendum, modo acinorum punici habet. Fructum vero iucundum per ſe. Atque ſi quis vinum infundat, tum ipſum ſuauiorem, tum vinum ſuauius reddi aſſeuerant. Nonnulli celtim arborem fruticoſam, ramoſamque tradunt, caudice firmo, vel fideli, fructu nuce obducto, parte externa minime carnoſa, ſed potius pelliculari. Cibo non tam dulci, quam guſtatu alias grato, & vinum, quod eo exprimitur, non niſi binos, & ternos dies durare, dein aceſcere. Suauiorem itaque fructum apud Lotophagos eſſe: materiem autem optimam in Cyrenæa prouincia, tractumque Lotophagorum feruidiorem confirmant. Radicem autem eſſe quidem multo nigriorem, quam lignum, ſed minus ſpiſſam, & ad pauciora commodam. Quippe tantum ad pugiones, glutinamentaq; vſui eſt. Lignum, tibijs, & alijs pleriſq; expetitur. Parte autē Africæ, qua nunquam pluit, pleraque alia, & palmas magnas, atque optimas prouenire aiunt. Cæterū vbi palma, ſalſilaginem, & riguum eſſe locū, nec admodū in profundo aquam comperiri, & dulcem, & ibi ſalſam inuicem propinquas.

At vbi

ὅπου τε τὰ ἄλλα φύεται, καὶ ξηρὸν καὶ ἄνυδρον· ἐνιαχοῦ δὲ καὶ τὰ φρέατα εἶναι ἑκατὸν ὀργυιῶν, ὥστε ὑποζυγίοις ἀπὸ τροχηλιᾶς ἀνιμᾶν. διὸ καὶ θαυμαστὸν, πῶς ποτε ὠρύχθη τηλικαῦτα βάθη. τὸ δ᾽ οὖν τῶν ὑδάτων τῶν ὑπὸ τοὺς φοίνικας, καὶ ἐν Ἄμμωνος εἶναι· διαφορὰν δὲ ἔχον τὴν εἰρημένην. φύεσθαι δὲ ἐν τῇ μὴ ὑομένῃ τὸ θύμον πολύ. καὶ ἄλλα ἴδιά τε καὶ πλείω γίνεσθαι ἐνταῦθα, καὶ πτῶκα, καὶ δορκάδα, καὶ στρουθόν· καὶ ἕτερα τῶν θηρίων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἄδηλον, εἰ ἐκτοπίζει που πιόμενα. διὰ γὰρ τὸ τάχος δύναται καὶ ταχὺ παραγίνεσθαι. ἄλλως τε καὶ δι᾽ ἡμερῶν τινῶν πίνουσι, καὶ καθάπερ καὶ τὰ ἥμερα παρὰ τρίτην ἢ τετάρτην ποτίζεται τινά· τὰ δὲ τῶν ζώων, οἷον ὄφεων, σαυρῶν, καὶ τῶν τοιούτων, φανερὸν ὅτι ἄποτα. τοὺς δὲ Λίβυας λέγειν, ὅτι τὸν ὄνον ἐσθίειν ταῦτα· ὡς καὶ παρ᾽ ἡμῖν γίνεται πολύπουν τι καὶ μέλαν, συσπειρόμενον εἰς ἑαυτό. τοῦτον δὲ πολὺν γίνεσθαι σφόδρα, καὶ ὑγρὸν τὴν φύσιν εἶναι. δρόσον δὲ ἀεὶ ἐν τῇ μὴ ὑομένῃ πολλήν. ὥστε δῆλον ὅτι τὸν μὲν φοίνικα καὶ εἴ τι ἄλλο φύεται ἐν ἀνύδροις, τό, τε ἐκ τῆς γῆς ἀνιὸν ἐκτρέφει, καὶ πρὸς τούτοις ἡ δρόσος. ἱκανὴ γὰρ ὥστε τὰ μεγέθη καὶ τὴν φύσιν αὐτῶν ξηρὰν οὖσαν ἐκ τοιούτων συνεστηκυῖαν. καὶ δένδρα μὲν πλεῖστα καὶ ἰδιώτατα. περὶ δὲ τοῦ σιλφίου λεκτέον ὕστερον, ποιόν τι τὴν φύσιν· ἐν δὲ τῇ Ἀσίᾳ παρ᾽ ἑκάστοις ἴδι᾽ ἄττα τυγχάνει. τὰ μὲν γὰρ φέρουσιν αἱ χῶραι, τὰ δ᾽ οὐ φύουσιν. οἷον κιττὸν καὶ ἐλάτην οὔ φασιν εἶναι τῆς ἀσίας ἐν τοῖς ἄνω τῆς συρίας, ἀπὸ θαλάττης πένθ᾽ ἡμερῶν· ἀλλὰ ἐν ἰνδοῖς φανῆναι, καὶ τῷ ὄρει τῷ μηρῷ καλουμένῳ. ὅθεν δὴ καὶ τὸν Διόνυσον εἶναι μυθολογοῦσι. διὸ καὶ ὁ Ἀλέξανδρος ἐξ Ἰνδίας ποτὲ ἀπιὼν ἐστεφανωμένος ᾔει καὶ αὐτὸς καὶ ἡ στρατιά· τῶν δὲ ἄλλων ἐν Μηδίᾳ μόνον. περικλίειν γὰρ αὐτὴ δοκεῖ καὶ συνάπτειν πως τῷ πόντῳ. καί τοι γε διεφιλοτιμήθη Ἅρπαλος ἐν τοῖς παραδείσοις τοῖς περὶ Βαβυλῶνα φυτεύων πολλάκις καὶ πραγματευόμενος. ἀλλ᾽ οὐδὲν ἐποίει πλέον. οὐ γὰρ ἐδύνατο ζῆν ὥσπερ τ᾽ ἄλλα τὰ ἐκ τῆς Ἑλλάδος. τοῦτο μὲν οὖν οὐ δέχεται ἡ χώρα διὰ τὴν τοῦ ἀέρος κρᾶσιν. ἀναγκαίως δὲ δέχεται καὶ πύξον καὶ φιλύραν. καὶ γὰρ περὶ ταῦτα πονοῦσιν οἱ ἐν τοῖς παραδείσοις. ἕτερα δὲ ἴδια φέρει καὶ δένδρα καὶ ὑλήματα· καὶ ἔοικεν ὅλως ὁ τόπος ὁ πρὸς ἀνατολὰς, καὶ μεσημβρίαν, ὥσπερ καὶ ζῷα καὶ φυτὰ φέρειν ἴδια παρὰ τοὺς ἄλλους. οἷον ἥ, τε Μηδία χώρα καὶ Περσίς, ἄλλα τε ἔχει πλείω, καὶ τὸ μῆλον τὸ Μηδικὸν καὶ τὸ Περσικὸν καλούμενον. ἔχει δὲ τὸ δένδρον τοῦτο φύλλον μὲν ὅμοιον καὶ σχεδὸν ἴσον τῷ τῆς ἀνδράχνης. ἄκανθαν δὲ, οἵας ἄπιος, ἢ ὀξυάκανθος. λείας δὲ καὶ ὀξείας σφόδρα καὶ ἰσχυράς· τὸ δὲ μῆλον οὐκ ἐσθίεται

At vbi reliqua oriuntur, ſolum ſiccum, & omni aqua orbatum eſſe: alibi vero puteos etiam eſſe centum paſſuum, vt non niſi iumentis per vertiginem haurire poſſint. Quamobrem mirum quo tandem pacto effoſſa ſint altitudines tam profundæ. Igitur aquas ſubditas palmis vel ad Ammonis delubrum eſſe ferunt: verum differentiam, quam diximus, obtinet. Thymum quoque, parte pluuia carente, plurimum naſci, & alia peculiaris naturæ complura, atque etiam leporem iſthic gigni, & damam, & ſtruthum, & alia ex genere beſtiarum. Sed hæc an locum aliquem bibendi gratia petant, incertum eſt. Præſertim cum poſt dies aliquot bibant, vt nonnulla ex vrbanis tertio, vel quarto die potum ducuntur. Serpentes autem, lacertæ, & ſimilia, quod ſine potu viuere poſſunt, nulli dubium eſt. Afros hæc onum mandere affirmare aiunt: qui & apud nos vermis quidam multipes, aterque gignitur, ſeſe in orbes conuoluens. Hunc autem locis illis multum admodum naſci, naturaque eſſe humidum narrant. Rore vero partem carentem pluuia, ſemper abundare. Quapropter palmam, & ſi quid aliud in humidis proueniat, partim eo, quod de terra aſcendit, partim rore, conſtat nutriri. Satis enim humoris eſt, pro magnitudine, & natura eorum, vtpote ſicca, & e ſiccis conſtante: & pro deſyderio arborum, quæ cum plurimæ non ſunt, tum peculiares naſcuntur. De laſerpitio qualem habeat naturam, poſtea indicandum. In Aſia vero apud ſingulos peculiaria quædam proueniunt. Quædam namque proferunt terræ, quædam nullo modo producunt. Vt in Aſia ederam, & abietem parte ſuperiore Syriæ, itinere a mari quinque dierum, enaſci negant: ſed in India viſam in monte, cui Mero nomen, affirmant, quo Liberum patrem ortum fabulæ aiunt. Qua de cauſa Alexander cum aliquando ex India deſcenderet, coronatus & ipſe, & exercitus ibat. Harpalus vero in Media tantum locare eam contendit, ſerendo ſæpe hortis Babylonijs, & curioſe colendo, ſed nihil efficere potuit. Hæc enim nullo pacto viuere valebat, ſicut reliqua, quæ e Græcia ſunt aduecta. Hoc igitur ob cœli conditionem regio recuſat. Et buxum vero, & tiliam vix ſummo conatu recipit: nam his & cultores hortorum vehementer laborant. Alia vero tum in arborum genere, tum in ſtirpe humili, peculiaria gignit. Et omnino plaga ad exortum, atque meridiem ſpectans, vt animalia ita etiam plãtas præter cætera loca peculiares ferre videtur, vt Media prouincia, & Perſis tam alia plura, quam malum, quam Medicam, & Perſicam vocant. Habet hæc arbor folium ſimile, & pene æquale, atque portulaca: aculeos quales pirus, aut ſpina acuta, ſed leues, acu-

toſque

μὲν, εὔοσμον δὲ πάνυ. καὶ αὐτὸ τὸ φύλλον τοῦ δένδρου. καὶ εἰς ἱμάτια τεθῇ τὸ μῆλον, ἄκοπα διατηρεῖ. χρήσιμον δὲ, ἐπειδὰν τύχῃ πεπωκώς τις φάρμακον, ἢ πρὸς στόματος εὐωδίαν. ἐὰν γάρ τις ἑψήσας ἐν τῷ ζωμῷ ἢ ἐν ἄλλῳ τινὶ, τὸ ἔξωθεν τοῦ μήλου ἐκπιέσῃ εἰς τὸ στόμα καὶ καταῤῥοφήσῃ, ποιεῖ τὴν ὀσμὴν ἡδεῖαν. σπείρεται δὲ τοῦ ἦρος εἰς πρασιὰς ἐξαιρεθὲν τὸ σπέρμα διειργασμένον ἐπιμελῶς· εἶτα ἀρδεύεται διὰ τετάρτης ἢ πέμπτης ἡμέρας· ὅταν δὲ ἁδρόν τι διαφυτεύηται, πάλιν τοῦ ἔαρος εἰς χωρίον μαλακὸν καὶ ἔφυδρον καὶ οὐ λίαν λεπτόν· φιλεῖ γὰρ τοιαῦτα. φέρει δὲ τὰ μῆλα πᾶσαν ὥραν. τὰ μὲν γὰρ, ἀφῄρηται, τὰ δὲ ἀνθεῖ, τὰ δὲ, ἐκπέπτει· τῶν δὲ ἀνθῶν ὅσα ὥσπερ εἴπομεν ἔχει καθάπερ ἠλακάτην ἐκ μέσου τιν' ἐξέχουσαν, ταῦτά ἐστι γόνιμα· ὅσα δὲ μὴ, ἄγονα. σπείρεται δὲ καὶ εἰς ὄστρακα διατετρημένα, καθάπερ οἱ φοίνικες. τοῦτο μὲν οὖν ὥσπερ εἴρηται περὶ τὴν Περσίδα καὶ τὴν Μηδίαν ἐστίν.

toſque vehementer, & validos. Pomum eius non manditur, ſed odore præcellit, necnon & folium arboris odoratiſſimũ eſt. Et ſi inter veſtes pomum ponatur, inoffenſas conſeruat. Vtile & cum medicinam mortiferam quis biberit, vel ad oris ſuauem olentiam: quippe ſi quis interna pomi in iure, aut aliquo humore concocta in os expreſſerit, digeſſeritque, ſuauem halitum reddet. Semen detractum vere ſulcis ſeritur diligentiſſime cultis. Rigatur deinde quarto aut quinto die. Cum autem maiuſcula fuerit, transfertur vere iterum ad molle riguumque ſolum, nec valde tenue. tale enim deſiderat. Fert poma omnibus horis, alijs decidentibus, alijs ſubnaſcentibus, alijs matureſcentibus. Floribus his tantum fructus enaſcitur, qui (vt diximus) veluti colum quandam extantem, in ſuo medio gerunt: qui enim ea careant, infœcundi labuntur. Seritur etiam fictilibus in vaſis perforatis, quemadmodum palma. Hæc itaque (vt dictum eſt) Perſidi, Mediæque familiaris habetur.

ΚΕΦ. Ε.

CAP. V.

De ficu indica, alijſque multis Indiæ arboribus. Quotque hebeni ſint genera. De Terebintho indica. Deque lanigeris arboribus, nec non ſeminibus, & herbis Indiæ. De oriza. De ſpina candida, quæ herculacea dicta eſt.

Ἡ δὲ Ἰνδικὴ χώρα τήν τε καλουμένην ἔχει συκῆν. ἣ καθίησιν ἐκ τῶν κλάδων τὰς ῥίζας ἀν' ἕκαστον ἔτος, ὥσπερ εἴρηται πρότερον. ἀφίησι δὲ οὐκ ἐκ τῶν νέων ἀλλ' ἐκ τῶν ἔνων καὶ ἔτι παλαιοτέρων. αὗται δὲ συνάπτουσαι τῇ γῇ, ποιοῦσιν ὥσπερ δρύφρακτον κύκλῳ περὶ τὸ δένδρον, ὥστε γίνεσθαι καθάπερ σκηνὴν, ὑφ' ᾗς δὴ καὶ εἰώθασι διατρίβειν· εἰσὶ δὲ αἱ ῥίζαι φυόμεναι διάδηλοι πρὸς τοὺς βλαστούς· λευκότεραι γὰρ, καὶ δασεῖαι, καὶ σκολιαὶ, δίφυλλοι. ἔχει δὲ τὴν ἄνω κόμην πολλήν· καὶ τὸ ὅλον δένδρον, εὔκυκλον· καὶ τῷ μεγέθει μέγα σφόδρα· καὶ γὰρ ἐπὶ δύο στάδια ποιεῖν φασι τὴν σκιάν. καὶ τὸ πάχος τοῦ στελέχους ἔνια, πλειόνων ἢ ἑξήκοντα βημάτων, τὰ δὲ πολλὰ τετταράκοντα. τὸ δέ γε φύλλον οὐκ ἔλαττον ἔχει πέλτης. καρπὸν δὲ σφόδρα μικρὸν, ἡλίκον ἐρέβινθος: ὅμοιον δὲ σύκῳ. διὸ καὶ ἐκάλουν αὐτὸ οἱ ἕλληνες συκῆν. ὀλίγον δὲ θαυμαστῶς τὸν καρπόν. οὐχ ὅτι κατὰ τὸ τοῦ δένδρου μέγεθος, ἀλλὰ καὶ τὸ ὅλον. φύεται δὲ τὸ δένδρον περὶ τὸν Ἀκεσίνην ποταμόν. ἔστι δὲ καὶ ἕτερον δένδρον, καὶ τῷ μεγέθει μέγα, καὶ ἡδύκαρπον θαυμαστῶς καὶ μεγαλόκαρπον. καὶ χρῶνται τροφῇ τῶν Ἰνδῶν οἱ σοφοὶ καὶ ἀπεχόμενοι. ἕτερον δὲ, οὗ τὸ φύλλον τὴν μὲν μορφὴν πρόμηκες τοῖς τῶν στρουθῶν πτεροῖς ὅμοιον. ἃ παρατίθενται παρὰ τὰ κράνη. μῆκος δὲ ὡς διπη-

INdica autem regio, arborem ficum vocatam habet, quæ e ramis radices dimittit ſingulis annis, vt primo volumine retulimus. Dimittit autem non ex nouellis, ſed ex anniculis, atque etiam vetuſtioribus. Illæ ſe terræ coniungentes, ceu ſepem circum arborem faciunt, ita vt veluti tabernaculum condatur, quo etiam morari homines ſolent. Radices autem naſcentes euidentiſſime a ramis diſcernuntur: ſunt enim albiores, hirtæ, tortuoſæque, binaque fronde foliatæ. Item arbos comam ſupernam laſciuam gerit, totaque fornicato ambitu pulchre orbiculatur, & magnitudine vehementer excellit: quippe vmbram ad duo ſtadia facere fertur: & craſſitudine caudicis, pleraſque vltra, quam ſexaginta graduum orbem colligere, magna vero ex parte quadraginta. Folium pelta non minus habet: Fructum admodum paruum, magnitudine ciceris, ficui ſimilem. Quamobrem Græci ficum eam arborem appellabant. Parum mirum in modum fructificat: non tantum pro magnitudinis ratione, verum etiam omnibus rebus. Naſcitur arbos hæc circa Aceſinam amnem. Eſt & alia arbor, & magnitudine inſignis, & ſuauitate fructus, amplitudineque mirum in modum præcellens. Hoc ſapientes Indorum, qui nudi degunt, cibo vtuntur. Alia cui folium ſpecie prælongum, ſimile pennis ſtruthiorum. quæ ſuper galeis imponuntur, longitudine duorum cubito-

χυαῖον. ἄλλο τέ ἐστιν οὗ ὁ καρπὸς μακρὸς καὶ οὐκ εὐθὺς, ἀλλὰ σκολιός. ἐσθιόμενος δὲ, γλυκύς· οὗτος ἐν τῇ κοιλίᾳ δηγμὸν ποιεῖ καὶ δυσεντερίαν. διὸ καὶ ὁ Ἀλέξανδρος, ἀπεκήρυξε μὴ ἐσθίειν. ἔστι δὲ ἕτερον, οὗ ὁ καρπὸς ὅμοιος τοῖς κερανέοις· καὶ ἕτερα δὲ πλείω καὶ διαφέροντα τῶν ἐν τοῖς Ἕλλησιν. ἀλλ' ἀνώνυμα. θαυμαστὸν δ' οὐδὲν τῆς ἰδιότητος· σχεδὸν γὰρ ὥστε γε δή τινές φασιν, οὐδὲν ὅλως τῶν δένδρων, οὐδὲ τῶν ὑλημάτων, οὐδὲ τῶν ποωδῶν, ὅμοιον ἐστι τοῖς ἐν τῇ Ἑλλάδι, πλὴν ὀλίγων. ἴδιον δὲ καὶ ἡ ἐβένη τῆς χώρας ταύτης. ταύτης δὲ δύο γένη. τὸ μὲν, εὔξυλον καὶ καλόν. τὸ δὲ, φαῦλον. σπάνιον δὲ τὸ καλὸν, θάτερον δὲ πολύ. τὴν δὲ χρόαν οὐ θησαυριζομένη λαμβάνει τὴν εὔχρουν, ἀλλ' εὐθὺς τῇ φύσει. ἔστι δὲ τὸ δένδρον θαμνῶδες, ὥσπερ ὁ κύτισος· φασὶ δ' εἶναι καὶ τέρμινθον. οἱ δ' ὅμοιον τῇ τερμίνθῳ. ὃ τὸ μὲν φύλλον καὶ τοὺς κλῶνας καὶ τ' ἄλλα πάντα ὅμοια ἔχει τῇ τερμίνθῳ. τὸν δὲ καρπὸν διάφορον. ὅμοιον γὰρ ταῖς ἀμυγδάλαις. εἶναι γὰρ καὶ ἐν Βάκτροις τὴν τέρμινθον ταύτην, καὶ κάρυα φέρειν, ἡλίκα τὰ ἀμύγδαλα. Διὰ τὸ μὴ μεγάλα. καὶ τῇ ὄψει δὲ παρόμοια. καὶ ἡ ἡδονὴ κρείττων τῶν ἀμυγδάλων. διὸ καὶ χρῆσθαι τοὺς ἐκεῖ μᾶλλον. ἐξ ὧν δὲ τὰ ἱμάτια ποιοῦσι· τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον ἔχει τῇ συκαμίνῳ. τὸ δὲ ὅλον φυτὸν τοῖς κυνορόδοις ὅμοιον· φυτεύουσι δὲ ἐν τοῖς πεδίοις αὐτὸ κατ' ὄρχους· διὸ καὶ πόρρωθεν ἀφορῶσιν ἄμπελοι φαίνονται. ἔχει δὲ καὶ φοίνικας ἔνια μέρη πολλούς. καὶ ταῦτα μὲν ἐν δένδρου φύσει. φέρει δὲ καὶ σπέρματα ἴδια, τὰ μὲν τοῖς χεδροποῖς ὅμοια, τὰ δὲ τοῖς πυροῖς καὶ ταῖς κριθαῖς. ἐρέβινθος μὲν γὰρ, καὶ φακὸς, καὶ τ' ἄλλα τὰ παρ' ἡμῖν οὐκ ἔστιν. ἕτερα δέ ἐστιν ὥστε παραπλήσια ποιεῖν τὰ ἑψήματα, καὶ μὴ διαγινώσκειν ὥς φασιν, ἂν μή τις ἀκούσῃ. κριθαὶ δὲ καὶ πυροὶ καὶ ἄλλ' ὅτι γένος ἀγρίων κριθῶν, ἐξ ὧν καὶ ἄρτοι ἡδεῖς, καὶ χόνδρος καλὸς. ταύτας οἱ ἵπποι ἐσθίοντες τὸ πρῶτον διεφθείροντο. κατὰ μικρὸν δὲ οὖν ἐθισθέντες ἐν ἀχύροις οὐδὲν ἔπασχον· μᾶλλον δὲ σπείρουσι τὸ καλούμενον ὄρυζον, ἐξ οὗ τὸ ἕψημα. τοῦτο δὲ ὅμοιον τῇ ζειᾷ καὶ περιπτισθὲν, οἷον χόνδρος. εὔπεπτον δὲ τὴν ὄψιν πεφυκὸς ὅμοιον ταῖς αἴραις καὶ τὸν πολὺν χρόνον ἐν ὕδατι· ἀποχεῖται δὲ οὐκ εἰς στάχυν, ἀλλ' οἷον φόβην. ὥσπερ ὁ κέγχρος, καὶ ὁ ἔλυμος. ἄλλο δὲ ὃ ἐκάλουν οἱ Ἕλληνες φακόν. τοῦτο δὲ ὅμοιον μὲν τῇ ὄψει καὶ τὸ βούκερας. θερίζεται δὲ καὶ περὶ Πλειάδος δύσιν. διαφέρει δὲ καὶ αὐτῇ τῇ χώρᾳ, τῷ τὴν μὲν, φέρειν ἔνια, τὴν δὲ μὴ φέρειν. ἡ γὰρ ὀρεινὴ καὶ ἄμπελον ἔχει καὶ ἐλαίαν, καὶ τὰ ἄλλα ἀκρόδρυα, πλὴν ἄκαρπον τὴν ἐλαίαν. σχεδὸν καὶ τὴν φύσιν ὥσπερ μεταξὺ κοτίνου καὶ ἐλαίας. ἔστι δὲ τῇ ὅλῃ μορφῇ καὶ τὸ φύλλον τοῦ μὲν πλατύτερον, τοῦ δὲ στενώτερον. ταῦτα μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἰνδικήν.

rum. Alia cui fructus longus, nec rectus, ſed contortus: cibo dulcis, ſed morſus in aluo difficultateſque facit inteſtinorum. Ob id Alexander nequis manderet, interdixit. Alia cui fructus ſimilis cornis. Sunt & alia plura ijs diuerſa, quæ Græcia gignit, ſed nomine carent: nec mirum quicquam ex eorum proprietate putandum. Nam (vt quidam referunt) nulla omnino arbor, nullus frutex, nulla herba ſimilis ijs comperitur, quæ in Græcia proueniunt, paucis exceptis. Hebenus quoq; eius regionis vernacula eſt. Huius duo genera conſtant, alterum materie laudatum, pulchrumque: alterum vile, vitiatumque. Rarum, quod præſtantius: reliquum permultum habetur. Colorem commendatum, non re condita, ſed ſtatim ſua natura capeſcit. Fruticoſa eſt cytiſi modo. Ferunt & terebinthum haberi, vt alij ſimilem terebintho: cui folia, & rami, & reliqua omnia terebintho ſimilia: fructus autem diuerſus, ſimilis enim amygdalis. Nam & in Bactris terebinthum hanc eſſe, ferreque nuces amygdalarum magnitudine. Quoniam non magnas, ſed viſu ſimiles, & ſuauitate amygdalis præſtantiores, & ideo loci illius homines his potius vti. Plantæ autem, ex quibus veſtes conficiunt, folium moro ſimile habent, corpore autem toto roſis caninis proximæ ſunt. Seruntur ordinatim: quapropter e longinquo aſpicienti, vites apparent. Palmas quoque nonnullæ partes pleraſque habent. Hæc in arborum genere. Fert & ſemina propria, alia leguminibus ſimilia, alia tritico, alia ordeo. Cicer enim, & lens, & reliqua noſtræ regionis ibi haudquaquam habentur, ſed alia quædam naſcuntur, quibus edulia proxima conficiuntur: nec diſcerni queunt, vt ferunt, niſi quis audiuerit. Eſt & ordeum, & triticũ, & genus quoddam aliud ordei ſylueſtris, quo & panem ſuauem conficiunt, atque alicam bonam. Id Græcorum equi cum principio manderent, interibant: deinde paulatim, cum paleis aſſueti, nihil penitus lædebantur. Serunt potiſſimo quod orizam vocant, id ſemini nuncupato ſimile eſt, piſtumque tanquam alica, redditur concoctu perfacile, aſpectu lolijs ſimile. Statque magna parte temporis in aqua. Effundit non ſpicam, ſed veluti iubam modo milij, atque panici. Eſt enim aliud, quod Græci φακὸν, id eſt lentem vocabant. Hoc viſu fœno græco ſimile eſt. Metitur circa Vergiliarum occaſum. Intereſt etiam terræ ipſius ratione, quod quædam omnia ferat, quædam non ferat. Quippe montuoſa & vitem, & oleam, & nucum pomorumque vniuerſum poſſidet genus, præter oleam ſterilem. Et natura pene inter oleaſtrum, atque oleam. Item ſpecie tota diſtat, & folium latius hoc, anguſtius illo. Hæc in India. In

regione

ἐν δὲ τῇ Ἀρίᾳ χώρᾳ καλουμένῃ ἄκανθά ἐστιν, ἐφ' ἧς γίνεται δάκρυον ὅμοιον τῇ Ἰλλυρίᾳ καὶ τῇ ὄψει καὶ τῇ ὀσμῇ. τοῦτο δ' ὅταν ἐπιλάμψῃ ὁ ἥλιος, καταῤῥεῖ. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα παρὰ τὰ ἐνταῦθα καὶ ἐν τῇ χώρᾳ καὶ ἐν τοῖς ποταμοῖς γίνεται, ἐν ἑτέροις δὲ τόποις ἐστὶν ἄκανθα λευκὴ τρίοζος. ἐξ ἧς καὶ σκυτάλια καὶ βακτηρίας ποιοῦσιν· ὀπώδης δὲ καὶ μανή. ταύτην δὲ καλοῦσιν ἡρακλέα· ἄλλο δὲ ὕλημα μέγεθος μὲν ἡλίκον ῥάφανος. τὸ δὲ φύλλον, ὅμοιον δάφνῃ, καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῇ μορφῇ· τοῦτο δὲ εἴτις φάγοι, ἐναποθνήσκει. διὸ καὶ ὅπου ἵπποι, τούτους ἐφύλαττον διὰ χειρῶν. ἐν δὲ τῇ Γεδρωσίᾳ χώρᾳ πεφυκέναι φασὶν, ἓν μὲν ὅμοιον τῇ δάφνῃ φύλλον ἔχον οὗ τὰ ὑποζύγια καὶ ὁτιοῦν εἰ φάγοι, μικρὸν ἐπισχόντα διεφθείρετο, παραπλησίως διατεινόμενα, καὶ σπώμενα ὁμοίως τοῖς ἐπιλήπτοις. ἑτέραν δὲ, ἄκανθάν τινα εἶναι. ταύτην φύλλον μὲν οὐδὲν ἔχειν. πεφυκέναι δὲ ἐκ μιᾶς ῥίζης. ἐφ' ἑκάστῳ δὲ τῶν ὄζων ἄκανθαν ἔχειν ὀξεῖαν σφόδρα. καὶ τούτων δὲ καταμιγνυμένων ἢ περιτριβομένων, ὀπὸν ἐκρεῖν πολύν. ὃς ἀποτυφλοῖ τὰ ἄλλα ζῶα πάντα, καὶ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους. τίς αὐτοῖς· ἐν δὲ τόποις τισὶ πεφυκέναι τινὰ βοτάνην ἐφ' ἣ συνεσπειραμένους ὄφεις εἶναι μικροὺς σφόδρα. τούτοις δ' εἴτις ἐμβὰς πληγείη, θνήσκειν. ἀποπνίγεσθαι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν φοινίκων τῶν ὠμῶν εἴτις φάγοι· καὶ τοῦτο ὕστερον κατανοηθῆναι. τοιαῦται μὲν οὖν δυνάμεις καὶ ζώων καὶ φυτῶν, ἴσως καὶ παρ' ἄλλοις εἰσί.

regione autem Aria dicta, ſpina eſt, ex qua lacryma gignitur, Illyriæ ſimilis tam viſu, quam olfactu. Hæc vbi ſol illuxerit, defluit. Quin & alia multa præter hæc noſtratia tum agris tum amnibus proueniunt. Alijs locis ſpina candida naſcitur ramis ternis. ex qua regulas, atque baculos faciunt. Succoſa, humoris lactei, fungoſaque eſt. Herculaceam hanc appellant. Eſt etiam aliud, ſtirpis humilis: magnitudine quidem raphani, folio vero tam magnitudine, quam forma lauro ſimili: id qui comederit, protinus moritur. Quocirca vbi equi adeſſent, nunquam eos a manibus laxabant. In Gedroſia naſci quiddam folio laurino referunt, cuius quantulumcumque iumenta comediſſent, mox interibant: ſimiliter affecta diſtentaque, atque illi, qui morbo comitiali vexantur. Aliam autem eſſe ſpinam, folio nullo, radice ſingulari: aculeum potiſſimum quoque in nodo gerentem. Quo fracto, aut attrito, ſuccum lacteum multum effluere, qui cæteris omnibus animalibus cæcitatem infert. Homines autem.

Quibuſdam item locis herbam quandam exire, ſub qua ſerpentes minuti admodum, qui cum ea naſcuntur, manent. quorum ictu moriendum protinus eſſet, cum herbam quiſquam aggreſſus fuerit. Quin & a palmis incoctis ſtrangulari, qui comederit: idque poſtea perſpectum. Sed huiuſmodi vires, tam animalium quam plantarum, vel apud alios forſitan comperiri poſſint.

ΚΕΦ. ϛ'. — CAP. VI.

Arbores odoratæ vbi naſcantur, & quæ ſint. Quid ferat ſeptentrio. Item quid quoque loco proueniat. Quid in Creta, Rhodo, Lycia, Ponto, Propontide. Quid Tmolus, Olympus, Ida, quidque multi alij montes ferant. Quæ in toto orbe loca ad naualem materiam.

Περιττότερα δὲ τῶν φυομένων καὶ πλεῖστον ἐξηλλαγμένα πρὸς τ' ἄλλα τὰ εὔοσμα τὰ περὶ Ἀραβίαν καὶ Συρίαν καὶ Ἰνδούς. οἷον ὅτε λιβανωτὸς καὶ ἡ σμύρνα καὶ κασία, καὶ τὸ ὀποβάλσαμον, καὶ τὸ κινάμωμον, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. περὶ ὧν ἄλλοις εἴρηται διὰ πλειόνων. ἐν μὲν οὖν τοῖς πρὸς ἕω τε καὶ μεσημβρίαν, καὶ ταῦτ' ἴδια, καὶ ἕτερα δὲ πλείω τούτων ἐστίν. ἐν δὲ τοῖς πρὸς ἄρκτον, οὐχ ὁμοίως. οὐθὲν γὰρ ὅ, τι ἄξιον λόγου λέγεται, παρὰ τὰ κοινὰ τῶν δένδρων, ἃ καὶ φιλόψυχρα τυγχάνει, καὶ ἔστι καὶ παρ' ἡμῖν· οἷον πεύκη, δρῦς, ἐλάτη, πύξος, διὸς βάλανος, φίλυρα, καὶ τ' ἄλλα δὲ τὰ τοιαῦτα. σχεδὸν γὰρ οὐδὲν ἕτερον παρὰ ταῦτα ἐστιν. ἀλλὰ μᾶλλον τῶν ἄλλων ὑλημάτων ἔνια τοὺς ψυχροὺς ἐκζητεῖ τόπους. καθάπερ κενταύριον, ἀψίνθιον. ἔτι δὲ φαρμακώδη ταῖς ῥίζαις καὶ

INter plantas autem omnium maxime ſuperfluunt, plurimumque a reliquis diſtant, quæ in Arabia, Syria, Indiaque odoratæ naſcuntur: vt thus, mirrha, caſia, laſer, cinnamomum: quotquot alia huiuſmodi, de quibus alio volumine plene retulimus. Ergo plagis ad exortum, meridiemque vergentibus, & hæc ipſa peculiaria, & alia his plura proueniunt. At vero ſeptentrionem verſus non ita eſt: nihil enim commemoratione dignum narratur, præter communes has arbores, quæ & loca frigida amant, & apud nos quoque reperiuntur: vt pinus, robur, abies, buxus, caſtanea, tilia, reliquæ ſimiles. Et fortaſſe nihil præter hæc aliud habetur, ſed potius ex humilibus quædam, loca algentia quærunt, vt febrifuga, abſinthium. Item quæ

radice

τοῖς ὀποῖς (οἷον ἐλλέβορος, ἐλατήριον, σκαμμωνία) σχεδὸν πάντα τὰ ῥιζοτομούμενα. τὰ μὲν γὰρ ἐν τῷ Πόντῳ καὶ τῇ Θράκῃ γίνεται· τὰ δὲ περὶ τὴν Οἴτην, καὶ τὸν Παρνασόν, καὶ τὸ Πήλιον, καὶ τὴν Ὄσσην, καὶ τὸ Παρθένιον. καὶ ἐν τούτοις δέ τινές φασι πλεῖστον· πολλὰ δὲ καὶ ἐν τῇ Ἀρκαδίᾳ καὶ ἐν τῇ Λακωνικῇ. φαρμακώδεις γὰρ αὗται· τῶν δὲ εὐωδῶν οὐδὲν ἐν ταύταις, πλὴν ἴρις ἐν τῇ Ἰλλυρίδι καὶ περὶ τὸν Ἀδρίαν. αὕτη δὲ χρηστὴ καὶ πολὺ διαφέρουσα τῶν ἄλλων. ἀλλ' ἐν τοῖς ἀλεεινοῖς καὶ τοῖς πρὸς μεσημβρίαν, ὥσπερ ἀντικείμενα τὰ εὐώδη. ἔχουσι δὲ καὶ τὴν κυπάριττον οἱ ἀλεεινοὶ μᾶλλον· ὥσπερ Κρήτη, Λυκία, Ῥόδος. κέδρον δὲ καὶ τὰ Θράκια ὄρη, καὶ τὰ Φρύγια. τῶν δὲ ἡμερουμένων ἥκιστά φασιν ἐν τοῖς ψυχροῖς ὑπομένειν δάφνην καὶ μυρρίνην. καὶ τούτων δὲ ἧττον ἐπὶ τῶν μυρρίνων. σημεῖον δὲ λέγουσιν, ὅτι ἐν τῷ Ὀλύμπῳ δάφνη μὲν πολλή, μυρρίνος δὲ ὅλως οὐκ ἔστιν· ἐν δὲ τῷ Πόντῳ περὶ παντὶ, καὶ ποῖον, οὐδ' ἕτερον, καίπερ σπουδαζόντων καὶ πάντα μηχανωμένων πρὸς τὰς ἱερωσύνας. συκᾶς δὲ πολλὰς ἔχει καὶ εὐμεγέθεις. καὶ ῥοιαὶ δὲ περισκεπαζόμεναι. ἄπιοι δὲ καὶ μηλέαι, καὶ παντοδαπώταται καὶ χρησταί. καὶ ἐαριναί, πλὴν εἰ ἄρα ὄψιαι. τῆς δὲ ἀγρίας ὕλης, ἔστι δρῦς, πτελέα, μελία, καὶ ὅσα τοιαῦτα. πεύκη δέ, καὶ ἐλάτη, καὶ πίτυς, οὐκ ἔστιν, οὐδ' ὅλως οὐδὲν ἔνδαδον. ὑγρὰ δὲ αὕτη καὶ χείρων πολὺ τῆς Σινωπικῆς. ὥστ' οὐδὲ πολὺ χρῶνται αὐτῇ, πλὴν πρὸς τὰ ὑπαίθρια. ταῦτα μὲν οὖν περὶ τὸν Πόντον, ἢ ἔν τισί γε τόποις αὐτοῦ. ἐν δὲ τῇ Προποντίδι γίνεται καὶ μύρρινος. καὶ δάφνη πολλαχοῦ ἐν τοῖς ὄρεσιν. ἴσως δὲ ἔνια καὶ τῶν τόπων ἴδια θετέον. ἕκαστοι γὰρ ἔχουσι τὰ διαφέροντα, ὥσπερ εἴρηται, κατὰ τὰς ὕλας. οὐ μόνον τῷ βελτίω καὶ χείρω τὴν αὐτὴν ἔχειν, ἀλλὰ καὶ τῷ φέρειν. οἷον, ὁ μὲν Τμῶλος ἔχει καὶ ὁ Μύσιος Ὄλυμπος πολὺ τὸ κάρυον, καὶ τὴν Διὸς βάλανον. ἔτι δὲ καὶ ἄμπελον, καὶ μηλέαν, καὶ ῥόαν. ἡ δὲ Ἴδη τὰ μὲν οὐκ ἔχει τούτων, τὰ δέ, σπάνια. περὶ δὲ Μακεδονίαν καὶ τὸν Πιερικὸν Ὄλυμπον, τὰ μέν ἐστι, τὰ δ' οὐκ ἔστι τούτων. ἐν δὲ τῇ Εὐβοίᾳ καὶ περὶ τὴν Μαγνησίαν, τὰ μὲν Εὐβοϊκὰ πολλά, τῶν δὲ ἄλλων οὐθέν. οὐδὲ δὴ περὶ τὸ Πήλιον, οὐδὲ τὰ ἄλλα τὰ ἐνταῦθα ὄρη. βραχὺς δ' ἐστὶ τόπος ἐκεῖ, καὶ ὅλως πρὸς τὴν ναυπηγήσιμον ὕλην. τῆς μὲν γὰρ Εὐρώπης δοκεῖ τὰ περὶ τὴν Μακεδονίαν, καὶ ὅσα τῆς Θρᾴκης, καὶ περὶ Ἰταλίαν. τῆς δὲ Ἀσίας, τά τε ἐν Κιλικίᾳ καὶ τὰ ἐν Σινώπῃ καὶ Ἀμυσῷ. ἔτι δὲ ὁ Μύσιος Ὄλυμπος, καὶ ἡ Ἴδη, πλὴν οὐ πολύ. ἡ γὰρ Συρία κέδρον ἔχει, καὶ ταύτῃ χρῶνται πρὸς τὰς τριήρεις. ἀλλὰ καὶ τὰ φίλυδρα καὶ τὰ παραποτάμια ταῦθ' ὁμοίως.

radice ſuccoue medentur, vt veratrum, agitatorium, ſcammonia: cuncta fere, quorum radix expetitur. Quædam enim in Ponto, ac Thracia gignuntur: quædam circa Oetam, Parnaſum, Pelium, Oſſam, Parthenium. Multa etiã in Arcadia & agro Laconico naſcitur: nam ea quoque regio medicaminibus ſcatet. At odoratorum nihil in his penitus, conſecratice excepta, quæ in Illyride, & circa Adriam prouenit: & laudata quidem, cæteriſque longe præſtantior. Verum in feruidis meridianiſque locis, velut ex oppoſito, copia odoratorum habetur. Cupreſſum quoque loca feruida magis habent, vt Creta, Lycia, Rhodus. At ex ijs, quæ manſueſcere poſſunt, laurum, myrtum, minime in frigidis durare affirmant, minuſque myrtum. Argumentoque vtuntur, quod in Olympo laurus multa, myrtus nulla omnino: in Ponto autem toto neutra eſt: quanquam ſummo ſtudio, omnique ſolertia ſerere conantur ad vſus religionis. Fici tamen multæ, magnæque, & punicæ, amplæ opacitatis habentur: quin & piri, & mali permultæ, ac varij generis, maiorem in modum: bonæque frugis, & vernæ, præterquam ſi quæ ſerotinæ. Ex ſylueſtribus vero robur, vlmus, malus, & ſimiles: ſed pinaſtrum, abies, atque picea deſunt, & omnino quæ tædam in ſeſe gerunt. Humida hæc autem, & multo deterior Sinopenſi: quapropter non multus eſt eius vſus, niſi ad ea, quæ ſub dio. Hæc circa Pontum, aut certe locis eius quibuſdam haberi nouimus. In Propontide vero, & myrtus, & laurus in mõtibus, multis locis prouenit. Sed fortaſſe ſunt etiã quæ locorũ propria poni debeant. Quippe cum ſingula (vti retulimus) diuerſa ſecundum materiam habeant: non ſolum quod eandem meliorem, deterioremue poſſideant, verumetiam quod ferant, vel non. Vt Tmolus, Olympuſque Myſius, nucem & caſtaneam plurimam ferunt: item vitem, malum, punicam. At Ida, quibuſdam earum caret: quædam perrara habet. Et circa Macedoniam, & Olympum Pieticũ, quædam earum comperiuntur, quædam minime. In Eubœa vero, & circa Magneſiam, Euboicæ multæ quidem habentur, e reliquis autem nulla: nec circa Pelium, nec reliquis mõtibus tractus iſtius. Quin & ad naualem materiem locus ibidem exiguus eſt, & omnino in vniuerſo terrarum orbe. Quippe cum Europe, Macedonia, & Thracia, & Italia tantum habere videntur: Aſia vero, Cilicia, Sinope, Amyſus, adhæc Olympus & Ida, verum non multum. Cedrum enim Syria gignit, eaque ad triremes vtuntur. Et ea vero, quæ aquas adamant, ac ſecus fluuios degunt, pari modo ſe habent.

ΚΕΦ. Ζ. CAP. VII.

De platano, & algarum generibus, ac bryo: item de marinis, quercu, & abiete, & vite, & ficu, & palma.

Ἐν μὲν γὰρ τῷ Ἀδρίᾳ πλάτανον οὔ φασιν εἶναι, πλὴν περὶ τὸ Διομήδους ἱερόν. σπανίαν δὲ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ πάσῃ· καίτοι πολλοὶ μεγάλοι ποταμοὶ παρ᾽ ἀμφοῖν. ἀλλ᾽ οὐκ ἔοικε φέρειν ὁ τόπος. ἐν Ῥηγίῳ γοῦν, ἃς Διονύσιος πρεσβύτερος ὁ τύραννος ἐφύτευσεν ἐν τῷ παραδείσῳ, αἳ εἰσι νῦν ἐν τῷ γυμνασίῳ, φιλοτιμηθεὶς, οὐδὲ δύνανται λαβεῖν μέγεθος. ἔνιοι δὲ πλείστην ἔχουσι πλάτανον· οἱ δὲ πτελέαν, καὶ ἰτέαν· οἱ δὲ μυρίκην ὥσπερ ὁ Αἷμος. ὥστε τὰ μὲν τοιαῦτα καθάπερ ἐλέχθη τῶν τόπων ἴδια θετέον, ὁμοίως ἔν τε τοῖς ἀγρίοις καὶ τοῖς ἡμέροις. οὐ μὴν ἀλλὰ τάχα ἂν εἴη καὶ τούτων ἐπί τινων ὥστε διακοσμηθέντων δύνασθαι τὴν χώραν φέρειν. ὃ καὶ νῦν ξυμβαῖνον ὁρῶμεν καὶ ἐπὶ ζώων ἐνίων καὶ φυτῶν. μεγίστην δὲ διαφορὰν αὐτῆς τῆς φύσεως τῶν δένδρων καὶ ἁπλῶς τῶν ὑλημάτων ὑποληπτέον, ἣ καὶ πρότερόν γε εἴπομεν. ὅτι τὰ μὲν, ἔγγεια· τὰ δ᾽ ἔνυδρα τυγχάνει, καθάπερ τῶν ζώων καὶ τῶν φυτῶν. οὐ γὰρ μόνον ἐν τοῖς ἕλεσι καὶ ταῖς λίμναις καὶ τοῖς ποταμοῖς, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ φύεται ὑλήματα ἔνια, ἔντε τῇ ἔξω καὶ τῇ περὶ ἡμᾶς, καὶ δένδρα. ἐν μὲν γὰρ τῇ περὶ ἡμᾶς μικρὰ πάντα τὰ φυόμενα, καὶ οὐδὲν ὑπερέχον ὡς εἰπεῖν τῆς ἐλάτης. ἐν ἐκείνῃ δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα καὶ ὑπερέχοντα, καὶ ἕτερα δὲ μείζω δένδρα. τὰ μὲν οὖν περὶ ἡμᾶς, ἐστὶ τάδε. φανερώτατα μὲν καὶ κοινότατα καὶ ἰδιώτατα τοὺς τόπους, ἐλάτη, συκῆ, δρῦς, ἄμπελος, φοῖνιξ. τούτων δὲ τὰ μὲν πρόσγεια, τὰ δὲ, πόντια, τὰ δ᾽ ἀμφοτέρων τῶν τόπων κοινά. καὶ τὰ μὲν πολυειδῆ, καθάπερ ὁ φῦκος· τὰ δὲ, μίαν ἰδέαν ἔχοντα. τοῦ γὰρ φύκους, τὸ μέν ἐστι πλατύφυλλόν τε τανοειδὲς, χρῶμα ποῶδες ἔχον, ὃ δὴ καὶ πράσον καλοῦσί τινες· οἱ δὲ ζωστῆρα. ῥίζαν δὲ ἔχει δασεῖαν ἔξωθεν· ἄνωθεν δὲ λεπύρια. μακρὰν δὲ ἐπιεικῶς καὶ εὐπαχῆ, παρομοίαν τοῖς κρομμυογηθείοις. τὸ δὲ τριχόφυλλον, ὥσπερ τὸ μάραθρον, οὐ ποῶδες, οὐδὲ ἔξωχρον, οὐδὲ ἔχον καυλόν· ἀλλ᾽ ὀρθόν πως ἐν αὐτῷ. φύεται δὲ τοῦτο ἐπὶ τῶν ὀστράκων καὶ ἐπὶ τῶν λίθων, οὐχ ὥσπερ θάτερον πρὸς τῇ γῇ. πρόσγεια δὲ ἄμφω. καὶ τὸ μὲν τριχόφυλλον πρὸς αὐτῇ γῇ. πολλάκις δὲ ὥσπερ ἐπικλύζεσθαι μόνον ὑπὸ τῆς θαλάττης. θάτερον δὲ ἀνωτέρω. γίνεται δὲ ἐν μὲν τῇ ἔξω τῇ περὶ Ἡρακλείας στήλας θαυμαστόν τι τὸ μέγεθος ὥς φασι, καὶ τὸ πλάτος μεῖζον, ὡς παλαιστιαῖον.

PLATANVM enim eſſe in Adria negant, præterquam circa Diomedis delubrum: inque vniuerſa Italia raram eſſe affirmant, quanquam multi, magnique fluuij vtrobique diluunt. Sed locus plane recuſare videtur. Dionyſius tyrannus maior, ambitioſius cõtendens, in Rhegio conſeuit in hortis eas, quæ nunc in gymnaſio ſtant, nec vllam magnitudinem capere poſſunt. Contra, alia loca platanum habent plurimam, alia vlmo & ſalice ſcatent, alia tamarice, vt Hæmus. Hæc igitur, quemadmodum diximus, locorum propria poni debent pariter in ſylueſtribus, atque vrbanis. Cæterum in quibuſdam fieri forſitan poteſt, vt ager cultu diligentiſſimo adhibito ferre queat. Quod vel nunc, & animalium, & plantarum quibuſdam euenire videmus. Summam vero differentiam naturæ arborum, & ad ſummam plantarum exiſtimandum, vt inter prima retulimus; quod alia terrena, alia aquatilia ex plantis quoque, vt ex animalibus conſtant. Etenim non ſolum in paludibus, lacubus, fluuijſque, verumetiam in mari materiæ quædam proueniunt humiles, & in extero etiam arbores. Quippe in hoc noſtro exigua omnia naſcuntur, & nihil fere ſuper mare emicat. At in illo, & hæc eadem excedunt, & alia de arboribus maiora longe aſſurgunt*. Noſtri itaque tractus euidentiſſima communiſſimaque algarum genera ſunt: ignotiora vero, & maxime propria ratione locorum, abies, ficus, quercus, vitis, palma. Horum alia iuxta terram, alia pelagica, alia ambobus locis communia: & quædam multigena, vt alga; quædam vnicum genus ſortita. Nam algæ quoddam genus, folio lato, colore herbido eſt, quod porrum quidam appellant, alij cingulum: radice hirta extrinſecus, ſquamata intrinſecus, longa admodum, craſſaq; plene, cepigethio non abſimili. Aliud folio crinito, terræ ipſi adhærens, ſæpeque a mari tantum alluitur. Alterum altius degit. Naſcitur quidẽ in mari extero circa Herculis colũnas, mira magnitudine: latitudineq;, vt ferũt, amplius, quã vt manu apprehendi

φέρεται δὲ τοῦτο εἰς τὴν ἔσω θάλατταν τῷ ῥῷ τῷ ἔξωθεν. καλοῦσι δὲ αὐτὸ πράσον. ἐν ταύτῃ δὲ, ἔντισι τόποις τοσοῦτον αὐξάνεται ὥστ' ἐπάνω τοῦ ὀμφαλοῦ. λέγεται δὲ ἐπέτειον εἶναι. καὶ φύεσθαι μὲν τοῦ ἦρος λήγοντος, ἀκμάζειν δὲ τοῦ θέρους, τοῦ μετοπώρου δὲ φθίνειν, κατὰ δὲ τὸν χειμῶνα ἀπόλλυσθαι καὶ ἐκπίπτειν. ἅπαντα δὲ καὶ ἄλλα τὰ φυόμενα χείρω καὶ ἀμαυρότερα γίνεσθαι τοῦ χειμῶνος. ταῦτα μὲν οὖν οἷον πρόσγεια περί γε τὴν θάλατταν. τὸ δὲ πόντιον φῦκος, ὃ οἱ σπογγεῖς ἀνακολυμβῶσι, πελάγιον. καὶ ἐν Κρήτῃ δὲ φύεται πρὸς τῇ γῇ ἐπὶ τῶν πετρῶν πλεῖστον καὶ κάλλιστον, ᾧ βάπτουσιν οὐ μόνον τὰς ταινίας, ἀλλὰ καὶ ἔρια, καὶ ἱμάτια. καὶ ἕως ἂν ᾖ πρόσφατος ἡ βαφὴ, πολὺ κάλλιον ἡ χρόα τῆς πορφύρας. γίνεται δὲ καὶ ἐν τῇ πρὸς βορρᾷ καὶ πλεῖον καὶ καλόν. ὥσπερ αἱ σπογγιαὶ καὶ ἄλλα τοιαῦτα. ἄλλα γάρ ἐστιν ὅμοια τῇ ἀγρώστει. καὶ γὰρ τὸ φύλλον παραπλήσιον ἔχει, καὶ τὴν ῥίζαν γονατώδη καὶ πεφυκυῖαν πλαγίαν, ὥσπερ τῇ τῆς ἀγρώστιδος. ἔχει δὲ καὶ καυλὸν καλαμώδη, καθάπερ ἡ ἄγρωστις· μεγέθει δὲ ἐλάττω πολὺ τοῦ φύκους. ἄλλο δὲ βότρυον, ὃ φύλλον ἔχει ποῶδες τῇ χρόᾳ. πλατὺ δὲ καὶ οὐκ ἀνόμοιον ταῖς θριδακίναις· πλὴν χρυσιωδέστερον, καὶ ὥσπερ συνεσπασμένον. καυλὸν δὲ οὐκ ἔχει, ἀλλ' ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς πλείω τὰ τοιαῦτα, καὶ πάλιν ἀπ' ἄλλης. φύεται δὲ ἐπὶ τῶν λίθων τὰ τοιαῦτα πρὸς τῇ γῇ καὶ τῶν ὀστράκων. καὶ τὰ μὲν ἐλάττω σχεδὸν ταῦτ' ἐστιν. ἡ δὲ δρῦς καὶ ἡ ἐλάτη, πρόσγειοι μὲν ἄμφω. φύονται δ' ἐπὶ λίθοις καὶ ὀστράκοις· ῥίζας μὲν οὐκ ἔχουσαι, προσπεφυκυῖαι δὲ, ὥσπερ αἱ λεπάδες. ἀμφότεραι μὲν, οἷον σαρκόφυλλα. προμηκέστερον δὲ τὸ φύλλον παχὺ, καὶ παχύτερον τῆς ἐλάτης. πολὺ δὲ καὶ οὐκ ἀνόμοιον τοῖς τῶν ὀσπρίων λοβοῖς δὲ κοῖλον. ἔνδοθεν, καὶ οὐδὲν ἔχον ἐν αὐτοῖς. τὸ δὲ τῆς δρυὸς, λεπτὸν καὶ μυρικωδέστερον. χρῶμα δ' ἐπιπόρφυρον ἀμφοῖν. ἡ δ' ὅλη μορφὴ τῆς μὲν ἐλάτης ὀρθὴ καὶ αὐτῆς καὶ τῶν ἀκρεμόνων. τῆς δὲ δρυὸς σκολιωτέρα καὶ μᾶλλον ἔχουσα πλάτος. γίνεται δὲ ἄμφω καὶ πολύκαυλα, καὶ μονοκαυλότερον δὲ ἡ ἐλάτη. τὰς δὲ ἀκρεμονικὰς ἀποφύσεις, ἐλάτη μὲν μακρὰς ἔχει καὶ εὐθείας καὶ μανάς· ἡ δὲ δρῦς βραχυτέρας καὶ σκολιωτέρας καὶ πυκνοτέρας· τὸ δὲ ὅλον μέγεθος ἀμφοτέρων ὡς πυγωνιαῖον ἢ μικρὸν ὑπεραῖρον. μεῖζον δὲ ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν τὸ τῆς ἐλάτης. χρήσιμος δὲ ἡ δρῦς εἰς βαφὴν ἐρίων ταῖς γυναιξίν. ἐπὶ μὲν τῶν ἀκρεμόνων προσηρτημένα τῶν ὀστακοδέρμων ζώων ἔνια. καὶ κάτω δὲ πρὸς αὐτῷ τῷ καυλῷ περιπεφυκότων τινῶν ἰούλων. ἐν τούτοις δεδυκότες οἱ ὀνίσκοι καὶ ἄλλ' ἄττα, καὶ τὸ ὅμοιον πολύποδι. ταῦτα μὲν οὖν πρόσγεια καὶ ῥάδια θεωρηθῆναι. φασὶ δέ τινες καὶ ἄλλην δρῦν εἶναι ποντίαν, ἣ καὶ καρπὸν φέρει· καὶ ἡ βάλανος αὐτῆς χρησίμη. τοὺς δὲ σκινθοὺς, καὶ κολυμβητὰς λέγειν, ὅτι καὶ ἕτεραι μεγάλαι τινὲς τοῖς μεγέθεσιν εἴησαν. ἡ δὲ ἄμπελος ἀμφοτέρωσε γίνεται.

hendi poſſit. Fertur hoc ad mare internum fluxu extrinſecus, porrumq; id appellant. Annuum eſſe aiunt, & naſci vere deſinente, vigere æſtate, minui autumno, interire atque decidere hyeme. Quia & reliqua omnia naſcentia deteriora obſcurioraque hyeme fieri. Hæc itaque ceu terrena circa mare deprehenduntur: alga vero proueniens in alto, quam ſpongiarij pelagicam deferunt, in Creta inſula iuxta terram, ſuper ſaxa plurima, optimaque prouenit: qua non ſolum vittas, ſed etiam lanas, veſteſque inficiunt, & quandiu recens infectio ſit, color longe purpuram præſtat. Gignitur parte aquilonia tum copioſius, tum melius, vt etiam ſpongiæ, reliquaque ſimilia. Sunt alia graminibus proxima, quippe folio ſimili, & radice geniculata, longa, oblique adhærente, modo graminis, & caule calamaceo, vt gramen, magnitudine, alga multo minora. Eſt aliud bryum dictum, folio coloris herbidi, amplo, nec lactucis diſſimile: rugoſiori tamen, & veluti contracto, caret caule. Sed ab vno initio plura folia huiuſmodi exeunt, & rurſus ab alio. Naſcitur ſuper lapides fictiliaque iuxta terram. Et minora quidem hæc ferme traduntur. Quercus autem & abies terrenæ quidem ambæ ſpectantur: naſcuntur vero ſuper lapides atque fictilia: carent radicibus, ſed modo patellarum adhærent. Folium ambabus velut carnoſum, oblongius, craſſumque: & abieti craſſius, frequens, nec leguminum ſiliquis abſimile: concauum intus, nec quicquam intra ſe continens: quercui tenue, ac potius tamaricis: color ambobus accedens ad purpuram: forma tota abietis erecta, quercus flexuoſior, atque in latitudinem magis ampliata: ambæ vel multicaules fiunt, ſed ſimplicior abies: rami abieti, longi, recti, ſolutique: quercui breuiores, contortiores, ſpiſſioreſque: magnitudo tota ambabus cubitalis, parumue altior, verum maior, (vt ſimpliciter dicam) abieti. Quercus vel ad lanas inficiendas vtilis mulieribus: ramis adnexa pendent pleraque animalium teſtigerorum. Subter alia quædam cauli ipſi adhærent: ad quædam tota obeſa ingrediuntur millipedæ, & aliæ quædam generis eiuſdem, beſtiolæ, quodque polypi ſpecimen gerit. Hæc itaque terrena, contemplatuque conſtant facilia. Quidam autem vel alteram quercum naſcentem in alto referunt, quæ etiam fructum fert, & glans eius commoda eſt. Quin & alias magnitudine inſignes quaſdam compertas homines nantes, ſeque ſummergentes referre, traditur.

Vitis

καὶ γὰρ πρὸς τῇ γῇ, καὶ πόντιαι. μείζω δ' ἔχει καὶ τὰ φύλλα, καὶ τὰ κλήματα, καὶ τὸν καρπὸν ἡ ποντία. ἡ δὲ συκῆ ἄφυλλος μὲν, τῷ μεγέθει δ' οὐ μεγάλη. χρῶμα δὲ τοῦ φλοιοῦ φοινικοῦν. ὁ δὲ φοῖνιξ ἐστὶ μὲν πόντιος βραχυστελέχες σφόδρα. καὶ σχεδὸν εὐθεῖαι αἱ ἐκφύσεις τῶν ῥάβδων, κάτωθεν, οὐ κυκλόθεν αὐταί, καθάπερ τῶν ῥάβδων οἱ ἀκρεμόνες, ἀλλ' ὡς ἂν ἐν πλάτει κατὰ μίαν συνεχεῖς. ἐνίοτε δὲ καὶ ἐπαλλάττουσαι. τῶν δὲ ῥάβδων ἡ τῶν ἀποφύσεων τούτων, ὁμοία τρόπον τινὰ ἡ φύσις, τοῖς τῶν ἀκανθῶν φύλλοις τῶν ἀκανικῶν. οἷον σόγκοις, καὶ τοῖς τοιούτοις· πλὴν ὀρθά, οὐχ ὥσπερ ἐκεῖνα. καὶ περικεκλασμέναι, καὶ τὸ φύλλον ἔχουσαι διαβεβρωμένον ὑπὸ τῆς ἅλμης. ἐπεὶ τῷ γε διόλου ἥκειν τὸν μέσον γε καυλὸν, καὶ ἡ ἄλλη ὄψις παραπλησία. τὸ δὲ χρῶμα τούτων καὶ τῶν κλάδων καὶ ὅλου τοῦ φυτοῦ ἐξερυθρόν τε σφόδρα καὶ φοινικοῦν. καὶ τὰ μὲν ἐν τῇδε τῇ θαλάττῃ, τοσαῦτά ἐστιν. ἡ γὰρ σπογγιὰ, καὶ αἱ ἀπλυσίαι καλούμεναι, καὶ ἔτι τοιοῦτον, ἑτέραν ἔχει φύσιν· ἐν δὲ τῇ ἔξω τῇ περὶ Ἡρακλέους στήλας, τό, τε πράσον ὥσπερ εἴρηται φύεται, καὶ τὰ ἀπολιθούμενα ταῦτα· οἷον θύμα. καὶ τὰ δαφνοειδῆ καὶ τὰ ἄλλα.

Vitis vtroque naſcitur loco. Nam & terræ proxima, & pelagica eſt, & maiora fert folia, ſarmenta, fructumque. Ficus folio caret, nec magnitudine præſtat. Color cortici puniceus. Palma pelagica eſt caudice admodum breui, virgis rectis fere, quæ ſubtus exeunt. Nec in ambitu, ſicut rami virgarum, ſed velut in latitudinem ſigillatim continuatæ, nonnunquam etiam inter ſeſe differentes. Virgarum autem ſeu ſurculorum ipſorum ſimilis natura quodammodo eſt, folijs ſpinarum acanicarum vt ſoncis, atque ſimilibus. Hi tamen erecti, neç quemadmodum illa, circumflexi, & folijs a mari corroſi. Nam eo, quod medius caulis tranſmeat per totum, reliquum quoque aſpectus proximum eſt. Color his & caulibus, atque vniuerſæ plantæ ruber intenſe, atque puniceus. Et ea quidem, quæ hoc in mari proueniunt, tot eſſe videntur. Spongia namque, & quæ a plyſiæ vocantur, & quicquid eiuſmodi, naturam alteram plane ſortiuntur. In extero autem circa Gaditanum fretum, porrum (vt retulimus) naſcitur, & ea quæ in lapidem transfigurantur, vt thymum: & quæ lauriformia ſunt, & reliqua.

ΚΕΦ. Η. — CAP. VIII.

Apud mare rubrum in Arabia nullam arborem prouenire præter ſpinam ſitientem: idemque mare beluis plenum, plurimaſque habere caniculas. De plantis, & arbuſculis miræ naturæ: deque magnis arboribus in inſulis, quas æſtus operit. Item circa Perſidem magnas eſſe arbores.

Τῆς δὲ ἐρυθρᾶς καλουμένης ἐν Ἀραβίᾳ μικρὸν ἐπάνω Κόπτου, ἐν μὲν τῇ γῇ δένδρον οὐδὲν φύεται, πλὴν τῆς ἀκάνθης τῆς διψάδος καλουμένης. σπανία δὲ καὶ αὕτη διὰ τὰ καύματα, καὶ διὰ τὴν ἀνυδρείαν. οὐχ ὕει γὰρ, ἀλλ' ἢ δι' ἐτῶν τεττάρων ἢ πέντε· καὶ τότε λάβρως καὶ ἐπ' ὀλίγον χρόνον· ἐν δὲ τῇ θαλάττῃ ἐρυθρᾷ δένδρα τινὰ φύεται· καὶ καλοῦσιν αὐτὰ δάφνην καὶ ἐλαίαν. ἔστι δὲ ἡ μὲν δάφνη ὁμοία τῇ ἀρίᾳ· ἡ δὲ ἐλαία τῷ φύλλῳ. καρπὸν δὲ ἔχει ἡ ἐλαία παραπλήσιον δὲ ταῖς ἐλαίαις. ἀφίησι δὲ καὶ δάκρυον, ἐξ οὗ οἱ ἰατροὶ φάρμακον ἔναιμον συντιθέασιν· ὃ γίνεται σφόδρα ἀγαθόν· ὅταν δὲ ὕδατα πλείω γένηται, μύκητες φύονται πρὸς τῇ θαλάττῃ κατά τινα τόπον· οὗτοι δὲ ἀπολιθοῦνται ὑπὸ τοῦ ἡλίου. ἡ δὲ θάλαττα θηριώδης. πλείους δὲ ἔχει τοὺς καρχαρίας, ὥστε μὴ εἶναι κολυμβῆσαι. ἐν δὲ τῷ κόλπῳ τῷ καλουμένῳ Ἡρώῳ, ἐφ' ὃν καταβαίνουσιν οἱ ἐξ Αἰγύπτου, φύεται μὲν δάφνη καὶ ἐλαία καὶ θύμον, οὐ μὴν χλωρά γε· ἀλλὰ λιθοειδῆ τὰ ὑπερέχοντα τῆς θαλάττης. ὅμοια δὲ καὶ τοῖς φύλλοις καὶ τοῖς βλαστοῖς τοῖς χλωροῖς. ἐν δὲ τῷ θύμῳ καὶ τὸ τοῦ ἄνθους χρῶμα διάδηλον, ὡς ἂν μήποτε λίαν ἐξηνθηκός. μήκει δὲ τῶν δενδρυφίων, ὅσον εἰς τρεῖς πήχεις.

Mari autem rubro vocato in Arabia paulo a Copto ſuperius, arbos nulla in terra prouenit, præter ſpinam, quæ dipſas vocatur, & hæc rara propter feruores, & aquæ penuriam: quippe non niſi quarto quintoque anno pluit, & tunc impetuoſe, & breui tempore. At in mari nimirum exeunt, eaſque laurum & oleam appellant. Laurus ariæ ſimilis ex toto eſt, olea folio tantum. Fructum olea proximũ his noſtris oliuis parit, & lachrymã emittit, ex qua medici ſiſtendo ſanguini medicamentum componunt, quod fieri laudatiſſimum ſolet. Cum autem aquæ plures inceſſerint, fungi iuxta mare quodã in loco erumpunt, qui ſole tacti in lapidem commutantur. Mare hoc belluis refertum, plurimaſque caniculas habet: in tantum, vt nare tutum nõ ſit. In ſinu autem Heroo cognominato, ad quem deſcendunt Ægyptij, laurus eſt, & olea, & thymum: verũ non viridia, ſed lapidis ſpecie parte a mari eminente, ſimilia tamen viridibus tam folijs, quam germinibus. Colos quoque floris in thymo, tanquam nondum perfecte floruerit, liquido deprehenditur. Lõgitudo arbuſcularum, cubitorũ ternorum eſt.

οἱ δὲ, ὅτε ἀνάπλους ἦν τῶν ἐξ Ἰνδῶν ἀποσταλέντων ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ φυόμενα μέχρις οὗ ἂν ᾖ ἐν τῷ ὑγρῷ, χρῶμά φασιν ἔχειν ὅμοιον τοῖς φυκίοις. ὁπόταν δ᾽ ἐξενεχθέντα τεθῇ πρὸς τὸν ἥλιον, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἐξομοιοῦσθαι τῷ ἁλί. φύεσθαι δὲ καὶ σχοίνους λιθίνους παρ᾽ αὐτὴν τὴν θάλατταν. οὓς οὐδεὶς ἂν διαγνοίη τῇ ὄψει πρὸς τοὺς ἀληθινούς. θαυμασιώτερον δὲ τούτου λέγουσι. φύεσθαι γὰρ δενδρύφια ἄττα, τὸ μὲν χρῶμα ἔχοντα ὅμοιον κέρατι βοός· τοῖς δὲ ὄζοις τραχέα, καὶ ἀπ᾽ ἄκρου πυρρά. ταῦτα δὲ θραύεσθαι μὲν, εἰ συγκλώη τις· ἐκ δὲ τούτων, πυρὶ ἐμβαλλόμενα καθάπερ τὸν σίδηρον, διάπυρα γενόμενα· πλὴν ὅταν ἀποψύχοιτο, καθίστασθαι καὶ τὴν αὐτὴν χρόαν λαμβάνειν. ἐν δὲ ταῖς νήσοις ταῖς ὑπὸ τῆς πλημμυρίδος καταλαμβανομέναις, δένδρα μεγάλα πεφυκέναι ἡλίκα πλάτανοι· συμβαίνειν δὲ ὅθ᾽ ἡ πλημμυρὶς ἐπέλθοι, τὰ μὲν ἄλλα κατακρύπτεσθαι ὅλα, τῶν δὲ μεγίστων ὑπερέχειν τοὺς κλάδους, ἐξ ὧν τὰ πρυμνήσια ἀνάπτειν. εἶθ᾽ ὅτε πάλιν ἄμπωτις γίνοιτο, ἐκ τῶν ῥιζῶν. ἔχειν δὲ τὰ δένδρα φύλλον, μὲν ὅμοιον τῇ δάφνῃ, ἄνθος δὲ τοῖς ἴοις, καὶ τῷ χρώματι καὶ τῇ ὀσμῇ· καρπὸν δ᾽ ἡλίκον ἐλαία· καὶ τοῦτον εὐώδη σφόδρα. καὶ τὰ μὲν φύλλα οὐκ ἀποβάλλειν, τὸ δὲ ἄνθος καὶ τὸν καρπὸν ἅμα τῷ φθινοπώρῳ γίνεσθαι. τοῦ δὲ ἔαρος ἀποῤῥεῖν. ἄλλα δὲ ἐν αὐτῇ τῇ θαλάττῃ πεφυκέναι, ἀείφυλλα μὲν, τὸν δὲ καρπὸν ὅμοιον ἔχειν τοῖς θέρμοις. περὶ δὲ τὴν Περσίδα τὴν κατὰ Καρμανίαν, καθ᾽ ἣν ἡ πλημμυρὶς γίνεται, δένδρα ἐστὶν εὐμεγέθη, ὅμοια τῇ ἀνδράχνῃ, καὶ τῇ μορφῇ καὶ τοῖς φύλλοις. καρπὸν δὲ ἔχει πολὺν, ὅμοιον τῷ χρώματι ταῖς ἀμυγδάλαις ἔξωθεν. τὸ δὲ ἐντὸς συνελίττεται καθάπερ συνηρημένον πᾶσιν. ὑποβέβρωται δὲ ταῦτα τὰ δένδρα πάντα κατὰ μέσον ὑπὸ τῆς θαλάττης· καὶ ἕστηκεν ὑπὸ τῶν ῥιζῶν, ὥσπερ πολύπους. ὅταν γὰρ ἡ ἄμπωτις γένηται, θεωρεῖν ἐστίν. ὕδωρ δὲ ὅλως ἐν τῷ τόπῳ. καταλείπονται γάρ τινες διώρυχες δι᾽ ὧν διαπλέουσιν. αὗται δ᾽ εἰσὶ θαλάττης. ὃ καὶ δῆλον οἴονταί τινες, ὡς τρέφονται ταύτῃ καὶ οὐ τῷ ὕδατι· πλὴν εἴ τι ταῖς ῥίζαις ἐκ τῆς γῆς ἕλκονται. εὔλογον δὲ καὶ τοῦθ᾽ ἁλμυρὸν εἶναι. καὶ γὰρ οὐδὲ κατὰ βάθους αἱ ῥίζαι. τὸ δ᾽ ὅλον ἓν τὸ γένος εἶναι, τῶν ἐν τῇ θαλάττῃ φυομένων, καὶ τῶν ἐν τῇ γῇ ὑπὸ τῆς πλημμυρίδος καταλαμβανομένων. καὶ τὰ μὲν ἐν τῇ θαλάττῃ μικρὰ καὶ φυκώδη. τὰ φυόμενα δ᾽ ἐν τῇ γῇ, μεγάλα καὶ χλωρὰ, καὶ ἀνθοδμον ἔχοντα· καρπὸν, δ᾽ οἷον θέρμος.

Qui vero ex India miſſi ab Alexandro nauigarunt, plantas marinas, quoad in aqua ſint, colorem algæ minutæ habere: cum vero exemptæ, ad ſolem ponuntur, mox ſali ſimiles fieri narrauerunt. Iuncos quoque lapides apud mare id prouenire, quos nemo viſu a veris potuit diſcernere. Et mirabilius referunt, naſci arbuſculas quaſdam, colore cornu bubuli, ramis aſperas, & cacuminibus rubentes, quas cum compreſſius tractantur, frangi, & igni iniectas, vt ferrum exardeſcere: reſtinctas tamen tranquillari, & eundem colorem ſeruare. Inſulis autem quas operit æſtus, arbores naſci ingentes, magnitudine platanorum, populorumque altiſſimarum: & contingere, vt cum æſtus inuaſit, reliquæ omnes totæ integantur, maximarum vero cacumina extent, ad quæ naues religentur: cumque æſtus receſſerit, ad radices æquo modo annecti poſſunt. Folia arboribus laurea dicunt: florem violæ, & colore, & odore: fructum magnitudine oliuæ, & hunc odoris admodum boni: folia nunquam decidere, florem & fructum primo autumno naſci, vere defluere. Alias quoque viſas in eodem mari ſemper folia retinentes, & fructum lupino ſimilem ferentes, retulerunt. Circa Perſidem Carmaniæ conterminam, qua maris æſtus fieri ſolet, arbores magnæ ſimiles portulacæ, tam forma quam folijs ſpectantur, fructum plurimum ferentes: amygdalis ſimilem extrinſecus: interna vero ſingulis quaſi connexa inuolutantur. Subroduntur iſtæ arbores omnes a mari parte media, ſtantque radicibus polyporum modo: cum enim æſtus receſſerit, omnia inſpici poſſunt. Aqua vero nulla omnino eo in loco eſt. Riui namque aliqui relinquuntur, quibus nauigant, qui & ipſi maris particulæ ſunt: Quamobrem conſtare quidam exiſtimant, quod ipſo mari aluntur, non aqua: præterquam ſi quid e terra ſtirpibus attrahant. Quod tamen & ipſum falſum eſſe haud dubie intelligi poteſt, quippe cum ne in profundum quidem radices deſcendant. In totum, genus idem mari atque terra naſcentium eſſe volunt: & marina quidem puſilla, & ficus ſpecie prouenire: terrena vero magna, atque viridia, floreque odorato, & fructu modo lupini.

ΚΕΦ. Θ. — CAP. IX.

De arboribus, quæ in Tylo inſula, quarum nonnullæ lanigeræ ſunt. De plantis, quæ in amnibus, paludibus, ſtagniſque proueniunt: deque Papyro, Sari, Mnaſio.

ΕΝ Τύλῳ δὲ τῇ νήσῳ (κεῖται δ' αὐτὴ ἐν τῷ Ἀραβικῷ κόλπῳ) τὰ μὲν πρὸς ἕω τοσοῦτον πλῆθος εἶναί φασι δένδρων, ὅτ' ἐκβαίνει πλημμυρεὶς, ὥστ' ἀποχυρῶσθαι· ταῦτα δὲ ταῦτα μεγέθη μὲν ἔχειν, ἡλίκα συκῆ. τὸ δὲ ἄνθος ὑπερβάλλον τῇ εὐωδίᾳ. καρπὸν δὲ ἄβρωτον, ὅμοιον τῇ ὄψει τῷ θέρμῳ. φέρειν δὲ τὴν νῆσον καὶ τὰ δένδρα καὶ τὰ ἐριοφόρα πολλά. ταῦτα δὲ φύλλον μὲν ἔχειν ὅμοιον τῇ ἀμπέλῳ, πλὴν μικρόν· καρπὸν δὲ οὐδένα φέρειν. ἐν ᾧ δὲ τὸ ἔριον, ἡλίκον μῆλον ἐαρινὸν συμμεμυκός. ὅταν δὲ ὡραῖον ᾖ, ἐκπετάννυσθαι καὶ ἐξαίρειν τὸ ἔριον, ἐξ οὗ τὰς σινδόνας ὑφαίνουσι, τὰς μὲν εὐτελεῖς, τὰς δὲ πολυτελεστάτας. γίνεται δὲ τοῦτο καὶ ἐν Ἰνδοῖς ὥσπερ ἐλέχθη καὶ ἐν Ἀραβίᾳ. εἶναι δὲ καὶ ἄλλα δένδρα τὸ ἄνθος ἔχοντα ὅμοιον τῷ λευκοΐῳ, πλὴν ἄοδμον, τῷ μεγέθει, τετραπλάσιον τῶν ἴων. καὶ ἕτερόν τι δένδρον πολύφυλλον, ὥσπερ τὸ ῥόδον. τοῦτο δὲ τὴν μὲν νύκτα συμμύειν, ἅμα δὲ τῷ ἡλίῳ ἀνιόντι διοίγνυσθαι· μεσημβρίας δὲ τελέως διεπτύχθαι· πάλιν δὲ τῆς δείλης συνάγεσθαι, καὶ κατὰ μικρὸν τὴν νύκτα σημαίνειν. λέγειν δὲ καὶ τοὺς ἐγχωρίους, ὅτι καθεύδει. γίνεσθαι δὲ καὶ τοὺς φοίνικας ἐν τῇ νήσῳ, καὶ ἀμπέλους, καὶ τἆλλα ἀκρόδρυα, καὶ συκᾶς, αἳ φυλλοροοῦσιν. ὕδωρ δὲ οὐράνιον γίνεσθαι μὲν, οὐ μὴν χρῆσθαί γε πρὸς τοὺς καρπούς. ἀλλ' εἶναι κρήνας μὲν ἐν τῇ νήσῳ πολλὰς, ἀφ' ὧν πάντα βρέχειν· ἃ καὶ συμφέρει μᾶλλον τῷ σίτῳ καὶ τοῖς δένδρεσι. διὸ καὶ ὅταν ὕσῃ, τοῦτο ἐπαφιέναι καθαπερεὶ καταπλύνοντες ἐκεῖνο. καὶ τὰ μὲν ἐν τῇ ἔξω θαλάσσῃ δένδρα τάγε νῦν θεωρούμενα, σχεδὸν τοσαῦτά ἐστιν· ὑπὲρ δὲ τῶν ἐν τοῖς ποταμοῖς καὶ ἐν τοῖς ἕλεσι καὶ ταῖς λίμναις, μετὰ ταῦτα λεκτέον. τρία δέ ἐστιν εἴδη τῶν ἐν τούτοις· τὰ μὲν δένδρα, τὰ δ' ὥσπερ ποώδη, τὰ δὲ, λοχμώδη. λέγω δὲ ποώδη μὲν, οἷον τὸ σέλινον, τὸ ἔλειον, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. λοχμώδη δὲ, κάλαμον, κύπειρον, φλεὼ, σχοῖνον, βούτομον. ἅπερ σχεδὸν κοινὰ πάντων τῶν ποταμῶν καὶ τῶν τοιούτων τόπων ἐστίν. ἔνια χοῦ δὲ καὶ βάτοι, καὶ παλίουροι, καὶ τὰ ἄλλα. δένδρα δὲ, καθάπερ ἰτέα, λεύκη, πλάτανος. τὰ μὲν, ὥστε ὑπὸ τοῦ ὕδατος καλακρύπτεσθαι, τὰ δὲ, ὥστε μικρὸν ὑπερέχειν· τῶν δὲ, αἱ μὲν ῥίζαι καὶ μικρὸν τοῦ στελέχους ἐν τῷ ὑγρῷ, τὸ δὲ ἄλλο πᾶν σῶμα ἔξω. τοῦτο γὰρ καὶ ἰτέα, καὶ κλήθρα, καὶ πλατάνῳ, καὶ φιλύρα, καὶ πᾶσι τοῖς φιλύδροις συμβαίνει· σχεδὸν δὲ καὶ ταῦτα κοινὰ πάν-

IN Tylo autem inſula, quæ in ſinu Arabico eſt, parte ad Orientem ſpectante, tantam arborum multitudinem eſſe affirmant vbi æſtus receſſerit, vt locus frequentiſſimo vallo munitus relinquatur: atque his omnibus magnitudo, quæ fico: flos odore excellens, fructus inguſtabilis, & viſu lupino ſimilis. Lanigeras quoque arbores multas eandem inſulam ferre proditum eſt. has folia vitigena gerere, verum minora, fructum nullum. Id in quo lana continetur mali amplitudine cerni, vere naſci compreſſum, cum tempeſtiuæ maturitatis ſit, aperiri: & lanam excipi, qua telas texunt, alias viles, alias pretioſas. Hoc idem & in India (ſicut dictum eſt) & in Arabia fieri aſſeuerant. Eſſe etiam alias arbores flore violæ matronalis affirmant, verum ſine odore, magnitudine vel quadruplo viola maiore. Eſt & alia quædam arbor folioſa roſæ modo, floriſque roſei: hunc noctu comprimi, ſolis exortu aperiri, meridie in plenum expandi, veſperi iterum colligi paulatim, noctuque concludi: incolæ eum dormire tunc dicere aſſolent. Quin & palmas, & vites, & genera nucum, pomorumque, & ficos, quibus folia nunquam decidunt, naſci eadem in inſula affirmant. Aquam cœleſtem fieri quidem, ſed non ad fructus vſui eſſe, ſed fontes in inſula eſſe permultos, quibus omnia rigentur: & eam aquam frumentis, arboribuſque magis prodeſſe: qua de cauſa, poſt pluuiam protinus hanc perfundunt, quaſi illam abluere atque abſtergere velint. Et arbores quidem maris exteri, quæ hactenus exploratæ habentur, tot fere eſſe conſtat. De ijs autem, quæ in amnibus, paludibus, ſtagniſque proueniunt, deinceps dicendum eſt. Quæ autem locis huiuſcemodi proueniunt, tribus generibus cõſummari omnino videntur. Sunt enim alia arbores, alia veluti herbacea, alia fruticia. Harundinem, gladiolum, fleum, iuncum, butomum, quæ omnibus fere fluuijs, lociſque eiuſmodi communia ſunt. Nonnuſquam & rubi, & paliuri: & arbores, vt ſalix, populus, platanus: quædam vſque adeo, vt aqua occultentur. quædam vt parum excedant. Quorundam radicis & caudicis aliquid tantum in aqua, reliquum totum corpus extra pateſcit. Hoc enim ſalici, alno, platano, tiliæ, denique omnibus aquarum auidis euenit: quæ & ipſæ omnibus fere fluuijs

των τῶν ποταμῶν ἐστιν. ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ Νείλῳ πέφυκεν· οὐ μὴν πολλή γε ἡ πλάτανος, ἀλλὰ σπανιωτέρα, ἔστι ταύτης. καὶ ἡ λεύκη. πλείστη δὲ μελία, καὶ βουμέλιος. τῶν γοῦν ἐν Αἰγύπτῳ φυομένων, τὸ μὲν ὅλον πολὺ πλῆθός ἐστιν εἰς τὸ ἀριθμήσασθαι καθ' ἕκαστον. οὐ μὴν ἀλλ' ὥστε ἁπλῶς εἰπεῖν, ἅπαντα ἐδώδιμα, καὶ χυλοὺς ἔχοντα γλυκεῖς. διαφέρειν δὲ δοκεῖ τῇ γλυκύτητι καὶ τῷ τρόφιμα μάλιστα εἶναι, τρία ταῦτα· ὅ, τε πάπυρος, καὶ τὸ καλούμενον, σάρι, καὶ τρίτον ὃ μνάσιον καλοῦσι. φύεται δὲ ὁ πάπυρος οὐκ ἐν βάθει τοῦ ὕδατος, ἀλλ' ὅσον ἐν δύο πήχεσιν· ἐνιαχοῦ δὲ καὶ ἐλάττονι. πάχος μὲν οὖν τῆς ῥίζης καρπὸς, ἀνδρὸς εὐρώστου· μῆκος δὲ, ὑπὲρ δέκα πήχεις. φύεται δὲ ὑπὲρ τῆς γῆς αὐτῆς, πλαγίας ῥίζας εἰς τὸν πηλὸν καθιεῖσα, λεπτὰς, καὶ πυκνάς. ἄνω δὲ, τοὺς παπύρους καλουμένους τριγώνους, μέγεθος ὡς τετραπήχεις, κόμην ἔχοντας ἀχρεῖαν, ἀσθενῆ· καρπὸν δὲ ὅλως οὐδένα. τούτους δ' ἀναδίδωσι κατὰ πολλὰ μέρη. χρῶνται δὲ ταῖς μὲν ῥίζαις ἀντὶ ξύλων, οὐ μόνον τῷ καίειν, ἀλλὰ καὶ τῷ σκεύη ἄλλα ποιεῖν ἐξ αὐτοῦ παντοδαπά. πολὺ γὰρ ἔχει τὸ ξύλον καὶ καλόν. αὐτὸς δὲ ὁ πάπυρος πρὸς πλεῖστα χρήσιμος. καὶ γὰρ πλοῖα ποιοῦσιν ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῆς βίβλου ἱστία τε πλέκουσι, καὶ ψιάθους, καὶ ἐσθῆτάς τινας, καὶ στρωμνὰς, καὶ σχοινία τε καὶ ἕτερα πλείω. καὶ ἐμφανέστατα δὴ τοῖς ἔξω τὰ βιβλία· μάλιστα δὲ καὶ πλείστη βοήθεια πρὸς τὴν τροφὴν ἀπ' αὐτοῦ γίνεται· μασῶνται γὰρ ἅπαντες οἱ ἐν τῇ χώρᾳ πάπυρον, καὶ ὠμὸν, καὶ ἑφθὸν, καὶ ὀπτόν. καὶ τὸν μὲν χυλὸν καταπίνουσι, τὸ δὲ μάσημα ἐκβάλλουσιν. ὁ μὲν οὖν πάπυρος τοιοῦτός τε καὶ τοιαύτας παρέχεται τὰς χρείας. γίνεται δὲ ἐν Συρίᾳ περὶ τὴν λίμνην, ἐν ᾗ καὶ ὁ κάλαμος ὁ εὐώδης· ὅθεν καὶ Ἀντίγονος εἰς τὰς ναῦς ἐποιεῖτο τὰ σχοινία. τὸ δὲ σάρι, φύεται μὲν ἐν τῷ ὕδατι περὶ τὰ ἕλη καὶ τὰ πεδία, ἐπειδὰν ὁ ποταμὸς ἀπέλθῃ· ῥίζαν δὲ ἔχει σκληρὰν καὶ συνεστραμμένην· καὶ ἐξ αὐτῆς φύεται τὰ σάρια καλούμενα. ταῦτα δὲ, μῆκος μὲν εἰς δύο πήχεις· πάχος δὲ ἡλίκον ὁ δάκτυλος ὁ μέγας τῆς χειρός· τρίγωνον δὲ τοῦτο, καθάπερ ὁ πάπυρος, καὶ κόμην ἔχον παραπλήσιον. μασώμενοι δὲ ἐκβάλλουσι καὶ τοῦτο τὸ μάσημα. τῇ ῥίζῃ δὲ οἱ σιδηρουργοὶ χρῶνται. τὸν γὰρ ἄνθρακα ποιεῖ χρηστὸν, διὰ τὸ σκληρὸν εἶναι τὸ ξύλον. τὸ δὲ μνάσιον ποῶδές ἐστιν, ὥστε οὐδεμίαν παρέχεσθαι χρείαν, πλὴν εἰς τροφήν. καὶ τὰ μὲν γλυκύτητι διαφέροντα, ταῦτά ἐστι. φύεται δὲ καὶ ἕτερον ἐν τοῖς ἕλεσι καὶ ταῖς λίμναις, ὃ οὐ συνάπτει τῇ γῇ. τὴν μὲν φύσιν ὅμοιον τοῖς κρίνοις· πολυφυλλότερον δὲ, καὶ παράλληλα τὰ φύλλα καθάπερ ἐν διστοιχίᾳ· χρῶμα δὲ χλωρὸν ἔχει σφόδρα· χρῶνται δὲ οἱ ἰατροὶ πρός τε τὰ γυναικεῖα αὐτῷ, καὶ πρὸς τὰ κατάγματα· σημαίνει δὲ ὥσπερ καὶ ἀποφέρεσθαι· ἕτερα δὲ ἀπ' αὐτῶν τὰ

communes certo intelliguntur. Nam & in Nilo platanus prouenit, non tamen multa. Atque etiam populus eſt rarior. At fraxinus, & quæ bubula fraxinus cognominatur, plurima eſt. Quæ itaque in Ægypto naſcuntur, in totum quidem numeroſiora quique ſunt, quam vt membratim enumerari queant. Cæterum (vt ſimplici ac abſoluta ratione agamus) omnia cibo idonea, ſuccoſque dulces habere percipiuntur: ſed præſtare dulcedine copiaque alimoniæ tria illa videntur, papyrus, & quod vocatur ſari, & tertium, quod mnaſium appellant. Naſcitur papyrus non in altitudine gurgitum, ſed prope intra duo cubita, nonnuſquam etiam minus: craſſitudine radicis qua vola viri robuſti, longitudine ſuper dena cubita prouenit. Super terram ipſam radices obliquas, tenues, denſaſque in limum demittens ſurſum, quos papyros dixere, profert, triquetros, angulatos, magnitudine quaternorum ferme cubitorum, coma inutili exilique faſtigiatos: fructus nullius fœcundos. Hoſque ex multis partibus mittit. Radicibus pro ligno vtuntur, non tantum ignis gratia, ſed ad vaſa quoque plurifariam facienda. Quippe materiem amplam probamque præſtant. Papyrus ipſe ad plurima vtilis. Etenim ex eo nauigia faciunt, & e libro vela, tegeteſque texunt: & veſtem quandam, atque ſtragula, ac funes, aliaque plura. Et quidem externis hominibus chartæ euidentiſſimæ habentur: ſed ſummam frequentiſſimamque opem & in re cibaria præſtat. Omnes enim incolæ, & crudum, & elixum, & aſſum manducant, & ſuccum deuorant: id autem quod manducarunt, expuunt. Talis papyrus eſt, taleſq; vſus præbet. Naſcitur & in Syria circa lacum, quo & calamus odoratus: vnde & Antigonus in re nauali funes feciſſe proditur. Sari in aqua prouenit, circa paludes planaque, vbi amnis receſſerit. Habet radicem præduram, flexuoſamque: ex qua a quæ ſaria vocant, exeunt. His longitudo duum cubitorum, craſſitudo pollicaris. Triangulum id quoque papyri modo, & comam ſimilem gerit. Qui manducant, eius quoque manducamentum expuunt. Radice fabri ferrarij vtuntur: carbonem enim optimum facit, propter ligni duritiam. Mnaſium herbaceis annumerandum, itaque vſum nullum exhibet, præterquam in re cibaria. Et dulcedine quidem præſtare tradita hæc ſunt. Naſcitur etiam aliud in paludibus ſtagniſque, quod terram minime attingit: natura lilijs ſimile, ſed pluribus folijs, & folia inter ſeſe quaſi vno cōdita verſu.

Color

πλεῖα. ταῦτα δὲ γίνεται ἐν τῷ ποταμῷ, εἰ μὴ ὁ ῥοῦς ἐξέφερεν.

Color viridis admodum : vſus eius medicis ad mulierum profluuia.

ΚΕΦ. Ι.

CAP. X.

De faba, loto, & corſio loti radice, & malinathalla.

Ὁ δὲ κύαμος φύεται μὲν ἐν τοῖς ἕλεσι καὶ λίμναις, καυλὸς δὲ αὐτοῦ μῆκος μὲν ὁ μακρότατος εἰς τέτταρας πήχεις, πάχος δὲ δακτυλιαῖος, ὅμοιος δὲ καλάμῳ μαλακῷ ἀγονάτῳ. διαφύσεις δὲ ἔνδοθεν ἔχει δι' ὅλου διειλημμένας ὁμοίως τοῖς κηρίοις· ἐπὶ τούτῳ δὲ ἡ κωδία παρομοία σφηκίῳ περιφερεῖ. καὶ ἐν ἑκάστῳ τῶν κυττάρων κύαμος μικρὸν ὑπεραίρων αὐτοῦ. πλῆθος δὲ οἱ πλεῖστοι τριάκοντα. τὸ δὲ ἄνθος διπλάσιον ἢ μήκωνος· χρῶμα δὲ ὅμοιον ῥόδῳ κατακορές. ἐπάνω δὲ τοῦ ὕδατος ἡ κωδία. παραφύεται δὲ φύλλα μεγάλα παρ' ἕκαστον τῶν κυάμων· ὧν καὶ τὰ μεγέθη πίλῳ θετταλικῷ τὸν αὐτὸν ἔχοντα καυλὸν τῷ τῶν κυάμων. συντρίψαντι δ' ἕκαστον τῶν κυάμων, φανερόν ἐστι τὸ συνεστραμμένον ἐξ οὗ γίνεται ἡ πίλος. τὰ μὲν οὖν περὶ τὸν καρπὸν, τοιαῦτα. ἡ δὲ ῥίζα παχυτέρα τοῦ καλάμου τοῦ παχυτάτου, καὶ διαφύσεις ὁμοίως ἔχουσα τῷ καυλῷ. ἐσθίουσι δ' αὐτὴν καὶ ὠμὴν, καὶ ἑφθὴν, καὶ ὀπτήν. καὶ οἱ περὶ τὰ ἕλη, τούτῳ σίτῳ χρῶνται. φύεται μὲν οὖν καὶ πολὺς αὐτόματος. οὐ μὴν ἀλλὰ καταβάλλουσιν ἐν πηλῷ, ἀχυρώσαντες εὖ μάλα πρὸς τὸ κατενεχθῆναί γε καὶ μεῖναι καὶ διαφθαρῆναι. καὶ οὕτω κατασκευάζουσι τοὺς κυάμωνας. ἂν δ' ἅπαξ ἀντιλάβηται, μένει, διὰ τέλους. ἰσχυρὰ γὰρ ἡ ῥίζα καὶ οὐ πόρρω τῆς τῶν καλάμων, πλὴν ἐπακανθίζουσα. διὸ καὶ ὁ κροκόδειλος φεύγει, μὴ προσκόψῃ τῷ ὀφθαλμῷ, τῷ μὴ ὀξὺ καθορᾶν. γίνεται δὲ οὗτος καὶ ἐν Συρίᾳ καὶ κατὰ Κιλικίαν· ἀλλ' οὐκ ἐκπέττουσιν αἱ χῶραι. καὶ περὶ Τορώνην τῆς Χαλκιδικῆς ἐν λίμνῃ τινὶ μετρίᾳ τῷ μεγέθει, καὶ αὐτὴ πέττει καὶ τελειοῖ καὶ τελεοκαρπεῖ. ὁ δὲ λωτὸς καλούμενος, φύεται μὲν ὁ πλεῖστος ἐν τοῖς πεδίοις, ὅταν ἡ χώρα κατακλυσθῇ. τούτου δὲ ἡ μὲν τοῦ καυλοῦ φύσις ὁμοία τῇ τοῦ κυάμου. καὶ οἱ πέτασοι δὲ ὡσαύτως, πλὴν ἐλάττους καὶ λεπτότεροι. ἐπιφύεται δ' ὁμοίως ὁ λωτὸς τῷ τοῦ κυάμου. τὸ ἄνθος αὐτοῦ λευκὸν ἐμφερὲς τῇ στενότητι τῶν φύλλων τοῖς τῶν κρίνων· πολλὰ δὲ καὶ πυκνὰ ἐπαλλήλους φύεται. ταῦτα δ' ὅταν μὲν ὁ ἥλιος συμμύῃ, συγκαλύπτει τὴν κωδίαν. ἅμα δὲ τῇ ἀνατολῇ διοίγεται, καὶ ὑπὲρ τοῦ ὕδατος γίνεται. τοῦτο δὲ ποιεῖ, μέχρις ἂν ἡ κωδία ἐκτελεωθῇ, καὶ τὰ ἄνθη περιῤῥυῇ. τῆς δὲ κωδίας τὸ μέγεθος ἡλίκον μήκωνος τῆς μεγίστης, καὶ διέζωσαι ταῖς κατατομαῖς τὸν αὐτὸν τρόπον τῇ μήκωνι. πλὴν πυκνότερος ἐν ταύταις ὁ καρπός· ἔστι δὲ παρόμοιος τῇ κέγχρῳ· ἐν δὲ τῷ Εὐφράτῃ τὴν κωδίαν φασὶ καὶ τὰ ἄνθη δύνειν, καὶ ὑποκαταβαίνειν τῆς ὥρας δειλινῆς μέχρι μεσονυκτίων, καὶ τῷ βάθει

FAba in paludibus ſtagniſque exit. Caulis eius, qui longiſſimus, quaterna cubita perficit : craſſitudo digitalis eſt, ſimilis calamo molli, non geniculato : rimas intrinſecus habet tendentes per totum lilij modo : caput ſuper hunc fauo orbiculato veſparum non abſimile. Inque ſingulis cellis ſingulæ fabæ continentur paululo ſuper id eminentes : multitudine plurimum terdenæ. Flos duplex quam papaueris : color roſeus in plenum. Super aquam folia ad ſingulas fabas amplexa exeunt : fabam quamque conterenti amarum illud, ex quo pilula fit, inflexum pateſcit. Fructus ita ſe habet. *Radix craſſiſſima, harundine plenior, rimas ſimiliter atque caules habens: manditur & cruda, & elixa, & aſſa : eoque cibo, qui incolunt paludes, vtuntur. Naſcitur itaque ſponte vel plurima : cæterum, & ſeritur in limo, paleis large admiſtis, vt deſcendat, incorruptaque maneat, ſicque fabeta faciunt. Sin autem ſemel apprehenderit, perpetuo manet. Radix enim valida eſt, nec procul harundinum ſtirpibus, verum ſpinis ſubhorrens. Quamobrem crocodilus eam refugit, ne occurrens oculo offendatur: quoniam acute non videt. Naſcitur hæc etiam in Syria Ciliciaque, ſed tractus ipſi non plene conficiunt. Et circa Toranã agri Chalcidici quodam in lacu exit, magnitudine mediocri, vbi & percoquitur, & perficitur, & in plenum fructificat. Qui lotus vocitatur, planis parte maxima prouenit, cum rura inundantur : huic natura caulis ſimilis fabæ, & fructus eodem modo, verum minores, gracilioreſque. Naſcitur fructus in capite, modo quo in faba, flos candidus, lilijs foliorum anguſtia proximus : multi, ac denſi promiſcui exeunt. Sole occidente ſe comprimunt, caputque integunt, ad ortum aperiuntur, & ſuper aquam aſſurgunt : idque facit dum caput perficiatur, floreſque defluant. Capitis magnitudo quanta papaueris maximi, & percingitur inciſuris non alio modo, quam papauer : niſi quod in his fructus frequentior habetur, qui milio non abſimilis eſt. In Euphrate caput floreſque mergi referunt, atque deſcendere vſque in medias noctes : tantumque abire in altum,

[illegible]

Quod quidem vitium aulam appellant. Vitis hirculatur. quod eius præter ſyderationem potiſſimum eſt. aut cum germina a flatibus fuerint abſciſa. aut cum imperitia culturæ fuerint læſa. aut tertio cum in ſupinum fuerint exciſa. Roratio, quod quidam ψίνεσθαι dicunt, cum vitis defloreſcens irrorat, aut cum fieri ſolet genus affectionis, hoc eſt, vt acini defluant, & remanentes paruuli conſiſtent. Quædam & cum alſere ægrotant, vt vitis: oculi namque primo putatæ hebetantur. Rurſuſque ex calore nimio idem euenit: etenim eorum quoque temperamentum poſcunt, ſicut etiam alimenti omnino. Denique omne quod præter naturam fit, periculoſum eſt. Vulnera quoque ictuſque circumfodientium magnopere faciunt, vt mutationes æſtuum, aut frigorum non tolerentur. Cum enim per luxationem laboremque debile ſit, facillime a teporis exceſſu deuincitur. Porro, vt quidam exiſtimant, maxima fere pars morborum ictu iniurioſo contrahitur. Quippe, quæ ſiderata appellant, quæque radice inareſcunt, hac eadem de cauſa laborant. Credunt & hos duos eſſe morbos duntaxat. Sed id quidem haud confeſſum ſatis habetur. Ex omnibus vero infirmiſſima eſt verna malus, & earum potiſſimum dulcis. Quibuſdam læſiones nonnullæ ſterilitatem, non necem, inferunt. Vt ſi quis larici cacumen auferat vel palmæ, ſterileſque ambæ videntur, nec penitus interire. AEgrotant aliquando & fructus ipſi, cum afflatus imbreſque tempeſtiui non fuerint. Accidit enim arboribus, vt alias fructus amittant, cum fiunt, aut non fiunt pluuiæ: vt fici alias deteriores redduntur, putrefactæ, ſtrangulatæque humoris nimietate, aut contra exiccatæ penuria vltra modum. Peſſimum cum defloreſcentibus quibuſdam, imber inceſſit; vt oleæ, vitique. Simul enim defluit fructus propter exilitatem. In Mileto oleas cum florent, erucæ erodunt: aliæ frondem, aliæ florem: genere diuerſæ. Itaque arbores diſpoliant. Naſcuntur tempore auſtrino: & vento ſi ſol acrior inſecutus fuerit, rumpuntur. Circa Tarentum fructum vberem oleæ ſemper præmonſtrant, ſed ſub flore pars magna perditur. Hæc ergo propria locorum.

ΚΕΦ. ΙΖ.

CAP. XVII.

De Arachinio morbo oleæ, deque tabe, vredine. Quæque morbis præcipue infeſtentur.

Γίνεται δὲ καὶ ἄλλο νόσημα περὶ τὰς ἐλαίας ἀράχνιον καλούμενον. φύεται γὰρ τοῦτο καὶ διαφθείρει τὸν καρπόν. ἐπικαίει δὲ καὶ καύματά τινα, καὶ ἐλαίας καὶ βότρυν καὶ ἄλλους καρπούς. οἱ δὲ καρποὶ σκωληκοῦνται τινῶν· οἷον ἐλαίας, ἀπίου, μηλέας, μεσπίλης, ῥοᾶς. καὶ ὅ γε τῆς ἐλαίας σκώληξ ἐὰν μὲν ὑπὸ τὸ δέρμα γένηται, διαφθείρει τὸν καρπόν· ἐὰν δὲ τὸν πυρῆνα διαφάγῃ, ὠφελεῖ. καὶ λύεται δὲ ὑπὸ τῷ δέρματι εἶναι ὕδατος ἀπ᾽ ἀρκτούρου γενομένου. γίνονται δὲ καὶ ἐν τοῖς δρυπεπέσι σκώληκες. αἵπερ χείρους εἰς τὴν ῥύσιν. ὅλως δὲ καὶ δοκοῦσιν εἶναι σαπροί. διὸ καὶ γίνονται τοῖς νοτίοις, καὶ μᾶλλον ἐν τοῖς ἐφύδροις. ἐγγίνονται δὲ καὶ κνῖπες ἔν τισι τῶν δένδρων· ὥσπερ ἐν τῇ δρυῒ καὶ τῇ συκῇ. καὶ δοκοῦσιν ἐκ τῆς ὑγρότητος συνίστασθαι τῆς ὑπὸ τὸν φλοιὸν συνισταμένης. αὕτη δέ ἐστι γλυκεῖα γενομένοις. γίνονται δὲ καὶ ἐν λαχάνοις τισίν. ἔνθα δὲ κάμπαι, διαφερούσης δηλονότι τῆς ἀρχῆς. καὶ τὰ μὲν νοσήματα σχεδὸν ταῦτα καὶ ἐν τούτοις ἐστίν· ἔνια δὲ πάλιν τῶν κατὰ τὰς ὥρας καὶ τῶν καθ᾽ αὐτὰ γινομένων ἀναιρεῖν πέφυκεν, ἃ οὐκ ἄν τις εἴποι νόσους. οἷον λέγω τὴν ἔκπληξιν, καὶ ὃ καλοῦσί τινες καυθμόν. ἄλλα δὲ παρ᾽ ἑκάστοις πέφυκε πνεύματα ἀπολλύναι καὶ ἀποκάειν. οἷον ἐν Χαλκίδι τῆς Εὐβοίας, Ὀλυμπίας ὅταν πνεύσῃ μικρὸν πρὸ τροπῶν ἢ μετὰ τροπὰς χειμερινάς, ψυχρός· ἀποκάει γὰρ τὰ δένδρα. καὶ οὕτως αὖα ποιεῖ καὶ ξηρά, ὡς οὐδ᾽ ἂν ὑφ᾽ ἡλίου καὶ χρόνου πολλοῦ γένοιτ᾽ ἄν. διὸ καὶ καλοῦσι καυθμόν. ἐγένετο δὲ πρότερόν τε πολλάκις ἤδη καὶ ἐπ᾽ Ἀρχίππου δι᾽ ἐτῶν τετταράκοντα, σφοδρός. πονοῦσι δὲ μάλιστα τῶν τόπων οἱ κοῖλοι καὶ οἱ αὐλῶνες, καὶ ὅσοι περὶ τοὺς ποταμούς, καὶ ἁπλῶς οἱ ἀπνευστότατοι. τῶν δένδρων δὲ μάλιστα συκῆ. δεύτερον δὲ ἐλαίας μᾶλλον ὁ κότινος ἐπόνησεν, ἰσχυρότερος ὤν· ὃ καὶ θαυμαστὸν ἦν. ἀμυγδάλαι δὲ τὸ πάμπαν ἀπαθεῖς, καὶ αἱ μηλέαι, καὶ αἱ ἄπιοι, καὶ αἱ ῥοαὶ ἐγένοντο. διὸ καὶ τοῦτο ἦν θαυμαστόν. ἀποκαίεται δὲ εὐθὺς ἐκ τοῦ στελέχους. καὶ ὅλως δὲ μᾶλλον καὶ πρότερον ὡς εἰπεῖν ἅπτεται τῶν κάτω. φανερὸν δὲ γίνεται, τὰ μὲν ἅμα περὶ τὴν βλάστησιν· ἡ δὲ ἐλαία διὰ τὸ ἀείφυλλον, ὕστερον· ὅσαι μὲν οὖν ἂν φυλλοβολήσωσιν, ἀναβιώσκονται πάλιν· ὅσαι δ᾽ ἂν μὴ τελέως, ἀπόλλυνται. παρ᾽ ἐνίοις δέ τινες ἀποκαυθεῖσαι, καὶ τῶν φύλλων αὐανθέντων, ἀνεβλάστησαν πάλιν ἄνευ τοῦ ἀποβάλλειν. καὶ τὰ φύλλα ἀνεβίωσεν. ἐνιαχοῦ δὲ καὶ πολλάκις τοῦτο συμβαίνει, καθάπερ καὶ ἐν Φλιπ-

ORitur & alius morbus oleis, qui Arachinium appellatur. Naſcitur enim hoc, & fructum abſumit. Adurunt & æſtus quidam & oliuas, & vuas, & alios fructus. Sentiunt & vermiculationem fructus quorundam, vt oleæ, piri, mali, meſpili, punicæ. Vermis oleæ natus ſub cute fructum adimit: at ſi in ipſo nucleo erodat, prodeſt. Sub cute gigni prohibentur pluuijs, quæ poſt arcturum ſequuntur. Et in drupis quoque oleis vermes naſcuntur: qui ad iacturam peiores certe deprehenduntur, & marcidi putreſque omnino videntur. Hinc & auſtrinis naſcuntur, & riguis magis. Gignuntur & culices in aliquibus arborum; vt in robore, & fico: & conſiſtere ex humore videntur, corticibus ſubdito guſtu dulci. Gignuntur ijdem, & in quibuſdam oleribus. Alibi vero erucæ, diuerſo ſcilicet ortus principio. Et morbi quidem ij fere, atque in his ſunt. Affectiones autem quædam temporariæ, aut alias per ſe euenientes, necare aſſolent, quas nullus dixerit morbos: vt tabes, & quod vredinem quidam appellant. Alij vero apud alios flatus aut interimunt, aut exurunt. Vt in Chalcide Eubœæ Olympias cum flauerit frigidus ante ſolſtitia, aut poſt ſolſtitia hyberna. Arbores enim exurit, atque adeo aridas ſiccaſque facit, vt ne ſol quidem tempuſque longum reddere ita poſſint. Quocirca vredinem vocant. Hæc ſæpe alias, & Archippo Athenis magiſtratu anno quadrageſimo facta vehementiſſima proditur. Laborant maxime loca concaua, & inter valles, & vicina fluminibus, atque in ſummam, quæ ab omni afflatu penitus ſilent. Ex arboribus vero ficus præcipue infeſtatur, ſecundo loco olea, oleaſter magis laborauit, quanquam robuſtior, quod mirum fuit. Amygdala penitus, mali, piri, punicæ ſine noxa extiterunt. Quamobrem id quoque mirum. Exuruntur ſtatim a caudice, atq; in totum magis, priuſquã (vt ita dixerim) ſentiunt partes inferiores. Deprehenduntur quædam ſtatim in germinatione. Olea vero quoniam ſemper vireat tardius. Quæ itaque frondes amiſerint, reuiuiſcunt: quæ minus, penitus pereunt. Nonnunquam quædam exuſtæ, folijſque arefactis regerminarunt ſine vlla iactura, foliaque reuixere. Id quibuſdam in locis ſæpenumero euenit, vt in Philippis.

Quæ

ποις. τὰ δ' ἐκπληγέντα, ὅταν μὴ τελέως ἀπόλλυται, τάχιστα ἀναβλαστάνει. ὥστε εὐθὺς τὴν ἄμπελον καρποφορεῖν, ὥσπερ ἐν Θετταλίᾳ. ἐν δὲ τῷ Πόντῳ, περὶ Παντικαπαῖον, αἱ μὲν ἐκπλήξεις γίνονται διχῶς· ὁτὲ μὲν ὑπὸ ψύχους, ἐὰν χειμέριον ᾖ τὸ ἔτος· ὁτὲ δὲ ὑπὸ πάγων, ἐὰν πολὺν χρόνον διαμένωσί γε. ἀμφότερα δὲ μάλιστα γίνεται μετὰ τροπάς, μετὰ τετταράκοντα ἡμέρας. γίνονται δὲ, οἱ μὲν πάγοι ταῖς αἰθρίαις· τὰ δὲ ψύχη μάλιστα ὑφ' ὧν ἡ ἔκπληξις, ὅταν αἰθρίας οὔσης αἱ λεπίδες καταφέρονται. ταῦτα δ' ἐστὶν ὥσπερ τὰ ξύσματα· πλὴν πλατύτερα καὶ φερόμενα φανερά. πεσόντα δὲ οὐ διαμένει. περὶ δὲ τὴν Θρᾴκην, ἐκπήγνυνται. ἀλλὰ γὰρ αἱ μὲν νόσοι, πόσαι τε καὶ ποῖαι καὶ τίνες γίνονται, καὶ πάλιν αἱ δι' ὑπερβολὴν χειμῶνος ἢ καυμάτων φθοραί, καὶ αἱ διὰ πνευμάτων ψυχρότητα ἢ θερμότητα, διὰ τούτων θεωρείσθωσαν· ὡς ἐνίας οὐδὲν ἂν κωλύοι καὶ τοῖς ἀγρίοις εἶναι κοινάς· καὶ κατὰ τὴν ὅλην τῶν δένδρων φθορὰν, καὶ ἔτι μᾶλλον κατὰ τὴν τῶν καρπῶν. ὃ καὶ συμβαῖνον ὁρῶμεν. οὐκ εὐκαρπεῖ γὰρ οὐδ' ἐκεῖνα πολλάκις· ἀλλ' οὐχ ὁμοίως οἶμαι παρατετήρηται.

Quæ autem tabuere, modo non penitus perierint, citiſſime poſſunt regerminare, ita vt vitis ſtatim fructificet: ſicut in Theſſalia fit. Ponto autem circa Pantocapæum tabes bifariam inuadit. Aliquando frigore, cum annus frigidus eſt: aliquando gelu, ſi diu durauit. Ambo poſt brumam, diebus maxime quadraginta peractis, fieri ſolent. Fit gelu ſereno tempore: frigus, quo tabes, præcipue cum in ſereno ſquamulæ quædam deferuntur, patent: caſſa vero non durant, quanquam circa Thraciam concreſcant. Sed enim morbi, quot, qualeſque ſint, ac rurſum interitus, qui exceſſu hyemis aut æſtus eueniant, quique ab afflatuum frigore caloreue proficiſcantur ex his contemplandi. Quando nil prohibet nonnullos etiam cum ſylueſtribus communes haberi, tum vniuerſa arborum nece, tum etiam magis fructuum ue. Quod aperte euenire videmus. Quippe cum ſæpe nec illæ probe fructificent. Sed credo haud æque id obſeruatum haberi.

ΚΕΦ. ΙΗ.

CAP. XVIII.

Quæ arbores, quibus detractis partibus aut ægreſcant, aut interimantur.

Λοιπὸν δ' εἰπεῖν ὅσα περιαιρουμένων τινῶν μορίων ἀπόλλυται. κοινὴ μὲν δὴ πᾶσι φθορὰ τοῦ φλοιοῦ περιαιρεθέντος κύκλῳ. πᾶν γὰρ ὡς εἰπεῖν οὕτως ἀπόλλυσθαι δοκεῖ, πλὴν ἀνδράχνη. καὶ αὕτη δὲ ἐάν τις τὴν σάρκα πιέσῃ, καὶ τὸν μέλλοντα καρπὸν διακόψῃ, πλὴν εἰ ἄρα φελλοῦ. τοῦτον γάρ φασι καὶ εὐσθενεῖν μᾶλλον περιαιρουμένου δηλονότι τοῦ ἔξω καὶ κάτω πρὸς τῇ σαρκί· καθάπερ καὶ τῆς ἀνδράχνης. ἐπεὶ καὶ τοῦ κεράσου περιαιρεῖται καὶ τῆς ἀμπέλου, καὶ τῆς φιλύρας, ἐξ οὗ τὰ σχοινία, καὶ μαλάχης τῶν ἐλαττόνων. ἀλλ' οὐχ ὁ κύριος οὐδ' ὁ πρῶτος, ἀλλ' ὁ ἐπιπολῆς· ὃς καὶ αὐτόματος ἐνίοτε ἀποπίπτει, διὰ τὴν ὑπόφυσιν θατέρου. καὶ γὰρ φυλλορραγία μία τῶν δένδρων ἐστίν. ὥσπερ καὶ ὁ ἄνδραχνος καὶ ἡ πλάτανος. ὡς δέ τινες οἴονται, πάλιν ὑποφύει νέος. ὁ δὲ ἔξωθεν, ἀποξηραίνεται καὶ ῥήγνυται καὶ αὐτόματος ἀποπίπτει πολλῶν· ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἐπίδηλος. φθείρονται μὲν οὖν ὡς οἴονται πάντα περιαιρουμένου. διαφέρει δὲ τῷ θᾶττον καὶ βραδύτερον, καὶ μᾶλλον καὶ ἧττον. ἔνια γὰρ πλείω χρόνον διαμένει, καθάπερ συκῆ, καὶ φιλύρα, καὶ δρῦς. οἱ δὲ καὶ ζῆν φασὶ ποτὲ ταῦτα, καὶ οὐκ ἀπόλλυσθαι τὸν φλοιὸν, ἀλλὰ οἷον πωροῦσθαι καὶ ἰδίαν τινὰ φύσιν ἔχειν. βοηθεῖν δὲ πειρῶνται, διαπλάττοντες πηλῷ, καὶ περιδοῦντες φλοιοῖς καὶ καλάμοις, καὶ τοῖς τοιούτοις, ὅπως μὴ ψύχηται

Reſtat, vt exponamus, quæ partibus quibuſdam ablatis, enecentur. Communis itaque omnibus mors, cortice circumcirca detracto. Omnes enim fere hoc modo necari videntur, excepta portulaca: quæ tamen & ipſa, ſi quis carnem vehementer preſſerit, germenque futurum luxauerit, morietur. Itaque verius forte, excepta ſubere dixerim. Hanc enim & iuuari potius cortice detracto, affirmant, ſcilicet tam extero quam interno carni propinquo, ſicut etiam portulacam. Nam & ceraſo detrahitur, & viti & tiliæ, ex quo funes, & ex minoribus maluæ. Sed non vitalis, neque princeps, ſed ſummus, qui plerumque ſubnaſcente alio decidit. Corticis enim diſruptio communis arborum eſt, vt portulacæ, vt platani. Vt nonnulli vero arbitrantur, nouo iterum ſubnaſcente, exterum inareſcere, diſrumpique, multiſque decidere ſponte, ſed non æque in omnibus rem eſſe conſpicuam. Ergo omnes (vt creditur) cortice detracto intereunt: ſed refert, quod celerius tardiuſue, & magis minuſue. Quippe aliquæ plus temporis permanent, ſicut ficus, tilia, robur. Quidam eas, & viuere interdum, nec interire affirmant, & corticem veluti pumicis ſpecie concaleſcere, atque naturam peculiarem quandam haurire. His itaque mederi conantur, luto fouentes obſtruenteſque: & arundinibus, atque id genus ſtramentis opertas, illigantes ne frigeant, vel ſubareſcant.

μὴ δ᾽ ἀποξηρανθῇ. ἢ ἤδη φασί τινες φῦναι, καθάπερ καὶ ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ Τραχινιανῇ τὰς συκᾶς. δεῖ δὲ ἅμα τῇ τῆς χώρας ἀρετῇ καὶ τῇ τοῦ ἀέρος κράσει τὰ ἐπιγενόμενα τοιαῦτα εἶναι. χειμώνων γὰρ ἢ καὶ καυμάτων ἐπιγινομένων σφοδρῶν, εὐθὺς ἀπόλλυνται. διαφέρουσι δὲ καὶ αἱ ὧραι. περὶ γὰρ τὴν βλάστησιν ἐλάτης καὶ πεύκης, ὅτε καὶ ἐπιφλοιότατα τοῦ Θαργηλιῶνος ἢ Σκιροφοριῶνος, ἄν τις περιέλῃ, παραχρῆμα ἀπόλλυνται· τοῦ δὲ χειμῶνος πλείω χρόνον ἀντέχει· καὶ ἔτι μᾶλλον τὰ ἰσχυρότατα· καθάπερ πρῖνος, καὶ δρῦς. χρονιωτέρα γὰρ ἡ τούτων φθορά. δεῖ δὲ καὶ τὴν περιαίρεσιν ἔχειν τι πλάτος· πάντων μὲν, μάλιστα δὲ τῶν ἰσχυροτάτων. ἐπεὶ ἄν τις παντελῶς ποιήσῃ, οὐθὲν ἄτοπον τὸ μὴ ἀπόλλυσθαι. καίτοι φασί γέ τινες ἐὰν ὁπωσοῦν ἀφαιρεθῇ, συμφθείρεσθαι πάντως. ἀλλ᾽ ἐπὶ τῶν ἀσθενεστέρων τοῦτ᾽ εἰκός. ἔνια γὰρ κἂν μὴ κύκλῳ περιαιρεθῇ, φθείρεσθαί φασιν. ἃ καὶ λυπρὰν ἔχει χώραν καὶ ἄτροφον. αὕτη μὲν δὴ καθάπερ εἴρηται, κοινὴ φθορὰ πάντων.

ſcant. Etiam nonnuſquam reſtitui, regerminareque potuiſſe proditum eſt, vt apud Heracliam Trachianam ficus. Sed præter virtutem ſoli, temperamentumque cœli reliqua quoque reſpondeant opus eſt. Frigora enim, aut etiam calores nimij ſi ſuperueniant, ſtatim intereunt. Refert tempus anni. Quippe in germinatione abietis pinique, cum etiam cortice turgido ſunt, menſe Februario, vel Martio, ſi quis detraxerit, ſtatim moriuntur. Hyeme diutius tolerant, & magis quæ robuſtiſſimæ ſunt, vt ilex, robur. Harum enim interitus diuturnior eſt. Latitudinem quoque aliquam decorticatio habeat oportet; omnium quidem, ſed maxime robuſtiſſimarum. Nam ſi anguſtam admodum feceris, nihil abſurdum, ſi non interierint. Quanquam ſint, qui etiam ſi quantumlibet auferatur, necari penitus dicant. Sed hoc de infirmioribus quidem conſentaneum dixerint. Quaſdam enim, & ſi in orbem non excorticentur, interire affirmant, quæ vel ſolum tenue ieiunumque tenent. Igitur hæc, vt dijudicauimus, mors communis omnium eſt.

ΚΕΦ. ΙΘ.

CAP. XIX.

De decacuminatione, deque ſalice, platano, populo, quæ reſurrexerunt.

Ἣν δὴ καλοῦσιν ἐπικοπὴν τῶν δένδρων, μόνον πεύκης, ἐλάτης, πίτυος, φοίνικος. οἱ δὲ καὶ ἔτι κέδρου καὶ κυπαρίττου φασί. ταῦτα γὰρ ἐὰν περιαιρεθῇ τὴν κόμην, καὶ ἄνωθεν ἐπικοπῇ τὸ ἄκρον, φθείρεται πάντα καὶ οὐ βλαστάνει. καθάπερ οὐδ᾽ ἐπικαυθέντα ἢ πάντα ἢ ἔνια. τὰ δ᾽ ἄλλα πάντα καὶ περικοπέντα βλαστάνει. καὶ ἔνια καὶ καλλίω γίνεται. καθάπερ ἡ ἐλαία. διαφθείρεται δὲ τὰ πολλὰ, κἂν σχισθῇ τὸ στέλεχος. οὐδὲν γὰρ ὑπομένειν δοκεῖ, πλὴν ἀμπέλου, καὶ συκῆς, καὶ ῥοᾶς, καὶ μηλέας· ἔνια δὲ κἂν ἑλκωθῇ, καὶ μεῖζον καὶ βαθύτερον ἀπόλλυται· τὰ δ᾽ οὐδὲν πάσχει. καθάπερ ἡ πεύκη δαδουργουμένη. καὶ ἐξ ὧν δὴ τὰς ῥητίνας συλλέγουσιν. οἷον, ἐλάτας, τερμίνθους. καὶ γὰρ δὴ τούτων εἰς βάθος ἡ τρῶσις καὶ ἕλκωσις. καὶ γὰρ ἐξ ἀφόρων φοράδες γίνονται, καὶ ἐξ ὀλιγοφόρων πολύφοροι. τὰ δὲ καὶ πελέκησιν ὑπομένει, καὶ ὀρθὰ, καὶ πεσόντα ὑπὸ τοῦ πνεύματος· ὥστε πάλιν ἀνίστασθαι, καὶ ζῆν καὶ βλαστάνειν. οἷον ἰτέα, καὶ πλάτανος. ὅπερ συνέβη καὶ ἐν Ἀντάνδρῳ, καὶ ἐν Φιλίπποις. ἐκπεσούσης γὰρ, ὡς ἀπέκοψαν τοὺς ἀκρέμονας καὶ ἐπελέκησαν, ἀνέφυ νύκτωρ πλάτανος κουφισθεῖσα τοῦ βάρους, καὶ ἀνεβίω. καὶ ὁ φλοιὸς περιέφυ πάλιν. περιπεπελεκημένη δ᾽ ἐτύγχανεν ἐν τῶν δύο μερῶν. ἦν δὲ τὸ δένδρον μέγα· μῆκος μὲν μεῖζον ἢ δεκάπηχυ· πάχος, ὥστε μὴ ῥᾳδίως ἂν περιλαβεῖν τέτταρας ἄνδρας. ἡ δὲ ἐν Φιλίπποις ἰτέα,

QVam vero decacuminationem appellant, tantum inter arbores, pino, abieti, piceæ, palmæque aſſignatur: quidam & cedro, & cupreſſo ferunt. Hæc enim detracta coma, deciſoque cacumine, tota intereunt, nec quicquam germinant: ſicut nec ſi aduſta, aut tota, aut parte aliqua fuerint. Reliqua autem omnia & præciſa germinant, & nonnulla meliora redduntur, vt oleæ. Intereunt maxima ex parte vel fiſſo caudice. Nulla enim tolerare videtur, præterquam vitis, ficus, punica, malus. Quædam vel ab vlcere ampliori altiorique intereunt. Aliæ nihil offenduntur: vt pinus, cum teda deſcinditur: & omnia ex quibus reſina colligi poteſt, vt abies, terebinthus. Harum enim vulneratio vlceratioque in profundo. Quippe ex infœcundis, fœcundæ; & ex pauciferis, multiferæ redduntur. Quædam etiam ſecurim ita tolerant, tam ſtantes quam a flatu proſtratæ, vt reſurgant, viuant, germinentque: vt ſalix & platanus. Quod & in Antandro & Philippis euenerat. Cum enim platanus procidiſſet ramis amputatis, truncoque ſecuri luxato, reſurrexit noctu leuata onere, atque reuixit, & cortex iterum eam circundedit. Erat duobus lateribus circumdolata, longitudine decem cubitis maiori: craſſitudine, vt quatuor viri non facile amplecterentur. Salix autem, qui in Philippis re-

79874

περιεκόπη μὲν τοὺς ἀκρέμονας, οὐ μὴν περιεπελεκήθη. μάντις δέ τις ἔπεισεν αὐτοὺς, θυσίαν τε ποιεῖσθαι, καὶ τηρεῖν τὸ δένδρον ὡς σημεῖον ἀγαθὸν γεγονός· ἀνέστη δὲ καὶ ἐν Σταγείροις ἐν τῷ μουσείῳ λεύκη τις ἐκπεσοῦσα. τῆς δὲ μήτρας ἐξαιρουμένης, οὐθὲν ὡς εἰπεῖν φθείρεται δένδρον. σημεῖον δὲ ὅτι πολλὰ κοῖλα τῶν μέγεθος ἐχόντων δένδρων ἐστίν. οἱ δὲ περὶ Ἀρκαδίαν φασὶ μέχρι τινὸς ἐὰν ἐξηρέθη τοῦ δένδρου, ζῆν. τελέως δ' ἐξ ἅπαντος ἐξαιρεθείσης, καὶ πεύκην φθείρεσθαι, καὶ ἐλάτην, καὶ ἄλλο πᾶν.

ſurrexit, fuit quidem detruncata, ſed non circumdolata. Aruſpex tunc quidam perſuaſit, vt ſacrificaret, cuſtodirentque arborem, vtpote factam oſtento fauſto. Reſurrexit & Stagiris in muſeo populus alba procidua. Medulla exempta nulla fere arbos moritur. Argumentum, quod multæ arbores magnitudine excellentes cauantur, inaneſque fiunt. Arcades quadantenus ſi eximatur, viuere dicunt: tota vero ex vniuerſa arbore exempta, & pinum, & abietem, & reliquas omnes interire.

ΚΕΦ. ΚΑ.

CAP. XX.

Quæ mors communis omnibus, oleumque necare omnia. Item de cytiſo, & edera atque aurone pernitioſis. Quodque braſsica temulentiam propulſet.

Κοινὴ δὲ φθορὰ πάντων, κἂν αἱ ῥίζαι περικοπῶσιν, ἢ πᾶσαι ἢ αἱ πλεῖσται καὶ μέγισται καὶ κυριώταται τοῦ ζῆν. αὗται μὲν οὖν ἐξ ἀφαιρέσεως· ἡ δ' ὑπὸ τοῦ ἐλαίου, προσθέσει τινὶ μᾶλλον ἢ ἀφαιρέσει. πολέμιον γὰρ δὴ καὶ τοῦτο. πᾶσιν δὲ ἔλαιον ἐπιχέουσι τοῖς ὑπολείμμασι τῶν ῥιζῶν. ἰσχύει δὲ μᾶλλον τὸ ἔλαιον ἐν τοῖς νέοις καὶ ἄρτι φυομένοις ἀσθενέστερα γάρ· διὸ καὶ ἅπτεσθαι κωλύουσι. φθοραὶ δὲ καὶ ὑπ' ἀλλήλων εἰσὶ, τῷ παραιρεῖσθαι τὰς τροφὰς, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἐμποδίζειν. χαλεπὸς δὲ καὶ ὁ κιττὸς παραφυόμενος· χαλεπὸς δὲ καὶ ὁ κύτισος. ἀπόλλυσι γὰρ πάνθ' ὡς εἰπεῖν· ἰσχυρότερον δὲ τούτου τὸ ἄλιμον· ἀπόλλυσι γὰρ τὸν κύτισον. ἔνια δὲ, οὐ φθείρει μὲν, χείρω δὲ ποιεῖ ταῖς δυνάμεσι τῶν χυλῶν καὶ τῶν ὀσμῶν. οἷον, ἡ ῥάφανος καὶ ἡ δάφνη τὴν ἄμπελον. ὀσφραίνεσθαι γάρ φασι καὶ ἕλκειν. διὸ καὶ ὅταν ὁ πλησίον βλαστὸς γένηται, πάλιν ἀναστρέφειν καὶ ἀφορᾶν, ὡς πολεμίας οὔσης τῆς ὀσμῆς. Ἀνδροκύδης γὰρ καὶ παραδείγματι τούτῳ κατεχρήσατο πρὸς τὴν βοήθειαν τὴν ἀπὸ τῆς ῥαφάνου γινομένην πρὸς τὸν οἶνον, ὡς ἐξελαύνουσαν τὴν μέθην. φεύγειν γὰρ δὴ καὶ ζῶσαν τὴν ἄμπελον τὴν ὀσμήν. αἱ μὲν οὖν φθοραί, πῶς τε γίνονται καὶ πόσαι, καὶ ποσαχῶς, φανερὸν ἐκ τῶν προειρημένων.

Communis omnibus mors, & ſi radices amputentur, vel omnes, vel plurimæ, & quæ maximæ ſint, vitaleſque in primis. Igitur hos interitus ex demptione dicendum. Qui autem oleo conſequitur, adiectione verius quadam quam demptione interuenit. Quippe oleum omnia necat. Qua de cauſa radicum extirpandarum reliquijs oleum infundunt. Valet oleum magis in nouellis, & in præſens naſcentibus: ſunt namque debiliores. Quapropter & tangi eas agricolæ prohibent. Necantur & inuicem inter ſeſe alimenti rapina, & cæteris in rebus impedimento. Moleſta & edera adnaſcens, ac vinciens. Moleſtus & cytiſus: nam omnia ferme necat. Sed eo valentior Auro eſt. Hic enim vel cytiſum ipſum interimit. Quædam non necant, ſed ſucci odoriſque viribus reddunt deteriora: vt braſſica, & laurus vitem offendunt. Olfacere quippe eam, & attrahere dicunt. Quamobrem germen cum illis propinquum fuerit, recedere, atque auerti, vtpote inimicum fugiens odorem. Androcydes exemplo hoc vſus eſt, de medela contra vinum confecta: ex braſſica videlicet, temulentiam poſſe propulſari. Quippe cum vitis etiam viua, odorem braſſicæ fugiat. Interitus itaque, quo pacto fiant, quot ſint, quotque modis eueniant, ex ijs quæ hactenus à nobis ſunt dicta, patet.

THEOPHRASTI DE HISTORIA PLANTARVM.

LIBER QVINTVS.

ΚΕΦ. Α. Cap. I.

De cædenda materie tum rotunda tum quadrata: & quando cædendum robur.

Περὶ δὲ τῆς ὕλης ποία τέ ἐστιν ἑκάστη, πόθ' ὡραία τέμνεσθαι, καὶ πρὸς ποῖα τῶν ἔργων χρησίμη, καὶ ποία δύσεργος ἢ εὔεργος, καὶ εἴ τι ἄλλο τῆς τοιαύτης ἱστορίας ἔχεται, πειρατέον ὁμοίως εἰπεῖν. ὡραῖα δὴ τέμνεσθαι ξύλα, τὰ μὲν στρογγύλα, καὶ ὅσα πρὸς φλοισμὸν, ὅταν βλαστάνῃ. τότε γὰρ εὐπεριαίρετος ὁ φλοιός· ὃ δὴ καλοῦσι λιπᾶν, διὰ τὴν ὑγρότητα τὴν ὑπογινομένην αὐτῷ. μετὰ δὲ ταῦτα δυσπερικάθαρτος, καὶ τὸ ξύλον μέλαν γίνεται καὶ δυσειδές. τὰ δὲ τετράγωνα μετὰ τὸν λιπηλόν· ἀφαιρεῖται γὰρ ἡ πελέκησις τὴν δυσειδίαν. ὅλως δὲ πᾶν πρὸς ἰσχὺν ὡραιότατον, οὐ μόνον πεπαυμένον τῆς βλαστήσεως, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον ἐκπεπαικὸς τὸν καρπόν. ἀλλὰ διὰ τὸν φλοισμὸν ἀώροις οὖσιν, ὡραίοις συμβαίνει γίνεσθαι τοῖς στρογγύλοις. ὥστε ἐναντίαι αἱ ὧραι κατὰ συμβεβηκός. εὐχρούστερα δὲ τὰ ἐλάτινα γίνεται κατὰ τὸν πρῶτον κοπηλόν. ἐπεὶ δὲ μάλιστα μόνον περιαιροῦσι τὸν φλοιὸν, ἐλάτης, πίτυος, ταῦτα μὲν τέμνεται τοῦ ἦρος· τότε γὰρ ἡ βλάστησις. τὰ δὲ ἄλλα, ὁτὲ μὲν μετὰ πυροτομίαν, ὁτὲ δὲ μετὰ τρυγητὸν καὶ Ἀρκτοῦρον· οἷον, ἄρια, πτελέα, σφένδαμνος, μελία, ζυγία, ὀξύα, φιλύρα, φηγός τε καὶ ὅλως ὅσα ὀρύττεται. δρυὸς δὲ, ὀψιαίτατα κατὰ χειμῶνα, μετὰ τὸ μετόπωρον. ἐὰν δὲ ὑπὸ τὸν λιπηλὸν τμηθῇ, σήπεται τάχιστα ὡς εἰπεῖν, ἐάν τε ἔμφλοιος, ἐάν τε ἄφλοιος· καὶ μάλιστα μὲν τὰ ἐν τῷ πρώτῳ λιπηλῷ. δεύτερα δὲ, τὰ ἐν τῷ δευτέρῳ. τρίτα δὲ, τὰ ἐν τῷ τρίτῳ. τὰ δὲ μετὰ τὴν πέπανσιν τῶν καρπῶν, ἄβρωτα διαμένει, κἂν ἀλόπιστα ᾖ. πλὴν ὑπὸ τὸν φλοιὸν ὑποδυόμενοι σκώληκες, ἐπιπολῆς ἐγγράφουσι τὸ στέλεχος. οἷς καὶ σφραγῖσι χρῶνταί τινες. ὡραῖον δὲ τμηθὲν τὸ δρύϊνον, ἄσαπές τε καὶ ἀθριπηδέστατον γίνεται, σκληρὸν καὶ πυκνὸν ὥσπερ κέρας. πᾶν γὰρ

De materie, cuiuſmodi vnaquæque ſit, & quo tempore tempeſtiue cædatur, & quibus commoda operibus conſtet, & quæ tractatu difficilis facilíſue, & quicquid huc ſpectat, æque atque ſuperiora, explicare tentandum nunc eſt. Cædi itaq; tempeſtiuum, rotundam quidem materiem, & omnem quæ decorticanda accipitur, cum germinare incepit. Tunc enim cortex extricatu perfacilis eſt, quod turgere appellant: ſcilicet ratione humoris, qui ſub eo cortice fieri ſolet. Poſtea inextricabilis redditur, materieſque nigreſcit, informiſque fit. Quadrandam autem poſt turgorem. Securis autem deformitatem aufert. Denique omne, quod validum eſſe debet, & robore præſtans, tempeſtiuius cæditur, non ſolum cum germinare deſierit, ſed etiam cum fructum percoxerit. Verum decorticationis cauſa fit, vt rotunda, quanquam intempeſtiua, pro tempeſtiuis ad vſum veniant. Quamobrem tempora per euentum dici contraria debent. Abietis materies primo turgore meliori colore redditur. Nam & corticem abietis tantum,& pini, & laricis potiſſimum detrahunt. Igitur iſtæ vere cæduntur, tunc enim germinant: reliquæ aliquando poſt meſſem, aliquando poſt vindemiam & arcturum; vt aria, vlmus,acer, fraxinus, carpinus, ſciſſima, tilia. Ad ſummam, quæ aptæ ſunt ad defodiendum. Robur ſeriſſimo cædendum: videlicet hyeme poſt autumnum. Quod ſi ſub turgore cædatur, citiſſime omnium fere computreſcit, ſeu cortice, ſeu ſine cortice capiatur. Potiſſimũ, quæ primo turgore: proxima, quæ ſecundo: tertia, quæ tertio. Quæ autem poſt fructuum maturitatem cæduntur, quamuis non turgida ſint, incorrupta perdurant. Præterquam quod ſub cortice vermiculi quidam naſcentes, caudicem per ſumma inſcribunt. Quibus ſignis pro ſigillis nonnulli vtuntur. Robur profecto cæſum tempeſtiue, neque putredinem ſentit, & prædurum ſpiſſumque, ad ſimilitudinem cornu, perdurat: totum enim

cordis

ὅμοιόν ἐστιν ἐγκαρδίῳ. πλὴν τόγε τῆς ἁλιφλοίου, καὶ τότε φαῦλον. συμβαίνει δὲ καὶ τοῦτο ὑπεναντίως, ὅταν τε κατὰ τὴν βλάστησιν τέμνωνται, καὶ ὅταν μετὰ τοὺς καρπούς. τότε μὲν ἀναξηραίνεται τὰ στελέχη καὶ οὐ παραβλαστάνει τὰ δένδρα. μετὰ δὲ τοὺς καρποὺς, παραβλαστάνει. δυστομώτερα δὲ διὰ τὴν σκληρότητα καὶ ταύτην τὴν ὥραν. κελεύουσι δὲ καὶ δεδυκυίας τῆς σελήνης τέμνειν, ὡς σκληροτέρων καὶ ἀσαπεστέρων γινομένων. ἐπεὶ δὲ αἱ πέψεις τῶν καρπῶν παραλλάττουσι, δηλονότι καὶ αἱ ἀκμαὶ πρὸς τὴν τομὴν παραλλάττουσιν· ἀεὶ γὰρ ὀψιαίτεραι τῶν ὀψικαρποτέρων. δι᾽ ὧν καὶ πειρῶνταί τινες ὁρίζειν καθ᾽ ἕκαστον· οἷον λεύκην μὲν καὶ ἐλάτην, ὅταν ὑπολιπῶσιν· ἔτι δὲ ὀξύαν, καὶ φιλύραν, καὶ σφένδαμνον, καὶ ζυγίαν, τῆς ὀπώρας· δρῦν δὲ, ὥσπερ εἴρηται, μετὰ τὸ φθινόπωρον. φασὶ δέ τινες καὶ τὴν ὡραίαν εἶναι τοῦ ἦρος, ὅταν γε ἔχῃ τὴν καλουμένην κάχρυν. καὶ τὴν πίτυν, ὅταν ὁ βότρυς ἀνθῇ. ποῖα μὲν οὖν ὡραῖα καθ᾽ ἕκαστον χρόνον, οὕτω διαιροῦνται. πάντων δὲ δηλονότι βελτίω τὰ τῶν ἀκμαζόντων δένδρων, ἢ τῶν νέων κομιδῇ καὶ γεγηρακότων. τὰ μὲν γὰρ ὑδατώδη, τὰ δὲ γεώδη. πλείστας δὲ χρείας καὶ μεγίστας ἡ ἐλάτη καὶ ἡ πεύκη παρέχονται. καὶ αὐτὰ κάλλιστα καὶ μέγιστα τῶν ξύλων ἐστί.

cordis ſpecimen gerit. Salſicortex tamen vel eo tempore cæſa non valet. Quin & illud e contrario euenit, cum in germinatione cæduntur, cumque poſt fructus editos. Tunc enim exſiccantur caudices, & arbores radicitus regerminare minime poſſunt, ſed poſt fructus regerminant. Quanquam eo tempore cædi difficilius poſſint, duritiæ cauſa. Cædi etiam poſt lunæ occaſum præcipiunt, quaſi duriora & computeſcere peruicaciora forent. Sed cum maturitates fructuum inter ſe differant, conſtat, etiam vigores arborum ad cædendum eſſe referendos. Semper enim earum quæ ſerotinæ magis, cæſura ſerior. Qua de cauſa particulatim quidam definire conantur. Vt pinum, & abietem cædi oportere cum germinare incipiunt: ſciſſinam, tiliam, acerem, carpinum autumno: robur (vt diximus) poſt autumnum. Sunt tamen, qui etiam id tempeſtiuum in vere exiſtimant, cum amentum, quod vocant, gerit. Et piceam, cum vua eius florere incipit. Quæ igitur tempeſtiua omnibus annis cæſio ſit, hunc ferme in modum denotatur. Certo autem conſtat, quod vigentium arborum melior, quam nouellarum, vel annoſarum materies eſt. Quippe cum earum alteræ plus terræ, alteræ plus aquæ contineant. Vſus vero plurimos maximoſque pinus atque abies præſtant: harumque materies ampliſſima & pulcherrima conſtat.

ΚΕΦ. Β.

CAP. II.

De differentia, quæ inter abietem atque pinum. Tum quæ quadripartitæ, bipartitæque; ac ſimplices dicantur. Quæ fabri lignarij breuia appellent.

Διαφέρουσι δὲ ἀλλήλων ἐν πολλοῖς· ἡ μὲν γὰρ πεύκη, σαρκωδεστέρα τε καὶ ὀλιγόϊνος· ἡ δὲ ἐλάτη, καὶ πολύϊνος καὶ ἄσαρκος. ὥστε ἐναντίως ἑκάτερον ἔχει τῶν μερῶν. τὰς μὲν γὰρ ἶνας, ἰσχυράς· τὴν δὲ σάρκα μαλακὴν καὶ μανήν. διὸ τὸ μὲν βαρὺ, τὸ δὲ κοῦφον· ἔνδαδον γάρ. τὸ δὲ ἄδαδον, ἢ καὶ λευκότερον. ἔχει δὲ καὶ ὄζους πλείους μὲν ἡ πεύκη, σκληροτέρους δὲ ἡ ἐλάτη· πολλῷ μᾶλλον δὲ καὶ σκληροτάτους πάντων. ἄμφω δὲ πυκνοὺς καὶ κερατώδεις καὶ τῷ χρώματι ξανθοὺς, καὶ δᾳδώδεις. ὅταν δὲ τμηθῶσι, ῥεῖ καὶ ἐκ τῶν τῆς ἐλάτης καὶ ἐκ τῶν τῆς πεύκης ἐπὶ πολὺν χρόνον ὑγρότης· καὶ μᾶλλον ἐκ τῶν τῆς ἐλάτης. ἔστι δὲ καὶ πολύλοπον ἡ ἐλάτη, καθάπερ τὸ κρόμμυον. ἀεὶ γὰρ ἔχει τινὰ ὑποκάτω τοῦ φαινομένου, καὶ ἐκ τοιούτων ἡ ὅλη. διὸ καὶ οἱ τὰς κώπας ξύοντες, ἀφαιρεῖν πειρῶνται καθ᾽ ἕνα καὶ ὁμαλῶς. ἐὰν γὰρ οὕτως ἀφαιρῶσιν, ἰσχυρὸς ὁ κοπεών· ἐὰν δὲ παραλλάξωσι καὶ μὴ κατὰ πάντα ὁμοίως, ἀσθενής· πληγὴ γὰρ οὕτως· ἐκείνως δὲ, ἀφαίρεσις. ἔστι δὲ καὶ μακρότατον ἡ ἐλάτη καὶ ὀρθοφυέστατον. διὸ καὶ τὰς κεραίας καὶ τοὺς ἱστοὺς ἐκ ταύτης ποιοῦσιν.

Diſtant iſtæ inter ſe multifariam. Pinus enim carnoſior, neruiſque paucis eſt. Abies neruoſior, atque rigidior. Ita vt vtrumque e contrario habeat neruos validos, carnem mollem & raram. Qua de cauſa altera grauis, altera leuis eſt. Altera enim teda referta eſt, altera nullam ingerit tedam: atque ob id etiam eſt albior. Ad hæc pino rami plures, abieti longe duriores, vel potius & omnium ramorum duriſſimi. Ambabus ſpiſſi, & cornu ſimiles, colore flaui, & tedæ haud abſimiles. Qui cum abſciſſi fuerint tam pino quam abieti, humor defluit, ſed abieti largior. Præterea tunica multiplici abies cingitur, modo cepæ. Aſſiduo namque tunicæ conſpectæ ſubditam aliam gerit, atque ex his tota conſtat. Quapropter qui remos dolant, ſingulatim pleneque auferre conantur. Nam ſi ita auferantur, remus validus relinquetur: ſin autem permutauerint, nec pariter dempſerint, infirmus reddetur. Hunc enim in modum ictus, illo demptio fit. Eſt etiam excelſior atque procerior abies. Ideoque antennas maloſque ex ea facere aſſolent.

ἔχει δὲ καὶ τὰς φλέβας καὶ τὰς ἶνας εὐγενεστάτας πάντων· αὐξάνεται καὶ πρῶτον εἰς μῆκος ἕως ἐλευθέρου ἀφίκηται τοῦ ἡλίου. καὶ ὄζος οὐδεὶς οὔτε παραβλάστησις οὔτε πάχος γίνεται. μετὰ δὲ ταῦτα εἰς βάθος, καὶ πάχος, οὕτως δὴ τῶν ὄζων ἐκφύσεις καὶ παραβλαστήσεις. ταῦτα μὲν οὖν ἴδια τῆς ἐλάτης· τὰ δέ, κοινὰ καὶ πεύκης καὶ ἐλάτης, καὶ τῶν ἐλατῶν καὶ ἄλλων. ἔστι γὰρ ἡ μὲν τετράξοος, ἡ δὲ δίξοος· καλοῦσι δὲ τετραξόους μέν, ὅσαις ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἐντεριώνης δύο κτηδόνες εἰσίν, ἐναντίαν ἔχουσαι τὴν φύσιν. ἔπειτα καθ' ἑτέραν τὴν κτηδόνα ποιοῦνται τὴν πελέκησιν· ἐναντίας τὰς πληγὰς κατὰ κτηδόνα φέροντες, ὅταν ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἐντεριώνης ἡ πελέκησις ἀναστρέφῃ. τοῦτο γὰρ ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει διὰ τὴν φύσιν τῶν κτηδόνων. τὰς δὲ τοιαύτας ἐλάτας καὶ πεύκας τετραξόους καλοῦσιν. εἰσὶ δὲ καὶ πρὸς τὰς ἐργασίας αὗται κάλλισται. πυκνόταται γὰρ ἔχουσι τὰ ξύλα, καὶ τὰς αἰγίδας αὗται φύουσι. αἱ δίξοοι δὲ κτηδόνα μὲν ἔχουσι μίαν ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἐντεριώνης, ταύτας δὲ ἐναντίας ἀλλήλαις· ὥστε καὶ τὴν πελέκησιν εἶναι διπλῆν· μίαν δὲ καθ' ἑκατέραν κτηδόνα ταῖς πληγαῖς ἐναντίας. ἁπαλότητα μὲν οὖν ταῦτά φασιν ἔχειν τὰ ξύλα, χείριστα δὲ πρὸς τὰς ἐργασίας· διαστρέφεται γὰρ μάλιστα. μονοξόους δὲ καλοῦσι, τὰς ἐχούσας μίαν μόνον κτηδόνα. τὴν δὲ πελέκησιν αὐτῶν γίνεσθαι τὴν αὐτὴν ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἐντεριώνης. φασὶ δὲ μανότητα μὲν ἔχειν τῇ φύσει τὰ ξύλα. ταῦτα δὲ πρὸς τὰς διαστροφὰς ἀσφαλέστατα. διαφορὰς δὲ ἔχουσι τοῖς φλοιοῖς, καθ' ἃς γνωρίζουσιν ἰδόντες εὐθὺς τὸ δένδρον πεφυκὸς ποιόν τί ἐστι. τῶν μὲν γὰρ εὐκτηδόνων καὶ ἀστράβων, καὶ ὁ φλοιὸς λεῖος καὶ ὀρθός· τῶν δ' ἐναντίων τραχύς τε καὶ διεστραμμένος. ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν. ἀλλ' ἔστι τετράξοα μὲν ὀλίγα. μονόξοα δὲ πλείω τῶν ἄλλων. ἅπασα δὲ ἡ ὕλη, μείζων, καὶ ὀρθοτέρα, καὶ ἀστραβεστέρα, καὶ στρυφνοτέρα, καὶ ὅλως καλλίων καὶ πλείων ἡ ἐν τοῖς προσβορείοις, ὥσπερ καὶ πρότερον ἐλέχθη. καὶ αὐτοῦ τοῦ δένδρου δὴ τὰ πρὸς βορρᾶν, πυκνότερα καὶ νεανικώτερα. ὅσα δὲ ὑποπαράβορρα ἢ ἐν περιπνῷ, ταῦτα στρέφει καὶ παραλήγει παρὰ μικρὸν ὁ Βορέας. ὥστε εἶναι παρεστραμμένην αὐτῶν τὴν μήτραν, καὶ οὐ κατ' ὀρθόν. ἔστι δ' ὅλα μὲν τὰ τοιαῦτα, ἰσχυρά. τμηθέντα δὲ ἀσθενῆ, διὰ τὸ πολλὰς ἔχειν παραλλαγάς. καλοῦσι δὲ οἱ τέκτονες ἐπίτομα ταῦτα· διὰ τὸ πρὸς τὴν χρείαν οὕτω τέμνεσθαι.

Habet & venas neruoſque omnium nobiliſsimos. Creſcit primum in excelſum, quoad libere ſolem accipiat. Neque ramus vllus, neque germinatio lateris, neque craſſitudo interim factitatur. Poſt in profundum latumque incrementa capeſſit: atque ita ramorum exortus & laterales germinationes ſequuntur. Hæc abietis propria: illa vero & pino, & abieti, & alijs communia conſtant: alia enim quadripartia, alia bipartita, alia ſimplex. Quadripartitas appellant, quibus in vtramque partem medullæ, bini venarum curſus naturæ contrariæ pertendunt: atque per vtrumque curſum adigunt ictus, curſibus contrarios inferentes, dum in vtramque partem medullæ ſecuris remeat. Ita enim eueniat neceſſe eſt, naturæ venarum ratione. Ergo tales abietes pinoſque quadrapartitas appellant, & eaſdem ad opera vehementer probant. Materiem enim ſpiſſiſſimam præſtant, & ægidem gignere iſtæ ſolent. Bipartitæ illæ curſum venarum vnum tantum in vtramque partem medullæ gerunt, eoſdemque inuicem contrarios habent, vt & ſecuris duplex adigi debeat, ſimplex per vtrumque curſum ictu contrario. Mollem hanc materiem refert, ſed in opere peſſimam, quoniam maiorem in modum peruertitur. Simplices vocant, quæ vnum dumtaxat venarum habent curſum. His itidem ſecuris vtraque ex parte medullæ adigitur. Laxiorem natura materiem hanc eſſe affirmant, ſed a peruerſione tutiſſimam. Diſcrimen arbores ſuis corticibus oſtendunt. Quamobrem vbi primum arborem viderunt, cuiuſmodi ſit, diſcernere queunt. Quibus enim venæ egregie perfluunt quæque in opere obediunt, his cortex læuis rectuſque eſt: quibus autem e contrario, his ſcaber contortuſque. Atque de reliquis eadem ratio eſt. Sed quadripartitæ paucæ: ſimplices, plures quam reliquæ comperiuntur. Omnis autem materies amplior, procerior, obedientior, ſolidior, atque in totum melior, & copioſior, quæ partibus Aquilonijs exit, vt etiam prius retulimus. Et ipſius arboris partes, quæ Aquilonem aſpiciunt, ſpiſſiores, adoleſcentioreſque conſtant. Quæ vero ab latere aut in orbe perflantur, hæ vertuntur contorquenturque Aquilone, vt medulla earum contorta ſit, nec in rectum porrecta. Hæc integra quidem valida eſſe creduntur, cæſa autem imbecilla, quod pleraſque habent diuerſitates. Breuia hæc fabri lignarij vocant, quoniam ita pro vſu cædere conſueuerunt.

ΚΕΦ. Γ. CAP. III.

Quæ neque ad fabrilem, neque ad ignarium commoda. Quæ fabrili vſu materia, quibuſque in terris præſtantiſsima ſit. Tum quid orbes in ligno. Deque ſtimulo in lapide, & oleaſtro: in quo præſciſſo inuentæ dicuntur ocreæ.

Ὅλως δὲ χείρω τὰ ἐκ καὶ ἐφύγρων καὶ εὐδιεινῶν καὶ παλισκίων καὶ τῶν συνηρεφῶν, καὶ πρὸς τὴν τεκτονικὴν χρείαν καὶ πρὸς τὴν πυρευστικήν. αἱ μὲν οὖν τοιαῦται διαφοραὶ πρὸς τοὺς τόπους εἰσὶν αὐτῶν τῶν ὁμογενῶν. ὡς ἂν ἁπλῶς εἰπεῖν· διαιροῦσι γάρ τινες κατὰ τὰς χώρας, καὶ φασιν ἀρίστην μὲν εἶναι τῆς ὕλης πρὸς τὴν τεκτονικὴν χρείαν, τὴν εἰς τὴν Ἑλλάδα παραγινομένην. τὴν Μακεδονικήν· λεία τε γάρ ἐστι καὶ ἀστραβής, καὶ ἔχουσα τύϊον. δευτέραν δὲ τὴν Ποντικήν. τρίτην δὲ τὴν ἀπὸ τοῦ Ρυνδάκου. τετάρτην δὲ τὴν Αἰανικήν. χειρίστην δὲ, τήν τε Παρνασιακὴν καὶ τὴν Εὐβοϊκήν. καὶ γὰρ ὀζώδεις καὶ τραχείας, καὶ ταχὺ σήπεσθαι. περὶ δὲ τῆς Ἀρκαδικῆς σκεπτέον. ἰσχυρότατα δὲ τῶν ξύλων ἐστὶ, τὰ ἄοζα καὶ λεῖα· καὶ τῇ ὄψει δὲ ταῦτα· καὶ μάλιστα ὀζώδη γίνεται τὰ κακοτροφηθέντα. καὶ ἤτοι χειμῶνι πιεσθέντα, ἢ καὶ ἄλλῳ τινὶ τοιούτῳ. τὸ γὰρ ὅλον τὴν πολυοζίαν εἶναι ἔνδειαν εὐτροφίας. ὅταν δὲ κακοτροφήσαντα ἀναλάβῃ πάλιν καὶ εὐσθενήσῃ, συμβαίνει καταπίνεσθαι τοὺς ὄζους ὑπὸ τῆς περιφύσεως· εὐτροφοῦν γὰρ καὶ αὐξανόμενον ἀναλαμβάνει καὶ πολλάκις ἔξωθεν μὲν λεῖον τὸ ξύλον, διαιρούμενον δὲ ὀζῶδες ἐφάνη. διὸ καὶ σκοποῦνται τῶν σχιστῶν τὰς μήτρας· ἐὰν γὰρ αὗται ἔχωσιν ὄζους, ὀζώδη καὶ τὰ ἐκτὸς καὶ φανερῶς. γίνονται δὲ καὶ αἱ σπεῖραι διὰ χειμῶνάς τε καὶ κακοτροφίαν. σπείρας δὲ καλοῦσιν ὅταν ἡ συστροφή τις ἐν αὐτῇ μείζων, καὶ κύκλοις περιεχομένη οὐλότης ἢ πλείοσιν· οὐθ᾽ ὥσπερ ὁ ὄζος ἁπλῶς, οὐθ᾽ ὡς ἡ ἐν αὐτῷ τῷ ξύλῳ. δι᾽ ὅλου γάρ πως αὕτη καὶ ὁμαλίζουσα. χαλεπώτερον δὲ τοῦτο πολὺ καὶ δυσεργότερον τῶν ὄζων. ἔοικε δὲ παραπλησίως καὶ ὡς ἐν τοῖς λίθοις ἐγγίνεσθαι τὰ καλούμενα κέντρα. ὅτι δὲ περίφυσις, καταλαμβάνει τοὺς ὄζους, φανερώτατον ἐξ αὐτῆς τῆς αἰσθήσεως. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων τῶν ὁμοίων. πολλάκις γὰρ αὐτοῦ τοῦ δένδρου μέρος τι συνελήφθη ὑπὸ θατέρου συμφυοῦς γενομένου. καὶ ἐάν τις ἐκλιθασθῇ λίθον εἰς τὸ δένδρον ἢ καὶ ἄλλό τι τοιοῦτο, καταχρύπτεται περιληφθὲν ὑπὸ τῆς περιφύσεως ὥσπερ καὶ περὶ τὸν κότινον συνέβη τὸν ἐν Μεγάροις τὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ. οὗ καὶ ἐκκοπέντος, λόγιον ἦν ἁλῶναι καὶ διαρπασθῆναι τὴν πόλιν ὥσπερ ἐγένετο Δημήτριος. ἐν τούτῳ γὰρ διασχιζομένῳ κνημῖδες εὑρέθησαν καὶ ἀλλ᾽ ἄττα τοὺς ἀττικῆς κερμησί.

AD ſummam, quæ humidis, tranquillis, vmbroſis, contectiſque locis aſſurgunt, deteriora tam ad fabrilem quam ad ignarium vſum veniunt. Ergo huiuſmodi differentiæ, pro locis (vt ſimpliciter loquar) vnigenorum ipſorum adnotantur. Quidam enim per tractus diuidunt, aiuntque materiem optimam omnium quæ in Græciam aduehuntur, Macedonicam ad vſum ædificatorium eſſe. Læuis enim eſt, obediens, & tyium nimirum continens. Secundam Ponticam tradunt. Tertiam Rhyndacicam. Quartam Æanicam. Deterrimam Parnaſicam, atque Euboicam. Nodoſa enim & aſpera, & cito putreſcens. De Arcadica eſt videndum. Robuſtiſſima quæ enodis læuiſque. Eademque viſu pulcherrima eſt. Nodoſa certe aut male adulta, aut hyeme oppreſſa, aut aliqua ſimili ratione efficitur. In totum enim nodoſitas probæ nutritionis indigentia eſt. Sed poſtquam nutrita improbe fuit, ſi commodo nutrimento potita ſe recreet, atque ita proficiat, fit vt nodi abſorbeantur incremento obducto. Probe etenim coaleſcens gliſcenſque ſuperne obducitur, & ſæpe quæ foris læuis cerneretur, ſciſſa nodatiſſima extitit. Qua de cauſa medullas conſpicari ſciſſilium ſolent. Nam ſi nodis iſtæ tranſfixæ ſint, extra quoque habeant nodos neceſſe eſt. Fiunt & orbes, hyemis improbæque nutritionis cauſa. Orbes autem vocant, cum facta conuolutatio quædam ampla, circulis pluribus ciruniacta ſit, quam neque nodum omnino dixerim, neque ipſius criſpitudinem ligni: hæc enim per totum fere atque æqualiter ampliatur. Longe id iniquius, tractatuque difficilius, quam nodus artifici obſtat. Similiter atque in lapide, qui ſtimulus vocitatur, naſci omnino videtur. Nodos autem obducto incremento occupari, atque in plenum integi ſenſus ipſe percipere euidentiſſime poteſt. Cæterum vel ex alijs perquam ſimilibus rebus, id ita fieri conſtat. Sæpe enim pars arboris comprehenſa ab altera proxima eſt, atque in eiuſdem corporis magnitudinem coagmentata: & ſi lapidem, aut aliquid ſimile arboris alæ inculcaueris, demum inſinuabitur, atque occultabitur amplexu auctionis obductæ. Quod etiã in oleaſtro, qui Megaris in foro ſtabat, eueniſſe accepimus. Quo ſucciſo, vrbem capi ac diripi oraculum erat, ſicuti actum eſt. In hoc enim perſciſſo, repertæ ocreæ ſunt, & alia quædam attici ritus. Parte qua primum affixa fuere, ad ramorum ambitum concauata.

Huius

οὗ ἐστιν ἐν κοτίνῳ. οὗ ἀνελέσθη τὸ πρῶτον ἐγκοιλαθέντος. τούτου δὲ ἔτι μικρὸν τὸ λοιπόν. πολλαχοῦ δὲ καὶ ἄλλοθι γίνεται πλείονα τοιαῦτα. καὶ ταῦτα μὲν ὥσπερ εἴρηται, κοινὰ πλειόνων.

Huius oleaſtri, quod adhuc ſupereſt, parum admodum extat. Alijs quoque locis permultis complura eiuſmodi facta produntur. Sed hæc, vt dictum eſt pluribus, publica habentur.

ΚΕΦ. Δ.

CAP. IIII.

De arborum qualitatibus, & quæ ſpiſsiſsima, ac durisſima, moliſsimaue. Quæque calidiſsima, frigidiſsimaue. Necnon quæ lenta & rigida ſint materie.

Κατὰ δὲ τὰς ἰδίας ἑκάστου φύσεις αἱ τοιαῦταί εἰσι διαφοραί. οἷον, πυκνότης, μανότης, βαρύτης, κουφότης, σκληρότης, μαλακότης. ὡσαύτως δὲ, καὶ εἴτις ἄλλη τοιαύτη. κοιναὶ δὲ ὁμοίως αὗται καὶ τῶν ἡμέρων καὶ τῶν ἀγρίων. ὥστε περὶ πάντων λεκτέον. πυκνότατα μὲν οὖν δοκεῖ καὶ βαρύτατα πύξος εἶναι καὶ ἔβενος. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἐπὶ τοῦ ὕδατος, ταῦτ' ἐπινεῖ. καὶ ἡ μὲν πύξος, ὅλη· τῆς δὲ ἐβένου, ἡ μήτρα, ἐν ᾗ καὶ ἡ τοῦ χρώματός ἐστι μελανία. τῶν δ' ἄλλων ὁ λωτός. πυκνὸν δὲ καὶ ἡ τῆς δρυὸς μήτρα, ἣν καλοῦσι μελάνδρυον. καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ τοῦ κυτίσου· παρομοία γὰρ αὕτη δοκεῖ τῇ ἐβένῳ εἶναι. μέλαν δὲ σφόδρα καὶ πυκνὸν τὸ τῆς τερμίνθου· περὶ γοῦν Συρίαν μελάντερόν φασιν εἶναι τῆς ἐβένου. ἐκ τούτου γὰρ καὶ τὰς λαβὰς τῶν ἐγχειριδίων ποιεῖσθαι. τορνεύεσθαι δὲ ἐξ αὐτῶν καὶ κύλικας θηρικλείους. ὥστε μὴ δ' ἂν ἕνα διαγνῶναι πρὸς τὰς κεραμέας. λαμβάνειν δὲ τὸ ἐγκάρδιον δεῖν καὶ ἀλείφειν τὸ ξύλον. οὕτω γὰρ γίνεσθαι καὶ κάλλιον καὶ μελάντερον. εἶναι δὲ καὶ ἄλλο τι δένδρον, ὃ ἅμα τῇ μελανίᾳ καὶ ποικιλίαν τινὰ ἔχειν ὑπέρυθρον, ὥστε εἶναι τὴν ὄψιν ὡς ἂν ἐβένου ποικίλης· ποιεῖσθαι δ' ἐξ αὐτῶν καὶ κλίνας καὶ δίφρους, καὶ τὰ ἄλλα τὰ σπουδαζόμενα. τὸ δένδρον δὲ μέγα σφόδρα καὶ καλλόφυλλον εἶναι ὅμοιον, τοῖς ἀπίοις. ταῦτα μὲν οὖν ἅμα τῇ μελανίᾳ καὶ πυκνότητα ἔχει. πυκνὸν δὲ καὶ ἡ σφένδαμνος καὶ ἡ ζυγία, καὶ ὅλως πάντα τὰ οὖλα· καὶ ἡ ἐλαία δὲ καὶ ὁ κότινος· ἀλλὰ καὶ καυθρά. μανὰ δὲ, τῶν μὲν ἀγρίων καὶ ἐρεψίμων, τὰ ἐλάτινα μάλιστα· τῶν δ' ἄλλων τὰ ἄκτινα, καὶ τὰ σύκινα. καὶ τὰ τῆς μηλέας, καὶ τὰ τῆς δάφνης. σκληρότατα δὲ, τὰ δρύϊνα, καὶ τὰ ζύγια, καὶ τὰ τῆς ἀρίας· καὶ γὰρ ὑποβρέχουσι ταῦτα πρὸς τὴν τρύπησιν μαλάξεως χάριν. μαλακὰ δὲ καθόλου μὲν τὰ μανὰ καὶ τὰ χαῦνα. τῶν δὲ σαρκωδῶν μάλιστα φιλύρα. δοκεῖ δὲ καὶ θερμότατον εἶναι τοῦτο. σημεῖον δὲ, ὅτι μάλιστα ἀμβλύνει τὰ σιδήρια. τὴν γὰρ βαφὴν ἀνίησι διὰ τὴν θερμότητα. θερμὸν δὲ καὶ κιττὸς, καὶ δάφνη, καὶ ὅλως ἐξ ὧν τὰ πυρεῖα γίνεται. Μενέστωρ δέ φησι καὶ συκάμινος. ψυχρότατα δὲ τὰ ἔνυδρα καὶ ὑδατώδη. καὶ γλίσχρα δὲ, τά τε ἰτέϊνα καὶ ἀμπέλινα. διὸ καὶ τὰς ἀσπίδας ἐκ τούτων ποιοῦσι. συμμύει γὰρ πληγέντα· κουφότερον δὲ τὸ τῆς ἰτέας. μανότερον γάρ· διὸ καὶ τούτῳ μᾶλλον χρῶνται.

Pro natura autem ſingularum arborum propria diſcrimina aſſignantur; ſpiſſitas, raritas, grauitas, leuitas, duritia, mollitia, & ſi quid eiuſmodi aliud perſpici poteſt. Quæ cum omnium vrbanarum pariter & ſylueſtrium communia ſint, de omnibus verba faciamus oportet. Ergo ſpiſſiſſima, grauiſſimaq; buxus tota, ebenus ſua tantum medulla, in qua & coloris nigredo conſtat. Ex reliquis celti primatus indubie datur. Spiſſa & roboris medulla, quod atrum cognominant, atque etiam magis cityſi. Quippe cum hæc proxima ad ebenum accedere videatur. Nigra admodum ſpiſſaq; terebinthus eſt. Et quidem circa Syriam vel ebeno nigriorem ipſam eſſe affirmant. Et capulos quoque pugionum ex ea fieri, & pocula thericlea tornari, quæ a fictilibus ſecerni non poſſint. Verum cor tantum accipi, & perungi materiem oporrere volunt. Sic enim & melio: em, & nigriorem effici poſſe. Quin & aliam arborem reddunt, quæ cum nigredine varietatem quandam præ ſe fert ſubrutilam, vt aſpectus ebeni verſicoloris appareat. Fieri ex hac lectos, & ſubſellia, & reliqua lautiora opera narrant. Amplam maiorem in modum, & frondibus conditam pulchris, ſimilemque piris eam aſſignant. Sed hæc ſpiſſitatem quoque vna cum nigrore habent. Spiſſæ autem, acer, & carpinus, atque in totum omnes criſpæ. Ad hæc olea, & oleaſter. Raræ corpore inter ſylueſtres tectiſque idoneæ, abies maxime. Inter reliquas autem ſambucus, ficus, malus, laurus. Duriſſima roboris, carpini, ariæque materies. Hanc enim antequam terebrent, madefaciunt, quo ſcilicet molliorem reddant. Molles in vniuerſum, quæ raræ corpore ac ſolutæ conſtent. Tilia inter carnoſas præcipue mollis, necnon & calidiſſima eadem eſſe videtur. Indicium, quod aciem ferri maxime habetat. Tincturam enim viſui caloris perlaxat. Edera quoque calida eſt, & laurus, atque in totum omnes, quibus facere ignaria ſolent. Meneſtor, & morum addidit. Frigidiſſimæ, quæ aquatiles aquoſæque ſint. Lenta ſalix, vitiſque. Qua de cauſa ſcuta ex his facere ſolent. Icta enim protinus plagam contrahunt. Sed leuior ſalix: rarior enim, & ob id ea magis vtuntur.

Plata-

τὸ δὲ τῆς πλατάνου γλισχρότητα μὲν ἔχει. φύσει δὲ ὑγρότερον τοῦτο, καὶ τὸ τῆς πτελέας· σημεῖον δέ ἐστι· μετὰ τὴν τομὴν, ὅταν ὀρθὰ σταθῇ, πολὺ ὕδωρ ἀφίησι. τὸ δὲ τῆς συκαμίνου, πυκνὸν ἅμα καὶ γλίσχρον. ἔστι δὲ καὶ ἀστραβέστατον τὸ τῆς πτελέας. διὸ καὶ τοὺς στροφεῖς τῶν θυρῶν ποιοῦσι πτελεΐνους. ἐὰν γὰρ οὗτοι μένωσι, καὶ αἱ θύραι μένουσιν ἀστραβεῖς· εἰ δὲ μὴ, διαστρέφονται. ποιοῦσι δὲ αὐτοὺς, ἔμπαλιν τιθέντες τὰ ξύλα, τὸ, τε ἀπὸ τῆς ῥίζης καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ φύλλου τὸ ἄνω. ἐναρμοσθέντα γὰρ ἀλλήλοις, ἑκάτερον κωλύει πρὸς τὴν ὁρμὴν ἐναντίως ἔχον. εἰ δὲ ἐκεῖνο κατὰ φύσιν, ᾗπερ ἡ ῥοπὴ, ἐνταῦθα πάντως ἂν ἡ φορά. τὰς δὲ θύρας οὐκ εὐθὺς συντελοῦσιν· ἀλλὰ πήξαντες ἀφιστᾶσι κἄπειτα ὕστερον. οἱ δὲ, τῷ τρίτῳ ἔτει συνετέλεσαν, ἐὰν μᾶλλον σπουδάζωσι. τοῦ μὲν γὰρ θέρους ἀναξηραινόμεναι διΐστανται. τοῦ δὲ χειμῶνος συμμύουσιν· αἴτιον δ' ὅτι τῆς ἐλάτης τὰ μανὰ καὶ σαρκώδη ἕλκει τὸν ἀέρα ἔνικμον ὄντα. ὁ δὲ φοῖνιξ, κοῦφος καὶ εὔεργος, καὶ μαλακὸς, ὥσπερ ὁ φελλός· βελτίων δὲ τοῦ φελλοῦ, ὅτι γλίσχρος. ἐκεῖνο δὲ θραυστόν. διὰ τοῦτο τὰ εἴδωλα νῦν ἐκ τοῦ τῶν φοινίκων ποιοῦσι. τοῦτο δ' ὡς φαῦλον παρήκασι. τὰς ἶνας δὲ οὐ δι' ὅλου ἔχει, οὐδ' ἐπὶ πολὺ καὶ μακρὰς, οὐδ' ὡσαύτως τῇ θέσει ἐγκειμένας πάσας, ἀλλὰ παντοδαπῶς. ἀναξηραίνεται δὲ καὶ λεαινόμενον καὶ πριόμενον τὸ ξύλον.

Platanus lentore non caret. Sed hæc natura humidior eſt, ſicut etiam vlmus. Indicium, quod poſt cæſuram, erecta materies multum humoris emittit. Morus ſpiſſa, ſimulque lenta eſt: rigorem quoque fortiſſime vlmus ſeruat. Ob id vlmeos cardines valuarum facere ſolent. Nam ſi ipſi firmi permaneant, valuæ quoque ſtare intortæ poſſunt: alioquin torqueantur neceſſe eſt. Faciunt eos ligna permutantes, quod radicem verſus, quodque in cacumine fuit. Sic enim inter ſe coarctata, vtrumque impetum alterius prohibet, cum ſuapte natura aduerſetur. Nam ſi alterum per naturam eodem tendat, quo momentum eſt, ruina vtique eodem ſequi facile poſſit. Valuas autem non ſtatim apponunt, ſed compactas ſtatuunt. Nonnulli anno tertio confecêre, lautioris operis deſiderio. Namque æſtatis calore exiccatæ dehiſcunt: hyemis vero humore oppletæ cohærent. Ratio quod rara, carnoſaque, facile aerem attrahant humectum. Palma leuis, tractatu facilis, molliſque eſt, quemadmodum ſuber: ſed melior ſubere, quia lenta. Suber enim rigidum eſt. Quapropter ſimulachra nunc ex palmis facere cæperunt, ſpreta ſuberis materie, vt incommoda. Neruos non per totum corpus expandit, neque prolixos extendit, neque eodem poſituræ modo cunctos porrigit, ſed multifario. Siccari hæc materies poteſt, & cum dolatur, & ſerratur.

ΚΕΦ. Ε.

Cap. V.

Thuium, quod & Thuia dicitur, naſci apud fanum Ammonis. Ex quibus item ſimulachra deorum fieri ſolita. Quæ ponderoſa ſimul ac dura, quæque diſcordent. De nuce Euboica, ijſque quæ perpetua ſunt natura: tum quæ cariem, ac tineam ſentiant, aut non ſentiant, deque teredine, tinea: & vermibus, qui in materie naſcuntur.

Τὸ δὲ θύιον, οἱ δὲ θυίαν καλοῦσι, παρ' Ἄμμωνί τε γίνεται καὶ ἐν τῇ Κυρηναίᾳ· τὴν μὲν μορφὴν ὅμοιον κυπαρίττῳ καὶ τοῖς κλάδοις, καὶ τοῖς φύλλοις, καὶ τῷ στελέχει, καὶ τῷ καρπῷ· μᾶλλον δ' ὥσπερ κυπάριττος ἀγρία. πολὺ μὲν καὶ ὅπου νῦν ἡ πόλις ἐστὶ, καὶ ἔτι διαμνημονεύουσιν ὀροφάς τινας τῶν ἀρχαίων ἐκ θυίας οὔσας. ἄσαπὲς γὰρ ὅλως τὸ ξύλον. οὐλότατον δὲ τὴν ῥίζαν ἐστὶ, καὶ ἐκ ταύτης τὰ σπουδαιότατα ποιεῖται τῶν ἔργων. τὰ δὲ ἀγάλματα γλύφουσιν, ἐκ τῶν κέδρων, κυπαρίττου, λωτοῦ, πύξου· τὰ δὲ ἐλάττω καὶ ἐκ τῶν ἐλαΐνων ῥιζῶν· ἀρραγεῖς γὰρ αὗται, καὶ ὁμαλῶς πως σαρκώδεις. ταῦτα μὲν οὖν ἰδιότητά τινα τόπων καὶ φύσεως καὶ χρείας ἀποδηλοῖ. βαρέα δὲ καὶ κοῦφα, δῆλον ὡς τῇ πυκνότητι, καὶ

Thuium quod thuia ab alijs appellatur, naſcitur apud Ammonis fanum, atque in Cyrenenſi agro. Forma cupreſſo ſimilis, cum ramis, tum folijs, caudice, fructuque: vel potius ceu cupreſſus ſylueſtris. Copioſam vel vbi vrbs hoc tempore eſt, comperiri affirmant: atque etiam memorant contignationes quaſdam vetuſtiſſimas thuiæ. Perdurat enim materies hæc incorrupta omnino. Radice huius arboris nihil criſpius, eaque precioſa opera conficiunt. Simulachra ex his ſculpere ſolent; cedro, cupreſſo, loto, buxo; minora etiam ex olearum radicibus: rimas enim iſtæ non capiunt, & carnis æqualitate quodammodo conſtare videntur. Hæc igitur proprietatem quandam locorum naturæ vſuſque oſtendunt. Ponderoſa autem, leuiaque ex ſpiſſitate, raritate, humiditate, lentita-

μανότητι, καὶ ὑγρότητι, καὶ ξηρότητι, καὶ τῷ γλοιώδει, καὶ σκληρότητι, καὶ μαλακότητι, ληπτέον. ἔνια μὲν οὖν ἅμα καὶ σκληρὰ καὶ βαρέα, καθάπερ πύξος καὶ δρῦς. ὅσα δὲ κραῦρα, καὶ τῇ σκληρότητι σκληρότατα, ταῦτ᾽ οὐκ ἔχει βάρος· ἅπαντα δὲ τὰ ἄγρια τῶν ἡμέρων, καὶ τὰ ἄρρενα τῶν θηλειῶν πυκνότερά τε καὶ σκληρότερα, καὶ βαρύτερα, καὶ τὸ ὅλον ἰσχυρότερα, καθάπερ καὶ πρότερον εἴπομεν. ὡς δὲ ἐπὶ τὸ πᾶν, καὶ τὰ ἀκαρπότερα τῶν καρπίμων, καὶ τὰ χείρω τῶν καλλικαρποτέρων· εἰ μή που καρπιμώτερον τὸ ἄρρεν, ὥσπερ ἄλλα τέ φασι, καὶ τὴν κυπάριττον, καὶ τὴν κρανίαν. ἀλλά τῶν γε ἀμπέλων φανερῶς αἱ ὀλιγοκαρπότεραι, καὶ πυκνοφθαλμότεραι, καὶ στερεώτεραι· καὶ μηλέων δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἡμέρων. ἀσαπῆ δὲ φύσει, κυπάριττος, κέδρος, ἔβενος, λωτὸς, πύξος, ἐλαία, κότινος, πεύκη ἔνδαδος, ἀρία, δρῦς, καρύα Εὐβοϊκή. τούτων δὲ χρονιώτατα δοκεῖ τὰ κυπαρίττινα εἶναι. τὸ γοῦν ἐν Ἐφέσῳ ἐξ ὧν αἱ θύραι τοῦ νεὼ τεθησαυρισμέναι, τέτταρας ἐκεῖνο γενεάς. μόνα δὲ καὶ στιλβηδόνα δέχεται. διὸ καὶ τὰ σπουδαζόμενα τῶν ἔργων, ἐκ τούτων ποιοῦσι. τῶν δὲ ἄλλων ἀσαπέστατον, μετὰ τὰ κυπαρίττινα καὶ τὰ θυώδη, τὴν συκάμινον εἶναί φασι· καὶ ἰσχυρὸν ἅμα καὶ εὐεργὸν τὸ ξύλον, καὶ παλαιούμενον, μέλαν, ὥσπερ λωτός. ἔτι δὲ ἄλλο πρὸς ἄλλο καὶ ἐν ἄλλῳ ἄσαπές. οἷον πτελέα μὲν ἐν τῷ ἀέρι, δρῦς δὲ κατορυττομένη, καὶ ἐν ὕδατι καταβρεχομένη. δοκεῖ γὰρ ὅλως ἀσαπὲς εἶναι. διὸ καὶ εἰς τοὺς ποταμοὺς καὶ εἰς τὰς λίμνας ἐκ τούτων ναυπηγοῦσιν· ἐν δὲ τῇ θαλάττῃ σήπεται. τὰ δὲ ἄλλα διαμένει μᾶλλον ὥσπερ καὶ εὔλογον ταριχευόμενα τῇ ἅλμῃ. δοκεῖ δὲ καὶ ἡ ὀξύη πρὸς τὸ ὕδωρ ἀσαπὴς εἶναι, καὶ βελτίων γίνεσθαι βρεχομένη. καὶ ἡ καρύα δὲ ἡ Εὐβοϊκὴ, ἀσαπής. φασὶ δὲ καὶ τὴν πεύκην ἐλάτης μᾶλλον ὑπὸ τερηδόνος ἐσθίεσθαι· τὴν μὲν γὰρ εἶναι πικράν· τὴν δὲ πεύκην ἔχειν γλυκύτητα· καὶ ὅσῳ ἐνδαδωτέρα, μᾶλλον. πάντα δ᾽ ἐσθίεσθαι τερηδόνι, πλὴν κοτίνου, ὑπὸ τερηδόνος. ἐσθίεσθαι δὲ τὰ μὲν ἐν τῇ θαλάττῃ σηπόμενα ὑπὸ τερηδόνος· τὰ δ᾽ ἐν τῇ γῇ ὑπὸ σκωλήκων καὶ θριπῶν. οὐ γὰρ γίνεται τερηδὼν, ἀλλ᾽ ἢ ἐν τῇ θαλάττῃ. ἔστι δὲ ἡ τερηδὼν τῷ μὲν μεγέθει, μικρόν· κεφαλὴν δ᾽ ἔχει μεγάλην καὶ ὀδόντας. οἱ δὲ θρίπες ὅμοιοι τοῖς σκώληξιν, ὑφ᾽ ὧν περαίνεται κατὰ μικρὸν τὰ ξύλα. καὶ ἔστι ταῦτα εὐίατα. θριποκοπηθέντα γὰρ, ὅταν εἰς τὴν θάλατταν ἑλκυσθῇ, στέγει. τὰ δὲ ὑπὸ τῶν τερηδόνων ἀνίατα. τῶν δὲ σκωλήκων τῶν ἐν τοῖς ξύλοις, οἱ μέν εἰσιν ἐκ τῆς οἰκείας σήψεως, οἱ δ᾽ ἐκ τικτόντων ἑτέρων. ἐντίκτει γὰρ ὥσπερ καὶ τοῖς

lentitate, ſiccitate, rigiditate, duritate, mollitudineque accepiſſe oportet. Quædam itaque ſimul, & dura & ponderoſa ſunt: vt buxus, vt robur. Quæ autem rigidæ, atque duriſſimæ ſunt, hæ pondere carent. Omnes ſylueſtres vrbanis, & maſculæ fœminis, ſpiſſiores, duriores, ponderoſiores, in totumque robuſtiores, quod etiam ante retulimus. Quin & minus fœcundæ fœcundioribus, & deterius fructificantes, probius fructificantibus, tota quaſi ex parte firmiores, niſi vſquam mas fructuoſior eſſe ſoleat, vt alias quaſdam affirmant, & cupreſſum cornumque. Verum inter vites quidem, quæ minus fructificant, gemmis crebrioribus conſtant, ſolidioreſque ſunt. Idem etiam in malorum, reliquarumque vrbanarum genere patet. Natura perpetua, cupreſſus, cedrus, ebenus, celtis, buxus, olea, oleaſter, pinus, quæ tedam gerit, aria, robur, nux Euboica. Sed diuturnior inter has cupreſſus videtur. Itaque in Epheſo cupreſſina materies, ex qua valuæ templi Dianæ, quatuor ætates reſeruata durauit. Sola hæc nitorem etiam recipit, ideoque ex hac condere operum lautiora conſueuere. Ex reliquis poſt cupreſſum ac thuiam, morum æternam potiſſimum eſſe arbitrantur: ſimulque validam, & in operibus facilem: atque vetuſtate nigreſcere modo celtis. Item alia in aliud & in alio perpetua. Exempli gratia, vlmus in aere, robur defoſſum, atque in aquis demerſum. Putredinis quippe immune hoc omnino videtur. Ob id in fluuijs lacubuſque naues hac etiam materie condunt. Sed in mari putreſcit; quanquam reliquæ magis durare valeant. Quod quidem & ratio vult; vtpote cum ſale maceratæ conditæque ſint. Fagus quoque, ſiue ſciſſima, in aqua permanere poſſe incorrupta videtur, madefactaque melior reddi. Quin & nux Euboica nequaquam putreſcit. Dicunt & pinum plus quam abietem corrodi a teredine poſſe. Hanc enim eſſe amaram. Pinum vero dulcedinis non nihil habere, eoque magis, quo fuerit teda refertior. Omnes teredinem ſentire affirmant, præterquam oleaſtrum atque oleam. quas amaritudinis cauſa neque teredo neque tinea rodit. Quæ mari putreſcere aptæ ſunt, erodi & teredine ſolent: quæ autem terra, vermiculis, tineiſque. Teredo enim non niſi in mari naſci poteſt. Eſt autem ipſa teredo corpore parua, capite magno, & dentibus. Tineæ vermiculis ſimiles conſtant, quibus paulatim materies perforatur. Sed hæc curari facile poſſunt. Nam ſi offenſa materies trahatur in mare, durabit. Quæ vero teredinem ſenſerit, curari non poteſt. Vermium autem, qui naſci in materie ſolent, alij putreſcente ipſa materie generantur, alij parientibus alijs vermibus. Pariunt enim vel in cæſa materie vermes, quemad-

modum

δένδροις ὁ κεράςης καλέμϑῳ. ὅταν τιτράνῃ καὶ κοιλάνῃ περιςραφεὶς ὥσπερ οἱ μυόχοδοι. φεύγει δὲ τά τε ὀσμώδη καὶ πικρὰ καὶ σκληρὰ, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τετραίνειν· καθάπερ τὴν πύξον. φασὶ δὲ καὶ τὴν ἐλάτην φλοιοθεῖσαν ὑπὸ τὴν βλάςησιν ἄσαπῆ διαμένειν ἐν τῷ ὕδατι. φανερὸν δὲ γίνεσθαι ἐν Φενεῷ τῆς Ἀρκαδίας, ὅτε αὐτοῖς ἐλιμνώθη τὸ πεδίον βραχέντος τοῦ βερέθρου. τότε γὰρ τὰς γεφύρας ποιοῦντες ἐλατίνας, καὶ ὅταν ἐπαναβαίνῃ τὸ ὕδωρ ἄλλην καὶ ἄλλην ἐφιςάντες, ὡς ἐῤῥάγη καὶ ἀπῆλθε, πάντα εὑρεθῆναι τὰ ξύλα ἄσαπῆ. τοῦτο μὲν οὖν ἐκ συμπτώματος.

modum in arboribus, qui ceraſtæ nominantur: cum ſcilicet tam eroſerint atque excauauerint, vt ſe circumagere poſſint. Fugiunt ligna colorata amara, duraque: quoniam hæc erodere nequeant; ceu buxum. Tradunt etiam abietis cum germinat decorticatam materiam aquis inoffenſam durare poſſe. Patuit id apud Pheneum Arcadiæ, cum obſtruſis faucibus campus in l[illegible]m redundauit. Tum enim ductis pontib[illegible] ex abiete, cum amplius extumeſceret aqua, alijs ſuper alijs fabricatis, poſteaquam extruſis obturamentis vnda erupit diſceſſitque, vniuerſa materies incorrupta comperta. Sed forte hoc caſuque euenit.

ΚΕΦ. Ζ.

CAP. VI.

In Tylo inſula Arabiæ materiem eſſe, ex qua fabricatæ naues incorruptæ pene in mari perdurent: tum de materijs condiendis inueterandiſque: & quæ materiæ faciles in opere, & quæ difficiles: & cur cerdones ex piro ſylueſtri tabulas faciant, ac quomodo circi intorti permaneant.

ΕΝ Τύλῳ δὲ τῇ νήσῳ τῇ περὶ τὴν Ἀραβίαν, εἶναί τί φασι ξύλον, ἐξ οὗ τὰ πλοῖα ναυπηγοῦνται. τοῦτο δὲ ἐν μὲν τῇ θαλάττῃ σχεδὸν ἄσηπτον εἶναι. διαμένει γὰρ ἔτη πλείω ἢ διακόσια καταβυθιζόμενον. ἐὰν δὲ ἔξω, χρόνιον μὲν, θᾶττον δὲ σήπεται. θαυμαςὸν δὲ καὶ ἕτερον λέγουσιν καὶ περὶ οὐδὲν πρὸς τὴν σῆψιν· εἶναι γάρ τι δένδρον, ἐξ οὗ τὰς βακτηρίας τέμνεσθαι καὶ γίγνεσθαι καλὰς σφόδρα· ποικιλίαν δέ τινα ἐχούσας ὅμοιον τῷ τοῦ τίγριος δέρματι. βαρὺ δὲ σφόδρα τὸ ξύλον τοῦτο. ὅταν δέ τις ῥίψῃ πρὸς ςερεώτερον τόπον, καταγίνεσθαι, καθάπερ τὰ κεράμια. καὶ τὸ τῆς μυρίκης δὲ ξύλον, οὐχ ὥσπερ ἐνταῦθα ἀσθενὲς, ἀλλὰ ἰσχυρὸν ὥσπερ πρίνινον, ἢ καὶ ἄλλο τι τῶν ἰσχυρῶν. τοῦτο μὲν οὖν ἅμα μηνύει χώρας τε καὶ ἀέρος διαφορὰς καὶ δυνάμεις· τῶν δὲ ὁμογενῶν ξύλων, οἷον δρυΐνων, πευκίνων, ὅταν ταριχεύωνται· ταριχεύουσι γὰρ οὐκ ἐν ἴσῳ βάθει πάντα δύοντες τῆς θαλάττης, ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸς αὐτῇ τῇ γῇ, τὰ δὲ μικρὸν ἀνωτέρω, τὰ δ᾽ ἐν πλείονι βάθει· πάντων δὲ τὰ πρὸς τὴν ῥίζαν θᾶττον δύεται καθ᾽ ὕδατος, καὶ ἐπινεύει μᾶλλον. ἔςι δὲ καὶ τὰ μὲν εὔεργα τῶν ξύλων, τὰ δὲ, δύσεργα· εὔεργα μὲν, τὰ μαλακά· καὶ πάντων μάλιςα φιλύρα· δύσεργα δὲ καὶ τὰ σκληρὰ, καὶ τὰ ὀζώδη, καὶ οὔλας ἔχοντα συςροφάς. δυσεργότατα δὲ, ἀρία καὶ δρῦς. ὡς δὲ κατὰ μέρος, ὁ τῆς πεύκης ὄζος καὶ τῆς ἐλάτης. ἀεὶ δὲ τῶν ὁμογενῶν τὸ μαλακώτερον τοῦ σκληροτέρου κρεῖττον· σαρκωδέςερον γάρ. καὶ εὐθὺ σκοποῦνται τὰς σανίδας οἱ τέκτονες οὕτως. τὰ δὲ μοχθηρὰ, σιδήρια δύναται τέμνειν μᾶλ-

IN Tylo autem Arabiæ inſula materiem eſſe affirmant, ex qua naues ædificant, quæ mari incorrupta pene perduret. Quippe cum annos pluſquam ducentos demerſa immunis ab omni offenſa ſeruetur. Extra aquam diuturna quidem eadem eſt, ſed non tantundem. Ocyus enim putrere incipit. Quin & illud tractus eiuſdem mirandum referunt, quanquam id quidem nil ad putredinem ſpectet. Arborem enim conſtare ex qua baculos cædunt, pulchroſque admodum faciunt, nec ſine varietate quadam coloris, pellibus tigrium proxima. Ponderoſam vnice materiam hanc affirmant, cumque in ſolidiora quiſquam proiecerit, modo fictilium fragilem. Addunt etiam tamaricis lignum, non vt apud nos, imbecillum, ſed validum, ſicut iligneum, aut aliquid ferme materiæ huiuſmodi, ibidem comperiri. Id igitur loci cœlique diſcrimina vireſque indicat. Materiem autem vnigenam, ceu roboream pineamque, cum condiunt (condire namque conſueuerunt non pari altitudine maris vniuerſam aut demittere, ſed aliam iuxta terram, aliam paulo ſuperius, aliam altitudine ampliore) quæ radici propiora ſunt, citius deſcendunt: vel ſi fluitent, plus deorſum verſus ſane inclinantur. Materiarum item aliæ in opere faciles, aliæ difficiles. Faciles, quæ molles; & omnium præcipue tilia: difficiles, quæ duræ, nodoſæ, criſpæ, conuolutionibuſque perplexæ. Aria, roburque omnium difficillimæ. Sed quoad particulatim reddere liceat, pini, & abietis nodus difficillimus conſtat. Semper autem inter vnigenas mollior duriore præſtantior: carnoſior enim. Et quidem fabri hac de iudicandis aſſeribus ratione vtuntur. Ferrum vitiatam duramque materiam magis

λον τὰ σκληρὰ τῶν μαλακῶν· ἀνίησι γὰρ ἐν τοῖς μαλακοῖς, ὥσπερ ἐλέχθη περὶ τῆς φιλύρας. παραξύνεται δὲ μάλιστα ταῦτα· διὸ καὶ οἱ σκυτοτόμοι ποιοῦνται τοὺς πίνακας ἀχράδος. μήτραν δὲ πάντα μὲν ἔχει, ἥν φασιν οἱ τέκτονες· φανερὰν δ' εἶναι μάλιστα ἐν τῇ ἐλάτῃ. φαίνεσθαι γὰρ οἷον φλοιώδη τινὰ τὴν σύνθεσιν αὐτῆς τῶν κύκλων. ἐν ἐλαίᾳ δὲ καὶ πύξῳ καὶ τοῖς τοιούτοις οὐχ ὁμοίως· διὸ καὶ οὔ φασί τινες ἔχειν τῇ δυνάμει πύξον καὶ ἐλάτην. μάλιστα γὰρ ἕλκεσθαι ταῦτα τῶν ξύλων. ἔστι δὲ τὸ ἕλκεσθαι, τὸ συμπεριΐστασθαι κινουμένης τῆς μήτρας. ζῇ γὰρ ὡς ἔοικεν ἐπὶ χρόνον πολύν. διὸ πανταχόθεν μὲν ἅμα· μάλιστα δ' ἐκ τῶν γυρωμάτων ἐξαιροῦσιν, ὅπως ἀστραβῆ διαμένῃ, καὶ διὰ τοῦτο σχίζουσιν. ἄτοπον δ' ἂν δόξειεν, ὅτι ἐν μὲν τοῖς ξύλοις τοῖς στρογγύλοις, ἄλυπος ἡ μήτρα καὶ ἀκίνητος. ἐν δὲ τοῖς παρακινηθεῖσιν, ἐὰν μὴ ὅλως ἐξαιρεθῇ, κινεῖ καὶ παραστρέφει. μᾶλλον γὰρ εἰκὸς γυμνωθεῖσαν ἀποθνήσκειν. ὅμως δὲ οἱ ἱστοὶ καὶ αἱ κεραῖαι ἐξαιρεθείσης ἀχρεῖοι. τοῦτο δὲ κατὰ συμβεβηκὸς ὅτι χιτῶνας ἔχει ἄλλους· ἰσχυρότατον δὲ καὶ λεπτότατον, τὸν ἔσχατον· ξηρότατον γὰρ, καὶ τοὺς ἄλλους ἀνάλογον· ὅταν οὖν σχισθῇ, περιαιρεῖται τὰ ξηρότατα. εἰ δὲ ἡ μήτρα διὰ τὸ ξηρὸν, σκεπτέον. διαστρέφει δὲ ἑλκομένη τὰ ξύλα, καὶ ἐν τοῖς σχιστοῖς καὶ πριστοῖς· ὅταν μὴ ὡς δεῖ πρίωσι. δεῖ γὰρ ὀρθὴν τὴν πρίσιν εἶναι καὶ μὴ πλαγίαν. οἷον οὔσης τῆς μήτρας ἐφ' ἧς τὸ Α, μὴ παρὰ τὴν Β Γ τέμνειν, ἀλλὰ παρὰ τὴν Β Δ. φθείρεσθαι γὰρ οὕτω φασίν· ἐκείνως δὲ ζῆν. ὅτι δὲ πᾶν ξύλον ἔχει μήτραν, ἐκ τούτων δῆλον.

magis, quam mollem cædere valet. Etenim in molli obtunditur, vt de tilia dictum eſt: contra in dura acuitur. Qua de cauſa cerdones ex piro ſylueſtri ſuas tabulas faciunt. Medullam (vt fabri aiunt) omnis habet materies, ſed conſpicua potiſſimum in abiete. Eius namque orbiculorum compoſitio corticea inſpectatur, quod non æque in olea, buxo, atque ſimilibus. Quamobrem quidam buxum, atque oleam, medulla omnino carere exiſtimant: has enim minime omnium diſtrahi poſſe. Eſt autem diſtrahi, vt mota medulla, contorqueatur materies: viuere enim diu videtur. Quamobrem quidam vndique ſimul demere ſolent, ſed præcipue ex circis, quo intorti permaneant, ideoque ſcindunt. At vero abſurdum putaueris, rotundæ materiei medullam illæſam atque immotam poſſe edurare. Immutatæ vero niſi tota extrahatur, commouere materiem, atque peruertere. Diſpoliatam enim mori facilius poſſe, conſentaneum potius dixeris. Mali tamen atque antennæ medulla exempta incommode relinquuntur. Sed hoc per accidens. Quoniam pleriſque veſtitur tunicis, ſed fortiſſima, tenuiſſimaque poſtrema eſt: ſiciſſima enim. Atque ita ex reliquis, quæque ad portionem exiſtimari vtique debet. Ergo ſciſſa materie, ſiciſſimis illis tunicis medulla diſpoliatur. An vero ſicci ratione medulla conſtet, quærendum. Materiam autem dum trahitur, tam fiſſam quam ſectam peruertet, ſi id non, vt oporteat, ſecetur: rectam enim fieri ſectionem oportet, nec vllo pacto obliquam. Exempli gratia, Si medulla per A lineam conſtet, haud quaquam per B C ſecandum, ſed per B D. Hoc enim modo medullam perire, illo viuere poſſe arbitrantur. Sed nullam materiem medulla carere hac exiſtimant ratione.

ΚΕΦ. Η.

CAP. VII.

In omni ligno ſuam ineſſe medullam: ac lignorum alia eſſe fiſſilia, alia dolatilia, alia rotunda. Quæque ponderi cedant, quæ non.

ΦΑνερὸν γάρ ἐστι καὶ τὰ μὴ δοκοῦντα πάντ' ἔχειν, οἷον πύξον, λωτὸν, πρῖνον. σημεῖον δέ. τοὺς γὰρ στρόφιγγας τῶν θυρῶν τῶν πολυτελῶν ποιοῦσι μὲν ἐκ τούτων· συγγράφονται δὲ οἱ ἀρχιτέκτονες οὕτως ἐκ μήτρας, αὐτὸ δὲ τοῦτο σημεῖον, καὶ ὅτι πᾶσα μήτρα ἕλκεται, καὶ αἱ τῶν σκληροτάτων, ἃς δή τινες καρδίας καλοῦσι. παντὸς δὲ ὡς εἰπεῖν ξύλου σκληροτάτου, μανοτάτη ἡ μήτρα, καὶ αὐτῆς τῆς ἐλάτης. μανοτάτη μὲν οὖν, ὅτι τὰς ἶνας ἐκεῖ καὶ διὰ πολλοῦ, καὶ τὸ σαρκῶδες τὸ ἀνὰ μέσον, πολύ. σκληροτάτη δὲ, ὅτι καὶ αἱ ἶνες σκληρόταται καὶ τὸ σαρκῶδες. διὸ καὶ οἱ ἀρχιτέκτονες συγγράφονται περιαιρεῖν τὰ πρὸς τὴν μήτραν, ὅπως λάβωσι τοῦ ξύλου τὸ πυκνότατον καὶ μαλακώτατον.

COnſtat enim vel eas medullã habere, quas carere putaueris, vt buxum, celtim, ilicẽ. Argumentum quod valuarum ſumptuoſarum cardines facere ex his artifices ſolent, cumq; architecti faciundos ex medulla præcipiãt. Quod item, vel omnẽ medullam diſtrahi poſſe, etiã duriſſimarũ materierum, quas nonnulli corda appellãt, argumẽto ſane accipi poteſt. Materiei autẽ (vt ſic loquar) vniuerſæ quæ duriſſima, rariſſima medulla eſt, atq; etiã ipſius abietis. Rariſſima quidem, quoniam neruis amplo inter ſe diſtantibus interuallo, carneq; media copioſiore cõſtat. Duriſſima vero, quod & nerui duriſſimi, & caro duriſſima eſt. Qua de cauſa architecti partes medullæ proximiores auferendas præcipiũt, vt quod ſpiſſiſſimũ, molliſſimumq; materiei ſit, tantum relinquatur. Li-

τῶν δὲ ξύλων, τὰ μὲν σχιστὰ, τὰ δὲ πελεκητὰ, τὰ δὲ στρογγύλα. σχιστὰ μὲν, ὅσα διαιροῦντες κατὰ τὸ μέσον πρίζουσι. πελεκητὰ δὲ, ὅσων ἀποπελεκῶσι τὰ ἔξω. στρογγύλα δὲ, δηλονότι τὰ ὅλως ἄψαυστα. τούτων δὲ, τὰ σχιστὰ μὲν, ὅλως ἀρραγῆ, διὰ τὸ γυμνωθεῖσαν τὴν μήτραν ξηραίνεσθαι καὶ ἀποθνήσκειν. τὰ δὲ πελεκητὰ καὶ τὰ στρογγύλα, διὰ τὸ ἐναπειλῆφθαι τὴν μήτραν. οὐδὲν γὰρ ὅτι τῶν ἁπάντων οὐ ῥήγνυται. τοῖς δὲ λωτίνοις καὶ τοῖς ἄλλοις οἷς εἰς τοὺς στρόφιγγας χρῶνται, πρὸς τὸ μὴ ῥήγνυσθαι, βόλβιτον περιπλάττουσιν, ὅπως ἀναξηραίνῃ καὶ διαπνευσθῇ κατὰ μικρὸν ἡ ἐκ τῆς μήτρας ὑγρότης. ἡ μὲν οὖν μήτρα τοιαύτην ἔχει δύναμιν. βάρος δὲ ἐνεγκεῖν, ἰσχυρὰ, καὶ ἡ ἐλάτη καὶ ἡ πεύκη, ἀπαλαὶ τιθέμεναι. οὐδὲν γὰρ ἐνδιδόασιν ὥσπερ ἡ δρῦς καὶ τὰ γεώδη, ἀλλ᾽ ἀντωθοῦσι. σημεῖον δὲ ὅτι οὐδέποτε ῥήγνυνται, καθάπερ ἐλαία καὶ δρῦς, ἀλλὰ πρότερον σήπονται, καὶ ἄλλως ἀπαυδῶσιν. ἰσχυρὸν δὲ καὶ ὁ φοῖνιξ· ἀνάπαλιν γὰρ καὶ ἡ κάμψις ἢ τοῖς ἄλλοις γίνεται. τὰ μὲν γὰρ εἰς τὰ κάτω κάμπτεται, ὁ δὲ φοῖνιξ εἰς τὰ ἄνω. φασὶ δὲ καὶ τὴν πεύκην καὶ τὴν ἐλάτην ἀντωθεῖν. τὸ δὲ τῆς Εὐβοϊκῆς καρύας· γίνεται γὰρ μέγα καὶ χρῶνται πρὸς τὴν ἔρεψιν· ὅταν μέλλῃ ῥήγνυσθαι ψοφεῖ, ὥστε προαισθάνεσθαι πρότερον. ὅπερ καὶ ἐν Ἀντάνδρῳ συνέπεσεν ἐν τῷ βαλανείῳ, καὶ πάντες ἐξεπήδησαν. ἰσχυρὸν δέ τὸ τῆς συκῆς, πλὴν εἰς ὀρθόν. ἡ δὲ ἐλάτη μάλιστα ὡς εἰπεῖν ἰσχυρόν. πρὸς δὲ τὰς τῶν τεκτόνων χρείας, ἐχέκαλλον μάλιστα ἡ πεύκη, διὰ τὴν μανότητα καὶ τὴν εὐθυπορίαν. οὐδὲ γὰρ ὅλως οὐδὲ ῥήγνυσθαί φασιν, ἐὰν κολληθῇ. εὐτονώτατον δὲ φιλύκη. καὶ ἡ λευκότης ὥσπερ ἡ τοῦ κηλάστρου. τῶν δὲ ἄλλων ἡ φιλύρα. τὸ γὰρ ὅλον εὔεργον ὥσπερ ἐλέχθη διὰ μαλακότητα. εὔκαμπτα δὲ, ὡς μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅσα γλίσχρα. διαφέρειν δὲ δοκεῖ συκάμινος καὶ ἐρινεός. διὸ καὶ τὰ ἰκρία καὶ τὰς στεφάνας, καὶ ὅλως ὅσα περὶ τὸν κόσμον, ἐκ τούτων ποιοῦσιν.

tur. Lignorum alia fiſſilia, alia dolatilia, alia rotunda. Fiſſilia, quæ diuidentes per [illegible] ſecant. Dolatilia, quorum partes exteras circundolant. Rotunda, quæ ſcilicet intacta omnino relinquunt. Ex his fiſſilia nullam penitus rimam patiuntur, quoniam enudata medulla exiccatur, atque emoritur: dolatilia, & rotunda rimas admittunt, longeque magis rotunda, quod medulla in his lateribus plenioribus circundatur. Haud enim quicquam ex cunctis eſt, quod fiſſura immune poſſit euadere. Itaque loteis, reliquiſque, quorum vſus ad cardines, ne findantur, fimum illinunt bubulum, vt ſiccetur, ſenſimque diſſletur atque euaporetur humor medullæ. Vis medullæ huiuſmodi eſt. Pondus ſuſtinere abietem valide, & pinum (nil enim ponderi cædunt, vt robur, & reliquæ terrenæ, ſed renituntur) argumentum, quod nunquam rumpuntur, ſicut olea, & robur: ſed prius, quam viribus, carie, aliaſue deficiunt. Palma quoque prævalida eſt, & in diuerſum quam cæteræ incuruatur. Quippe cum reliquæ omnes in inferiora flectantur, palma e contrario fornicatim ſe flectit. Quin & pinum atque abietem reniti affirmant. Iuglans frangi ſe ſonitu prænunciat: eſt enim vel eius materies ampla, vſuſque ad opus tectorium, ita vt preſentire homines poſſint: quod & in Antandro accidiſſe, omneſque e balneis terrefactos profugiſſe traditum eſt. Valida etiam ficus, ſed in rectum pertendens. Pinus omnium fere maxime viribus valet, & ad vſum ædificatorium ſpectabilis eadem potiſſimum eſt, laxitatis rectitudiniſque meatuum cauſa. Hanc enim ne findi quidem vllo pacto poſſe affirmant, ſi glutine muniatur. Obedientiſſima philyca eſt, candorque ei celaſtri modo. Tilia inter reliquas præcipue talis eſt. In totũ enim præfacilis operibus eſt, præ ſua mollitia, vt retulimus. Flecti facile poſſunt (quoad ſimplicem reddere rationem licet) omnes, quæ lentæ ſunt: ſed moro atque caprifico primatus indubie datur. Quamobrem furculas, circos, denique ornamenta quæcunque fieri ſolent, hiſce conficiunt.

ΚΕΦ. Θ.

CAP. VIII.

Quæ facile difficileque ſecentur terebrenturque. Quæque torno ſculpturæque conueniant: quæ humidiſsimæ, quæ nauibus aptiſsimæ ſint: quæ tectis, & pleriſque alijs commodiſsimæ, vt abies, pinus, cedrus, picea, robur, tilia, acer, carpinus, taxus, ilex, ſciſsima, vlmus, buxus, portulaca, iuglans, terebinthus, philyce, apharca, celaſtrus, laurus, ſalix.

Εὔπριστα δὲ καὶ εὔσχιστα τὰ ἐνικμότερα τῶν πάμπαν ξηρῶν. τὰ μὲν γὰρ παύονται, τὰ δὲ ἴστανται. τὰ δὲ χλωρὰ λίαν συμμύει,

SECANTVR finduntúrque facilius, quæ humidiora capiuntur, quam vt ſicciſſima ſint: altera enim ceſſant, altera conſtant. Quæ vero nimis viridia ſunt, hæc ad-

καὶ ἐνδέχεται ἐν τοῖς ὀδοῦσι τὰ πρίσματα, καὶ ἐμπληθεῖ· διὸ καὶ παραλλάττουσιν ἀλλήλων τοὺς ὀδόντας, ἵνα ἐξάγηται. ἔστι δὲ καὶ δυστρυπητότερα λίαν χλωρά. βραδέως γὰρ ἀναφέρεται τὰ ἐκτρυπήματα, διὰ τὸ βαρέα εἶναι. τῶν δὲ ξηρῶν ταχέως. καὶ εὐθὺς ὁ ἀὴρ ἀναθερμαινόμενος ἀναδίδωσι. πάλιν δὲ τὰ λεῖα καὶ ξηρὰ διὰ τὴν σκληρότητα, δύσπριστα· καθάπερ γὰρ ὄστρακον συμβαίνει πρίειν. διὸ καὶ τρυπῶντες ἐπιβρέχουσιν. εὐπελεκητότερα δὲ καὶ εὐτορνότερα καὶ εὐξοώτερα, τὰ χλωρά. προσκάθηται γὰρ τὸ τορνευτήριον μᾶλλον, καὶ οὐκ ἀποπηδᾷ. καὶ ἡ πελέκησις διὰ τῶν μαλακωτέρων ῥάων, καὶ ἡ ξέσις ὁμοίως· καὶ ἔτι λειοτέρα. ἰσχυρότατον δὲ καὶ ἡ κρανία. τῶν δὲ ἄλλων οὐχ ἥκιστα ἡ πτελέα. διὸ καὶ τοὺς στροφέας, ὥσπερ ἐλέχθη, ταῖς θύραις πτελεΐνους ποιοῦσιν. ὑγρότατον δὲ μελία, καὶ ὀξύη· καὶ γὰρ τὰ κλινάρια τὰ ἐνδιδόντα, ἐκ τούτων. ὅλως δὲ πρὸς ποῖα τῆς ὕλης ἑκάστη χρησίμη καὶ ποία ναυπηγήσιμος, καὶ οἰκοδομική (πλείστη γὰρ αὐτῆς χρεία καὶ ἐν μεγίστοις) πειρατέον εἰπεῖν, ἀφορίζοντα καθ᾽ ἕκαστον τὸ χρήσιμον. ἐλάτη μὲν οὖν καὶ πεύκη καὶ κέδρος ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν ναυπηγήσιμα. τὰς μὲν γὰρ τριήρεις καὶ τὰ μακρὰ πλοῖα, ἐλάτινα ποιοῦσι διὰ κουφότητα. τὰ δὲ στρογγύλα, πεύκινα διὰ τὸ ἀσαπές. ἔνιοι δὲ καὶ τὰς τριήρεις, διὰ τὸ μὴ εὐπορεῖν ἐλάτης. οἱ δὲ κατὰ Συρίαν καὶ Φοινίκην, ἐκ κέδρου. σπανίζουσι γὰρ πεύκης· οἱ δ᾽ ἐν Κύπρῳ πίτυος. ταύτην γὰρ ἡ νῆσος ἔχει, καὶ δοκεῖ κρείττων εἶναι τῆς πεύκης. καὶ τὰ μὲν ἔνια ἐκ τούτων. τὴν δὲ τρόπιν, τριήρεσι μὲν δρυΐνην, ἵνα ἀντέχῃ πρὸς τὰς νεωλκίας. ταῖς δὲ ὁλκάσι, πευκίνην. ὑποτιθέασι δὲ ἔτι καὶ δρύϊνον, ἐπὰν νεωλκῶσι. τοῖς μὲν ἐλάττοσι ὀξύην. καὶ ὅλως ἐκ τούτου τὸ χέλυσμα. οὐχ ἅπτεται δὲ οὐδὲ κατὰ τὴν κόλλησιν ὁμοίως τὸ δρύϊνον τῶν πευκίνων καὶ ἐλατίνων· τὰ μὲν γὰρ πυκνά, τὰ δὲ μανά. καὶ τὰ μὲν ὅμοια, τὰ δὲ οὔ. δεῖ δὲ ὁμοιοπαθῆ εἶναι τὰ μέλλοντα συμφύεσθαι, καὶ μὴ ἐναντία, καθάπερ εἰ λίθον καὶ ξύλον. ἡ δὲ τορνεία τοῖς μὲν πλοίοις γίνεται συκαμίνου, μελίας, πτελέας, πλατάνου. γλισχρότητα γὰρ ἔχειν δεῖ καὶ ἰσχύν. χειρίστη δὲ ἡ τῆς πλατάνου· ταχὺ γὰρ σήπεται. ταῖς δὲ τριήρεσιν ἔνιοι καὶ πιτυΐνας ποιοῦσι, διὰ τὸ ἐλαφρόν, τὸ δὲ στερέωμα πρόσω. τὸ δὲ σχέλομα, καὶ τὰς ἐπωτίδας, μελίας· καὶ συκαμίνου καὶ πτελέας. ἰσχυρὰ γὰρ δεῖ ταῦτ᾽ εἶναι. ναυπηγήσιμος μὲν οὖν ὕλη σχεδὸν αὕτη. οἰκοδομικὴ δὲ πολλῷ πλείων ἐλάτη τε, καὶ πεύκη, καὶ κέδρος, καὶ ἄρκευθος. ἁπλῶς δὲ ὡς εἰπεῖν πᾶσα χρησίμη· πλὴν εἴ τις ἀσθενὴς πάμπαν. οὐκ εἰς ταὐτὸ γὰρ πᾶσαι, καθάπερ οὐδ᾽ ἐπὶ τῆς ναυπηγίας.

hæc admodum coëunt, ſegmentaq; inter dentes ſerrarum admittunt, implentq;. Qua de cauſa dentes alterna inclinatione fabri permutant, vt ſponte educi poſſint. Sunt & terebratu difficiliora, quæ nimis viridia. Terebramenta enim, vt ponderoſa expui haud quaquam celeriter poſſunt: ſiccorum e diuerſo celeriter. Aër enim ferueſactus confeſtim expuit. Rurſus difficile leuia, & ſicca ſecantur: euenit namque vt veluti fictili ſectio inferatur. Quamobrem lignis perforandis aquam infundunt. Securi, torno, ſculpturæque faciliora, quæ viridia: quippe cum ferrum magis inſidat, hæreatque, nec quicquam reſiliat. Securi quoque molliora, ſculpturaque expeditius, leniuſque franguntur. Quin & cornus validiſſima eſt. Reliquas vlmus viribus ſuis facile vincit. Qua de cauſa cardines (vt dictum eſt) foribus vlmeos addunt. Humidiſſima fraxinus, ſciſſimaque: lectulos enim cedere aptos ex his conficiunt. Ad ſummam, quibus quæque materies commoda, & quæ nauibus, ædibuſue idonea (nam huiuſmodi vſus plurimus, ſummiſque operibus adhibendus eſt) explicare tentabimus: quantumque commoditatis ſingula ſortiantur, pro viribus aperiemus. Abies, pinus, cedrus (vt ſummatim contingam) ſunt aptiſſimæ nauibus: triremes enim, atque longa nauigia ex abiete, leuitatis gratia faciunt. Rotunda vero ex pino, quoniam non putreſcat. Nonnulli etiam triremes ex eadem condunt, quod abiete carent. Qui Syriam Phœnicemque incolunt, cedro vtuntur, quia pino etiam egent. Cyprij picea. Hanc enim illa inſula habet. Videturque pino præſtantior. Et cætera quidem ex his Carinam vero triremibus quernam ſubijciunt, vt cum in terram attrahitur, reſiſtere poſſit. Nauibus onerarijs pineam, atque etiam quernam ſubiungunt, cum extrahendas ædificant: minoribus vero ſciſſima deputata eſt. Atque in totum ex hac teſtudinem condere aſſolent. Nec pino, atque abieti quercus conglutinari valet. Altera enim ſpiſſa, altera rara: & altera ſimilis, altera minus. Affectus autem ſimilis ea eſſe oportet, quæ ſociari, conflarique debeant, non contrarij; vt ſi ligno lapidem coniungere velis. Tornatus nauibus rotundis ex moro, fraxino, vlmo, platano: lentiem enim firmitateq; adeſſe oportet. Sed deterrimus, qui ex platano fuerit: celeriter enim putreſcit. Sunt qui triremibus vel ex picea leuitatis cauſa tornandũ ſtatuunt firmamentũ. Teſtudinẽ, & auriculas ex fraxino, moro, vlmoq; fabricant: valida enim hæc eſſe oportet. Hęc fere naualis annotatur materies. Sed tectis cõmoda, copioſior eſt. Abies enim, pinus, cedrus, iuniperus, vtq; in plenum referam, commoda vnaquæq; materies eſt, præterquam ſi qua firmiſſima penitus conſtet. Non enim quæque operi eidem accommodatur, quemadmodum nec in nauium fabrica.

αἱ δ' ἄλλαι πρὸς τὰ ἴδια τῶν τεχνῶν, οἷον, σκεύη καὶ ὄργανα, καὶ εἴτι τοιοῦτον ἕτερον. πρὸς πλεῖστα δὲ σχεδὸν ἡ ἐλάτη παρέχεται χρείαν· καὶ γὰρ πρὸς τοὺς πίνακας τοὺς γραφομένους. τεκτονικῇ μὲν οὖν ἡ παλαιοτάτη ἡ κρατίστη, ἐὰν ᾖ ἀσαπής. εὐθετεῖ γὰρ ὡς εἰπεῖν πᾶσι χρῆσθαι. ναυπηγικῇ δὲ ἡ ἐνικμοτέρα διὰ τὴν κάμψιν ἀναγκαία. ἐπεὶ πρός γε τὴν κόλλησιν ἡ ξηροτέρα συμφέρει. ἵστανται γὰρ καὶ νῦν τὰ ναυπηγούμενα, καὶ ὅταν συμπίῃ καθελκυσθέντα, συμμύει καὶ στέγει. πλὴν ἐάνγε παντάπασιν ἐξικμασθῇ. τότε δὲ οὐ δέχεται κόλλησιν, ἢ οὐχ ὁμοίως. δεῖ δὲ καθ' ἕκαστον λαμβάνειν εἰς ποῖα χρήσιμός ἐστιν. ἐλάτη μὲν οὖν καὶ πεύκη, καθάπερ εἴρηται, καὶ πρὸς ναυπηγίαν καὶ πρὸς οἰκοδομίαν, καὶ ἔτι πρὸς ἄλλα τῶν ἔργων· εἰς πλείω δὲ ἡ ἐλάτη. πίτυϊ δὲ χρῶνται μὲν εἰς ἄμφω, καὶ οὐχ ἧττον εἰς ναυπηγίαν. οὐ μὴν ἀλλὰ ταχὺ διασήπεται. δρῦς δὲ πρὸς οἰκοδομίαν καὶ πρὸς ναυπηγίαν, ἔτι δὲ πρὸς τὰ κατὰ γῆς κατορυττόμενα. φιλύρα δὲ πρὸς τὰ σανιδώματα τῶν μακρῶν πλοίων, καὶ πρὸς κιβώτια, καὶ πρὸς τὴν τῶν μέτρων κατασκευήν. ἔχει δὲ καὶ τὸν φλοιὸν χρήσιμον· πρός τε τὰς κίστας (ποιοῦσι γὰρ ἐξ αὐτοῦ) σφενδαμνός τε, καὶ ζυγία, πρός τε κλινοπηγίαν, καὶ πρὸς τὰ ζυγὰ τῶν λοφούρων· καὶ ὅλως πρὸς τὰ πολυτελῆ τῶν ἔργων. μίλος δὲ εἰς τὰ παρακολλήματα κιβωτοῖς καὶ ὑποβάθροις, καὶ ὅλως τοῖς τοιούτοις. πρῖνος δὲ πρὸς ἄξονάς τε, καὶ μονοστρόφους ἁμάξας, καὶ πρὸς ζυγὰ λύραις καὶ ψαλτηρίοις. ὀξύα δὲ πρὸς ἁμαξοπηγίαν καὶ διφροπηγίαν τὴν εὐτελῆ· πτελέα δὲ πρὸς θυροπηγίαν καὶ γαλεάγρας. χρῶνται δὲ καὶ εἰς τὰ ἁμαξικὰ μετρίως. πύξος δὲ, εἰς ἄξονάς τε ταῖς ἁμάξαις καὶ εἰς ἔλκηθρα τοῖς ἀρότροις. ἀνδράχνη δὲ ταῖς γυναιξὶν εἰς τὰ περὶ τοὺς ἱστούς. ἄρκευθος δὲ εἰς τεκτονίας, καὶ εἰς τὰ ὑπαίθρια, καὶ εἰς τὰ κατορυττόμενα κατὰ γῆς. διὰ τὸ ἀσαπές. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ Εὐβοϊκὴ καρύα. καὶ πρόσγε τὴν κατόρυξιν ἔτι μᾶλλον ἁπάσης. πύξῳ δὲ χρῶνται μὲν πρὸς ἔνια. οὐ μὴν ἀλλ' ἥγε ἐν τῷ Ὀλύμπῳ γινομένη, διὰ τὸ βραχεῖα τε εἶναι καὶ ὀζώδης, ἀχρεῖος. τερμίνθῳ δὲ οὐδὲν χρῶνται, πλὴν τῷ καρπῷ καὶ τῇ ῥητίνῃ· οὐδὲ φιλύκῃ, πλὴν τοῖς προβάτοις. ἀεὶ γάρ ἐστι δασεῖα. τῇ δὲ ἀφάρκῃ, εἰς χάρακάς τε καὶ τὸ καίειν. κηλάστρῳ δὲ καὶ μύᾳ, πρὸς βακτηρίας. ἔνιοι δὲ καὶ δάφνῃ. τὰς γὰρ γεροντικὰς καὶ κούφας ταύτης ποιοῦσιν. ἰτέᾳ δὲ, πρός τε τὰς ἀσπίδας καὶ τὰς κίστας καὶ τὰ κανᾶ. καὶ τ' ἄλλα προαναλαβεῖν δέ ἐστι καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ὁμοίως.

Reliqua materies artium proprijs redditur. Exempli gratia, vaſis, ac inſtrumentis, & ſi quid aliud eiuſmodi habeant. Sed ad plurima pene vſum abies præſtat. quippe quæ ad tabellas etiam accommodari pictorias poſſit. Ædificijs itaque optima, quæ vetuſtiſſima, modo immunis carie ſit. Operibus enim (vt ita dixerim) omnibus ædificatorijs aptiſſima eſt. Sed nauibus propter flexum humidior capiatur neceſſe eſt. Nam ad conglutinationem ſiccior aptior eſt. Nauis enim compacta, vt extra mare firmior eſt, ita in mare protracta, humore inbibito, ſe vndique protinus comprimit, atque rimis coniunctis omnibus continuat. Niſi penitus exaruerit. Tunc enim gluten aut omnino aſpernatur, aut non æque recipit. Sed iam particulatim materiem quæ commoda ſit videamus oportet. Abies & pinus (vt propoſuimus,) & domibus, & nauibus, & alijs plerisque commodiſſimæ ſunt, ſed plura abies expedit. Piceæ vſus quidem ad vtrunque opus, & maxime ad nauale, ſed putrere celeriter incipit. Robur tam nauibus quam domibus commodum: necnon & in terra obrutum durat. Tilia foris nauium longarum & arcarum menſurarumque fabricæ expetenda eſt. Habet etiam corticem funibus cuiuſque percommodum. Acer, & carpinus, lectis iugiſque iumentorum, atque in totum operum ſumptuoſioribus cæditur. Taxus tenuiſectilia conglutinamenta capſis, ſcrinijs, ſubſellijs, atque in totum ſimilibus præſtat. Ilici honos ad axes plauſtrorum verticis ſimplicis, & iuga lyrarum, pſalteriorumque. Sciſſima ad plauſtrorum vectabulorumque vilem fabricam. Vtilis vlmus ad fores, præla, & torcularia. Quin & ad carpentarium opus, ſed mediocriter. Buxus ad axem plauſtrorũ, & ad burẽ aratrorũ. Portulaca mulieribus ad opus textorium. Iuniperus ad rem ædificatoriam, tum ſubdiualem, tum obruendam ſub terram. Durat enim immunis putredine. Pari modo & iuglans. Quinimo omnium præcipue operi ſubterraneo expettur. Eſt & buxi vſus ad nonnulla. Quæ tamen monte Olympo prouenit, ob breuitatem nodoſitatemque, eſt inutilis. Terebinthus non niſi fructu reſinaque vtilis. Neque philycæ honor, præterquam in alendo pecore. Semper enim fronde abundat. Apharca vallis expetitur, & ad vrendum commoda eſt. Celaſtri vſus ad baculos. Quidam etiam laurum addunt. Seniles enim, & pulchros, & præleues baculos ex hac faciunt. Salicis ad ſcuta, ciſtellas, caniſtra; & eiuſmodi reliqua. Reliquas quoque arbores ſingulatim perſequi pari modo poſſumus.

ΚΕΦ. Θ. CAP. IX.

Quæ quibus inſtrumentis conueniant. Cedroſque in Syria præſtantiſſimas, ac tredecim paſſuum longitudinem fuiſſe vnam earum, quæ ad vndeciremem Demetrij regis cæſæ. In Corſica arbores ampliſſimas, magnoque diſcrimine cæteras excedentes. Romanos in Corſicam profectos condendi oppidi gratia, & deſtitiſſe ob vaſtarum arborum multitudinem, ex ijſque ratem ædificaſſe quinquaginta velis ducendam. Item de Latino agro, & monte Circæo.

Διῄρηται δὲ καὶ πρὸς τὰ τεκτονικὰ τῶν ὀργάνων ἑκάστῃ κατὰ τὴν χρείαν· οἷον, σφυρίον μὲν καὶ τερέτριον, ἄριστα μὲν γίνεται κοτίνου. χρῶνται δὲ καὶ πυξίνοις καὶ μελείνοις καὶ πτελείνοις. τὰς δὲ μεγάλας σφύρας πιτυΐνας ποιοῦσιν. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ἔχει τινὰ τάξιν. καὶ ταῦτα μὲν αἱ χρεῖαι διαιροῦσιν. ἑκάστη δὲ τῆς ὕλης, ὥσπερ καὶ πρότερον ἐλέχθη, διαφέρει κατὰ τοὺς τόπους. ἔνθα μὲν γὰρ λωτὸς, ἔνθα δὲ κέδρος γίνεται θαυμαστὴ, καθάπερ καὶ περὶ Συρίαν· Συρίας γὰρ ἔν τε τοῖς ὄρεσι διαφέροντα γίνεται τὰ δένδρα τῆς κέδρου καὶ τῷ ὕψει καὶ τῷ πάχει. τηλικαῦτα γάρ ἐστιν, ὥστ' ἔνια μὲν μὴ δύνασθαι τρεῖς ἄνδρας περιλαμβάνειν. τοῖς δὲ παραδείσοις ἔτι καὶ μείζω καὶ καλλίω· φαίνεται δὲ, ἐάν τις ἐᾷ καὶ μὴ τέμνῃ, τόπον οἰκεῖον ἕκαστον ἔχον γίνεσθαι θαυμαστὸν τῷ μήκει καὶ πάχει. ἐν Κύπρῳ γοῦν οὐκ ἔτεμνον οἱ βασιλεῖς· ἅμα δὲ καὶ διὰ τὸ δυσκόμιστον εἶναι. μῆκος μὲν ἡ τῶν εἰς τὴν ἑνδεκήρη τὴν Δημητρίου τμηθέντων, τρεισκαίδεκα ὀργυιῶν. αὐτὰ δὲ τὰ ξύλα τῷ μήκει θαυμαστὰ καὶ ἄοζα καὶ λεῖα. μέγιστα δὲ καὶ παρὰ πολὺ τὰ ἐν τῇ Κύρνῳ φασὶν εἶναι. τῶν γὰρ ἐν τῇ Λατίνῃ καλῶν γινομένων ὑπερβολῇ, καὶ τῶν ἐλατίνων καὶ τῶν πευκίνων, μείζω ταῦτα καὶ καλλίω τῶν Ἰταλικῶν. οὐδὲν γὰρ εἶναι πρὸς τὰ ἐν τῇ Κύρνῳ. πλεῦσαι γάρ ποτε τοὺς Ῥωμαίους βουλομένους κατασκευάσασθαι πλοῖον ἐν τῇ νήσῳ πέντε καὶ εἴκοσι ναυσὶ, καὶ τηλικοῦτον εἶναι τὸ μέγεθος τῶν δένδρων, ὥστε τοὺς πλέοντας εἰς κόλπους τινὰς καὶ λιμένας * διασχιεῖσι τοῖς ἱστοῖς ἐπὶ τὸν πυκνόν. καὶ ὅλως πᾶσαν τὴν νῆσον δασεῖαν καὶ ὥσπερ ἠγριωμένην τῇ ὕλῃ. διὸ καὶ ἀποστῆναι τὴν πόλιν οἰκίζειν. διαβάντα δέ τινα ἀποτέμνεσθαι πάμπολυ πλῆθος ἐκ τόπου βραχέος. ὥστε τηλικαύτην ποιῆσαι σχεδίαν, ἣ ἐχρήσαντο πεντήκοντα ἱστίοις. οὐ μὴν ἀλλὰ διαπεσεῖν αὐτὴν ἐν τῷ πελάγει. Κύρνος μὲν οὖν εἴτε διὰ τὴν ἄνεσιν, εἴτε καὶ τὸ ἔδαφος καὶ τὸν ἀέρα, πολὺ διαφέρει τῶν ἄλλων. ἡ δὲ τῶν Λατίνων ἔφυδρος πᾶσα. καὶ ἡ μὲν πεδινὴ δάφνην ἔχει καὶ μυρρίνην καὶ ὀξύην θαυμαστήν. τηλικαῦτα γὰρ τὰ μήκη τέμνουσι, ὥστ' εἶναι διὰ νεὼς τῶν Τυρρηνίδων ὑπὸ τὴν τρόπιν. ἡ δὲ ὀρεινὴ, πεύκην καὶ ἐλάτην. τὸ δὲ Κιρκαῖον καλούμενον, εἶναι μὲν ἄκραν ὑψηλὴν· δασεῖαν δὲ σφόδρα. καὶ ἔχειν δρῦν καὶ δάφνην πολλὴν καὶ μυρρίνην. λέγειν δὲ τοὺς ἐγχωρίους, ὡς ἐνταῦθα

NEcnon ad inſtrumēta fabrilia digeſtio ſingulis fieri poteſt. Vt malleolus & terebra ex oleaſtro optime fiunt: quamquā & buxeis, vlmeis, fraxineisq; vtuntur. Malleos magnos ex picea faciunt. Simili modo & reliquarum cuiq; opus quoddā tribuitur. Sed hæc pro vſu diſcerni deſiderant. Materies autem vnaquęq; pro loci natura (vt etiā prius retulimus) ſuam obtinet differentiā. Nam alibi celtis alibi cedrus miranda aſſurgit, vt videre in Syria licet. Illic enim cedri in montibus, cū longitudine, tū craſſitudine præſtantiſſimę naſcuntur. Quippe adeo craſſeſcunt, vt ſint, quas vlnæ hominū quatuor nequeant amplecti. Addunt his ampliores pulchrioreſq; comperiri in hortis. Quod ſi quis ſinat, nec cędat, mirum in modū quodq; arborum genus, modo ſibi proprium habeat ſolum, excreſcere poſſe videtur. Itaque quod in Cypro reges cū ex imperitia, tum ex transuehendi difficultate, nunquam materiem ceciderint, lōgitudo ijs, quæ ad vndeciremem Demetrij regis cæſæ ſunt, paſſuum tredecim. Ligna autē mirifice procera, enodia, leuia, ſed ampliſſima magnitudine arbores, magnoque diſcrimine cęteras excedentes naſci in Corſica produnt. Quamuis enim in Latino agro, pini, & abietes tum magnitudine, tum pulchritudine, inter omnes Italicas præſtent, tamen ad earum rationem, quas Corſica gignit, pro nullo certe habētur. Romanos enim aliquando cōdendi cauſa oppidi in eam inſulam nauibus quinq; & viginti profectos, tā vaſtis arboribus locus dicitur excepiſſe, vt nauigātes per ſinus quoſdā, & portus, nexus, * dēſaq; malos perſcinderent: & omnino inſula tota confertiſſima, & quaſi efferata immani arborum turba ſpectaretur. Quàobrem Romanos a cōdendo oppido deſtitiſſe aiūt. Sed nōnullos ingreſſos, breui ex loco tam largā cecidiſſe materiem, vt ratem conderent quinquaginta velis ducendam, quā in pelago perijſſe addūt. Corſica igitur ſeu ratione laxationis, ſeu etiā telluris, cœliq; virtute, locis plurimum cæteris præcellit. Latinus autē ager aquis totus abundat, & plana laurum myrtumq; habent, ſciſſimāq; mirabilem: tanta enim longitudine cæditur, vt pro carina Etruſcis nauibus poſſit ſufficere. Montuoſa pinū, & abietē ferunt. Circęū vero, quod vocant, excelſum quoddam promontorium, tradunt frequentiſſimum arboribus: & robore, lauro, myrtoque maiore ex parte ſcatens.

ἡ Κίρκη κατῴκει, καὶ δεικνύναι τὸν τοῦ Ἐλπήνορος τάφον. ἐξ οὗ φύονται μυρρίναι, καθάπερ αἱ στεφανώτιδες· τῶν ἄλλων ὄντων μεγάλων μυρρινῶν. τὸν δὲ τόπον εἶναι τοῦτον εἰς ἀνδρὸς θέσιν. καὶ πρότερον μὲν οὖν νῆσον εἶναι τὸ Κιρκαῖον. νῦν δὲ ὑπὸ ποταμῶν τινων προσκεχῶσθαι, καὶ εἶναι ἠϊόνα· τῆς δὲ νήσου τὸ μέγεθος, περὶ ὀγδοήκοντα σταδίους. καὶ κατὰ μὲν τῶν τόπων ἴδια πολλὴν εἶναι διαφορὰν, ὥσπερ εἴρηται πολλάκις.

Circen in eo habitaſſe incolæ referunt, & tumulum Elpenoris monſtrant, apud quem myrti proueniunt modo coronarij generis, cum cæteræ ampla exeant magnitudine. Inſulam antea Circæum iſtud fuiſſe notatur. Nunc enim a fluuijs quibuſdam exaggeratum factumque littus eſt. Magnitudo inſulæ circiter octoginta ſtadia. Sed pro locorum proprietatibus, permulta magnaque oriuntur diſcrimina, vt ſæpius diximus.

ΚΕΦ. ΙΑ. — CAP. X.

Quæ ad vſum ignarium, adque carbones conficiendos commodæ: quæque fumoſæ ſint, & quarum fumus acerbiſſimus. Item quo modo fumo immunes euadant flammamque molliſſimam faciant. De atragena, & cur ſtatuæ e cedro ſudent. Materiem item oleagineam vel ſæpe laboratam germinare.

ΤΟ δὲ πρὸς τὴν πύρωσιν πῶς ἑκάστη τῆς ὕλης ἔχει, λεκτέον ὁμοίως, καὶ πειρατέον λαβεῖν. ἄνθρακες μὲν οὖν ἄριστοι γίνονται τῶν πυκνοτάτων· οἷον, ἀρίας, δρυὸς, κομάρου. στερεώτατοι γὰρ, ὥστε πλεῖστον χρόνον ἀντέχουσι, καὶ μάλιστα ἰσχύουσι. διὸ καὶ ἐν τοῖς ἀργυρείοις, τούτοις χρῶνται πρὸς τὴν πρώτην τούτων ἕψησιν· χείριστοι δὲ τούτων οἱ δρυΐνοι· γεωδέστατοι γάρ. χείρους δὲ καὶ οἱ τῶν πρεσβυτέρων τῶν νέων, καὶ μάλιστα οἱ τῶν γεράνδρύων, διὰ τὸ αὐτό. ξηρότατοι γάρ· διὸ καὶ πηδῶσι καιόμενοι. δεῖ δὲ ἔνικμον εἶναι. βέλτιστοι δὲ οἱ τῶν ἐν ἀκμῇ, τῶν μάλιστα οἱ τῶν κολάβων. συμμέτρως γὰρ τῷ πυκνῷ καὶ γεώδει καὶ τῷ ὑγρῷ. βελτίους δὲ οἱ τῶν εὐηλίων καὶ ξηρῶν καὶ προσβορείων, ἢ οἱ ἐκ τῶν παλισκίων καὶ ὑγρῶν καὶ πρὸς νότον. καὶ οἱ ἐνικμοτέρας ὕλης, πυκνῆς. ὑγροτέρα γὰρ ἡ πυκνή. καὶ ὅλως ὅσα ἢ φύσει ἢ διὰ τὸν τόπον πυκνότερα, καὶ ξηρότερα, ἐξ ἁπάντων βέλτιον διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. χρεία δὲ ἄλλων ἄλλη. πρὸς ἔνια γὰρ ζητοῦσι τοὺς μαλακούς. οἷον ἐν τοῖς σιδηρείοις τοὺς τῆς καρύας τῆς Εὐβοϊκῆς, ὅταν ἤδη κεκαυμένος ᾖ. καὶ ἐν τοῖς ἀργυρείοις τοὺς πιτυΐνους. χρῶνται δὲ καὶ αἱ τέχναι τούτοις. ζητοῦσι δὲ καὶ οἱ χαλκεῖς τοὺς πευκίνους μᾶλλον ἢ δρυΐνους, καίτοι εὐσθενεστέροι. ἀλλ' εἰς τὴν φύσησιν ἀμείνους, ὡς ἧσσον καταμαραινόμενοι. ἔστι δὲ ἡ φλὸξ ὀξυτέρα τούτων. τὸ δὲ ὅλον ὀξυτέρα φλὸξ καὶ ἡ τούτων, καὶ τῶν ξύλων ἡ τῶν μανῶν καὶ κούφων, καὶ ἡ τῶν αὔων. ἡ δὲ ἐκ τῶν πυκνῶν καὶ χλωρῶν, νωθροτέρα καὶ παχυτέρα. πασῶν δὲ ὀξυτάτη ἐκ τῶν ὑλημάτων. ἄνθρακες δὲ οὐ γίνονται διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὸ σωματῶδες. τέμνουσι δὲ καὶ ἐκζητοῦσιν εἰς τὰς ἀνθρακιὰς τὰ εὐθέα καὶ τὰ νέα. δεῖ γὰρ ὡς πυκνότατα θεῖναι πρὸς τὴν κατάπρηξιν. ὅταν δὲ περιαλείψωσι τὴν κάμινον, ἐξάπτουσι, παρακεντοῦντες ὀβελίσκοις. εἰς μὲν τὴν ἀνθρακιὰν τὰ τοιαῦτα ζητοῦσι. δύσκαπνα δὲ τῷ

QVo autem pacto ſeſe ad vſum ignarium quæq; materies habeat, dicendum nunc eſt, exploratumq; habere conandũ. Ergo carbones optimos ſpiſſiſſimæ materies faciũt, vt aria, robur, arbutus: ſolidiſſimos enim, ita, vt diuturniores, efficacioreſque ſint. Qua de cauſa in metallis argenteis hiſce ad decoctionem primam vtũtur. Sed deterrimi inter eos roboris, quod terreſtiores. Vetuſtioris arboris & potiſſimum annoſæ deteriores quam nouellæ eadem de cauſa ſunt: ſumma etenim ſiccitate conſtant. Ideoque cum ardent, diſſiliunt: humoris namq; aliquid habeant oportet. Optimi quos ætate vigens materies fecerit. Sunt enim ſpiſſæ, terrenæ, humidæq; naturæ temperatiores: commodiores etiam, qui ex apricis, ſiccis aquilonijſque, quam qui ex vmbroſis, humectis, auſtriniſq;. Generis item ſiccioris, quo ſpiſſius eſt, carbonem præſtat commodiorem: quo ſpiſſius enim humidius eſt. Atque in totum, ordinis vel natura, vel loco ſiccioris pars ſpiſſior, commodior eadem de cauſa eſt. Vſus vero diuerſorum diuerſus. Quibuſdam enim operibus molliores expeti ſolent: ceu ferreis metallis, iuglans, cum iam exarſerit: & argenteis, qui confecti ex picea ſunt. Quin etiam artes carbones ſuos deſiderant. Et quidem excuſores pineos potius quærunt quam quernos, quanquam infirmiores ſint. Ad flatum enim reſpondẽt commodius, quoniam minus marceſcant extinguanturq;. Eſt autem flamma corũ celerior. Denique rarorum, & leuium & aridorum, tam carbonum, quam lignorum acutior eſt: contra ſpiſſorum, & humidorũ, lentior atq; craſſior. Omnium acutiſſimã humilis reddit materia, ſed carbones nullos relinquit, eo quod corpulentia caret. Cædunt componuntque ad carbonem conficiendum, quæ recta & leuia ſunt: enimuero quam denſiſſime componi ad concremationem oportet. Cum vero fornacẽ circum accẽderint ignem, veribus interpungentes tranſmittunt, flammamque penitus excitant omnibus corripiendis. Hæc quærere ad carbones

γένει μὲν ὅλως τὰ ὑγρὰ, καὶ τὰ χλωρὰ διὰ τοῦτο δύσκαπνα. λέγω δὲ ὑγρὰ τὰ ἕλεια. οἷον πλάτανον, ἰτέαν, λεύκην, αἴγειρον. ἐπεὶ καὶ ἡ ἄμπελος ὅτε ὑγρὰ, δύσκαπνος. ἐκ δὲ τῆς ἰδίας φύσεως, ὁ φοῖνιξ οὐδὲ ἥκιστα μάλιστά τινος ὑπειλήφασι δύσκαπνον. ὅθεν καὶ Χαιρήμων ἐποίησε, τοῦ τε δυσκαπνωτάτου φοίνικος ἐκ γῆς ῥιζοφοιτήτους φλέβας. δριμύτατος δὲ ὁ καπνὸς συκῆς καὶ ἐρινεοῦ, καὶ ἔτι ἄλλο ὀπῶδες· αἰτία δὲ ἡ ὑγρότης. φλοισθέντα δὲ καὶ ἀποβρεχθέντα ἐν ὕδατι ἐπιρρύτῳ, καὶ μετὰ ταῦτα ξηρανθέντα, πάντων ἀκαπνότατα. καὶ φλόγα μαλακωτάτην ἀφίησιν· ἅτε καὶ τῆς οἰκείας ὑγρότητος ἐξῃρημένης. δριμεῖα δὲ καὶ ἡ τέφρα καὶ ἡ κονία ἡ ἀπ' αὐτῶν. μάλιστα δέ φασι τὴν ἀπὸ τῆς ἀμυγδάλης· πρὸς δὲ τὰς καμινίας καὶ τὰς ἄλλας τέχνας ἀλλήλοις ἐστὶ χρησίμη. ἐμπορεύεται δὲ ἀρίστη συκῆ καὶ ἐλαία. συκῆ μὲν ὅτι γλισχρόν τε καὶ μανόν· ὥστε ἕλκει τε καὶ οὐ δίεισιν. ἐλαία δὲ, ὅτι πυκνὸν καὶ λιπαρόν· πυρεῖα μὲν, γίνεται δὲ ἐκ πολλῶν, ἄριστα δὲ, ὥς φησι Μενέστωρ, ἐκ καρύου. τάχιστα γὰρ καὶ πλεῖστον ἀναπνεῖ. πυρεῖον δέ φασιν, ἄριστον μὲν ἐκ τῆς ἀθραγένης καλουμένης ὑπό τινων. τοῦτο δέ ἐστι τὸ δένδρον ὅμοιον τῇ ἀμπέλῳ καὶ τῇ οἰνάνθῃ τῇ ἀγρίᾳ· ὥσπερ ἐκεῖνα καὶ τοῦτο ἀναβαίνει πρὸς τὰ δένδρα. δεῖ δὲ τὴν ἐσχάραν ἐκ τούτων ποιεῖν. τὸ δὲ τρύπανον ἐκ δάφνης. οὐ γὰρ ἐκ τοῦ αὐτοῦ τὸ ποιοῦν καὶ πάσχον, ἀλλ' ἕτερον εὐθετεῖ κατὰ φύσιν· καὶ τὸ μὲν δεῖ παθητικὸν εἶναι, τὸ δὲ, ποιητικόν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐγγίνεται. καὶ ὥς γέ τινες ὑπολαμβάνουσιν, οὐδὲν διαφέρει. ἀγαθὰ δὲ καὶ ἐκ ῥάμνου. ποιεῖ δὲ τοῦτο καὶ τὴν ἐσχάραν χρηστήν. πρὸς γὰρ τῷ ξηρὰν καὶ ἄχυμον εἶναι, δεῖ καὶ μανωτέραν, ἵν' ἡ τρῖψις ἰσχύῃ. τὸ δὲ τρύπανον ἀπαθέστερον. διὸ τὸ τῆς δάφνης ἀπαθέστερον ἐργάζεται τῇ δριμύτητι· γίνεται γὰρ ἐκ ῥάμνου, καὶ πρίνου, καὶ φιλύρας· καὶ σχεδὸν ἐκ τῶν πλείστων, πλὴν ἐλαίας. ὃ καὶ δοκεῖ ἄτοπον εἶναι· καὶ γὰρ σκληρότερον καὶ λιπαρὸν ἡ ἐλαία. τοῦτο μὲν οὖν ἀσύμμετρον ἔχει δηλονότι τὴν ὑγρότητα πρὸς τὴν πύρωσιν· πάντα δὲ τὰ πυρεῖα, βορείοις μὲν θᾶττον καὶ μᾶλλον ἐξάπτεται· νοτίοις δὲ ἧττον. καὶ ἐν μὲν τοῖς μετεώροις μᾶλλον, ἐν δὲ τοῖς κοίλοις ἧττον. ἀνίει δὲ τῶν ξύλων τὰ κέδρινα, καὶ ἁπλῶς ὧν ἐλαιώδης ἡ ὑγρότης. διὸ καὶ τὰ ἀγάλματά φασιν ἱδίειν ἐνίοτε. ποιοῦσι γὰρ ἐκ τούτων. ὃ δὲ καλοῦσιν ἱλεῖαν τῆς εἰληθυίας ἔφυδρον, ὑπὲρ οὗ καὶ ἐκθύονται πρὸς τοὺς Ἑκατίνους, γίνεται συνισταμένης τῆς ὑγρότητος, τῷ σχήματι μὲν στρογγύλη, μέγεθος δὲ ἡλίκον ἄπιος, ἢ καὶ μικρῷ μεῖζον ἢ ἔλαττον. ἐκβλαστάνει δὲ μάλιστα τὰ ἐλάϊνα, καὶ ἀργὰ κείμενα καὶ εἰργασμένα πολλάκις, ἐὰν ἰκμάδα λαμβάνῃ καὶ ἔχῃ τόπον νοτερόν. ὥσπερ ἤδη τις στροφεὺς τῆς θύρας ἐβλάστησε, καὶ εἰς κυλίκιον πλίνθινον τεθεὶς τῇ κώπῃ πηλός.

bones ſolent. Fumoſa genere quidem vniuerſo, quæ humida ſunt. Et viridia quoq; fumoſa eadem de cauſa experimur. Humida inquam, quæ paluſtria; vt platanus, ſalix, populus: nam & vitis fumoſa, dum humida eſt. Palma ſuapte natura fumoſa eſt. Ex quo illud Chæremonis carmen, Palmæq; venas vſq; fumoſiſſimæ radice natas. Fumus acerbiſſimus, fici, caprifici, & cuiuſq; lacteo ſucco humẽtis. Cauſa humor eſt. Hæc tamen decorticata, & aqua ſuper infuſa madefacta, deinde ſiccata, omninm maxime immunia fumo euadunt, flammamq; molliſſimam faciũt: vtpote cum proprius quoq;, innatuſq; humor exemptus ſit. Quinetiam cinerem eorum lixiuiamq; acrem ſentimus, ac præcipue amygdalæ. Quanquam ad fornaces arteſq; reliquas cõmoda percipiatur. Ad ignẽ excipiendũ aptiſſima ficus, oleaq;. Ficus quia lenta & rara corpore: fit enim exinde vt facile attrahat, nec quicquam dimittat. Olea quia ſpiſſa, & pinguis. Fomites tametſi ex multis fieri poſſint, tamen optimi, qui ex nuce, vt Meneſtor eſt autor. celerrime namq;. largiſſimeq; reſpirant. Ignaria commodiſſime capi ex atragena vocata exiſtimant. Arbor hæc vitis & labruſcæ ſimilis ſurgit: modo enim illarũ arbores ſcandere ſolita eſt. Sed conceptaculum ex hac, terebrum vero ex lauro faciundũ cenſent. Non enim vt ex eodem quod agit, quodque patitur, ſed e diuerſis accipiantur; & alterum efficiendi, alterũ patiendi vim obtineat, natura potinus exigit. Cæterum vel ex eodem nõnunquam conficiunt, nec deſunt, qui nihil referre arbitrentur. Cõmoda etiam ex rhamno, quæ quidẽ vel conceptaculũ præbere idoneũ poteſt. Non enim tantũ humore exinanitum arefactũq;, ſed etiã rarũ eſſe oportet, vt attrit⁹ efficacior eſſe poſſit. Terebrũ ad patiendũ pertinacius eſſe debet: qua de cauſa laureũ faciũt. Id enim pro ſua acrimonia valentius reſiſtens, opus cõmodius expedit. Quin & ex rhamno, ilice, tilia, & fere plurimis id fieri ſolet, præterquã ex olea: quod certe abſurdum putaueris. Oleam enim duriorẽ pinguioremq; eſſe conſtat. Sed hæc ob immodicum ſcilicet humorẽ inepta redditur ad ignitionem. Quodq; autẽ genus ignariorũ aquilonijs flatibus ignẽ ocyus magiſq; concipit, auſtrinis minus: & locis editis atq; ſublimibus magis, quã concauis. Cedri materies nata eſt humorẽ emittere, & in plenũ omnes quibus oleoſus eſt humor. Quãobrem deorum ſtatuæ viſæ ſunt aliquando ſudaſſe: ex his enim cõdere eas cõſueuere. Quod autẽ Lucinã appellãt, & ſacrificijs obſeruandũ aruſpices iubent, concreto quodam humore, extuberat, magnitudine piri, aut paulo maius, minuſue. Germẽ potiſſimũ producit materies oleaginea, cum rudis tum ſæpe laborata in opus, ſi quem humorem ſentiat, locumque habeat humectum. Vt iam cardo quidam valuæ prodatur germinaſſe, & poculum limo iniectum.

THEOPHRASTI DE HISTORIA PLANTARVM

LIBER SEXTVS.

ΚΕΦ. Α. CAP. I.

De ſuffruticibus, herbiſque, ac frugibus: tum quæ maxima omnium generum differentia: deque aculeatis herbis, & quod tribuli proprium: item quibus deſit aculeus.

Περὶ μὲν οὖν δένδρων καὶ θάμνων εἴρηται πρότερον· ἑπόμενον δ᾽ εἰπεῖν περί τε τῶν φρυγανικῶν καὶ ποωδῶν, καὶ εἴτινες ἐν τούτοις ἕτεραι συμπεριλαμβάνονται φύσεις· οἷον ἥ γε σιτηρὰ ποώδης ἐστί. πρῶτον δὲ λέγωμεν περὶ τῆς φρυγανικῆς. αὕτη γὰρ ἐγγυτέρω τῶν προειρημένων διὰ τὸ ξυλώδης εἶναι. πανταχοῦ μὲν ἴσως αἰεὶ τὸ ἄγριον τοῦ ἡμέρου πλεῖον· εἰ δὲ μή, περί τε τὴν φρυγανικὴν οὐσίαν. ὀλίγον γὰρ τὸ ἥμερον αὐτῆς. ὥσπερ σχεδὸν ἐν τοῖς στεφανωτικοῖς ἐστίν. οἷον ῥοδωνιά, ἰωνιά, Διὸς ἄνθος, ἀμάρακος, ἡμεροκαλές. ἔτι δὲ ἕρπυλλος, σισύμβριον, ἑλένιον, ἀβρότανον. ἅπαντα γὰρ ταῦτα ξυλώδη καὶ μικρόφυλλα. διὸ καὶ φρυγανικά. καὶ ἐπὶ τῶν λαχανηρῶν δ᾽ ὁμοίως. οἷος, ῥάφανος, πήγανον, καὶ ὅσα παραπλήσια τούτοις ἐστίν. ὑπὲρ ὧν οὐχ ἧττον ἴσως ἁρμόττει κατὰ τὴν οἰκείαν προσηγορίαν εἰπεῖν, ὅταν περὶ στεφανωμάτων καὶ λαχάνων ποιώμεθα μνείαν. νῦν δὲ πρῶτον περὶ τῶν ἀγρίων λέγωμεν. ἔστιν αὐτῶν εἴδη καὶ μέρη πλείω, καὶ τοῖς καθ᾽ ἕκαστον γένος καὶ τοῖς ὅλοις εἴδεσιν, ἃ δεῖ διαιρεῖν. μεγίστην δ᾽ ἄν τις λάβοι διαφορὰν τῶν ὅλων γενῶν, ὅτι τὰ μέν, ἀνάκανθα, τὰ δὲ ἀκανθώδη τυγχάνει. πάλιν δ᾽ ἐν ἑκατέρῳ τούτων πολλαὶ διαφοραὶ γενῶν καὶ εἰδῶν. ὑπὲρ ὧν καθ᾽ ἑκάτερα πειρατέον εἰπεῖν. τῶν ἀκανθικῶν δή, τὰ μὲν ἁπλῶς εἰσιν ἄκανθαι, καθάπερ ἀσπάραγος καὶ σκορπίος· οὐδὲ γὰρ ἔχουσι φύλλον οὐδὲν παρὰ τὴν ἄκανθαν· τὰ δέ, φυλλάκανθα· καθάπερ ἄκανος, ἠρύγγιον, κνῆκος. ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα ἐπὶ τῶν φύλλων ἔχει τὴν ἄκανθαν· διὸ καὶ φυλλάκανθα καλεῖται. τὰ δὲ καὶ παρὰ τὴν ἄκανθαν ἕτερον ἔχει φύλλον· ὥσπερ ἡ ὄνωνις, καὶ ὁ τρίβολος, καὶ ὁ φλεώς. ὃ δή τινες καλοῦσι στοίβην. ὁ δὲ τρίβολος καὶ τῇ περικαρ-

DE Arboribus atq; fruticibus dictum iam eſt. Nunc vt de ſuffruticibus, & herbis doceamus, conſequitur: & ſi qua in hiſce alia genera cõprehenduntur, illa quoque adnotemus oportet; vt fruges. Nam hæ quoque inter herbas deputari deſiderant. Sed primum verba de ſuffruticibus faciamus: id enim genus propius ad prædicta accedit: quod nimirum ſurculoſum aſſurgat. In omnibus forte plantarum generibus, ſylueſtre ſemper vrbano copioſius eſt, vel ſi id minus cæteris conſtet. In natura quidem ſuffruticum ita proculdubio eſſe, fateri conuenit. Pars enim exigua hoc in genere vrbana notatur, quæ coronarijs pene conſumetur: vt roſa, viola, Iouis flos, ſanpſucum, elium: item ſerpyllum; ſiſymbrium, helenium, abrotanum. Hæc enim omnia ſurculoſa, minutiſque condita folijs conſtant, fruticeſque proinde redduntur. Item etiam in olerum genere ſimili ratione ſentitur. Exempli gratia, radix, ruta, quæque ſimilia. De quibus haud minus forte ſecundum propriam appellationem dixiſſe conueniet, cum mentionem coronamentorum atque olerum faciemus. Nunc de ſilueſtribus primum dicendum eſt. Horum igitur ſpecies parteſque plures, cum ſingulis generibus, tum totis ſpeciebus exiſtunt, quas vtique diſcernamus oportet. Sed maximam cunctorum generum acceperis differentiam, quod alia ſine aculeo, alia aculeata. Et rurſum in eorum vtroque permulta generum ſpecierumque diſcrimina conſtant, de quibus iam referre tentandum eſt. Ergo aculeatorum alia ex toto aculei ſunt; ceu corruda, & nepa: hæc enim nullum iuxta aculeum folium gerunt. Alia folijs conſtant aculeatis, vt acanum, eringium, cnecum: hæc enim atque ſimilia in folijs aculeum gerunt, quamobrem folijs aculeigera dixeris. Quædam etiam iuxta folium aculeatum, altero quoque folio conduntur: vt ononis, tribulus, phleus, quam nonnulli ſtœbam appellant. Tribulus vel ſemine aculeige-

aculeige-

πίω. διὸ καὶ τοῦτο ἴδιον πρὸς ἅπαντα ὡς εἰπεῖν. ἐπεὶ πολυάκανθά γε πολλὰ τῶν δένδρων καὶ τῶν θαμνωδῶν ἐστιν. οἷον, ἀχρὰς, ῥόα, παλίουρος, βάτος, ῥοδωνία, κάππαρις. ἐν μὲν τοῖς ἀκανθικοῖς ταύτας ἄν τις ὡς εἰπεῖν τύπῳ λάβοι τὰς διαφοράς. ἐν δὲ τοῖς ἀνακάνθοις οὐκ ἔστιν ὅλως διαλαβεῖν τοῖς γένεσιν· ἡ γὰρ τῶν φύλλων ἀνωμαλία, μεγέθει καὶ μικρότητι καὶ σχήμασιν, ἄπειρος, καὶ ἀσαφής. ἀλλὰ δεῖ πειρᾶσθαι κατ' ἄλλον τρόπον διαιρεῖν. πλείω δέ ἐστι τὰ γένη τὰ τούτων καὶ διαφορὰς ἔχοντα μεγάλας· οἷον κιττὸς, μήλωθρον, ἐρευθεδανὸν, σμηρέα, κνέωρον, ὀρίγανον, θύμβρας. σφάκελος, ἐλελίσφακος, πράσιον, κόνυζα, μελισσόφυλλον· ἕτερα τοιαῦτα, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. ἔτι τὰ ναρθηκώδη καὶ νευρόκαυλα. καθάπερ μάραθρον; ἱππομάραθρον, ναρθηκία, νάρθηξ, καὶ τὸ καλούμενον ὑπό τινων μυόφωνον, καὶ ὅσα ὅμοια τούτοις. ἅπαντα γὰρ ἄν τις καὶ ταῦτα καὶ ὅλως εἴ τι ναρθηκῶδές ἐστι, τῆς φρυγανικῆς φύσεως θείη. εἴδη δὲ καὶ διαφοραὶ καθ' ἕκαστον τῶν εἰρημένων εἰσί· τῶν μὲν φανερώτεραι, τῶν δὲ, ἀφανέστεραι.

aculeigerum eſt: habet enim in ſemine aculeum. Qua de cauſa, id quoque proprium ei (vt ſic loquar) præ omnibus licet vtique adnotare. Nam in ramis quidem quæ aculeum gerant, vel inter arbores fruticeſque multa reperire poſsis: vt pirũ ſylueſtrem, malum punicam, paliurum, rubum, roſam, capparim. Hæc in aculeatorum genere diſcrimina inuenies: quatenus ea obiter dici potuerunt. At eorum, quibus aculeus deeſt, digeſtio nulla penitus generatim fieri poteſt. Quippe cum foliorum diuerſitas, amplitudine, paruitate, figuraque, immenſa incertaque ſit. Quamobrem alio modo diuidere illa tentandum profecto eſt. Sunt autem genera eorum complura, ſummiſque differentijs diſcreta: vt edera, melothrum, rubeia, ſmerea, caſia, origanum, ſatureia, lens, ſaluia, marrubium, pulicaria, apiaſtrum, cæteraque ſimilia. Atque etiam quæ minus ſimilia ſunt, ſcilicet quæ ferulacea, & neruicaulia ſunt: ceu fœniculum, equi fœniculum, ferulago, ferulaque, herba muralis, ſiue muricida a quibuſdam vocata, cæteraque ſimilia. Hæc enim omnia, atque in totum ſi quid ferulaceum, ſuffruticum naturæ recte addideris. Genera vero atque diſcrimina, ex ſingulis hiſce indicatis habentur, alijs euidentia, alijs occultiora.

ΚΕΦ. Β. — CAP. II.

Ederæ, & caſiæ duo eſſe genera. De origano, thymo, ſphacelo, ſaluia, marrubio, pulicaria, ferula, ferulagine, mandragora, cicuta, elleboro, albuco, fœniculo, muricida.

Καὶ γὰρ κιττοῦ δύο γένη διαιροῦσι, τὸ μὲν ἄρρεν, τὸ δὲ, θῆλυ· τῷ τὸ μὲν μεῖζον καὶ σκληρότερον καὶ λιπαρώτερον φύλλον ἔχειν, καὶ τὸ ἄνθος ἐπιπορφυρίζον. ἄμφω δ' ὅμοια τοῖς ἀγρίοις· πλὴν ἐλάττω καὶ ἄοσμα. δύο δὲ εἴδη καὶ τοῦ κνεώρου. ὁ μὲν γὰρ λευκός· ὁ δὲ, μέλας. ἔχει δ' ὁ μὲν λευκὸς τὸ φύλλον δερματῶδες, πρόμηκες, ὁμοιόσχημον τρόπον τινὰ τῇ ἐλαίᾳ. ὁ δὲ μέλας, οἷον ἡ μυρίκη, σαρκῶδες. ἐπίγειος δὲ μᾶλλον ὁ λευκός. ἔστι δὲ ὀσμώδης. ὁ δὲ μέλας ἄοσμος. τὴν δὲ ῥίζαν τὴν εἰς βάθος, ἄμφω μεγάλην ἔχουσι. καὶ τοὺς ἀκρέμονας πολλοὺς καὶ παχεῖς καὶ ξυλώδεις ἀπ' αὐτῆς τῆς γῆς ἢ μικρὸν ἄνω σχιζομένους. ξυλωδέστατον δὲ καὶ γλίσχρον σφόδρα· διὸ καὶ χρῶνται πρὸς τὸ καταδεῖν καὶ περιλαμβάνειν, ὥσπερ τῷ οἰσῷ. βλαστάνει δὲ καὶ ἀνθεῖ μετ' ἰσημερίαν μετοπωρινήν. καὶ ἀνθεῖ πολὺν χρόνον. καὶ τῆς ὀριγάνου δὲ ἡ μέλαινα ἄκαρπος· ἡ δὲ λευκὴ, κάρπιμος. καὶ θύμον τὸ μὲν, λευκὸν, τὸ δὲ μέλαν· εὐανθὲς δὲ σφόδρα, περὶ τροπὰς (καὶ τότε γὰρ ἀνθεῖ) θερινάς. ἀφ' οὗ καὶ ἡ μέλιττα λαμβάνει τὸ μέλι. καὶ τοῦτό φασιν οἱ μελιττουργοὶ δῆλον εἶναι, πότερον εὖ μελιττοῦσιν ἢ οὔ. ἄλλως γὰρ ἀπανθήσαντες

Ederæ namque duo genera, mas, & fœmina. Quoniam altera maius, durius, pinguiuſque folium habet, floremq; ad purpuram inclinatum: ambabus tamen flores roſis ſylueſtribus proximi, verum minores & ſine odore. Caſiæ quoque duo genera: alia enim candida, alia nigra. Candidæ folium modo cutis oblongum, figura quodammodo oleagineo ſimile. Nigræ quale tamarici, carnoſum. Candida magis ſe humi ſpargit, odorataque eſt: nigra odore caret. Radix ambabus, quæ alte deſcendit, grandis. Ramique permulti, craſſi, ſurculoſique, ab ipſa protinus tellure, aut paulo ſuperius ſparſi, lenti admodum ſunt. Quamobrem hiſce ad colligandum modo iunci vtuntur. Germinant, florentque poſt æquinoctium autumni: & multum denique temporis florent. Et origani vero genus nigrum, ſterile, candidum, fructuoſum eſt. Quin & thymum candidum nigrumque reddunt. Sero id admodum floret: nam circa æſtiuum ſolſtitium incipit. Mel apes hinc capiunt, & hoc augurio apiarij conſtare affirmant, an probe melletur, nec ne. Etenim ſi aliter defloruerit, mellatio

minus

οὐκ εὐμελιτεῖ. βλάπτει δὲ καὶ ἀπόλλυσι τὴν ἄνθησιν, ἐὰν ὕδωρ ἐπιγένηται. σπέρμα δὲ κάρπιμον, ἡ μὲν θύμβρα καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ ὀρίγανος ἔχει φανερόν. τοῦ θύμου δ᾽ οὐκ ἔστι λαβεῖν. ἀλλ᾽ ἐν τῷ ἄνθει πως ἀναμέμικται. σπείρουσι γὰρ τοῦτο καὶ ἀναβλαστάνει· ζητοῦσι δὲ καὶ λαμβάνουσιν οἱ ἐξάγειν Ἀθήνησι βουλόμενοι τὸ γένος. ἴδιον δὲ ἔχει καὶ πρὸς ταῦτα καὶ σχεδὸν πρὸς τὰ ἄλλα, καὶ κατὰ τοὺς τόπους. οὐ γάρ φασι δύνασθαι φύεσθαι καὶ λαμβάνειν, ὅπου μὴ ἀναπνοὴ διϊκνεῖται ἡ ἀπὸ τῆς θαλάσσης. διὸ οὐδὲ ἐν Ἀρκαδίᾳ γίνεται θύμβρα τε καὶ ὀρίγανον. καί τοι τοιαῦτα πολλὰ καὶ πολλαχοῦ. παραπλήσιον οὖν τὸ συμβαῖνον τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς ἐλαίας. οὐδὲ γὰρ οὐδ᾽ ἐκεῖνο δοκεῖ τριακοσίων σταδίων ἀπὸ θαλάσσης ἐπάνω φύεσθαι. σφάκελος δὲ καὶ ἐλελίσφακος διαφέρουσιν, ὡς αὖ τὸ μὲν ἥμερον, τὸ δὲ, ἄγριον. λειότερον γὰρ τὸ φύλλον τοῦ σφακέλου καὶ ἔλαττον καὶ ἧττον αὐχμηρότερον· τὸ δὲ τοῦ ἐλελισφάκου βαρύτερον. δύο γένη καὶ τοῦ πρασίου· τὸ μὲν γὰρ ἔχει ποῶδες τὸ φύλλον καὶ μᾶλλον ἐπικεχαραγμένον. ἔτι δὲ τὰς ἐντομὰς ἐντόμους ἐνδήλους σφόδρα καὶ βαθείας. ᾧ καὶ οἱ φαρμακοπῶλαι χρῶνται πρὸς ἔνια· τὸ δὲ ἕτερον στρογγυλότερον καὶ αὐχμῶδες σφόδρα, καθάπερ τοῦ σφακέλου, καὶ τὰς ἐντομὰς ἀμαυροτέρας ἔχον καὶ ἐπικεχαραγμένον ἧττον. κονύζης δὲ τὸ μὲν ἄρρεν, τὸ δὲ θῆλυ. διαφορὰς δὲ ἔχει, καθάπερ τὰ ἄλλα τὰ οὕτω διαιρούμενα. τὸ μὲν γὰρ θῆλυ λεπτοφυλλότερον, καὶ ξυνεστηκὸς μᾶλλον. καὶ τὸ ὅλον ἔλαττον. τὸ δὲ ἄρρεν, μεῖζόν τε καὶ παχυκαυλότερον, καὶ πολυκλωνότερον καὶ τὸ φύλλον μεῖζον καὶ λιπαρώτερον ἔχον. ἔτι δὲ τὸ ἄνθος λαμπρότερον. καρποφόρα δὲ ἄμφω. τὸ δ᾽ ὅλον ὀψιβλαστεῖ καὶ ὀψιανθεῖ περὶ ἀρκτοῦρον, καὶ μετ᾽ ἀρκτοῦρον λαμβάνει. βαρεῖα δὲ ἡ ὀσμὴ τοῦ ἄρρενος. ἡ δὲ τῆς θηλείας δριμυτέρα. διὸ καὶ πρὸς τὰ θηρία χρησίμη. ταῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα ὥσπερ διαφέροντα. πάλιν δὲ ἄλλα μονοειδῆ τυγχάνοντα καὶ τῶν πρότερον εἰρημένων. καὶ ἕτερα παρὰ ταῦτα· πλείω γάρ ἐστι. τὸ δὲ ναρθηκῶδες (γένος γὰρ καὶ τοῦτο τῶν φρυγανικῶν) πολλὰς περιείληφεν ἰδέας. ἐν οἷς πρῶτον ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ πᾶσι λεκτέον, ὑπὲρ νάρθηκός τε καὶ ναρθηκίας εἴτε τὸ αὐτὸ γένος ἐστὶν ἀμφοῖν, διαφέρον δὲ κατὰ μέγεθος, εἴτε καὶ ἕτερον ὥσπερ τινές φασιν· ἡ δ᾽ οὖν φανερὰ φύσις ἀμφοῖν ὁμοία, πλὴν κατὰ τὸ μέγεθος. ὁ μὲν γὰρ νάρθηξ γίνεται μέγας σφόδρα. ἡ δὲ ναρθηκία μικρά. μονόκαυλα δ᾽ ἄμφω, καὶ γονατώδη. ἀφ᾽ ὧν τά τε φύλλα βλαστάνει καὶ καυλοί τινες μικροί. βλαστάνει δὲ παραλλὰξ τὰ φύλλα. λέγω δὲ παραλλὰξ, ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ αὐτοῦ μέρους τῶν γονάτων, ἀλλ᾽ ἐναλλάξ· περιειληφότα δὲ τὸν καυλὸν ἐπὶ καθάπερ τὰ τοῦ καλάμου. πλὴν

minus probe ſuccedet. Deſtruitur, peritque flos, ſi imber inceſſit. Semen fœcundum ſatureiæ: atque etiam magis origani manifeſto ſentitur. Thymi nullum oſtendi potuit, ſed floribus quodam permiſcetur modo. Flores etenim ſerunt, itaque oritur thymum. Qui tamen Athenis deportare deſiderant, quærunt, atque inueniunt. Peculiare tam præ ijs ipſis, quam præ reliquis omnibus, vel ex locis ſortiri thymum autumant. Nam quo flatus e mari nequeat peruenire, illic naſci durareque poſſe omnino negant. Qua de cauſa nec in Arcadia ſatureia, & origanum prouenire poſſunt. Quanquam ſimilia multa, multiſque in locis gignuntur: proximum ſane, quod etiam in olea euenire notatum eſt. Nec enim ea trecentis a mari ſtadijs prouenire poſſe videtur. Sphacelus, & ſaluia inter ſeſe diſtant, quaſi alterum vrbanum, alterum genus ſilueſtre dixeris. Sphacelo folium læuius, contractius, minuſque ſqualens: ſaluiæ ſcabrius. Sunt & marrubij duo genera. Aliud enim folio herbido, ſerratiori, inciſuriſque profundioribus, & proinde conſpectioribus diſcreto conſtat, quo vnguentarij vti ad nonnulla conſueuerunt: alterum rotundius, ſqualenſque vehementer, ſicut ſphaceli, inciſuraſque habens obſcuriores, minuſque ſerratum. Pulicaria maſcula, & fœmina conſtat: diſtant quemadmodum cætera, quæ ſic diſcerni deſiderant. Fœmina enim tenuiori folio conditur, & compreſſior eſt, atque in totum minor. Mas amplior, craſſiorique caule atque ramoſior, & folium amplius, pinguiuſque habens. Necnon & flore ſplendidior eſt. Ambo fructifera ſunt. In totum ſerotina germine, floreque conſtant. Quippe cum circa arcturum, & poſt arcturum incipiant. Mari grauior odor, fœminæ acrior: ideoque contra beſtiarum morſus commodior eſt. Hæc igitur, & ſimilia diſcrepare quaſi inter ſe ſentiuntur. Sed adſunt alia facie vniformi, tum in ijs, quæ ante enumerauimus, tum in cæteris: plura namque proueniunt. Ferulaceum autem genus (nam id quoque inter ſuffrutices eſt) in plures ſpecies ſpargitur. Sed primum de eo, quod commune omnium conſtat, dicendum eſt, ſcilicet de ferula, atque ferulagine: ſeu idem genus ambabus differens magnitudine tantum, ſeu etiam alterum ſit, vt nonnulli putarunt. Ergo natura earum, quæ conſpici poſſit, conſimilis certe ſentitur, præterquam ratione magnitudinis. Ferula enim grandis admodum ſurgit. Ferulago autem humilis Sed vnicaules ambæ geniculatæ ſunt. Folia & caliculi quidam geniculis erumpunt, ac alternatim exeunt: folia alternatim inquam, quod non ex eadem parte geniculorum, ſed permutatim caulem magna ex parte amplexa, ſicuti arundinea proueniunt, niſi

ἀποκεκλιμένα ταῦτα μᾶλλον διὰ τὴν μαλακότητα καὶ τὸ μέγεθος. μέγα γὰρ τὸ φύλλον καὶ μαλακὸν, καὶ πολυσχιδὲς, ὥστε εἶναι τριχῶδες. μέγιστα τὰ κάτω πρὸς τὴν γῆν, καὶ ἀεὶ κατὰ λόγον. ἄνθος δὲ μηλινοειδὲς, ἀμαυρόκαρπον δὲ, παρόμοιον τῷ ἀνήθῳ· πλὴν μεῖζον. ἄκρα δὲ σχίζεται, καὶ ἔχει τινὰς οὐ μεγάλους καυλούς. ἐνταῦθα δὲ τό, τε ἄνθος καὶ ὁ καρπός. ἔχει δὲ καὶ ἄνθος καρπόν, καὶ ἐν τοῖς παρακαυλίζουσι δίολου, καθάπερ τὸ ἄνηθον. ἐπέτειόκαυλον δὲ καὶ ἡ βλάστησις τοῦ ἦρος, πρῶτον μὲν τῶν φύλλων, ἔπειτα τοῦ καυλοῦ, καθάπερ τῶν ἄλλων· ῥίζαν δὲ ἔχει βαθεῖαν. ἔστι δὲ μονόρριζον· ὁ μὲν οὖν νάρθηξ τοιοῦτος. τῶν δ᾽ ἄλλων τὰ μὲν, ὁμοιότερον τούτῳ τὸν καυλὸν ἔχει· καθάπερ ὁ μανδραγόρας, καὶ τὸ κώνειον, καὶ ὁ ἐλλέβορος, καὶ ὁ ἀνθέρικος. τὰ δ᾽ οἷον ἐκνευρόκαυλα τυγχάνει· καθάπερ μάραθρον, μυόφονον, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις. ἴδιος δὲ ὁ καρπὸς τοῦ μανδραγόρου, τῷ μέλας τε, καὶ ῥαγώδης, καὶ οἰνώδης εἶναι τῷ χυμῷ. μέγισται δὲ καὶ ἰδιαίταται φύσεις, ἥτε τοῦ σιλφίου, καὶ ἡ τοῦ παπύρου τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ. ναρθηκώδη γὰρ καὶ ταῦτά ἐστιν. ὑπὲρ οὖν τοῦ μὲν παπύρου πρότερον εἴπομεν ἐν τοῖς ἐνύδροις.

quod deflexa hæc magis mollisite, magnitudinisque cauſa. Folium enim grande, molle, multifidum, vt capillamenti modo fere videatur: maximaque terræ proxima, & reliqua ſubinde ad portionem. Flos mellinus, ſemen obſcurum, anetho ſimile, ſed maius finditur cacumine: inque ſtipites quoſdam haud magnos diſpergitur, quibus flos ſemenque inſidet: nec flore fructuve laterales caules carent; ſed modo anethi ferunt. Annuo caule conſtat. Et germinatio in vere primum foliorum, tum caulis, vt etiam in cæteris fieri ſolet. Radice alte deſcendit, eademque ſingulari innititur. Talis ferula eſt. Ex reliquis autem quædam huic proximiora caule conſtant: ceu mandragora, cicuta, elleborum, albucum. Quædam veluti neruicaulia ſunt: vt fœniculum, muricida, & eiuſmodi reliqua. Fructus mandragoræ peculiaris, qui niger, racematus, vinoſuſque ſuo ſapore ſentitur. Sed præclara ſummeque peculiaris natura laſerpitij, & papyri Ægyptij. Nam hæc ferulacea ſunt. Et de papyro inter aquatiles prius retulimus.

ΚΕΦ. Γ. — CAP. III.

De laſerpitio, magydari, quidque differant inter ſe. Item de nepa, corruda, ſiue aſparago, & quæ acanacea ſint. De herba lanaria, ſonco, cneco, acarna, ſpina candida, æraria, aculeoſa, fuſo agreſti, buxo aſinino, carduo, pinea, vernilagine.

Υπὲρ θατέρου δὲ λεκτέον. τὸ δὲ σίλφιον ἔχει ῥίζαν μὲν πολλὴν καὶ παχεῖαν, τὸν δὲ καυλὸν, ἡλίκον νάρθηξ. σχεδὸν δὲ καὶ τῷ πάχει παραπλήσιον. τὸ δὲ φύλλον ὃ καλοῦσι μάσπετον, ὅμοιον τῷ σελίνῳ. σπέρμα δ᾽ ἔχει πλατὺ, φυλλῶδες, οἷον τὸ λεγόμενον φύλλον. ἐπέτειόκαυλον δ᾽ ἐστὶν, ὥσπερ ὁ νάρθηξ. ἅμα μὲν οὖν τῷ ἦρι τὸ μάσπετον τοῦτο ἀφίησιν· ὃ καθαίρει τὰ πρόβατα καὶ παχύνει σφόδρα, καὶ τὰ κρέα θαυμαστὰ ποιεῖ τῇ ἡδονῇ. μετὰ δὲ ταῦτα καυλὸν ἐσθίεσθαι πάντα τρόπον ἀγαθὸν, ἑφθόν, ὀπτόν. καθαίρειν δὲ καὶ τοῦτόν φασι τὰ σώματα τετταράκοντα ἡμέραις. ὀπὸν δὲ διττὸν ἔχει. τὸν μὲν ἀπὸ τοῦ καυλοῦ, τὸν δὲ ἀπὸ τῆς ῥίζης. διὸ καλοῦσι τὸν μὲν καυλίαν, τὸν δὲ ῥιζίαν. ἡ δὲ ῥίζα τὸν φλοιὸν ἔχει μέλανα, καὶ τοῦτον περιαιροῦσιν. ἔστι δὲ ὥσπερ μέτρα τῶν ῥιζοτομιῶν αὐτῆς. ἐξ ὧν ὁπόσον ἂν δοκῇ συμφέρειν ταμιευόμενοι πρὸς τὰς τομὰς, καὶ τὸ ὑπάρχον τέμνουσιν. οὐκ ἔστι γὰρ οὔτε παραλέμνειν, οὔτε πλεῖον τῶν τεταγμένων· καὶ γὰρ διαφθείρεται καὶ σήπεται τὸ ἀργὸν, ἐὰν χρονίζῃ. κατεργάζονται δὲ ἄγοντες εἰς τὸν Πειραιᾶ, τόνδε τὸν τρόπον, ὅταν βάλλωσιν εἰς ἀγγεῖα καὶ ἄλευρα μίξωσι, σείουσι χρόνον συχνόν. ὅθεν καὶ τὸ χρῶμα λαμβάνει, καὶ ἐργασθὲν, ἄσηπτον ἤδη διαμένει.

De laſerpitio nunc indicandum eſt. Laſerpitio radix multa, craſſaque, caulis quantus ferulæ, & craſſitudine fere proximus. Folium quod maſpetum vocant, apio ſimile eſt: ſemen latum, foliaceum, ſcilicet quod folium appellatur: caulis annuus, ſicut ferulæ. Ergo vere ineunte maſpetum hoc exit, & pecus eo purgatur, pingueſcitq; vehementer, & carnes mirabilem in modũ ſuaues redduntur. Poſthac caulem edit hominum cibo idoneum omnibus modis, elixum aſſumque: corpora eo quoq; purgari ferunt. Quadraginta diebus ſuccus capitur duplex, alter ex caule alter ex radice. Qua de cauſa alterum ſcaparium, alterum radicarium vocant. Radix nigro cortice tegitur, eumque detrahere ſolent. Sunt veluti certæ menſuræ cædendæ radicis. Quibus quantum conferre putetur ad futurã cæſuram reſeruantes, reliquum abſcindunt. Nec enim deuie, neque plus conſtituto cædere licet. Corrumpitur enim putreſcitque, ſi diu manſit. Præparant id conficiuntque in Pyræeum portum aduectum, hoc modo. Cũ in vaſis conieceriut, farinamq; admiſcuerint, quatiunt longo ſpatio temporis. Hinc etiam colorem aſſumit, & conditum iam incorruptum perdurat. Præparatio cæſuraque ita ſe habet. Locum Africæ amplum occupat: amplio-

Q

τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν ἐργασίαν καὶ τομὴν οὕτως ἔχει. τόπον δὲ πολὺν ἐπέχει τῆς Λιβύης. πλείω γάρ φησιν ἢ τετρακισχίλια στάδια. τὰ πλείονα δὲ γενέσθαι περὶ τὴν σύρτιν ἀπὸ τῶν εὐεσπερίδων. ἴδιον δὲ τὸ φεύγειν τὴν ἐργαζομένην. καὶ δὴ συνεργαζομένης καὶ ἀεὶ συνημερουμένης ἐξαναχωρεῖν, ὡς οὐ δεομένην δηλονότι θεραπείας, ἀλλ' ὄντως ἀγρίου. φασὶ δὲ οἱ Κυρηναῖοι φανῆναι τὸ σίλφιον ἔτεσι πρότερον ἢ αὐτοὶ τὴν πόλιν ᾤκησαν ἑπτά. οἰκοῦσι δὲ μάλιστα περὶ τριακόσια, εἰς Σιμωνίδην ἄρχοντα Ἀθήνησιν. οἱ μὲν οὕτω λέγουσιν. οἱ δὲ τοῦ σιλφίου τὴν ῥίζαν φασὶ γενέσθαι πηχυαίαν ἢ μικρῷ μείζονα. ταύτην δὲ ἔχειν ἐπὶ τοῦ μέσου κεφαλήν. ὃ καὶ μετεωρότατόν ἐστι, καὶ σχεδὸν ὑπὲρ γῆς, ἐξ ἧς δὴ φύεσθαι· καλεῖσθαι δὲ γάλα. μετὰ ταῦτα δὲ τὸν καυλόν. ἐκ δὲ τούτου, μαγύδαριν, καὶ τὸ καλούμενον φύλλον. τοῦτο δ' εἶναι σπέρμα ὃ καὶ ὅταν νότος λαμπρὸς πνεύσῃ μετὰ κύνα, διαρρίπτεται. ἐξ ὧν φύεσθαι τὸ σίλφιον. τῷ αὐτῷ δὲ ἔτει τήν τε ῥίζαν γίνεσθαι καὶ τὸν καυλόν. οὐδὲν δὲ τούτου ἴδιον· καὶ γὰρ τῶν ἄλλων. εἰ μὴ τοῦτο λέγουσιν, ὅτι εὐθὺς φύεται μετὰ τὴν ἔκριψιν. καὶ τοῦτο ἴδιον καὶ διαφέρον τοῖς πρότερον, ὅτι φασὶ δεῖν ὀρύττειν ἐπέτειον. ἐὰν δὲ ἐαθῇ, φέρειν πᾶν τὸ σπέρμα καὶ τὸν καυλόν. χείρω δὲ γίνεσθαι καὶ ταῦτα καὶ τὴν ῥίζαν. ὀρυττομένας δὲ, βελτίους γίνεσθαι, διὰ τὸ μεταβάλλεσθαι τὴν γῆν. ἐναντίον δὲ τοῦτο τῷ φεύγειν τὴν ἐργάσιμον. ἐσθίεσθαι καὶ τὰς ῥίζας προσφάτους κατατεμνομένας εἰς ὄξους. τὸ δὲ φύλλον τῇ χροιᾷ χρυσοειδὲς εἶναι. ἐναντίον δὲ καὶ τὸ καθαίρεσθαι τὰ πρόβατα τὸ φύλλον ἐσθίοντα· φασὶ γὰρ καὶ τοῦ ἦρος καὶ τοῦ χειμῶνος εἰς ὄρος ἀφιέναι. νέμεσθαι δὲ τοῦτό τε καὶ ἕτερον ὅμοιον ἀβροτόνῳ· θερμαντικὼ δ' ἄμφω δοκεῖ εἶναι. καὶ κάθαρσιν μὲν οὐ ποιεῖν, ἀναξηραίνειν δὲ καὶ συμπέττειν. ἐὰν δέ τι νοσοῦν ἢ κακῶς ἔχον εἰσέλθῃ πρόβατον, ὑγιάζεσθαι ταχέως ἢ ἀποθνήσκειν· ὡς δ' ἐπιτοπολὺ σώζεσθαι μᾶλλον. ταῦτα μὲν, ὁποτέρως ἔχει, σκεπτέον. ἡ δὲ καλουμένη μαγύδαρις, ἕτερόν ἐστι τοῦ σιλφίου. μανώτερόν τε καὶ ἧττον δριμύ. καὶ τὸν ὀπὸν οὐκ ἔχει. διάδηλος δέ ἐστι καὶ τῇ ὄψει καὶ τοῖς ἐμπείροις. γίνεται δὲ περὶ Συρίαν, καὶ οὐκ ἐν Κυρήνῃ. φασὶ δὲ καὶ ἐν τῷ Παρνασίῳ ὄρει πολλήν. ἔνιοι δὲ σίλφιον τοῦτο καλοῦσιν. εἰ δὲ φεύγει τὴν ἐργάσιμον ὥσπερ τὸ σίλφιον, σκεπτέον. ὡσαύτως δὲ καὶ εἴτι ὅμοιον ἢ παραπλήσιον ἔχει, φύλλου τε πέρι καὶ καυλοῦ· καὶ εἰ ὅλως ἀφίησί τι δάκρυον. τὴν μὲν οὖν ναρθηκώδη φύσιν ἐν τοῖς τοιούτοις θεωρητέον· τῆς δ' ἀκανθικῆς, ἑπόμενον γὰρ τοῦτο εἰπεῖν, ἐπειδὴ διῄρηται, τὸ μὲν ἀκανθῶδες ὅλως, τὸ δὲ φυλλάκανθον, ὑπὲρ ἑκατέρου χωρὶς λεκτέον.

ampliorem, quam quatuor ſtadiorum millia in hortis Heſperidum ferunt. Sed maiorem partem colligi apud Syrtes. Peculiare huius culta fugere loca proditur. Quamobrem ſi colatur, miteſcatque ſolum, deuiat. Atque omnino degenerat: vtpote natura culturæ aſpernans, ferocitatiſque conſtans vernaculum. Cyreneṅſes annis ſeptem prius, quam ipſi vrbem habitarent, laſerpitium extitiſſe affirmant. Habitant vero annos maxime trecentos vſque ad Simonidæ Athenis magiſtratum. Illi ſic referunt. Alij radicem laſerpitij cubitalem fieri tradunt, aut paulo maiorem. Hãc in medio extuberare in caput, quod ſublime penitus extat. Vt fere ſuper terram eſſe appareat. Vnde primum quod lac appellant, erumpit. Dein caulis aſſurgit, ex quo magydaris, & quod folium dicitur, exeunt. Folium id ſemẽ eſt, quod cum Auſter ingenue poſt caniculam flauerit, diſcutitur: atq; ita laſerpitiũ naſcitur. Eodẽq; anno radix conſummatur, & caulis. Sed hoc haudquaquam peculiare notatur: nam alijs quoq; idẽ tribuitur. Ni dixeris, quod diſcuſsũ id protinus naſci poteſt, ideoq; ortũ peculiarẽ ſortiri, ſupradictiſq; propterea diuerſum accipi poſſe. Adhæc quod circũfodiendũ id annuatim cenſent. Nã ſi relinquatur, ſemen omne caulemq; totum proferri, & deteriora tam hæc, quã radicem reddi exiſtimãt. Defoſſa autem fieri meliora: ſcilicet ſolo ſubacto beneq; gluto. Sed huius contrarium illi volunt, qui culta recuſare id inquiunt. Mandi quoq; radices in aceto recens deciſas referũt. Folium colore aurum æmulatur. Contrarium etiam, quod folium oues cum comedunt, purgari aiunt. Nam & vere, & hyeme, pecus ad montem dimitti affirmant. Sed cibo non ſolum hoc, ſed etiam altero quodam abrotano ſimili paſci. Vim ambo calefactoriam ſortiri plane videntur, & purgare quidem nequaquam valere: exiccare autem, & concoquere vnice poſſe. Quod ſi qua pecus ægreſcens, aut alias minus bene ſe habens ingreſſa ſit, mox eam ſanari, aut emori aiunt: ſed magna ex parte poſſe ſeruari. Hæc igitur vtro tandem ſint modo, quærendum. Quod vero magydarim vocant, nimirum a laſerpitio differt. Tenerius enim, minuſque vehemens. Id ſentire, & ſine laſere eſt. Nec non & aſpectu manifeſta experto homini eſt. Naſcitur in Syria: nam apud Cyrenam, & in monte Parnaſo large prouenire eandem affirmant. Sed quidam laſerpitium id appellant. An culta id quoq; modo laſerpitij fugiat, quærendum. Quin & ſi quid ſimile, aut proximum habeat, ad folii, cauliſq; rationẽ; & ſi quam vllo pacto emittat lachrimã, id inueſtigandum. Ergo naturã ferulaceam hiſce contemplari oportet. De aculeata vero, ſequitur vt hoc exponamus, quoniã diſtinctũ ſuperius eſt: aliud totum eſſe ſpinoſum, aliud ſpinoſe foliatum. Et ſeorſim de vtroque dicendum: atque

καὶ τρίτον δὲ περὶ τοῦ καὶ παρὰ τὴν ἄκανθαν ἔχοντος φύλλον. ὥσπερ ὅτε φλέως καὶ ὁ τρίβολος, καὶ ἡ κάππαρις, ἴδιον ἔχει τὸ μὴ μόνον τὴν ἐκ τῶν καυλῶν ἄκανθαν ἔχειν, ἀλλὰ καὶ τὸ φύλλον ἐπακανθίζον. τῶν δὲ διῃρημένων εἰδῶν, πλεῖστον μὲν ἐστι τὸ φυλλάκανθον· ἐλάχιστον δὲ ἀκανθῶδες ὅλως. βραχὺ γάρ τι παντάπασιν ἐστιν, ὥσπερ ἐλέχθη· καὶ σχεδὸν οὐ ῥᾴδιον λαβεῖν παρά τε τὸν ἀσπάραγον καὶ τὸν σκορπίον. ἀμφότερα δὲ ταῦτα ἀνθεῖ μετὰ ἰσημερίαν φθινοπωρινήν. ὁ μὲν γὰρ σκορπίος ἐν τῷ σαρκώδει τῷ ἐξοιδοῦντι τὸ ὑπὸ τὸ ἄκρον τῆς ἀκάνθης ἔχον τὸ ἄνθος, ἐξ ἀρχῆς μὲν λευκὸν, ὕστερον δὲ ἐπιπορφυρίζον. ὁ δὲ ἀσφάραγος ἐκ φύων παρὰ τὰς ἀκάνθας κορυνῶδες μικρόν. ἐκ τούτου δὲ ἐστι τὸ ἄνθος μικρόν. ὁ δὲ σκορπίος μονόρριζον καὶ βραχύρριζον καὶ βαθύρριζον· ὁ δὲ ἀσφάραγος, βαθύρριζόν τε εὖ μάλα, καὶ πολύρριζον, πυκναῖς ταῖς ῥίζαις. ὥστε τὸ ἄνω συνεχὲς εἶναι αὐτῶν, ἀφ' οὗ καὶ αἱ βλαστήσεις αὐτῶν τῶν καυλῶν. ἀναβλαστάνει δὲ ὁ καυλὸς ἐκ τῆς ἀσφαραγίας τοῦ ἦρος, καὶ ἐδώδιμός ἐστιν· εἶθ' οὕτως ἀποτραχύνεται καὶ ἐξανθεῖται περιούσης τῆς ὥρας. ἡ δὲ ἄνθησις οὐκ ἐκ τούτου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν πρότερον. οὐ γὰρ ἐπετειόκαυλόν ἐστιν· τὰ μὲν οὖν ὅλως ἀκανθώδη, τοιαύτην τινὰ ἔχει φύσιν. τῶν δὲ φυλλακάνθων τὸ πλεῖστον γένος, ὡς εἰπεῖν, ἀκανθῶδες τυγχάνει. λέγω δὲ τὸ ἀκανθῶδες, ὅτι τὸ κύημα, καὶ ἐν ᾧ τὸ ἄνθος, ἢ καὶ ὁ καρπὸς, ἄκανος ἢ ἀκανῶδες, πάντων ἐστί. διαφορὰν δὲ ἔχει ἐν ἑαυτῷ καὶ μεγέθει, καὶ σχήματι, καὶ χρώματι, καὶ πλήθει καὶ ὀλιγότητι τῶν ἀκανθῶν καὶ τῶν ἄλλων. ἔξω γὰρ ὀλίγων πάνυ, καθάπερ τοῦ στρουθίου τε καὶ τοῦ σόγκου, καὶ εἴ τινων ἑτέρων. τὰ λοιπὰ πάντα ὡς εἰπεῖν τοιαύτην ἔχει φύσιν· ἐπεὶ καὶ ὁ κνῆκος τήν γε φύσιν ἀκανθώδη ἔχει. τὸ δὲ σπερματικὸν οὐχ ὅμοιον· ἀλλὰ τά γε τοιαῦτα πάντα· οἷον ἄκαρνα, λευκάκανθα, χάλκειος κνῆκος, πολυάκανθος, ἀτρακτυλὶς, ὀνόπυξος, ἰξίνη, χαμαιλέων. πλὴν οὗτος οὐ φυλάκανθος. σκόλυμος, ἢ καὶ λειμωνία, φυλλάκανθα. καὶ τἆλλα. πλείω γάρ ἐστι. διαφέρουσι δ' ἀλλήλων πρὸς τοῖς εἰρημένοις, τῷ τὰ μὲν, πολύκαυλα εἶναι, καὶ ἀποφύσεις ἔχειν ὥσπερ ὁ κνῆκος. ἔνια δὲ ἄνωθεν ἔχειν ἐξ ἄκρου, καθάπερ τὸ ῥύτρος. καὶ τὰ μὲν εὐθὺς τοῖς πρώτοις ὑετοῖς βλαστάνει, τὰ δ' ὕστερον. ἔνια δὲ καὶ τοῦ θέρους. ὥσπερ ἡ τετράλιξ ὑπό τινων καλουμένη, καὶ ἡ ἰξίνη. καὶ ἡ ἐπὶ τῶν ἀνθῶν ὁμοίως. εὐανθὴς γὰρ ὁ σκόλυμος καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον. διαφοραὶ δὲ τῶν μὲν ἀκανῶν οὐκ εἰσί.

atque tertium illud addendum, quod iuxta aculeum folium gerit. Phleus enim, tribulus, cappariſque peculiare nimirum obtinent, vt non ſolum caulem aculeatum, ſed etiam folium habeant hiſpidum. Inter ea vero diſtincta genera, plurimum quod aculeato folio conſtat, nimirum dixerim. Quod ex toto ſpinoſum inſpicitur, exiguo id eſt numero, quemadmodum diximus. Et difficile quicquam ferme inueneris, præter corrudam, & nepam, quæ poſt æquinoctium autumni floreſcunt. Nepa enim florem in carne extuberante ſub extremo aculei profert initio candidum, poſtea leuiter accedentem ad purpuram. Corruda propter aculeos puſillũ quendam producit peciolum, ex quo floſculus tandem ipſe erumpit. Nepa radice ſingulari, eademque breui adhæret. Corruda radice large alta, numeroſa, eademque tam crebra innititur: vt pars ſuperna radicum tota connexa & continua reddatur, ex qua vel ipſorum caulium factitatur prouentus. Exit caulis de corrudagine vere, ciboque idoneus eſt: deinde dureſcit, floreſcitque in dies. Flos non ſolum ex hoc, verumetiam de primoribus emergit caulibus. Hæc annuo conſtat caule. Igitur quæ ſpinoſa in totum ſunt, naturam eiuſmodi obtinent. Illorum vero quæ folio conſtant aculeato, genus (vt ſic loquar) magna ex parte acanaceum eſt. Acanaceum inquam, quoniam conceptus, & id cui flos inhæret, aut etiam fructus, ſpina, vel ſpinaceum quicquam ſit. Sed differunt inter ſe, magnitudine, figura, colore, multitudine, paucitateque ſpinarum, reliquarumque rerum, exceptis tantum admodum paucis, ceu herba lanaria, ſonco, & ſi qua ſint alia. Reliqua (vt ita loquar) omnia eiuſmodi ſortiuntur naturam. Nam & cnecum natura ſpinoſum eſt, quanquam diſcrepat ſemine. Verum hæc omnia eiuſmodi ſunt; acarna, ſpina candida, æraria, cnecum, aculeoſa, fuſus agreſtis, buxus aſininus, carduus pinea, vernilago. Hæc tamen non aculeatis folijs conſtat. Carduus etiam nimirum eiuſmodi folijs eſt, & beta ſylueſtris. Et alia plura huiuſcemodi percipiuntur. Sed præter ea prædicta diſcrimina, diſtant inter ſeſe, quod alia multis conſtant caulibus, ramoſque fundunt, vt cnecum: alia ſuperne cacumine tantum ſparguntur, quemadmodum rhutrum: & alia protinus primis imbribus germinant, alia poſt. Nonnulla etiam æſtate, vt quæ tetralix a quibuſdam vocata eſt. Et carduus pinea pari modo & flores differentiam faciunt. Carduus enim pulchre diuque floret. Acarnis differentiæ non ſunt.

ΚΕΦ. Δ. | CAP. IV.

De cneco ſylueſtri, eiuſque generibus, ac de acarna iterum, & fuſo agreſti, carduoque, & carduo pinea: de cacto etiam, quæ tantum in Sicilia naſcitur. Tum eorum, quæ ſpinoſis folijs conſtant, iuxta aculeum quædam folium gerere.

Τῆς κνήκου δ' εἰσίν. ἡ μὲν γὰρ ἀγρία, ἡ δ' ἥμερος. τῆς δ' ἀγρίας, δύο εἴδη. τὸ μὲν, περιφερὲς σφόδρα ὂν ἡμέρῳ. πλὴν εὐθυκαυλότερον. διὸ καὶ πηνίοις ἔνιαι τῶν ἀρχαίων ἐχρῶντο γυναικῶν. καρπὸν δὲ ἔχει μέλανα καὶ μέγαν καὶ πικρόν. ἡ δ' ἑτέρα δασεῖα καὶ τοὺς καυλοὺς ἔχει σογκώδεις. ὥστε τρόπον τινὰ ἐπιγειόκαυλος γίνεται. διὰ γὰρ μαλακότητα τῶν φύλλων κατακλίνεται πρὸς τὰς ἀρούρας. καρπὸν δὲ ἔχει πικρὸν πωγωνώδη. σπερματώδεις πᾶσαι. πλὴν μείζοσι καὶ πυκνοτέραις ἄγριαι. ἴδιον δὲ ἔχει πρὸς τὰ ἄλλα ἄγρια. τὰ μὲν γὰρ σκληρότερα, καὶ ἀκανθωδέστερα τῶν ἡμέρων. αὕτη δὲ μαλακωτέρα καὶ λειοτέρα. ἡ δ' ἄκορνα περιφερὴς ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν κατὰ τὴν πρόσοψιν τῇ κνήκῳ τῇ ἡμέρᾳ. χρῶμα δ' ἐπίξανθον ἔχει καὶ λιπαρόν. ἀτρακτυλὶς δέ τις καλεῖται καὶ λευκοτέρα τούτων. ἴδιον δὲ ἔχει τὸ φύλλον, ὅτι ἀφαιρούμενον καὶ τῇ σαρκὶ προσφερόμενον, αἱματώδη ποιεῖ τὸν χυλόν. διὸ καὶ φόνον ἔνιοι καλοῦσι τὴν ἄκανθαν ταύτην. ἔχει δὲ τὴν ὀσμὴν δεινὴν καὶ φονώδη. ὀψὲ δὲ καὶ τελειοῖ τὸν καρπὸν πρὸς τὸν μετόπωρον. τὸ δ' ὅλον ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἅπασα ἡ ἀκανθικὴ φύσις, ἐπίκαρπος. ἅπαντα δὲ ταῦτα φύεται καὶ ἀπὸ τοῦ σπέρματος καὶ ἀπὸ τῆς ῥίζης. ὥστε βραχύν τινα γενέσθαι τὸν ἀνὰ μέσον χρόνον τῆς ἐκφύσεώς τε καὶ τῆς τοῦ σπέρματος τελειώσεως. τοῦ σκολύμου δὲ οὐχ' ὅτι τοῦτο μόνον ἴδιον, ὅτι τὴν ῥίζαν ἐδώδιμον ἔχει καὶ ἑφθὴν καὶ ὠμήν, ἀλλὰ καὶ ὅτι τὴν ἀρίστην ἔχει, καὶ ὅτι σκληρυνομένη ἀφίησιν ὀπόν. ἴδιον δὲ καὶ τὸ τῆς ἀνθήσεως. ἐπεὶ περὶ τροπάς. σαρκώδης δὲ καὶ ἐδώδιμος ἡ τοῦ ὄγκου. ἡ δὲ κύησις οὐκ ἀκανθώδης, ἀλλὰ προμήκης αὐτοῦ. καὶ τοῦτ' ἴδιον μόνον ἔχει τῶν φυλλακάνθων ἀντεστραμμένως, ἢ ὁ χαμαιλέων. ὁ μὲν γὰρ ἀφυλλάκανθος ὤν, ἀκανίζει. γηράσκων δὲ τὸ ἄνθος ἐκπαπποῦται, καθάπερ τὸ τῆς δάφνης καὶ τὸ τῆς μυρρίνης. καὶ ὅσα παραπλήσια τούτοις παρακολουθεῖν μέχρι τοῦ θέρους· τὸ μὲν κυοῦν. τὸ δὲ ἀνθοῦν. τὸ δὲ, σπέρμα μὲν μικρὰν ἰκμάδα καὶ μέτρον ἔχον, ξηραινόμενον δὲ τὸ φύλλον διαχεῖται καὶ οὐκέτι κεντεῖ. ἡ ἰξίνη δὲ φύεται μὲν οὐ πολλαχοῦ. ῥιζόφυλλον δέ ἐστιν. ἀπὸ δὲ τῆς ῥίζης μέσης ὁ σπερματικὸς ἄκανος ἐπιπέφυκεν, ὥσπερ μῆλον εὖ μάλα ἐπικεκρυμμένον ἐπὶ τῶν φύλλων. οὗτος δὲ ἐπὶ τοῦ ἄκρου φέρει τὸ δά-

CNecum ſylueſtri, vrbanoque diſcernitur, Sylueſtris genera duo notantur, alterum vrbanum admodum ſimile, recticaulius tamen. Quamobrem ex eo mulierum priſcarum nonnullæ colu vtebantur. Fructum nigrum, maiuſculum, amarumque parit. Alterum genus denſum eſt, cauleſq; ſonceos profert, & quodammodo humicaule fit. Nam propter foliorum molliciam declinatur, procumbitque ad arua. Fructum amarum, frequentem, barbæque modo hirſutum gignit. Sunt ambo ſeminoſa, verum ſylueſtre copioſius fert. Eius peculiare præ alijs ſylueſtribus eſt, quod illa duriora ſpinoſioraque vrbanis proueniunt: hoc autem, mollius, ac leuius conſtat. Acarna quoad ſimplici ratione exprimi licet, aſpectu cneco vrbano ſimilis eſt, colore flauicans, ſucco pinguis. Fuſus agreſtis his candidior eſt, habetque peculiare, quod in folijs euenit: decerpta enim, carnique allata, ſuccum ſanguineum effundunt. Qua de cauſa φόνος, id eſt cruor, a quibuſdam ſpina eſt hæc nominata. Grauis etiam odore, cruoremque repræſentans, ſero perficit fructum. Autumno enim & quidem in totum (vt ſummatim proponam) vniuerſa ſpinaceorum natura fructus, ſerotina exiſtit. Hæc autem omnia tam ſemine, quam radice proueniunt ita vt breue quoddam, inter ortum, & ſeminum perfectionem labatur ſpacium temporis. Cardui non ſolum peculiare illud notatur, quod radicem veſcendam tum decoctam, tum crudam obtinuit, ſed etiam quod eandem optimam habet cum floreſcit, quodque radix dureſcens lacteum ſuccum emittit. Floris quoque prouentum peculiarem putaueris: etenim circa ſolſtitium incipit. carnoſam, ciboq; idoneam partem craſſeſcentem ſortitur. Ortus autem eius non ſpinoſus, ſed oblongus fieri aſſolet. Quod proprium habent tantum, in eorum genere, quæ folijs conſtant aculeatis. Ediuerſo, quam vermilaginem, habere videmus. Illa enim tametſi non aculeato folio conſtat, tamen acani ſpeciem gerit: ſeneſcenſque flos, in lanuginem, papum vocatam, conuertitur, modo laurini, myrtini, & cæterorum generis eiuſdem. Pergit hæc ad æſtatem vſque aliud parturiens, aliud floreſcens. Semen illud humoris aliquantulum continet, aculeoque armatur. Folium cum areſcit, remittitur, nec quicquam amplius pungit. Carduus pinea haud multis prouenire in locis poteſt. Eſt ab radice foligera, qua de media ſeminalis acanus, veluti malum extuberat: folijs nimirum occultatus. Hic lachrymam iucundi ſaporis parte profert po-

χρυσον εὔστομον. καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ ἀκανθικὴ καὶ ἡ μαστίχη. ταῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα πανταχοῦ σχεδόν ἐστιν. ἡ δὲ κάκτος καλουμένη περὶ Σικελίαν μόνον. ἐν τῇ Ἑλλάδι δὲ οὐκ ἔστιν. ἴδιον δὲ παρὰ τὰ ἄλλα τὸ φυτόν. ἀφίησι γὰρ εὐθὺς ἀπὸ τῆς ῥίζης καυλοὺς ἐπιγείους. τὸ δὲ φύλλον ἔχει πλατὺ καὶ ἀκανθῶδες. καλοῦσι δὲ τοὺς καυλούς. ἐδώδιμοι δέ εἰσι περιλεπόμενοι μικρὸν ἐπίπικροι. καὶ θησαυρίζουσιν αὐτοὺς ἐν ἅλμῃ. ἕτερον δὲ καυλὸν ὀρθὸν ἀφίησιν, ὃν καλοῦσι πτέρνικα. γίνεται δὲ καὶ οὗτος ἐδώδιμος, πλὴν ἀθησαύριστος. τὸ δὲ περικάρπιον ἐν ᾧ τὸ σπέρμα, τὴν μὲν μορφὴν ἀκανθῶδες, ἀφαιρεθέντων δὲ τῶν παππωδῶν σπερματίων, ἐδώδιμον καὶ τοῦτο καὶ ἐμφερὲς τῷ τοῦ φοίνικος ἐγκεφάλῳ. καλοῦσι δὲ αὐτὸν σκαλίαν. τὰ μὲν οὖν φυλλάκανθα σκεπτέον ἐν τοιαύταις διαφοραῖς. τὰ δὲ καὶ παρὰ τὴν ἄκανθαν ἔχοντα φύλλον, οἷον τὰ τοιαῦτα, φλέως, ὀνωνίς, παντάδουσα, τρίβολος, ἱππόφεον, μυάκανθός τε σφόδρα καὶ τὸ φύλλον ἔχει σαρκῶδες.

fert poſtrema, quam ſpinalem maſticham vocant. Hæc igitur eiuſmodi genera omnibus fere terris poſſunt comperiri: Quæ autem Cactus nuncupata eſt, in Sicilia tantum naſcitur. In Græcia nuſquam habetur ſui generis plãta. Hæc enim ſtatim ab radice caules repentes in terram mittit, folio lato, atque ſpinoſo. Caules hos cactos appellant. Deſquamati cibo idonei ſunt, paulo amaricantes, & reſeruare eos aqua ſalſa conditos conſueuerunt. Alium vero caulem erectum producit, quem pternicem vocant. Is quoque cibo aptus excreſcit, ſed reſeruari non patitur. Fructus in quo ſemen, ſpinata ſpecie eſt: verum exemptis lanuginoſis ſeminibus, is quoque veſcendus relinquitur, & cerebro palmæ ſimilis eſt. Scaliam eum appellant. Ergo quæ ſpinoſis folijs conſtant, differentijs eiuſmodi perſequi congruum eſt. Quædam vero folium iuxta aculeum gerunt: vt phleum, inturis, ononis, tribulus, lappago, ſpinamurilis, alia pleraque.

ΚΕΦ. Ε.

CAP. V.

De phleo, inturi id eſt cappari. De tribulo, eiuſque duobus generibus. Deque ononi, herba aculeigera.

Πολυσχιδὲς δὲ καὶ πολύρριζον τὸ φλέως. οὐ μὴν κατὰ βάθους γε τὰς ῥίζας ἔχον. βλαστάνει δὲ ἅμα Πλειάδι καὶ τοῖς πρώτοις ἀρότροις. καὶ ἀφίησι τοῦτο τὸ φύλλον. οὐ γάρ ἐστιν ἐπέτειον, ἀλλὰ χρονιώτερον. τὸ δὲ τῆς καππάριος ἴδιον ὥσπερ ἐλέχθη παρὰ ταῦτα. καὶ γὰρ τὸ φύλλον ἐπακανθίζον ἔχει. καὶ τὸν καυλὸν οὐχ ὥσπερ ὄφεως καὶ ἱππόφεως ἀνάκανθα τοῖς φύλλοις· μονόρριζον δὲ καὶ ἐπίγειον καὶ χαμαίκαυλον. βλαστάνει δὲ καὶ ἀνθεῖ τοῦ θέρους, καὶ διαμένει τὸ φύλλον χλωρὸν ἄχρι Πλειάδος. χαίρει δὲ ὑφάμμοις καὶ λεπτογείοις χωρίοις. λέγεται δὲ ὡς ἐν τοῖς ἐργασίμοις οὐ θέλει φύεσθαι. καὶ ταῦτα περὶ τὰ ἄστη καὶ ἐν εὐηλίοις τόποις φυομένη, καὶ οὐχ ὥσπερ σίλφιον ἐν ὀρεινοῖς. τοῦτο μὲν οὐ πάντως, ἀληθές. ὁ δὲ τρίβολος ἴδιον ἔχει, διότι περικαρπιάκανθός ἐστι. δύο δ' αὐτοῦ γένη. τὸ μὲν γὰρ ἔχει φύλλον ἐρεβινθῶδες· ἕτερος δὲ φυλλάκανθος. καὶ ἐπίγειοι δὲ ἄμφω, καὶ πολλαχοῦ σχεδὸν σχιζόμενοι. ὀψιβλάστης δὲ μᾶλλον ὁ φυλλόκανθος περιφύεται τὰς αὐλάς. τὸ δὲ σπέρμα τοῦ μὲν πρωΐου, σησαμῶδες· τοῦ δὲ ὀψίου, στρογγύλον ἐπίμελαν ἐν λοβῷ. καὶ τὰ μὲν ὥσπερ ἀνάφυλλα καὶ ἄκανθα ἔχοντα σχεδὸν ἐν τούτοις. ἡ δ' ὀνωνίς ἐστι πτορθάκανθον. ἐπέτειον δὲ φύλλον ἔχει, πηγανῶδες· παραπεφυκὸς παρ' ὅλον τὸν καυλόν. ὥσπερ στεφάνου τὴν ὅλην εἶναι μορφὴν διαλαμβανομένην ὑπ' ἀλλήλων· κολλοβοανθὴς δὲ καὶ ἐλλοβοανθὴς ἀδιαφράκτως.

Phleum folio conſtat carnoſo, multifidum, multiſtirpsque eſt, non tamen alte deſcendit: Germinat cum Vergilijs, primoque aratro vna, nec folia id dimittit. Non enim annuum, ſed diuturnius eſt. Inturis præter prædicta, peculiare (vt retulimus) habet. Quod & folium, & caulem gerit ſubhiſpidum, nec phleum, & lappaginem æmulatur, quæ folijs mitibus conſtant. Vniſtirps, humile, humicaule eſt. Germinat, floretque æſtate, & folium vſque Vergilias viride perdurat. Gaudet locis arenaceis, atque tenuibus: cultis haud quicquam exire dicitur, cum apud oppida, & loca plana proueniat, non laſerpicij modo apud montuoſa. Hoc igitur minus vere putarunt. Tribulus vero peculiare ſortitur, quod fructu aculeigero conſtat. Eius duo genera ſunt. Vnus enim folio ciceris exit, alter ſpinoſus, foliatus conſtat: ambo terreni, atque multifidi ſunt; ſerius germinat, qui ſpinoſus folijs eſt, & apud ſepta villarum is ſolet erumpere. Semen præcoquis, ſeſamæ vicinum: ſerotini rotundum, nigricans, ſeptum in ſiliqua. Atque ea quidem, quæ folio quaſi orbantur, ſpinamque gerunt, hiſce fere conſtare animaduertimus. Ononis ramis aculeigerum eſt, anno tantum perdurans, folio rutæ ſimilis, ſed per totum appoſito caulem: vt veluti coronam ex interuallis tota ſpecies repræſentet. Florem minutulum, & in ſiliqua non vndique ſeptum

φύεται δ' ἐν τῇ γλίσχρᾳ καὶ χαυνώδει, καὶ μάλιστα ἐν τῇ σποριμῳ καὶ γεωργουμένῃ. διὸ καὶ πολέμιον τοῖς γεωργοῖς. καὶ ἔτι δυσώλεθρος. ὅταν γὰρ λάβῃ χώρας βάθος, ὠθεῖ τὰ κάτω εὐθύς. καὶ καθ' ἕκαστον ἔτος ἀποφύσεις ἀφειμένη εἰς τὰ πλάγια, πάλιν εἰς τὸ ἕτερον ὠθεῖται κάτω. ςαθεῖσα μὲν οὕτως ὅλη. τοῦτο δὲ βεβρεχείσης γίνεται τῆς γῆς. καὶ ἀπόλλυται ῥᾷον. ἐὰν δὲ μικρὸν ἀπολειφθῇ, ἀπὸ τούτου πάλιν βλαστάνει. ἄρχεται δὲ τῆς βλαστήσεως θέρους· τελειοῦται δὲ μετοπώρου. τὰ μὲν οὖν ἄγρια τῶν φρυγανικῶν, ἐκ τούτων θεωρείσθω.

edit. Naſcitur lento plenoque ſolo, & præcipue in ſegetibus atque cultis. Qua de cauſa agricolis inimica exit. Viuax admodum eſt. Cum enim altam nacta tellurem fuerit, protinus ſua infima pellit. Et ſingulis annis, ſurculis in latus emiſſis rurſus anno poſtero deorſum verſus, pellere ſolita eſt. Effodienda tota exſtirpandaque penitus eſt, quod ſolo madefacto agendum. Sic enim facilius [illegible]. Nam ſi vel paruulum relinquatur, ex hoc aſſurgere iterum poteſt. Incipit germinare æſtate, perficitur autumno. Ergo ſylueſtre genus ſuffruticum intelligendum ex his eſt.

ΚΕΦ. Ζ. — CAP. VI.

De ſuffruticibus vrbanis & coronarijs. De viola nigra, & roſis, & earum differentijs. Deque lilio, narciſſo, croco.

ΤΑ δὲ ἥμερα βραχεῖαν τινὰ ἔχει θεωρίαν, ἥπερ ἐν τοῖς στεφανωτικοῖς ἐστι. τὰ δὲ καθόλου πειρατέον περὶ στεφανωμάτων εἰπεῖν. ὅπως ἅπαν περιληφθῇ τὸ γένος. ἡ γὰρ στεφανωματικὴ φύσις ἰδίαν τινὰ ἔχει τάξιν· ἐπιμιγνυμένη δὲ, τὰ μὲν τοῖς φρυγανικοῖς, τὰ δὲ, τοῖς ποώδεσι. δι' ἃ κἀκεῖνα συμπεριληπτέον· ἐπιμιμνησκομένους ὡς ἂν ᾖ ὁ καιρὸς, ἀρξαμένους πρῶτον ἀπὸ τῶν φρυγανικῶν· διχῇ δὲ ἡ τούτων διαίρεσις ἡ κατὰ τὴν χρείαν. τῶν μὲν τὸ ἄνθος χρήσιμον μόνον. καὶ τούτων τὸ μὲν, εὔοσμον, ὥσπερ ἴον. τὸ δὲ, ἄνοσμον, ὥσπερ Διὸς ἄνθος, φλόξ· τῶν δὲ, καὶ οἱ κλῶνες, καὶ τὰ φύλλα, καὶ ὅλως ἡ πᾶσα φύσις εὔοσμος· οἷον ἑρπύλλου, ἑλενίου, σισυμβρίου, τῶν ἄλλων. ἄμφω δὲ φρυγανικά. κἀκείνων τῶν ἀνθικῶν τὰ πολλὰ ἡ φύσις φρυγανώδης, ἡ μὲν ἐπέτειος οὖσα μόνον· ἡ δὲ, πολυχρονιωτέρα· πλὴν τῆς ἰωνίας τῆς μελαίνης. αὕτη γὰρ ἀκλώνιστος. ἀλλὰ πρόσριζόφυλλος καὶ ἀείφυλλος. ὡς δέ τινές φασι καὶ δυναμένη διόλου φέρειν τὸ ἄνθος, ἐὰν τρόπῳ τινὶ θεραπεύηται. τοῦτο μὲν ἴδιον ἂν ἔχει. τῶν δὲ ἄλλων μᾶλλον τῶν πάντων αἱ μὲν ὅλαι μορφαὶ σχεδὸν πᾶσαι φανεραί. εἰ δέ τινας ἄλλας ἰδιότητας ἔχουσι, ταύτας λεκτέον. ὅτι τὰ μὲν, ἁπλᾶ δοκεῖ τοῖς εἴδεσιν εἶναι, τὰ δὲ, ἔχειν διαφοράς. ἁπλᾶ μὲν, οἷον τὰ ξυλώδη. καθάπερ ἕρπυλλος, σισύμβριον, ἑλένιον. πλὴν εἰ τὰ μὲν, ἄγρια, τὰ δ' ἥμερα καὶ εὔοσμα, τὰ δὲ, ἀοσμότερα εἶναι. τούτων δὲ καὶ αἱ θεραπεῖαι καὶ αἱ χῶραι διάφοροι, καὶ ἀέρες. ἔνια δὲ τῶν ἀνθῶν οὐδεμίαν διαφορὰν ἔχει. οἷον, τὸ μελάνιον. οὐ γὰρ ἔχειν δοκεῖ τοῦτο διαφορὰν, ὥσπερ τὸ λευκόϊον. ἐμφανὴς γὰρ ἡ τούτων χροιὰ διαλλάττουσα, καὶ ἔτι δὴ μᾶλλον ἡ τῶν κρίνων. εἴπερ δὴ καθάπερ φασὶν ἔνια καὶ πορφυ-

VRbana vero anguſtam quandam obſeruationem obtinuere, ſiquidem numero tantum conſummentur coronariorum. Quamobrem in vniuerſum de coronis agere tentandum eſt, vt genus amplecti totum poſſimus. Enimuero ratio coronariæ naturæ ordinem quendam ſortitur proprium, ſed ita vt partim ſuffruticibus ſit, partim herbaceis permiſta. Quapropter comprehendere illa quoque debemus; mentionem vtique faciendo, quoad opportune fieri poſſit, ſumpto a ſuffruticibus initio. Diuidi autem hæc bifariam exigunt, ratione ſcilicet vſus. Aliorum enim flores tantum vſui ſunt, & eorum alius odoratus, vt viola: alius ſine odore, vt Iouis flos, flamma. Aliorum etiam rami, folia, & in totum vniuerſa natura odorata ſentitur; vt ſerpilli, helenij, ſiſymbrij, & aliorum quorundam. Sed vtrumque genus annumerandũ ſuffruticibus conſtat. Necnon & illorum florigenorum natura magna ex parte ſuffruticea eſt. Alia annua tantum, alia diuturnior, viola nigra excepta. Hæc enim ramulis caret, ſed ab radice foliata conſtat, & perpetuo viret. Vtique aliqui ferunt. Etiam florem ſemper promere poteſt, ſi modo quodam colatur. Id igitur proprium iſta habent. Reliquorum autem vel potius omnium totæ quidem formæ fere omnes perſpicuæ ſunt. Quamobrem ſi quas alias habeant proprietates, haſce exponamus oportet. Quippe alia ſimplici ſpecie conſtare, alia differentijs variari videmus. Simplicia quæ lignoſa; vt ſerpyllum, ſiſymbrium, helenium. Præterquam ſi alia ſylueſtria, alia vrbana, & alia odorata, alia minus odorata ſint. Quorum quidem & cultura, & terra diuerſa eſt, atque etiam cælum diuerſum. Quidam vero ex floribus nulla parte diſcerni poſſunt, ceu violæ nigræ. Hæ namque differentiam nullam habere videntur, quanquam albæ nimirum habeant. Colorem enim earum variari liquido patet, atque etiam magis liliorum. Siquidem (vt aiunt) ne purpurea quidem lilia

ρᾶ ἤ. τῶν δὲ ῥόδων πολλαὶ διαφοραί. πλήθει τε φύλλων, καὶ ὀλιγότητι, καὶ τραχύτητι, καὶ λειότητι, καὶ χροιᾷ, καὶ εὐοσμίᾳ. τὰ μὲν γὰρ πλεῖστα πεντάφυλλα, τὰ δὲ δωδεκάφυλλα, καὶ εἰκοσάφυλλα. τὰ δ' ἔτι πολλῷ πλεῖον ὑπεραίροντα τούτων. ἔνια γὰρ εἶναί φασιν, ἃ καὶ καλοῦσι ἑκατοντάφυλλα. πλεῖστα δὲ τοιαῦτά ἐστι περὶ Φιλίππους. οὗτοι γὰρ λαμβάνοντες ἐκ τοῦ Παγγαίου, φυτεύουσιν. ἐκεῖ γὰρ γίνεται πολλά. σμικρὰ δὲ σφόδρα τὰ ἐντός· ἡ γὰρ ἔκφυσις αὐτῶν οὕτως, ὥστε εἶναι τὰ μὲν ἐκτὸς, τὰ δ' ἐντός. οὐκ εὔοσμα δὲ οὐδὲ μεγάλα τοῖς μεγέθεσιν. ἐν δὲ τοῖς μεγάλοις εὐώδη μᾶλλον, ὧν τραχὺ τὸ κάτω. τὸ δὲ ὅλον, ὥσπερ ἐλέχθη, καὶ ἡ εὐοσμία καὶ ἡ εὔχροια, παρὰ τοὺς τόπους ἐστίν. ἐπεὶ, καὶ τὰ τοιαῦτα ἐν τῇ αὐτῇ γινόμενα οὐ ποιεῖ τινα παραλλαγὴν εὐοσμίας καὶ ἀοσμίας. εὐοσμότατα δὲ τὰ ἐν Κυρήνῃ. διὸ καὶ τὸ μύρον ἥδιστον. ἁπλῶς δὲ καὶ τῶν ἴων καὶ τῶν ἄλλων ἀνθῶν ἄκρατοι. μάλιστα δ' ἐκείνου αἱ ὀσμαὶ διαφέροντος δὴ τοῦ χρόνου. πλεῖστον γὰρ οὗτος δοκεῖ παραλλάττειν. φύεται μὲν οὖν ἡ ῥοδωνία καὶ ἐκ τοῦ σπέρματος. ἔχει δὲ ὑπὸ τὸ ἄνθος ἐν τῷ μήλῳ κνηκῶδες ἢ ἀκανθῶδες, ἔχον δέ τινα χνοῦν, ὥστε ἐγγὺς εἶναι τῶν πρώτων σπερμάτων· οὐ μὴν ἀλλὰ διὰ τὸ βραδέως παραγίνεσθαι, κατακόπτοντες, ὡς ἐλέχθη, τὸν καυλὸν φυτεύουσιν. Ἐπικαιομένη δὲ καὶ ἐπιτεμνομένη, βέλτιον φέρει τὸ ἄνθος. ἐωμένη γὰρ ἐξαύξεται καὶ ἀπολοχμοῦται. δεῖ δὲ καὶ καταφυτεύειν πολλάκις. καὶ γὰρ οὕτω φασὶ κάλλιον γίνεσθαι τὸ ῥόδον. αἱ δ' ἄγριαι τραχύτεραι καὶ ταῖς ῥάβδοις καὶ τοῖς φύλλοις. ἔτι δὲ τὸ ἄνθος ἀχρούστερον καὶ ἀοσμότερον ἔχουσι καὶ ἔλαττον. τὸ δὲ ἴον τὸ μέλαν τοῦ λευκοῦ διαφέρει, κατά τε ἄλλα καὶ κατ' αὐτὴν τὴν ἰωνίαν. ὅτι πλατύφυλλος, καὶ ἐγγειόφυλλος, καὶ σαρκόφυλλός ἐστι, πολλὴν ἔχουσα ῥίζαν. τὰ δὲ κρίνα τῇ μὲν χροιᾷ τὴν εἰρημένην ἔχει διαφοράν. μονόκαυλα δέ ἐστιν ὡς ἐπίπαν· δίκαυλα δὲ σπανίως. τάχα δὲ τοῦτο χώρας καὶ ἀέρος διαφορά. καθ' ἕκαστον δὲ καυλὸν, ὅτε μὲν ἓν κρίνον, ὅτε δὲ πλείω γίνεται. βλαστάνει γὰρ τὸ ἄκρον. σπανιώτερα δὲ ταῦτα. ῥίζαν δ' ἔχει πολλὴν, σαρκώδη, καὶ στρογγύλην. ὁ δὲ καρπὸς ἀφαιρούμενος ἐκβλαστάνει καὶ ἀποδίδωσι τὸ κρίνον, πλὴν ἔλαττον. ποιεῖ δέ τινα καὶ δακρυώδη συῤῥοήν. ἣν καὶ φυτεύουσιν ὥσπερ εἴπομεν. ὁ δὲ νάρκισσος ἢ τὸ λείριον· οἱ μὲν γὰρ τοῦτο, οἱ δ' ἐκεῖνο καλοῦσι· τὸ μὲν ἐπὶ τῇ γῇ φύλλον ἀσφαλῶδες ἔχει, πλατύτερον δὲ πολὺ, καθάπερ ἡ κρινωνία. τὸν δὲ καυλὸν ἄφυλλον μὲν, ποώδη δὲ, καὶ ἐξ ἄκρου τὸ ἄνθος. καὶ ἐν ὑμένι τινὶ καθάπερ ἐν ἀγγείῳ καρπὸν μέγαν εὖ μάλα καὶ μέλανα τῇ χροιᾷ, σχήματι δὲ προμήκη. οὗτος δ' ἐκπίπτων ποιεῖ βλάστησιν αὐτόματον. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ συλλέγοντες πηγνύουσι, καὶ τὴν ῥίζαν φυτεύουσιν.

lilia deſint. Roſarum autem differentiæ permultæ : foliorum multitudine, paucitate, aſperitate, læuitate, colore, odore. Quippe cum plurimis quina folia ſunt, quibuſdam duodena vicenaque, alijs longe plura. Sunt enim quas centifolias vocant, quæ circa Philippos plurimæ naſcuntur, eaſque incolæ ex Pangæo transferentes ſerunt. Illic enim multæ eiuſmodi naſcũtur. Sed folia interna parua admodum ſunt. Ita etenim oriuntur, vt alia intus, alia extra emicent. Non tamen iucundi odoris, nec amplæ magnitudinis ſunt. Odoratiores ſunt inter amplas, quibus pars ima ſcabra. Ad ſummam (vt dictum eſt) & odoris, & coloris præſtantia, locorum ratione contingit. Nam & quæ in eadem tellure proueniunt, diuerſitatem bonæ exiliſue olentiæ nullam oſtendunt. Odoratiſſimæ, quæ apud Cyrenam gignuntur. & proinde vnguentum iucundiſſimum illic faciunt. In plenum vero, & violarum, & reliquorum florum odores ibidem ſinceri præcipue ſentiuntur. Naſcitur roſa etiam ex ſemine, quod flori ſubditum ſuo in malo contentum, cneceum vel acanaceum, lanugine quadam obductum gerit, vt primis ſeminibus proximum ſit. Cæterum quoniam tarde perficitur ſemine, ſata caule conciſo (vt dictum eſt) ſerunt. Vſta reciſaue florem melius profert. Relicta namque excreſcit ſylueſcitque. Sæpius transferre eam ſatius eſt: ſic enim pulchriorem effundi roſam affirmant. Syluestres, aſperiores tum virgis, tum folijs conſtant. Et florem minus odoratum, minuſque coloratum, nec tantundem magnitudine ferunt. Viola nigra diſtat ab alba, tum aliorum quorundam, tum plantæ ratione ipſius, quod latifolia, humilifolia, carnifolia extet, & radice multa cohæreat. Lilia coloris ea quam ſupra diximus differentia inter ſe diſtant. Vnicaulia in vniuerſum fere aſſurgunt, bicaulia raro. Quod cœli, terræque rationi fortaſſis attribuendum eſt. Singulis caulibus alias vnum lilium, alias plura exeunt. Pars enim poſtrema effundit. Sed hæc rariora. Radice copioſa, carnoſa, orbiculataque adhæret. Fructus detractus germinat, & lilium reddit, verum minus. Facit & lachrima cæcum quoddam confluuium, quod etiam ſerunt, vt dictum eſt. Narciſſus, vel lirium (alij enim hoc, alij illo nomine vocant) folium albuci terræ proximum gerit, ſed longe latius, modo lilij. Habet caulem ſine folio herbaceum, florem ſuo ferentem cacumine, in membrana veluti vaſculo incluſum large, amplum, coloreque nigrum, figura oblongum. Hic decidens ſponte germinat. Cæterum & qui legunt defigere eum ſolent. Quin

& radicem

ἔχει ῥίζαν σαρκώδη, στρογγύλην, μεγάλην· ὄψιον δὲ σφόδρα. μετὰ γὰρ ἀρκτοῦρον ἡ ἄνθησις, καὶ περὶ ἰσημερίαν· ὁ δὲ κρόκος, ποώδης μὲν τῇ φύσει καθάπερ καὶ ταῦτα, πλὴν φύλλῳ στενῷ. σχεδὸν γὰρ ὥσπερ τριχόφυλλόν ἐστιν. ὀψιανθὲς δὲ σφόδρα καὶ ὀψιβλαστές· ἢ πρωϊανθές, ὁποτέρως τις λαμβάνει τὴν ὥραν. Πλειάδι γὰρ ἀνθεῖ καὶ ὀλίγας ἡμέρας. εὐθὺς δ' ἅμα τῷ φύλλῳ καὶ ἄνθος ὠθεῖ. δοκεῖ δὲ καὶ πρότερον· ῥίζα δὲ πολλή, καὶ σαρκώδης, καὶ τὸ ὅλον εὔζωος. φιλεῖ δὲ καὶ πατεῖσθαι. καὶ γίνεται καλλίω καταθλιβομένης κάτω τῆς ῥίζης. διὸ καὶ παρὰ τὰς ὁδοὺς καὶ ἐν τοῖς κροτητοῖς, κάλλιστος. ἡ δὲ φυτεία ἀπὸ ῥίζης. ταῦτα μὲν οὖν οὕτω γεννᾶται. τὰ δ' ἄλλα ἄνθη τὰ προειρημένα πάντα σπείρεται· οἷον, ἰωνία, Διὸς ἄνθος, ἴφυον, φλόξ, ἡμεροκαλές. καὶ αὐταὶ καὶ αἱ ῥίζαι ξυλώδεις.

& radicem ferunt, quæ carnoſa, rotunda, amplaque eſt. Serotinus admodum. poſt arcturum enim & circa æquinoctium floret. Crocum natura herbaceum modo prædictorum erumpit. Sed folio anguſto fere. Namque in capillamenti modum foliatur. Sero floret, ſeroque germinat: aut præmature, Vtro ſcilicet modo tempus acceperis. Floret quippe Vergiliarum occaſu, paucis diebus. Confeſtim vero cum folio florem quoque expellit, quin immo prius. Radix multa, carnoſa, in totumque viuax. Gaudet calcari, & melius ita euadit, radice attrita pede inferius. Ideo iuxta ſemitas fonteſque pulcherrimum exit. Satus radice fieri aſſolet. Hæc in hunc modum proueniunt. Reliqui autem omnes prædicti flores ſemine exeunt: vt viola, Iouis flos, iphyum, flammula, elium. Nam & ipſa, & eorum radices, ligno nimirum conſtant.

ΚΕΦ. Η. — CAP. VII.

De œnantha, abrotano, ſampſuco, ſerpyllo, ſiſymbrio. Tum qui flores verni, qui æſtiui, qui autumnales. Et de violæ ac roſæ vita. Tum de myrto Ægyptia miri odoris.

Σπείρεται δὲ καὶ ἡ οἰνάνθη. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἀνθῶδες. τὰ μὲν οὖν ἀκανθικὰ σχεδὸν ἐν τούτοις καὶ τοῖς ὁμοίοις ληπτέον. τὰ δὲ ἕτερα, πάντα μὲν ἀνθεῖ καὶ σπερμοφορεῖ. δοκεῖ δὲ οὐ πάντα, διὰ τὸ μὴ φανερὸν εἶναι τινῶν τὸν καρπόν. ἐπεὶ καὶ τὸ ἄνθος ἐνίων, ἀμαυρόν. ἄλλα δὲ διὰ τὸ βραδέως καὶ χαλεπωτέρως παραγίνεσθαι τῇ φυτείᾳ, χρῶνται μᾶλλον τῷ φυτῷ, ὥσπερ ἐλέχθη καὶ κατ' ἀρχάς. καίτοι διατείνονταί τινες ὡς οὐκ ἐχόντων καρπόν. αὐτοὶ γὰρ ξηράναι πολλάκις, καὶ ἀποτρίψαι, καὶ σπεῖραι· οὐδέποτε δὲ βλαστεῖν, οὔτε ἕρπυλλον, οὔτε ἑλένιον, οὔτε σισύμβριον, οὔτε μίνθον. πεπειρᾶσθαι γὰρ καὶ ταύτης. ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνο ἀληθέστερον. οἵ τε πεπειρᾶσθαι φάσκοντες καὶ τούτων εἰσίν. ἥ τε τῶν ἀγρίων φύσις ἐπιμαρτυρεῖ. καὶ γὰρ ἕρπυλλός ἐστιν ἄγριος. ὃν κομίζοντες ἐκ τῶν ὀρῶν φυτεύουσι, καὶ ἐν Συκιῶνι καὶ Ἀθήνησιν ἐκ τοῦ Ὑμηττοῦ· παρ' ἄλλοις δὲ ὅλως ὄρη πλήρη καὶ τόποι· καθάπερ ἐν τῇ Θρᾴκῃ· καὶ σισύμβριον δὲ καὶ τ' ἄλλα δριμυτέραν ἔχοντα τὴν ὀσμήν. ἕρπυλλος δὲ ἐνίοις καὶ παντελῶς θυμώδης. δῆλον οὖν ὅτι πάντα τὴν γένεσιν ἀπὸ σπέρματος λαμβάνει. ἀβρότονον δὲ μᾶλλον ἀπὸ ῥίζης καὶ παρασπάδος βλαστάνει ἢ ἀπὸ σπέρματος. χαλεπῶς δὲ καὶ ἀπὸ σπέρματος, προσμισγευόμενον ἐν ὀστράκοις· ὥσπερ οἱ Ἀδώνιδος κῆποι. τοῦ θέρους δὲ σπείρεται. δύσριγον γὰρ σφόδρα καὶ ὅλως ἐπίκηρον. ὅπου καὶ ὁ ἥλιος σφόδρα λάμπει.

Oenantha quoque ſemine obſerenda eſt. Nec enim hæc excludi a floribus debet. Ergo quæ dicata floribus ſunt, hiſce atque ſimilibus pene intelligi debent. Reliqua & florem & ſemen omnia ferunt. Quanquam non omnia ferre putantur, quod fructus quorundam haudquaquam manifeſtus ſit. Nam & flos nonnullorum incertior eſt. Quinetiam quod lentius difficiliuſq; ſeminata perficiuntur. Planta propterea vti potius conſueuerũt. Quod vel inter initia propoſuimus. Quanquam ſunt, qui ea omnino fructu carere aſſeuerent. Sæpe enim exſiccata tritaque ſeruiſſe ſe inquiunt, ſed nunquam germen erupiſſe: nec ſerpylli, neque helenij, neque ſiſymbrij, neque mentæ. Nam huius quoque periculum ſe feciſſe affirmant. Attamen illud verius eſt. Neque deſunt, qui & hæc experti fuerunt, & natura ipſa ſylueſtrium plane atteſtari videtur. Serpylli etenim ſylueſtre etiam genus eſt, quod deferentes ex montibus ſerunt. Sicut apud Sycionem fieri ſolet, atq; etiam Athenis ex monte Hymetto. Apud alios vero, vt in Thracia, montes & plana omnia ſerpyllo ſcatent. Sed ſiſymbrio, reliquiſq; odor acior eſt. Serpyllus apud nonnullos etiam thymum penitus redolet. Conſtat ergo, quod omnia ſui ortus primordium ex ſemine capiunt. Sed abrotonum radice, aut auulſione potius, quam ſemine germinat. Semine enim difficulter exit. Et hoc teſtis antea viuiradicis cauſa intimato: quemadmodum Adonidis hortulos emoliuntur. Seritur æſtate. Friget enim vehementiſſime.

ἐμβιώσαν δὲ καὶ αὐξηθὲν, μέγα καὶ ἰσχυρὸν καὶ δενδρῶδες, ὥσπερ τὸ πήγανον. πλὴν ξυλωδέστερον μᾶλλον τοῦτο, καὶ ξηρότερον, καὶ αὐχμωδέστερον. ὁ δὲ ἀμάρακος ἀμφοτέρως φύεται, καὶ ἀπὸ παρασπάδος καὶ ἀπὸ σπέρματος· πολύσπερμον δὲ, καὶ τὸ σπέρμα εὔοσμον, ὀσμὴ δὲ μαλακωτέρα. δύναται καὶ μεταφύεσθαι. πολύσπερμον δὲ καὶ τὸ ἀβρότονον καὶ οὐκ ἄοσμον. τοῦτο δὲ ῥίζας μὲν ἔχει ὀρθὰς καὶ κατὰ βάθους· ἔστι γὰρ ὥσπερ μονόρριζον τῇ παραφύσει δ᾽ ἄλλας ἀπ᾽ αὐτῆς. ὁ δ᾽ ἀμάρακος, καὶ ὁ ἕρπυλλος, καὶ τὸ σισύμβριον, καὶ τὸ ἑλένιον, ἐπιπολαίους καὶ πολυσχιδεῖς καὶ ταρρώδεις. ξυλώδεις δὲ πᾶσαι. πολὺ δὲ μᾶλλον ἡ τοῦ ἀβροτόνου, καὶ διὰ τὸ μέγεθος, καὶ τὴν ξηρότητα. τοῦ δὲ ἑρπύλλου, ἴδιος ἡ αὔξησις ἡ τῶν βλαστῶν· δύναται γὰρ ἐφ᾽ ὁσονοῦν προϊέναι κατὰ μῆκος, χάρακα λαβὼν, ἢ πρὸς αἱμασιὰν φυτευθεὶς, ἢ κάτω καθιέμενος. εὐαυξέστατος δὲ εἰς φρέαρ. εἴδη δὲ τοῦ μὲν ἡμέρου λαβεῖν οὐκ ἔστι, καθάπερ ἐλέχθη. τοῦ δὲ ἀγρίου φασὶν εἶναι. τοῦτον γὰρ ἐν τοῖς ὄρεσι, τὸν μὲν θυμβρώδη τινὰ καὶ δριμύτατον, τὸν δ᾽ εὔοσμον εἶναι καὶ μαλακώτερον. ὥρα δὲ τῆς φυτείας πλεῖστον μετόπωρον. ἐν ᾧ σπεύδουσιν ὡς πρῶτα φυτεῦσαι. οὐ μὴν ἀλλ᾽ ἔνια καὶ τοῦ ἦρος φυτεύουσιν ἅπαντα· φιλόσκια καὶ φίλυδρα, καὶ φιλόκοπρα μάλιστα. αὐχμὸν δὲ δέχεται. καὶ ὅλως ὀλιγοϋδρότατος ὁ ἕρπυλλος. κόπρῳ δὲ χαίρει. μάλιστα δὲ καὶ τῇ τῶν λοφούρων· φασὶ δὲ καὶ μεταφυτεύειν δεῖν πολλάκις. καλλίω γάρ. τὸ δὲ σισύμβριον, ὥσπερ ἐλέχθη, καὶ ἐξίσταται μὴ καταφυτευόμενον. τῶν δ᾽ ἀνθῶν τοῦ μὲν, πρῶτον ἐκφαίνεται τὸ λευκόϊον, ὅπου μὲν ὁ ἀὴρ μαλακώτερος, εὐθὺς τοῦ χειμῶνος· ὅπου δὲ σκληρότερος, ὕστερον. ἐνιαχοῦ τοῦ ἦρος. ἅμα δὲ τῷ ἴῳ ἢ μικρότερόν τι ὕστερον· καὶ τὸ φλόγινον καλούμενον τὸ ἄγριον. ταῦτα γὰρ ὧν οἱ στεφανηπλόκοι χρῶνται πολὺ ἐκτρέχει τῶν ἄλλων. μετὰ δὲ ταῦτα ὁ νάρκισσος, καὶ τὸ λείριον, καὶ τὸ τοῦ βολβοῦ κώδιον. ἐμπλέκουσι γὰρ ἔνιοι καὶ τοῦτο εἰς τοὺς στεφάνους· ἐπὶ δὲ τούτοις ἡ οἰνάνθη, καὶ τὸ μελάνιον, καὶ τῶν ἀγρίων ὅ,τε ἑλειόχρυσος, καὶ τῆς ἀνεμώνης, ἡ λειμωνία καλουμένη, καὶ τὸ ξίφιον, καὶ ὑάκινθος· καὶ σχεδὸν ὅσοις ἄλλοις χρῶνται τῶν ὀρείων. τὸ δὲ ῥόδον ὑστερεῖ τούτων, καὶ τελευταῖον μὲν φαίνεται, πρῶτον δ᾽ ἀπολείπει τῶν ἐαρινῶν. ὀλιγοχρόνιος γὰρ ἡ ἄνθησις. ὀλιγοχρόνια γὰρ καὶ τῶν ἀγρίων τὰ λοιπὰ, πλὴν τῆς ὑακίνθου καὶ τῆς ἀγρίας καὶ τῆς σπαρτῆς· αὕτη δὲ διαμένει. καὶ τὸ λευκόϊον. καὶ ἔτι μᾶλλον τὸ φλόγιον· τὸ δὲ δὴ μελάνιον ὥσπερ εἴρηται, δι᾽ ἐνιαυτοῦ θεραπείας τυγχάνον. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ οἰνάνθη. καὶ γὰρ τοῦτο ἀνθικὸν μὲν, ποῶδες δὲ τὴν φύσιν, ἐάν τις ἀποκνίζῃ καὶ ἀφαιρῇ τὸ ἄνθος καὶ μὴ ἐᾷ σπερματοῦσθαι, καὶ ὅταν τόπον εὔηλον ἔχει.

tiſſime, atque in totum morbo obnoxium eſt, etiam vbi ſol vehementer illucet. Sed cum conualuerit creueritq; , magnum, robuſtum, atque arboraceum eſt, quemadmodum ruta. Niſi quod hoc lignoſius, & ſiccius, & ſquallidius eſt. Sanſucũ vtroq; modo naſcitur, videlicet, & ſemine, & auulſione. Præſtat ſeminis copia, & iucundi odoris ſemen eſt, & quidẽ mollioris odoris. Nec non planta eius transferri poteſt. Abrotanum quoque ſemine abundat, nec ſine odore eſt. Sed id radices rectas altaſq; agit. Eſt & veluti vniſtirps, craſſa ſcilicet illa radice. Reliquis vero de ea exeuntibus ſpargitur. Quod non ſanſuco, nec ſerpyllo, nec ſiſymbrio, nec helenio datum eſt. Hæc enim in ſummo terræ adhærent, radice multifida torridaq;. Radices omnes lignoſæ ſunt. Sed lõge magis abrotani, magnitudinis ſiccitatiſque cauſa. Serpyllo peculiaris auctio germinum. Quippe cum in quantumuis longitudinis procedere valeat, nactum ſcilicet adminiculũ, aut iuxta ſepes aliquas ſatum. Creſcit præcipue in puteis. Genera vrbana reddere non eſt, vt retulimus. Agreſtis vero poſſe affirmant. Quendam enim in montibus tum ſatureiæ ſimilẽ, atq; vehementiſſimum : aliũ vero gratũ odore, molliоremq; cõperi. Tempus ſerendi plurimũ autumnus : hoc enim primũ ſerere nimirum properant. Cæterum & vere nõnulla ſeruntur. Omnia autem vmbrã, aquã, fimumq; vnice amant. Serpyllum ſquallorem patitur : atq; in totum aquæ paucæ indigum eſt. Sed fimo præcipue gaudet, & iumentorũ potiſſimum. Transferendum quoq; id ſæpius cenſent. Melius enim ſic redditur. Siſymbriũ vero & degenerat facile, niſi transferatur, vt dictum eſt. Florum prima viola alba ſe oſtendit. Naſcitur vbi cœlum clementius eſt, etiam nondum hyeme exacta : vbi vero immitius, poſtea. Vere nonnunquam cum viola alba, aut paulo poſt lilium exit. Et quæ viola flammea vocatur, ſylueſtris duntaxat. Hæc cæteris omnibus, quibus coronarij vtuntur, longe præcurrunt. Poſt hæc narciſſus, & liriũ exeunt. Ad hæc bulbi flos. Quidã enim coronis hunc etiam inſerunt. Sequitur vitiflora, & nigra viola, & e ſylueſtribus aurelia, & genus fremij, quod limonium vocant, & pugio, & hyacinthus : & quibuſcunq; fere alijs montanis vtuntur. Roſa ſerior hiſce eſt. Et nouiſſima quidem erumpit: prima autẽ inter vernos deſinit flores. Parum enim temporis durat eius prouentus. Nam & reliqua in ſylueſtriũ genere parum durant; excepta hyacintho, tam ſylueſtri, quam vrbana. Hæc enim plurimum durat. Adde violam albam, atque etiam magis flammeam. Nigra (vt dictum eſt) per annum durat, ſi cultus adhibeatur. Eodem modo vitiflora. Nam ea quoque addicta floribus eſt, naturaque herbacea conſtat. Si florem atteras, auferaſque, nec ſemineſcere ſinas, nec ſolum deſit apricum, durare plurimum poteſt.

τὸ δὲ ἄνθος βοτρυῶδες καὶ λευκὸν, καθάπερ τῶν ἀγρίων. ταῦτα μὲν οὖν ὥσπερ ἐαρινὰ φαίνεται. τὰ δὲ θέρινα μᾶλλον, ἥτε λυχνὶς, καὶ τὸ Διὸς ἄνθος, καὶ τὸ κήρινθον, καὶ τὸ ἴφυον, καὶ ὁ ἀμάρακος, ὁ φρύγιος, ἔτι δὲ ὁ πόθος καλούμενος. οὗτος δέ ἐστι διττός· ὁ μὲν ἔχων τὸ ἄνθος ὅμοιον τῇ ὑακίνθῳ· ὁ δὲ ἕτερος, ἄχρους, λευκός. ᾧ χρῶνται περί τε τάφους. καὶ χρονιώτερος οὗτος. ἀνθεῖ δὲ καὶ ἡ ἴρις τοῦ θέρους, καὶ τὸ στρουθίον καλούμενον τῇ ὄψει καλὸν τὸ ἄνθος. ἄοσμον δὲ μετοπώρου. τὸ δὲ λείριον τὸ ἕτερον, καὶ ὁ κρόκος ὅ, τε ὀρεινὸς ἄοσμος καὶ ὁ ἥμερος. εὐθὺς γὰρ ἀνθοῦσι τοῖς πρώτοις ὕδασι· χρῶνται δὲ καὶ ὁ τῶν ἀγρίων τῷ τῆς ὀξυακάνθου καρπῷ, καὶ τῷ ἄνθει τῷ τῆς σμίλακος. καὶ ταῖς μὲν ὥραις οὕτως ἑκάστων ἡ γένεσις· ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν, οὐδεὶς διαλείπεται χρόνος οὐδ᾽ ἔστιν ἀνανθής· ἀλλὰ καὶ ὁ χειμὼν ἔχει, καίπερ ἄγονος δοκῶν εἶναι διὰ τὴν κατάψυξιν, τῶν μετοπωρινῶν μεταλαμβανόντων. ἐὰν δὲ δὴ καὶ μαλακὸς ᾖ, πολλῷ μᾶλλον. ἁπλῶς γὰρ πάντη τὰ πολλὰ καὶ ἐπεκτείνεται τῆς οἰκείας ὥρας. καὶ ἐὰν ὁ τόπος εὔηλος ᾖ, μᾶλλον. διὸ καὶ συνέχεια γίνεται. χρόνοι μὲν οὖν οὗτοι καὶ ὧραι κατὰ τὰς γενέσεις. βίος δὲ, ἰωνίας μὲν τῆς λευκῆς, ἔτη μάλιστα τρία. γηράσκουσα δὲ ἐλαττοῦται, καὶ ἀεὶ λευκότερα φέρει. ῥοδωνίας δὲ πέντε τὰ πρὸς τὴν ἀκτὴν μὴ ἐπικαιομένης δηλονότι μὴ δ᾽ ἐπιτεμνομένης. χείρω δὲ καὶ ταύτης τὰ ῥόδα γηρασκούσης. πρὸς εὐοσμίαν δὲ καὶ ῥόδων, καὶ ἴων, καὶ τῶν ἄλλων ἀνθῶν μέγιστον ὁ τόπος συμβάλλεται. καὶ ὁ ἀὴρ πρὸς ἕκαστον οἰκείως. ἐν Αἰγύπτῳ γὰρ τὰ μὲν πάντα ἄλλα ἄοσμα καὶ ἀνανθῆ καὶ ἀρώματα. αἱ δὲ μυρρίναι θαυμασταὶ τῇ εὐοσμίᾳ. προτερεῖν δέ φασι τῶν ἐνταῦθα καὶ ῥόδα, καὶ ἴα, καὶ τὰ ἄλλα ἄνθη καὶ διμήνῳ. καὶ διαμένειν πλείω τῶν παρ᾽ ἡμῖν οὐκ ἐλάττω χρόνον τούτου. δοκεῖ δὲ πρὸς εὐοσμίαν διαφέρειν, ὥσπερ ἐλέχθη καὶ ὁ ἐνιαυτὸς, τοῖος ἢ τοῖος γενόμενος· οὐ μόνον ἐπομβρίαις καὶ αὐχμοῖς, ἀλλὰ καὶ τῷ καιρόν τινα γίνεσθαι καὶ ὕδατα καὶ πνεύματα· καὶ ἁπλῶς τὰς τοῦ ἀέρος μεταβολάς. τὰ δὲ ἐν τοῖς ὄρεσιν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ ῥόδα, καὶ ἴα, καὶ τὰ ἄλλα ἄνθη, τῇ ὀσμῇ πολλῷ χείρω γίνεσθαι. καὶ περὶ μὲν τῶν στεφανωματικῶν καὶ ἁπλῶς τῶν φρυγανικῶν, σχεδὸν ἐν τούτοις καὶ τοῖς ὁμοίοις ἐστὶν ἡ ἱστορία.

διαφέρει. πάντα δὲ καὶ ξηρότερα τῶν ἡμέρων, καὶ ἴσως αὐτὰ ταῦτα τὰ πολλὰ καὶ δριμύτερα καὶ ἰσχυρότερα. ἰδίως δὲ ἡ ῥάφανος ἔχει παρὰ τὰ ἄλλα τοὺς καυλοὺς περιφερεστέρους καὶ λειοτέρους, ἔτι δὲ καὶ τὴν τοῦ φύλλου πρόσθεσιν, ἐκείνη μὲν ἔχει πλατεῖαν, αὕτη δὲ περιφερεστέραν. καὶ αὐτὸ τὸ φύλλον ἀγωνιότερον. ἐπεὶ τά γε ἄλλα τραχύτερον καὶ τοῖς καυλοῖς καὶ τοῖς φύλλοις. ἡ δὲ γογγυλὶς καὶ τὴν ῥίζαν ἔχει μακρὰν καὶ ῥαφανιδώδη, καὶ τὸν καυλὸν βραχύν. θριδακίνη δὲ τό, τε φύλλον βραχύτερον τῆς ἡμέρου, καὶ τελειουμένη ἀκανθίζεται· καὶ τὸν καυλὸν ὁμοίως· τὸν ὀπὸν δὲ δριμὺν καὶ φαρμακώδη. φύεται δ' ἐν ταῖς ἀρούραις. ὀπίζουσι δὲ αὐτὴν ὑπὸ πυραμήτον, καὶ φασὶ καθαίρειν ὕδρωπα, καὶ ἀχλὺν ἀπ' ὀφθαλμῶν ἀπάγειν, καὶ ἄργεμα ἀφαιρεῖν ἐν γάλακτι γυναικείῳ. τὸ δὲ ἱππoσέλινον καὶ ἐλειοσέλινον, καὶ ὀρεοσέλινον, καὶ πρὸς ἑαυτὰ διαφορὰν ἔχει καὶ πρὸς τὸ ἥμερον. τὸ μὲν γὰρ ἐλειοσέλινον, τὸ παρὰ τοὺς ὀχετοὺς καὶ ἐν τοῖς ἕλεσι φυόμενον, μανόφυλλόν τε καὶ οὐ δασὺ γίνεται. προσεμφερὲς δέ πως τῷ σελίνῳ καὶ τῇ ὀσμῇ, καὶ τῷ χυλῷ, καὶ τῷ σχήματι. τὸ δ' ἱπποσέλινον, φύλλον μὲν ἐμφερὲς τῷ ἐλειοσελίνῳ. δασὺ δὲ καὶ μεγαλόκαυλον, καὶ τὴν ῥίζαν ὥσπερ ῥαφανὶς ἔχει τὸ πάχος μέλαιναν. μέλας δὲ καὶ ὁ καρπός. μέγεθος δὲ μεῖζον ὀρόβου. χρήσιμα δὲ ἄμφω φασὶ πρὸς στραγγουρίαν εἶναι ἐν οἴνῳ γλυκεῖ λευκῷ· καὶ τοῖς λιθιῶσι. φύεται δὲ ὅμως πανταχοῦ. γίνεται δὲ καὶ τὸ δάκρυον ἐξ αὐτοῦ ὅμοιον τῇ μύῤῥᾳ. οἱ δέ, φασὶν ὅλως μύῤῥαν. τὸ δὲ ὀρεοσέλινον μείζους ἔτι διαφορὰς ἔχει. τὸ μὲν γὰρ φύλλον ἔοικε κονείῳ. ῥίζα δὲ λεπτή· τὸν δὲ καρπὸν ἔχει καθάπερ ἄνηθον πλὴν ἐλάττω. διδόασι δὲ τοῦτον ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ τῶν γυναικείων χάριν. ἔνια δὲ ὅλως ἀσύμβλητα τοῖς ἡμέροις ἐστὶ, κατά γε τοὺς χυλοὺς καὶ τὰς δυνάμεις· ὥσπερ σίκυος ὅ, τε ἄγριος καὶ ὁ ἥμερος. ἀλλ' ἐκ τῆς προσόψεως ἔχει τὴν ὁμοιότητα, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς στεφανώμασιν ἡ ἰωνία. τὸ γὰρ φύλλον ἔχει παρόμοιον· τούτων μὲν οὖν τοῖς εἰρημένοις αἱ διαφοραί.

ſicciora vrbanis ſentiuntur, & forte ob id ipſa in magna ex parte acriora vehementioraque ſunt. Braſsica præter alia modo peculiari caules ſortitur. Rotundiores enim leuioreſque gerit, quam ſatiua. Foliorum appendicem illa latum, hæc habet rotundiorem, & folium ipſum minus angulatum. Nam cætera quidem ſcabrior tum caulibus, tum folijs eſt. Rapa vel radice longa, & modo raphani, breuique caule conſiſtit. Lactuca folio breuior, quam ſatiua eſt; idque conſummatum aculeatur, & caule ſimili modo breuiori perficitur. Succum acrem, ac medicatum habet. Naſcitur inter arua, liquatur per meſſem tritici, & purgare aquam intercutem dicitur, & caliginem arcere ab oculis, & argemam auferre, cum lacte mulieris. Equapium, paludapium, montapium, tam inter ſe diſtant; quam ab vrbano plurimum differunt. Paludapium enim, quod apud aquæductus, & in paludibus prouenit, folio raro, nec hirſuto conſiſtit, ſed ſimile quodammodo apio eſt, odore, ſapore, figuraque. Equapium folijs vicinum paludapio eſt: ſed hirſutum, & grandicaule eſt, & radicem craſſam modo raphani agit, ſed nigram. Fructum quoque nigrum producit, magnitudine eruo ampliorem. Ambo vtilia referunt ad vrinæ difficultates ex vino dulci albo, & ad pellendos calculos. Naſcitur omnibus locis, & lachryma ex eo myrrhæ ſimilis defluit. Quidam in totum myrrham id eſſe affirmant. Montapium maioribus etiam differentijs diſtat. Folio namque cicutæ ſimile eſt, radice tenui, caule anethi; minutiori tamen. Datur in vino auſtero gratia menſtruorum. Quædam cum ſupradictis nullatenus ſucco aut viribus conueniunt. Vt cucumis ſylueſtris vrbano nulla ratione poteſt conferri, ſed aſpectus tantum ſimilitudinem gerit. Quemadmodum in coronarijs violæ accidit. Folium enim habet conſimile. Horum igitur differentias ex prædictis hiſce accipies.

ΚΕΦ. Η. — CAP. VII.

De agreſtium differentijs. quodque ea vocentur olera, quæ nobis vſui ſint cibario. Vt ſunt intubum, aphaca, andryala, porcellia, ſenecio, & intubacea omnia. Item pes gallinaceus, enthuſicum, mentaſtrum, hircibarbula, corchorus.

ΠΕρὶ τῶν δὲ ἀγρίων λεγομένων μετὰ ταῦτα ῥητέον. καὶ ὅλως εἴ τι ποῶδές ἐστιν, ὃ μὴ τυγχάνει βρωτόν. καλοῦμεν γὰρ λάχανα τὰ πρὸς τὴν ἡμετέραν χρείαν· ἐν δὲ τῷ καθόλου κἀκεῖνα περιέχεται. διὸ καὶ περὶ ἐκείνων λεκτέον· λάχανα μὲν δὴ τὰ τοιαῦτα καλεῖται, κιχώρη, ἀφάκη, ἀνδρυάλα, ὑποχοιρὶς, ἠριγέ-

AGreſtium autem apellatorum poſt hæc diſcrimina, atque in totum cuiuſque herbacei minus cibo idonei generis, exponemus. Olera enim vocitamus, quæ nobis vſui cibario ſint. Quæ quidem in ſumma vniuerſorum contineantur neceſſe eſt. Quamobrem nec ea dimittamus oportet. Ergo olera appellantur, intubum, aphaca, andryala, por-

ρων. καὶ ὅλως ὅσα κιχωριώδη, ταῦτα τὴν ὁμοιότητα τῶν φύλλων. πάντα γάρ πως ἐμφερῆ ἔχει τῷ κιχωρίῳ πάλιν, καυκαλὶς, ἐνθύσικον, ἡδύοσμον. οἱ δὲ μυρία ἄλλα, ἐν οἷς καὶ κόμη, ἣν τραγοπώγωνα καλοῦσιν, ὃ τὴν μὲν ῥίζαν ἔχει μακρὰν καὶ γλυκεῖαν, τὰ δὲ φύλλα τῷ κρόκῳ ὅμοια, πλὴν μακρότερα τὸν καυλὸν· διὸ βραχύν. ἐφ᾽ οὗ τὴν κάλυκα μεγάλην, καὶ ἐξ ἄκρου μέγαν, τὸν πώγωνα πολιόν. ἀφ᾽ οὗ καλεῖται τραγοπώγων· ὁμοίως δὲ καὶ ἄλλα τοιαῦτα τὰς μὲν ἰδέας ἔχει, τοὺς δὲ χυλοὺς ἐδωδίμους ἢ ὠμοὺς ἢ ἑφθούς. ἔνια γὰρ δεῖται πυρώσεως, ὥσπερ μαλάχη, καὶ τευτλὶς, καὶ τὸ λάπαθον, καὶ ἡ ἀκαλήφη, καὶ τὸ παρθένιον. τὸ δὲ στρύχνον καὶ ὠμὸν ἐσθίουσιν ὃ καὶ *εὐήπατόν τινες πρότερον. καὶ ἕτερα δὲ πλείω τούτων. ἐν οἷς καὶ παροιμιαζόμενός ἐστι διὰ πικρότητα κόρχορος, ἔχων τὸ φύλλον ὠκιμῶδες. πάντων δὲ, τὰ μὲν ἐπέτεια, τὰ δὲ, ἐπετειόκαυλα τυγχάνει· τὰ μὲν γὰρ ἐξαυαίνονται· τῶν δὲ διαμένουσιν εἰς πλείω χρόνον αἱ ῥίζαι. σχεδὸν δὲ οὐκ ἔλαττον τὰ τοιαῦτά ἐστι. φύεται δὲ τὰ μὲν, καὶ ἀπὸ τῶν ῥιζῶν καὶ ἀπὸ τῶν σπερμάτων. τὰ δὲ ἕτερα μόνον ἀπὸ σπέρματος, εἰ μήτι καὶ αὐτόματον.

cellia, ſenecio, atque in totum quæcunque intubacea ſunt : propter ſoliorum ſimilitudinem. Eiuſmodi enim omnia folijs intubo quodammodo proximis conduntur. Item pes gallinaceus, enthuſicum, mentaſtrum. Quidam vel alia innumerabilia nominant, inter quæ illud, quod hircibarbulam vocant, cui radix longa, & dulcis. Folia croco ſimilia, niſi quod longiora. Caulis breuis, ſuper quem calix ampla, & barba de ſummo vertice cana pendens prolixa. vnde nomen accepit. Pari modo & alia ſpecie quidem eiuſmodi conſtant; ſuccis vero cibo idonea, vel cruda, vel cocta oriuntur. Quædam enim coqui volunt, vt malua, beta, rumex, vrtica, muraleum, veſſicaria, quæ cruda etiam manditur, & alia plura : inter quæ & corchorus, qui ob amaritudinem in prouerbio eſt. Folium eius ocimum ſane æmulatur. Ex cunctis autem alia annua, alia annicaulia extant : nec deſunt, quæ radice diutius durent, quanquam ipſa areſcant. Quinimmo eiuſmodi haud pauciora fere adnotantur. Naſcuntur alia radice, & ſemine : alia ſemine tantum. Niſi quod ſponte etiam proueniant.

ΚΕΦ. Η.

CAP. VIII.

Germinatio quibus temporibus in oleribus, aruenſibuſue fieri ſoleat. Deque florum differentia, & quæ differentiæ in caulibus publicæ.

Ἡ δὲ βλάστησις καὶ τούτων δὲ καὶ τῶν ἄλλων, τῶν μὲν ἅμα τοῖς πρώτοις ὑετοῖς ἐστι μετ᾽ ἰσημερίαν. οἷον ἀφάκη, καὶ τὸ τοῦ κύωπος. καὶ ἣν καλοῦσί τινες βούπρηστιν, τῷ μετὰ Πλειάδα, καθάπερ καὶ κιχωρίου, καὶ σχεδὸν τῶν ἄλλων τῶν κιχωριωδῶν. καὶ τὰ μὲν εὐθὺς ἅμα τῇ βλαστήσει τὸ ἄνθος ἀφίησι, καθάπερ ἡ ἀφία· τὰ δὲ, ὕστερον οὐ πολλῷ. καθάπερ ἡ ἀνεμώνη. τὰ δὲ, ἅμα τῷ ἦρι καὶ ἐκκαυλεῖ καὶ ἀνθεῖ, καθάπερ τὸ κιχώριον καὶ τὰ κιχωριώδη, καὶ τῶν ἀκανθικῶν, ὅσα λαχανώδη. διαφορὰ δὲ τῶν ἀνθῶν πολλὴ, περὶ ἧς πρότερον εἴρηται. σχεδὸν γάρ ἐστι κοινὸν ἁπάντων. ἔνια δὲ καὶ ὅλως ἀνανθῆ, καθάπερ καὶ τὸ ἐπίπετρον. συμβαίνει δὲ τοῖς ἅμα τῷ καρπῷ τὸ ἄνθος ἀφιεῖσι, ταχεῖαν εἶναι τὴν ἀπάνθησιν. πλὴν ἡ μὲν ἀφάκη, ἀπογηράσαντος πάλιν τοῦ πρώτου, πάλιν ἄλλο καὶ ἄλλο παραφύει· καὶ τοῦτο ποιεῖ παρ᾽ ὅλον τὸν χειμῶνα καὶ τὸ ἔαρ, ἄχρι τοῦ θέρους. πολὺν δὲ χρόνον καὶ ὁ ἠριγέρων· τὰ δὲ ἄλλα οὐ ποιεῖ τοῦτο. καθάπερ οὐδὲ ὁ κρόκος, οὔτε ὁ εὔοσμος, οὔθ᾽ ὁ λευκὸς, οὔθ᾽ ὁ ἀκανθώδης. οὗτοι δὲ ἄνοσμοι. κοινὴ δὲ διαφορὰ πάντων τῶν ποωδῶν ἡ τοιάδε. τὰ μὲν γάρ ἐστιν ὀρθόκαυλα καὶ νευρόκαυλα· τὰ δὲ ἐπετειόκαυλα· καθάπερ μαλάχη, σκάνδιξ, σίκυος ἄγριος. τὸ δὲ ἡλιοτρόπιον,

Germinatio vero tam eorum, quam reliquorum, partim cum primis imbribus poſt æquinoctium fieri ſolet : vt aphacæ, canariæ, & eius quam bupreſtim quidam appellant. Partim poſt Vergilias, vt intubi, & omnium fere intubaceorum. Et alia cum germine florem edunt, vt aphia : alia non longe poſt, vt fremium. Quædam ineunte vere, tam caulem quam florem emittunt, vt intubum, & omnia intubacei generis: & e ſpinoſis, quæcumque generi olerum attribui debent. Florum autem differentia magna, de qua primo volumine retulimus. Communis fere omnium conſtat. Sed non deſunt quæ flore penitus careant, vt epimetrum. Euenit vero, vt quæ vna cum fructu florem dimittunt, celeriter defloreſcant. Cum tamen primus ſenuerit, alius atque alius ſubnaſcitur; idque per totam hyemen verque aſſidue vſque æſtaten factitatur. Senecio quoque diutius floret. Quanquam reliqua minus. Vt & crocum, tam odoratum, quam candidum, & ſpinoſum, quæ carent odore. Omnium autem herbarum diſcrimen publicum, quod alia recticaules; & neruicaules ſunt : aliæ annicaules, vt malua, ſcandix, cucumis ſylueſtris. Et ſolaris porro tali natura eſt : ſicut

omnes

ἔτι μᾶλλον ὡς εἰπεῖν τούτων, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἀκανθώδεσιν ὅ τε τρίβολος, καὶ ἡ κάππαρις, καὶ ἄλλα πλείω. καὶ γὰρ ἐκείνων ἡ διαφορὰ πλείων. ἔνια δὲ περιαλλόκαυλα· μὴ ἔχοντα δὲ ἐφ᾽ ὧν προσπέσωσιν, ἐπιγειόκαυλα καθάπερ ἡ ἄφακη, καὶ ἡ ἀπαρίνη, καὶ ἁπλῶς ὧν ὁ καυλὸς λεπτὸς, καὶ μαλακὸς, καὶ μακρός· διὸ καὶ φύονται ταῦτα ὡς ἐπὶ τὸ πᾶν ἐν ἄλλοις. κοινὴ δὲ καὶ αὕτη ἡ διαφορὰ πάντων, οὐ μόνον τῶν ποωδῶν καὶ φρυγανικῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν θαμνωδῶν. καὶ γὰρ ἡ ἕλιξ, καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ σμίλαξ, περιαλλόκαυλον. ἔτι δὲ καὶ τῶν ποωδῶν, τὰ μὲν πολύκαυλα, τὰ δὲ, μονόκαυλα. καὶ τῶν μονοκαύλων, τὰ μὲν ἀπαράβλαστα κατὰ τὸν καυλὸν, τὰ δὲ παραβλαστικά. καθάπερ καὶ ἐν τοῖς ἡμέροις, ἥ τε ῥαφανὶς καὶ ἄλλ᾽ ἄττα. πολύκαυλα δὲ, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, τὰ ἐπιγειόκαυλα. μονόκαυλα δὲ καὶ ὀλιγόκαυλα, τὰ ὀρθόκαυλα. τούτων δὲ ἀπαράβλαστα τὰ λειόκαυλα· κρόμμυον, πράσον, σκόροδον· ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἡμέροις ὑπάρχει.

omnes (vt ita loquar) ſpinoſas tribulus, atque inturis,& alia plura. Nam illorum etiam differentia numeroſior eſt. Quædam vero amplexicaulia naſcuntur plane. Sed ſi non habeant, quibus accumbant, humi ſerpunt, & humicaulia dici poſſunt; ceu abiuga,& aparina,& ſummatim quibus caulis gracilis, mollis, prælonguſque. Qua de cauſa ſemper fere ſuper alijs hæc proueniunt. Quæ quidem differentia publica eſt omnium, non tantum herbarum atque ſuffruticum : verum etiam fruticum. Clauicula enim atque etiam magis edera cilicia amplexicaulis eſt. Item herbaceorum alia multis caulibus, alia vno tantum conduntur. Et vnicaulium ipſorum alijs germine caulis brachiatur, alijs e diuerſo : ſicut etiam inter ſatiua, radix,& alia quædam. Multis caulibus conſtant (vt ſummatim dixerim) quæ humicaulia exeunt. Vnicaulia vero, & paucicaulia, quæ recticaulia ſunt. Ex his caule minime brachiato illa creantur, quæ leuicaulia ſunt. Vt cæpæ, porrum, allium. Quemadmodum etiam inter ſatiua animaduertere licet.

ΚΕΦ. Θ.

CAP. IX.

Differentia herbarum in poſitu locoque foliorum. Nec non fertilitate, ſterilitateque. Tum quæ differentia foliorum maxima, quidque inter herbarum, arborumque flores, interſit. Atque de ſylueſtrium herbarum, olerumque radicibus, & quid diſtent inter ſe.

Διαφορὰ δέ τις καὶ τοιάδε τῶν ποωδῶν ἐστι. τὰ μὲν ἐπιγειόφυλλα, τὰ δ᾽ ἐπικαυλόφυλλα. τυγχάνει δὲ ἀμφοτέρων, ἐπιγειόφυλλα μὲν, κορωνόπους, ἀνθέμιον, ἄγχουσα, πόα, ἀνεμώνη, φυλλανθὲς, ἀπαργία, ἀρνόγλωσσον, ἀπάτη. καὶ ἐπικαυλόφυλλα δὲ, πικρὶς, ἀνθέμιον τὸ φυλλῶδες, λωτὸς, λευκόϊον. ἀμφοτέρως δὲ τὸ κιχώριον. καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν καυλῶν ἅμα ταῖς ἐκφύσεσι ταῖς ἀκρεμονικαῖς ἐκφύει τι καὶ ἄνθος· καὶ τῶν φυλλακάνθων, ἔνια πλὴν ἀκανθώδεσι κομιδῇ, καθάπερ ὁ σόγκος. ἔστι δὲ καὶ τὰ μὲν ἄκαρπα, τὰ δὲ κάρπιμα. καὶ ὅλως τῶν ποωδῶν τὰ μὲν, ἄχρι τῶν φύλλων ἀφικνεῖται. τὰ δὲ καυλὸν ἔχει καὶ ἄνθος, καρπὸν δὲ οὔ. τὰ δὲ καὶ καρπὸν ὥσπερ τελειοτάτην φύσιν εἰ μή τι καὶ ἄνευ τοῦ ἄνθους καρποφορεῖ· ὥσπερ ἐπὶ τῶν δένδρων. διαφέρει δὲ καὶ τὰ φύλλα σχεδὸν οὐκ ἐλάττοσιν, ἀλλὰ πλείοσι διαφοραῖς, ἢ τὰ τῶν δένδρων. καὶ πρὸς αὐτὰ δὲ ἐκεῖνα διαφορὰς ἔχει· μεγίστην μὲν ὡς εἰπεῖν, ὅτι τὰ μὲν ἀπὸ μίσχου προσπέφυκε, τὰ δὲ, αὐτὰ μὲν καθ᾽ αὑτὰ ὡς ἁπλῶς· τὰ δὲ, καυλικῇ τινι προσφύσει. καὶ τῶν μὲν, ἐκ τῇ βλαστήσει προτερεῖ· τῶν δὲ πλείστων τὰ φύλλα καὶ σχεδὸν ἐν τῇ ἀρχῇ μέγιστα γίνονται καὶ μάλιστα ἐδώδιμα.

Differentia illa quoque herbaceis datur, quod alia ab radice tantum foliata, alia in caule tantum foliata, alia vtrinque foliata. Ab radice tantum foliata, ſilago, nigella, anchuſa, herba, frondiflora, apargia, plantago, fraus. In caule tantum foliata, crepis, nigella folioſa, lotus, uiola alba. Vtrinque foliata intubum, ſiue ampulla. Etenim in caulibus, cum ramulorum prouentu vna floſculus quoque quidam emergit : & ex ſpinoſis foliatis nonnulla, ceu ſoncus. Sunt etiam alia frugifera, alia ſterilia : atque in totum ex herbaceis alia vſq; ad folia tantum veniunt, alia & caulem, & florem edunt : ſed fructum nullum. Quædam etiam fructum pariunt, veluti naturæ perfectiſſimæ munus. Niſi forte & ſine flore frugiferum aliquid ſit, ſicuti in arborum genere. Quin etiam folia eorum non paucioribus, ſed pluribus fere differentijs, quam arborum, inter ſe diſtant : nec differentijs carent, quibus plane ab illis poſſint ſecerni. Sed maximam fere ſortiuntur, quod pediculo illa dependet, hæc autem (vt breuiter dicam) ſeipſis adhærent. Verum non deſunt, quæ cauliculaceo quodam appendice annectantur. Sunt quibus antequam folia, protrudi caulis ſoleat. Maximæ tamen parti folia prærumpunt, ampliſſimaque pene inter initia fiunt, & maxime ad cibum idonea. Arboribus vero

omnibus

τὰ δὲ, ἐκ τῶν δένδρων προωθεῖ τινα καυλόν· διαφέρουσι δὲ καὶ τοῖς ἄνθεσι πολύ. ἐν μὲν γὰρ τοῖς δένδροις τά, γε πλεῖστα λευκά· τὰ δὲ, μικρὸν ἐπιπορφυρίζοντα. τὰ δὲ ποώδη, καὶ χλοώδη· κεχρωσμένων δὲ ἀνθικῶν πολλαὶ καὶ παντοδαπαὶ χροιαὶ καὶ εὔκρατοι, καὶ μεμιγμέναι, καὶ εὔοσμοι δὴ καὶ ἄοσμοι. καὶ ἐνίων τὰ μὲν δένδρα τὴν ἄνθην ἀθρόαν ποιεῖται· τούτων δ' ἔνια κατὰ μέρος, ὥσπερ ἐλέχθη καὶ περὶ τοῦ ὠκίμου. διὸ καὶ πολὺν χρόνον ἀνθεῖ. καθάπερ ἄλλά τε πολλὰ καὶ τὸ ἡλιοτρόπιον, καὶ τὸ κιχώριον. πολλαὶ δὲ καὶ τῶν ῥιζῶν διαφοραί. καὶ τρόπον τινὰ τούτων φανερώτεραι. εἰσὶ γὰρ αἱ μὲν ξυλώδεις, αἱ δὲ σαρκώδεις καὶ ἰνώδεις· ὥσπερ καὶ τῶν ἡμέρων. καθάπερ αἵτε τοῦ σίτου καὶ τῆς πόας τῆς πλίσσης. αὐτῶν δὲ τούτων ἕκασται πλείστας ἔχουσι διαφοράς· χρώμασιν, ὀσμαῖς, χυλοῖς, μεγέθεσιν. αἱ μὲν γὰρ λευκαὶ, αἱ δὲ, μέλαιναι, αἱ δ' ἐρυθραί. καθάπερ ἥτε τῆς ἀγχούσης, καὶ τοῦ ἐρευθεδανοῦ. αἳ δ' ὥσπερ ξανθαὶ καὶ ξυλοειδεῖς. καὶ γλυκεῖαι δὲ, καὶ πικραὶ, καὶ δριμεῖαι, καὶ εὐώδεις, καὶ κακώδεις, καὶ ἔνιαι φαρμακώδεις, ὡς ἐν ἄλλοις εἴρηται. διαφοραὶ δὲ καὶ τῶν σαρκωδῶν. αἱ μὲν γὰρ στρογγύλαι, αἱ δὲ προμήκεις καὶ βαλανώδεις· ὥσπερ ἀσφοδέλου καὶ κρόκου. καὶ αἱ μὲν λεπυρώδεις, ὥσπερ ἡ τοῦ βολβοῦ καὶ τῆς σκύλλης, καὶ ὅσαι βολβώδεις. καὶ κρομμύου δὲ καὶ γηθύου, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια. αἱ δὲ, ὁμαλεῖς, καὶ ψαθηραὶ καὶ μάλα καὶ διόλου, καὶ ὥσπερ ἄφλοιοι· καθάπερ τοῦ ἄρου. αἱ δὲ καὶ φλοιὸν ἔχουσι πρὸς τῇ σαρκί· καθάπερ ἡ τοῦ κυκλαμίνου, καὶ τῆς γογγυλίδος. οὐχ ἅπασαι δὲ εὐώδεις, ἢ γλυκεῖαι, ἢ εὔστομοι, ἢ ἐδώδιμοι. οὐδ' αἱ πικραὶ ἄβρωτοι· ἀλλ' ὅσαι ἀβλαβεῖς εἰσι τῷ σώματι μετὰ τὴν προσφοράν. ἔνιαι γὰρ γλυκεῖαι μὲν, θανάσιμοι δὲ καὶ νοσώδεις· αἱ δὲ, πικραὶ μὲν ἢ κακώδεις, ὠφέλιμοι δέ. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ φύλλα καὶ καυλοί. καθάπερ τοῦ ἀψινθίου, καὶ τοῦ κενταυρίου. διαφοραὶ δὲ καὶ κατὰ τὴν βλάστησιν καὶ κατὰ τὴν ἄνθησιν· οἷον ἀρχομένου χειμῶνος, καὶ μεσοῦντος· καὶ πάλιν ἦρος, ἢ θέρους, ἢ μετοπώρου. καὶ ἐπὶ τῶν καρπῶν δὲ ὁμοίως, τῷ βρωτὰ εἶναι, καὶ καυλοὺς εἶναι, καὶ φύλλα, καὶ σπέρματα, καὶ ῥίζας. καὶ ἐν αὐτοῖς τούτοις κατὰ τοὺς χυλούς· οἷον, ὀξύτητι, καὶ γλυκύτητι, καὶ αὐστηρότητι· καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς τοιαύταις. ἁπλῶς τε καὶ κατὰ τὸ μᾶλλον. τὰς μὲν οὖν διαφορὰς ἐν τούτοις ληπτέον.

omnibus cauliculus quidam ante propellitur, frons deinde emergit. Differunt etiam floribus plurimum. Quippe cum in arboribus pars maxima florum candeat, & quædam paulum ad purpuram vergat: nec deſint, qui herbidi, atque pallidi ſint: nulli vero colore ardentiori habeantur. In herbarum autem genere permulti, & varij tum ſynceri, tum miſti, tum odorati, tum hebetes ſentiantur. Item arbores florum, ſed non particulatim vniuerſum profundunt. Herbarum vero quædam per partes floreſcunt, vt de ocimo diximus. Vnde fit, vt diuitius floreant. Sicut alia multa, & in primis ſolaris, atque cichorea. Quin etiam radicum multæ differentiæ, atque prædictis ſunt planiores. Sunt enim aliæ lignoſæ, aliæ carnoſæ, neruoſæque. Sicut etiam in genere ſatiuorum conſpici licet: ceu frumenti, & herbæ ſpecialiter nuncupatæ maiore ex parte. Earum autem ipſarum ſingulæ plurimis inter ſe differentijs diſtant; colore, odore, ſapore, magnitudine. Aliæ namque candidæ, aliæ nigræ, aliæ rubicundæ. Vt anchuſæ, atque rubiæ. Aliæ quaſi flauæ, & ſurculi ſpeciem gerentes. Adde dulces, amaras, acres, odoratas, maleque olentes. Nec deſunt, quæ vim habeant medicam, vt alias dictum eſt. Carnoſis quoque differentiæ inſunt. Nam aliæ rotundæ, aliæ oblongæ, glandoſæque. vt aſtulæ regiæ, atque croci. Et aliæ multis tunicis conſtant; vt bulbi, vel cuiuſuis generis bulboſi; adde cæpæ, & gethyi, & ſimilium. Aliæ æquales, fungoſæ, molleſque toto corpore, & quaſi corticis omnis exortes, vt ari. Vel corticem carni adhærentem habent; vt maliterræ, & rapæ. Non autem omnes odoratæ, aut dulces, cibo idoneæ ſunt, nec omnes amaræ guſtui auerſantur: ſed quæ poſtea, quam in cibo aſſumptæ fuere, nihil nocuerint corpori, eas tantum eſculentas ſtatuimus. Quædam enim quamuis dulces, mortiferæ tamen atque morboſæ ſunt: aliæ quamuis amaræ aut maleolentes, vtiles plane ſentiuntur. Pari modo & folia, cauleſque ſe habent; ceu abſinthij, & fellis terræ. Diſcrimen etiam in germinando, & in florendo; vt hyeme incipiente, aut media, aut æſtate, aut autumno. Quin & in fructibus ratio guſtandi eadem eſt, & in caulibus, & folijs & ſeminibus, & radicibus: atque in ijs ipſis pro ratione ſaporum differentiæ conſtant; vt acidi, acris, dulcis, auſteri, & reliquorum eiuſmodi, tum ſimpliciter, tum ratione qualitatis remiſſioris, intenſioriſue. Ergo differentias colligi hinc omnino oportet.

ΚΕΦ. Ι. — Cap. x.

Differre herbas temporibus germinatas. Floris hiſtoria & ſingulorum olerum. Spicoſa eſſe, oculum canis, caudam vulpis, linguam agni. Quæ & plantago, & quibuſdam dicta bibinella.

Διῃρημένων δὲ κατὰ τὰς ὥρας ἑκάστας, πρός τε τὰς βλαστήσεις, καὶ κατὰ τὰς ἀνθήσεις, καὶ τελειώσεις τῶν καρπῶν, οὐδὲν ἀναβλαστεῖ καὶ πρὸ τῆς οἰκείας ὥρας, οὔτε τῶν ῥιζοφυῶν οὔτε τῶν σπερμοφυῶν· ἀλλ' ἕκαστον ἀναμένει τὴν οἰκείαν. οὐθ' ὑπὸ τῶν ὑδάτων οὐδὲν πάσχει. ἔνια γὰρ θερμὰ κομιδῇ καὶ τῇ ἀνθήσει καὶ τῇ βλαστήσει· καθάπερ ὁ σκόλυμος, καὶ ὁ σίκυος ἄγριος. ὥσπερ καὶ περὶ τῶν φρυγανικῶν ἐλέχθη· περὶ κονύζης τε καὶ καππάρεως, καὶ τῶν ἄλλων. οὐδὲν γὰρ οὐδὲ ἐκείνων ἀνθεῖ καὶ βλαστάνει πρὸ τῆς οἰκείας ὥρας. διὸ καὶ ταύτῃ δόξειεν ἂν διαφέρειν τῶν δένδρων. τῶν μὲν γὰρ ἅμα πως πάντων ἐγγὺς ἡ βλάστησις· εἰ δὲ μή, κατὰ μίαν γε ὥραν ὡς εἰπεῖν. τούτων δὲ ἐν πολλαῖς, μᾶλλον δὲ ἐν ἁπάσαις ἡ βλάστησις. καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ ἄνθησις. ὥστε εἴ τις ἐθέλει κατανοεῖν, σχεδὸν συνεχὴς γίνεται καθ' ὅλον ἐνιαυτὸν καὶ ἡ βλάστησις, καὶ ἡ ἄνθησις. ἀεὶ γὰρ ἕτερον ἐξ ἑτέρου διαδεχόμενον, πάσας ἀναλαμβάνει τὰς ὥρας· οἷον μετὰ τὴν ἀφάκην, ἔσται ἡ ἀνεμώνη, καὶ ὁ ἠριγέρων, καὶ τὰ ἄλλα χειμερινά. μετὰ δὲ ταῦτα τὰ ἠρινά, καὶ μετοπωρινά· πολλὰ δὲ ὥσπερ ἐλέχθη καὶ τῶν κατὰ μέρος ἀνθέων ἐπιτείνεται ταῖς ὥραις. ἔνια γὰρ οὕτως ἀνθεῖ, καθάπερ ἥ τε ἀφάκη, καὶ ὁ ὀνοχειλὸς, καὶ τὸ κιχώριον, καὶ τὸ ἀρνόγλωσσον, καὶ ἄλλα. διὰ δὲ τὴν συνέχειαν καὶ τὴν περικατάληψιν τὴν ὑπ' ἀλλήλων, οὐ φαίνεται ῥᾴδιον ἐν ἐνίοις, οὐδ' ὁρίσαι ποῖα πρῶτα βλαστάνει, καὶ ὅλως ποῖα πρωὶ βλαστάνει, καὶ ποῖα ὀψιβλαστεῖ, καὶ αὐτῶν τε τούτων τὰς γενέσεις καὶ τὰς ὥρας, ὅταν τελειωθέντων τῶν καρπῶν, πάλιν ἄλλας ἀρχὰς ἐνίστωνται τῆς γενέσεως. ὅπερ μάλιστα δοκεῖ συμβαίνειν μετ' ἰσημερίαν μετοπωρινήν. τότε γὰρ ἤδη τὰ σπέρματα πλεῖστα τετελείωται, καὶ τῶν δενδρικῶν καρπῶν οἱ πολλοί. καὶ ἅμα μεταβολή τις αὐτοῦ τούτου προσγίνεται καὶ τῆς ὥρας. ὅσα δὲ ἀτελῆ καὶ ἄπεπτα, περικαταλαμβάνεται. τούτοις κατὰ λόγον ἐκ περιόδου καὶ ἡ βλάστησις γίνεται, καὶ ἡ ἄνθησις, καὶ ἡ τελείωσις. διὸ συμβαίνει, τὰ μὲν ὑπὸ τροπὰς ἀνθεῖν, τὰ δ' ὑπὸ κύνα, τὰ δὲ μετὰ ἀρκτοῦρον καὶ ἰσημερίαν μετοπωρινήν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔοικε κοινοτέραν ἔχειν σκέψιν, εἰς ἀφορισμὸν ἀρχῆς. ὅτι δὲ αἱ διαφοραὶ πλείους ἢ οὐκ ἐλάττους, ἐν τούτοις φανερόν. ἐπεὶ καὶ ἀείφυλλα τῶν τοιούτων ἐστὶν ἔνια, καθάπερ τὸ ἡλιοτρόπιον, καὶ τὸ ἀδίαντον.

SEd cum ſingula diſtincta ſuperius pro temporibus tam ad germinationem quã ad florum prouentum conſumationemq; fructuum, ſint dicta; addendum nunc illud occurrit, quod nec ijs quæ radice proueniunt, nec ijs, quæ ſemine erumpunt, germinare quicquam ante tempus ſibi accommodatum ſolet: ſed ſuum vnumquodque tempus expectat, nec ab imbribus quicquam infeſtatur. Quædam ſerotina admodum, tam germine quam flore, percipiuntur: vt carduus, vt cucumis ſylueſtris, quod etiam in ſuffruticum genere de pollicaria, & inturi, & alijs quibuſdam retulimus. Nec enim aliquid eorum floret, aut germinat ante proprium tempus. Quamobrem hoc etiam in arboribus differre appareant. Quippe cum illorum ſimul quodammodo omnium germinatio fiat: aut ſi ita minus, vno quidem eodemque dixerim tempore anni germina omnium excitari. His autem multis, vel potius omnibus temporibus germen, atque etiam magis flos exit. Quapropter ſi animaduertere volueris, aſſiduam pene per totum annum germinationem, & floris productionem videbis. Semper enim alterum alteri ſuccedens tempora omnia occupat. Exempli gratia: Poſt aphacam crocum erumpit, & fremium, & ſenecio, cæteraq; hyberna. Tum verna ſequuntur. Dein autumnalia accedent. Multi vero ex ſingulis floribus prouentus prorogant ſuos vt dictum eſt. Sunt enim quæ ita florent, ceu aphaca, & turdaria, & cichorea, & plantago, & alia quædam. Verum propter aſſiduam cõtinentiam, occupandique viciſſitudinem, haud facile percipi in aliquibus poteſt. Nec eſt determinare, quæ prima germinent, quæue ſero. Nec eorũ ipſorum generationes ac tempora recenſeri queunt. Quibus fructibus conſummatis, alia initia denuo generandi inſtituunt. Quod poſt autumni æquinoctium euenire potiſſimum ſolet. Tunc enim ſemina ex maiore parte perfecta habentur, & fructus arborum magna ex parte conſummati iam extant. Et vero mutatio quædam eius ipſius, atq; temporis ſequitur. Quæ antẽ imperfecta immaturaq;, occupãtur. His enim germinatio, & floris prouentus, & fructus perfectio, ex circuitu ad portionem contingit. Quamobrem euenit, vt alia ſub ſolſtitijs floreant, alia ſub canicula, alia poſt arcturum, & autumni æquinoctium. Sed hæc communiorem ſane contemplationem, ad determinandam principij rationem deſiderare videntur. Quod autem differentiæ plures, aut nullo pauciores ſunt, his ipſis plane iam exploratum habetur. Quandoquidem & perpetuo quædam ex his vireant; vt polium, vt ſolaris, atque capillus Veneris.

ἀφωρισμένων οὖν τούτων περὶ τὰς διαφορὰς ἐν οἷς γίνονται καὶ πῶς, λεκτέον· ἤδη τὰς καθ' ἕκαστον ἱστορίας. ὅσα καὶ κατὰ τὴν ἰδίαν ἑκάστου φύσιν. λέγω δὲ οἷον τὰ σταχυώδη, καὶ τὰ σκανδικώδη, καὶ μυοφόνα. καὶ εἴ τι ἕτερόν ἐστιν οὐ τὸ κοινὸν ἐπὶ πάντων λαβεῖν· ὃ τῇ αἰσθήσει γνώριμον, τοῖς φύλλοις, ἢ ἄνθεσιν, ἢ ῥίζαις, ἢ καρποῖς. ἐκ γὰρ τῶν φανερῶν ὁ μερισμός. ὥσπερ καὶ τῶν ῥιζῶν. σταχυώδη μὲν οὖν ἐστιν, ὅ τε, χηνῶν ὑπό τινων καλούμενος, τελείους ἔχων ἰδέας ἐν ἑαυτῷ. καὶ ὁ ἀλωπέκουρος, καὶ ὁ στελεφοῦρος. ὑπ' ἐνίων δὲ ἀρνόγλωσσον. τῶν δὲ ὄρτυξ καλούμενος. παρόμοιον δὲ τούτῳ τρόπον τινὰ καὶ ἡ θρυαλλίς. ἁπλᾶ δὲ καὶ μονοειδῆ τρόπον τινὰ ταῦτα καὶ στάχυν οὐκ ὀξὺν οὐδ' ἀνθερώδη ἔχοντα. ὁ δὲ ἀλωπέκουρος, μαλακὸν, καὶ χνοωδέστερον· ὅτι καὶ ὅμοιον ταῖς τῶν ἀλωπέκων οὐραῖς. ὅθεν καὶ τοὔνομα μετείληφεν. ὅμοιος δὲ τούτῳ καὶ ὁ στελεφοῦρος. πλὴν οὐχ ὥσπερ ἐκεῖνος ἀνθεῖ κατὰ μέρος, ἀλλὰ δι' ὅλου τοῦ στάχυος, ὥσπερ ὁ πυρός. ἡ δὲ ἄνθησις ἀμφοῖν χνοώδης, καθάπερ καὶ τοῦ σίτου. παρόμοιον δὲ τῇ ὅλῃ μορφῇ τῷ πυρῷ. πλὴν πλατυφυλλότερον· ὡσαύτως δὲ τούτοις καὶ ἄλλα τὰ σταχυώδη λεκτέον.

His ergo de differentijs, quibus in rebus, quoque modo fiant, determinatis, nunc ſingulorum hiſtorias exponere oportet. Quæ ſcilicet non pro cuiuſque propria natura conſiſtant: vt quæ ſpicoſa, ſcādicoſa miricidaq; ſint. Et ſi quid aliud tam commune ſumi de omnibus liceat. Quod familiare ſenſui ſit, aut folio, aut flore, aut radice, aut fructu. Ex manifeſtis enim partitio fiat eorum neceſſe eſt: quemadmodum etiam radicum. Spicoſa igitur, oculus caninus, & cauda vulpina, & plantago, quæ agnigna lingua a quibuſdam vocata eſt, & ab alijs coturnix. Huic quodammodo ſimilis bibinella eſt. Verum hæc ſimplicia, & quodammodo vniformia creantur, & ſpicam nec acutam nec ariſtatam gerunt. Cauda vero vulpina hirſutior, & lanuginoſior eſt. quamobrem ſimilis vulpium caudis cernitur. Vnde & nomen accepit. Huic plantago eſt ſimilis, niſi quod florem non quemadmodum illa particulatim edit, ſed per totam ſpicam tritici modo. Ambobus tamen floſculus lanugineus exit, ſicuti etiam frumento. Similis tota ſpecie tritico eſt, verum folio latiori. His proxima reliqua quoque ſpicati generis, non temere dixeris.

ΚΕΦ. ΙΑ.

CAP. XI.

Cichoracea omnia annuo folio conſtare. Item de caule cichoreæ, ideſt intubi. De porcellia, aphaca, amaragine. Hinc repetitio differentiarum radicum. De aſtula regia, epimenidea, ſcylla, aro, dracunculo, enſe, Theſeo.

Τὰ δὲ κιχωριώδη, πάντα μὲν ἐπετειόφυλλα καὶ ῥιζόφυλλα. βλαστάνει δὲ μετὰ Πλειάδα πλὴν τῆς ἀφάκης. τοῖς δὲ καυλοῖς καὶ ταῖς ῥίζαις μεγάλας ἔχουσι διαφοράς. οἱ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων ἁπλούστεροι καὶ ἐλάττους· ὁ δὲ τοῦ κιχωρίου μέγας, καὶ ἀποφύσεις ἔχων πολλάς. ἔτι δὲ γλίσχρος καὶ δυσδιαίρετος. διὸ καὶ δεσμῷ χρῶνται. παραβλαστικὸν δὲ καὶ τῇ ῥίζῃ, καὶ ἄλλως μακρόρριζον. διὸ καὶ δυσώλεθρον. ὅταν γὰρ ἐκλαχανίζωνται, πάλιν τὴν ὑπόλοιπον ἀρχὴν λαμβάνει γενέσεως. συμβαίνει δὲ καὶ περιανθεῖν αὐτοῦ μέρος ἄλλο καὶ ἄλλο. καὶ τοῦτο ἄχρι τοῦ μετοπώρου, σκληροῦ δοκοῦντος εἶναι τοῦ καυλοῦ. φέρει δὲ καὶ λόβον, ἐν ᾧ τὸ σπέρμα περὶ τὰ ἄκρα τῶν καυλῶν. ἡ δὲ ὑποχοιρὶς λειοτέρα καὶ ἡμερωτέρα τῇ προσόψει καὶ γλυκυτέρα, καὶ οὐχ ὥσπερ ἡ χανδράς· ἀλλὰ τὸ ὅλον οὐκ ἐδώδιμος. αὕτη γὰρ ἄβρωτος· καὶ ἐν τῇ ῥίζῃ δριμὺν ὀπὸν ἔχει καὶ πολύν. ἄβρωτος δὲ καὶ πικρὰ ἡ ἀφάκη. πρωῒ ἀνθεῖ δὲ, καὶ ταχὺ γηράσκει καὶ ἀποπαπποῦται. εἶτ' ἄλλο φύεται πάλιν καὶ ἄλλο. καὶ τοῦτο παρ' ὅλον ποιεῖ τὸν χειμῶνα καὶ τὸ ἔαρ, ἄχρι τοῦ θέρους. τὸ δ' ἄνθος μηλινοειδές.

Cichoracea vero omnia folio annuo, & ab radice foliata ſunt. Germinant poſt vergilias, aphaca excepta. Sed caulibus atque radicibus differentias magnas habent. Quippe cum çæterorum caules ſimpliciores minoreſque exurgant. Cichoreæ, id eſt intubi, magnus, multiſque ramulis brachiatus, lentus item, & diuidi contumax eſt. Qua de cauſa pro vinculo eo vtuntur. Radice quoque germen laterale emittere poteſt, & alioquin radice prolixum eſt, ideoque emori contumax. Decerptis enim quæ ad vſum cibarium ſumi ſolent, reliquum generationis rurſus capeſcit principium. Euenit autem vt pars eius alia atque alia floreat, idque aſſidue fiat vſque ad autumnum: quanquam durus caulis eſſe videatur. Fert & ſiliquā, in qua eſt ſemen circa poſtremas caulium partes. Porcellia leuior, & aſpectu mitior, & dulcior eſt. Nec vt candralia, quæ omnino inguſtabilis eſt, & in radice ſuccum lacteum, acrē, eundemq; copioſum habet. Aphaca inguſtabilis, & amara eſt. Feſtinăter hæc floret. Sed celeriter flos ſeneſcit, atq; lanugine pappo dicta marceſcit. Tū alius iterū prouenit, atq; iterū alius: idq; tota hyeme, vereq; toto, vſq; ad æſtatem fit. Flos melini ſpeciem gerit.

ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ πικρίς· καὶ γὰρ αὕτη τῷ ἦρι ἀνθεῖ, καὶ παραπλησία δι' ὅλου τοῦ χειμῶνος καὶ τοῦ θέρους παρανθεῖ. τῇ γεύσει δὲ πικρά. διὸ καὶ τοὔνομα εἴληφε. ταῦτα μὲν οὖν ἐν ταύταις ταῖς διαφοραῖς. πειρατέον δὲ ὡς ἐλέχθη καὶ τῶν ἄλλων λαμβάνειν ὁμοίως. πολὺ δέ τι γένος ἐστὶ καὶ τῶν σαρκορρίζων ἢ κεφαλορρίζων. ἃ καὶ πρὸς τὰ ἄλλα καὶ καθ' αὑτὰ τὰς διαφορὰς ἔχει, ῥίζαις τε καὶ φύλλοις καὶ καυλοῖς, καὶ ταῖς ἄλλαις μορφαῖς. τῶν γὰρ ῥιζῶν ὥσπερ εἴρηται πρότερον, αἱ μὲν λεπυρώδεις, αἱ δὲ σαρκώδεις. καὶ αἱ μὲν ἔχουσαι φλοιόν, αἱ δ' ἄφλοιοι. ἔτι δὲ αἱ μὲν στρογγύλαι, αἱ δὲ προμήκεις. καὶ αἱ μὲν ἐδώδιμοι, αἱ δὲ ἄβρωτοι. ἐδώδιμοι μὲν γὰρ οὐ μόνον βολβοί, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις· ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ ἀσφοδέλου ῥίζα, καὶ ἡ τῆς σκύλλης. πλὴν οὐ πάσης, ἀλλὰ τῆς Ἐπιμενιδείου καλουμένης, ἣ ἀπὸ τῆς χρήσεως ἔχει τὴν προσηγορίαν. αὕτη δὲ στενοφυλλοτέρα τε καὶ λειοτέρα τῶν λοιπῶν ἐστιν· ἐδώδιμος δὲ καὶ ἡ τοῦ ἄρου, καὶ αὕτη καὶ τὰ φύλλα προσαφεψηθέντα ἐν ὄξει· καὶ ἔστιν ἡδεῖά τε καὶ πρὸς τὰ ῥήγματα ἀγαθή. πρὸς δὲ τὴν αὔξησιν αὐτῆς ὅταν ἀποφυλλίζουσιν. ἔχει δὲ μέγα σφόδρα τὸ φύλλον· ὃ ἀνορύξαντες, στρέφουσιν ὅπως ἂν μηδὲν βλαστάνῃ, ἀλλὰ πᾶσαν ἕλκῃ τὴν τροφὴν εἰς ἑαυτήν. ὃ καὶ ἐπὶ τῶν βολβῶν τινες ποιοῦσι συντιθέντες. ἡ δὲ τοῦ δρακοντίου (καλοῦσι γάρ τι δρακόντιον ἄρον, διὰ τὸ τὸν καυλὸν ἔχειν τινὰ ποικιλίαν) ἄβρωτος καὶ φαρμακώδης. ἀλλὰ ἡ τοῦ φασγάνου καλουμένου γλυκεῖά τε ἑψηθεῖσα. καὶ τριφθεῖσα μιγνυμένη τῷ ἀλεύρῳ, ποιεῖ τὸν ἄρτον γλυκὺν καὶ ἀσινῆ. στρογγύλη δέ ἐστι καὶ ἄφλοιος, καὶ ἀποφύσεις ἔχουσα μικράς, ὥσπερ τὸ γήθυον. πολλὰς δὲ εὑρίσκουσι παρὰ ταῖς σκολοπίαις. χαίρει γὰρ καὶ συλλέγεται τὸ ζῷον. ἡ δὲ τοῦ θησείου, τῇ μὲν γεύσει πικρά, τριβομένη δέ, κοιλίαν ὑποκαθαίρει. φαρμακώδεις δέ τινές εἰσι καὶ ἕτεραι. πολλῶν δὲ οὔτε φαρμακώδεις οὔτε ἐδώδιμοι. καὶ αὗται μὲν ἐν ταῖς ῥίζαις αἱ διαφοραί.

Simili modo vel amarago ſe habet. Nam ea quoque vere florere incipit, nec ſecus hyeme tota, vereque toto perſeuerat. Guſtu amara eſt, vnde & nomen accepit. Horum igitur differentiæ tales annotãtur. Sed tendandum, (vt dictum eſt,) reliquorum etiam pari modo colligere differentias. Genus autem vel eorum, quæ radice carnoſa, aut capitata creantur, amplum certe ſentitur: quod & inter ſe, & ad ceteras differentias, (vti retulimus) pleraſque ſortitur; radice, folio, caule, atque reliqua forma. Radicum enim (vt dictum eſt) aliæ ſquamis conſtant, aliæ carne: & aliæ cortice veſtiuntur, aliæ nudæ adhærent. Item aliæ rotundæ, aliæ oblongæ: & aliæ veſcendæ, aliæ inguſtabiles. Veſcendæ non tantum bulborum, atque eiuſmodi; verum etiam aſtulæ regiæ, atque ſcyllæ. Non tamen omnis, ſed Epimenideæ vocatæ, quæ ab vſu nuncupationem ſortita eſt. Hæc anguſtiori folio leuiorique quam reliquæ conſtat. Ari quoque radix cibo idonea eſt: & folia eiuſdem decocta in aceto mandi nimirum poſſunt. Suauis autem & ad fracta vtilis eſt. Hæc, vt incrementum capiat, cum folijs luxuriatur, quæ admodum ampla ſparguntur. Folia deflectentes ipſa circum obruere ſolent: quo planta non in germina excreſcat, ſed totum alimentũ in ſuum attrahat caput. Quod & in bulbis nonnulli in componendo facere aſſolent. Dracunculi autem radix (ſunt enim qui genus quoddam dracunculi arum appellent, quod eius caulis varietatem habeat quãdam) cibo inepta penitus eſt, & medicis tantum commoda. Ac enſis appellati radix dulcis eſt decocta, & trita farinæ admiſta, panem dulcem atque innoxium reddit. Rotunda hæc eſt, & ſine cortice, capillamentis gethyi modo fibrata. Permultas iuxta eam ſcolopendras reperiunt: gaudent enim ea herba, frequenteſque congregantur in eam. Theſei radix guſtu amara eſt: tuſa aluum purgat. Sunt & aliæ quædam medicæ. Verum pars maior radicum neque medica neque cibo idonea eſt. Et differentiæ quidem radicum hæ ſunt.

ΚΕΦ. ΙΒ. — CAP. XII.

Diſcrimen herbarum per folia, per caules. Scyllam ante portas ſatam contra veneficia eſſe. Deque narciſſo, & ſcylla. Peculiare de amygdala.

Κατὰ δὲ τὰ φύλλα, τοῖς τε μεγέθεσι καὶ τοῖς σχήμασιν, ὁ μὲν ἀσφόδελος μακρὸν καὶ στενότερον καὶ ὑπόγλισχρον ἔχει τὸ φύλλον. ἡ δὲ σκύλλα, πλατὺ καὶ εὐδιαίρετον. τὸ δὲ φάσγανον, ὑπό τινων δὲ καλούμενον ξίφος, ξιφοειδές· ὅθεν ἔσχε καὶ τοὔνομα. ἡ δὲ ἶρις, καλαμωδέστερον. τὸ δὲ τοῦ ἄρου, πρὸς τῇ πλατύτητι καὶ ἔγκοιλον καὶ σικυῶδές ἐστιν. ὁ δὲ νάρκισσος, στενὸν καὶ πολὺ καὶ λιπαρόν. βολβὸς δέ, καὶ τὰ βολβώδη, παντελῶς στενά. καὶ τοῦ κρόκου δέ τι στενώτερον.

Foliorum vero diſcrimen, magnitudine, figuraque accipi debet. Etenim albuco foliũ prælongum, anguſtum, lentumque leuiter: ſcyllæ latum. Enſis vel pugio, (vt quidam vocarunt) ad enſis effigiem exit: vnde & nomẽ herbæ impoſitum eſt. Conſecratrici arundinaceum potius ſte. Aro cum latitudine cauum atque cucumeraceum eſt. Narciſſo anguſtũ, frequens, & pingue. Bulbis omnibuſq; bulboſis valde anguſtum, ſed croco anguſtius.

καυλὸν δὲ, τὰ μὲν, οὐκ ἔχει τὸ ὅλον, ὥσπερ τὸ ἄρον τὸ ἐδώδιμον· τὰ δὲ τὸν τοῦ ἄνθους μόνον, ὥσπερ ὁ νάρκισσος καὶ ὁ κρόκος. ἔνια δὲ ἔχει, καθάπερ ἡ σκύλλα, καὶ ὁ βολβὸς, καὶ τὰ βολβώδη, καὶ ἡ ἶρις, καὶ τὸ ξίφιον· μέγιστον δὲ πάντων, ὁ ἀσφόδελος. ὁ γὰρ ἀνθέρικος μέγιστος. ὁ δὲ τῆς ἴριδος, ἐλάττων μὲν, σκληρότερος δέ. τὸ δὲ ὅλον ἀνθερικώδης. ἔστι δὲ καὶ πολύκαρπος ὁ ἀσφόδελος, καὶ ὁ καρπὸς αὐτοῦ ξυλώδης. τῇ μὲν μορφῇ, τρίγωνος, τῷ δὲ σχήματι, μέλας. γίνεται δὲ ἐν τῷ στρογγύλῳ τῷ ὑποκάτω τοῦ ἄνθους. ἐκπίπτων δὲ τοῦ θέρους, ὅταν τοῦτο διαχάνῃ, τὴν ἄνθησιν ποιεῖται κατὰ μέρος, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς σκύλλης. ἄρχεται δὲ πρῶτον ἀπὸ τῶν κάτωθεν. ἐν δὲ τῷ ἀνθερίκῳ συνίσταται σκώληξ, ὃς εἰς ἄλλο μεταβάλλει ζῷον πτηνὸν ἀνθηνοειδές. εἶθ' ὅταν ὁ ἀνθέρικος ἀναυανθῇ, διεσθίων ἐκπέταται. δοκεῖ δὲ ἴδιον ἔχειν πρὸς τὰ ἄλλα τὰ λειόκαυλα. διότι στενὸς ὢν ἀποφύσεις ἄνωθεν ἔχει. πολλὰ δὲ εἰς τροφὴν παρέχεται χρήσιμα. καὶ γὰρ ὁ ἀνθέρικος ἐδώδιμος σταθευόμενος, καὶ τὸ σπέρμα φρυγόμενον. πάντων δὲ μάλιστα ἡ ῥίζα κοπτομένη μετὰ σύκου. καὶ πλείστην ὄνησιν ἔχει καθ' Ἡσίοδον. ἅπαντα μὲν οὖν φιλόζωα τὰ κεφαλόρριζα. μάλιστα δ' ἡ σκύλλα. καὶ γὰρ κρεμαμένη ζῇ, καὶ πλεῖστόν γε χρόνον διαμένει· δύναται δὲ καὶ τὰ θησαυριζόμενα σώζειν. ὥσπερ τὴν ῥόαν ἐκρηγνυμένου τοῦ μίσχου. καὶ τῶν φυτευομένων δ' ἔνια βλαστάνει θᾶττον ἐν αὐτῇ. λέγεται δὲ καὶ πρὸ τῶν θυρῶν τῆς εἰσόδου φυτευθεῖσαν, ἀλεξητήριον εἶναι τῆς ἐπιφερομένης δηλήσεως. πάντα δὲ ταῦτα ἀθρόα φύεται, καθάπερ καὶ τὰ κρόμμυα καὶ τὰ σκόροδα· παραβλαστάνουσι γὰρ ἀπὸ τῆς ῥίζης. ἔνια δὲ ἀπὸ τοῦ σπέρματος φανερῶς. οἷον ὅ,τε ἀνθέρικος, καὶ τὸ λείριον, καὶ τὸ φάσγανον, καὶ ὁ βολβός. ἀλλ' ἴδιον τοῦτο τοῦ βολβοῦ λέγεται, τὸ μὴ ἀπὸ πάντων βλαστάνειν ἅμα τῶν σπερμάτων. ἀλλὰ τὸ μὲν, αὐτοετὲς, τὸ δὲ, εἰς νέωτα. καθάπερ τὸν γίγλοπά φασι, καὶ τὸν λωτόν. τοῦτο μὲν οὖν εἴπερ ἀληθές, κοινὸν ἑτέρων. κοινὸν δὲ ἴσως καὶ τὸ μέλλον λέγεσθαι, πλὴν οὐ πολλῶν. θαυμαστὸν δὲ ἐπὶ πάντων, ὅπερ ἐπί τε τῆς σκύλλης καὶ τοῦ ναρκίσσου συμβαίνει. τῶν μὲν γὰρ ἄλλων, καὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς φυτευομένων καὶ τῶν βλαστανόντων, καθ' ὥραν τὸ φύλλον ἀνατέλλει πρῶτον· εἶθ' ὕστερον ὁ καυλός. ἐπὶ δὲ τούτων, ὁ καυλὸς πρότερον. τοῦ ναρκίσσου δὲ, ὁ τοῦ ἄνθους μόνον εὐθυπρόωρον τὸ ἄνθος. τῆς δὲ σκύλλης καθ' αὐτὸν εἰς ὕστερον, ἐπὶ τούτῳ τὸ ἄνθος ἀνίσχον προσκαθήμενον. ποιεῖται δὲ τὰς ἀνθήσεις τρεῖς. ὧν ἡ μὲν πρώτη δοκεῖ σημαίνειν τὸν πρῶτον ἄροτον· ἡ δὲ δευτέρα, τὸν μέσον· ἡ δὲ τρίτη, τὸν ἔσχατον. ὅσαι γὰρ ἂν αὗται γένωνται, καὶ οἱ ἄροτοι σχεδὸν οὕτως ἐκβαίνουσιν. ὅταν δὲ οὕτως ἀπογηράσῃ, τότε ἡ τῶν φύλλων βλά-

Caulis alijs omnino nullus, vt aro, quod mandi poteſt. Nonnulla caulem tantum floris ſortiuntur; vt narciſſus, & crocum. Alijs nimirum caulis aſſurgit, vt ſcyllæ, bulbo, omnibuſque bulboſis. Item conſecratrici, & pugioni, ſed omniũ maxime aſtulæ regiæ. Caulis enim dictus albucum unice inter omnes excellit. Cõſecratrici minor quidem, ſed durior, in totumque albucum, æmulans. Semen quoque abunde aſtula regia profert, lignoſum ſemen. id eſt, figura triquetra, colore atro. Gignitur in orbiculato quodam, quod flori ſubeſt, decidit æſtate. Cum orbiculatum illud dehiſcit, floret per partes, vt & ſcylla. Incipiunt ab imis. Vermis in albuco gignitur, qui in aliud animal volatile floridumque transfiguratur. Quod cum herba florere incipit, eroſo ſtatim operculo euolat. Peculiare is præ cæteris leuibus cauliũ generibus hoc habere videtur. quoniam cum anguſto corpore ſit, in ramulos ſuperne ſpargatur. Permulta ad cibum affert utilia. Quippe albucum toſtum in cinere manditur, & ſemen torrefactum vſui eſt. Sed radix tuſa cum ficu in uſu maxime omnium venit, & vtilitatis plurimum autore Heſiodo præbet. Omnia igitur capitata, radice viuacia maiorem in modum ſentiuntur: ſed præcipue ſcylla. Vtpote quæ ſuſpenſa viuere poſſit, & quidem plurimum temporis. Poteſt etiam fructus recondendos ſeruare, vt poma punica, detracto pediculo. Et ſatorum nonnulla celerius apud eam germinant. Traditur, & ante portas ſatam, remedio eſſe contra veneficiorum noxam. Omnia hæc vniuerſim proueniunt, vt etiam cæpæ, & allia. Germen etenim ab radice laterale producunt. Nonnulla etiam e ſemine idem hoc euidentiſſime faciunt. Vt aſtula regia, lirium, pugio, bulbus. Sed bulbo peculiare datur, quod non ſimul ex omnibus ſeminibus exit, ſed partim anno primo, partim ſecundo: vt etiam de auena, & loto traditum eſt. Id ergo, ſi verum ſit, commune cum alijs habetur. Necnon & illud fortaſſe commune eſt, quanquam non multis; mirum tamen quod in ſcylla narciſſoque euenit. Cæterorum enim tam recens ſatorum, quam regerminantium, ſuo tempore primo folium oritur. Deinde caulis exit. In his vero caulis prius, & narciſſi quidem floris tantum caulis protinus exit. Flos enim eius plurimum feſtinat. Scyllæ autem caulis per ſe prius, tum flos ex eo emergens inſidit, eademque florum prouentus ternos oſtendit: quorum primus tempus arandi primum ſignificare videtur. Secundus medium: tertius nouiſſimum. Quod enim fuerint iſti, totidem & arandi tempora ferme occurrunt. Sed cum ita ſenuerit, tunc folio-

rum

στησις πολλαῖς ἡμέραις ὕστερον. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ναρκίσσου. πλὴν οὔτε καυλὸν ἕτερον ἔχει παρὰ τὸν τοῦ ἄνθους, ὥσπερ εἴπομεν, οὔτε καρπὸν φανερόν. ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ ἄνθος ἅμα τῷ καυλῷ καταφθίνει. καὶ ὅταν ἀνανθῇ, τότε τὰ φύλλα ἀνίησι. πρὸς μὲν οὖν τὰ ἄλλα τὰ συναμφότερα ταῦτα ἴδια. πρὸς δὲ τὰ προανθοῦντα τῶν φύλλων καὶ τῶν καυλῶν, ὅπερ δοκεῖ ποιεῖν τὸ τίφυον καὶ ἕτερα τῶν ἀνθικῶν. ἔτι τε τῶν δένδρων ἡ ἀμυγδάλη μάλιστα ἢ μόνον· ὅτι ταῦτα μὲν ἅμα τῷ ἄνθει προφαίνει τὸ φύλλον εὐθὺς κατόπιν. ὥστε καὶ διαζητεῖσθαι περί τινων. ἐπὶ δὲ τούτων οἷον ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς φαίνεται· καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἡμερῶν, καὶ διὰ τὸ μὴ πρότερον βλαστάνειν, πρὶν τοῦ μὲν τὸ ἄνθος, τοῦ δὲ καὶ ὁ καυλὸς ὅλος ἀπογηράσῃ. ἡ δὲ βλάστησις προτέρα μὲν τῆς σκύλλης, ὑστέρα δὲ ναρκίσσου. πολὺ δὲ καὶ τὸ φύλλον οὕτως ἀφίησι. καί ἐστιν ἡ ῥίζα αὕτη οὐ μικρά, καὶ οὐ μεγάλη, περιφερὴς κατὰ τὸ σχῆμα τῷ βολβῷ· πλὴν οὐ λεπυρώδης. ταῦτα μὲν οὖν ἔχει σκέψιν.

rum exortus multis poſtea diebus incipit. Idem etiam in narciſſo fieri ſolet : niſi quod nec alium caulem præterquam floris proprium habet, vt diximus. Neque fructum conſpicuum parit: ſed ipſe flos una cum caule deſinit : & cum refloreſcit, tunc folia exeunt. Ergo præ cæteris quidem plantis, hæc ambo peculiaria dixeris. Præ illis vero, quæ ante foliorum & caulium ortum florere incipiunt: quod iphyum, & alia quædam ex coronarijs facere putantur. Atque etiam inter arbores amygdala potiſſimum, aut ſola. Peculiare hoc fit, quod ea quidem, vel cum flore folium quoque promunt, vel paulopoſt: vt de quibuſdam ambiguum ſit, quærique ſoleat. In his autem ex altero quaſi principio prodire videtur, cum propter dierum multitudinem, tum quod antequam flos, aut etiam caulis totus ſenuerit, germinare incipiant. Germinatio vero prior ſcyllæ, poſterior narciſſi. Et folium is large emittit, & radix ipſa parua nequaquam eſt, quanquam non magna. Figura non abſimilis bulbo, verum non ſquamata. Hæc igitur quo pacto ſe habeant, contemplari non ab re eſt.

ΚΕΦ. ΙΓ. — CAP. XIII.

Bulborum genera, & differentiæ. Genus quoddam bulborum lanigerum eſſe, vnde togæ, & alia veſtimenta texantur. Quod peculiare datum Siſyrinchio. Adianti; id eſt capilli Veneris folium, in aqua nunquam madeſcere, eiuſque duo eſſe genera, atque ambo ad defluuium capillorum vtilia oleo trita. Fidiculam ad urinæ diſtillationes vtilem. Quid anthemo peculiare.

Τῶν δὲ βολβῶν ὅτι πλείω γένη, φανερόν. καὶ γὰρ τῷ μεγέθει, καὶ τῇ χρόᾳ, καὶ τοῖς σχήμασι διαφέρουσι, καὶ τοῖς χυλοῖς. ἐνιαχοῦ γὰρ οὕτω γλυκεῖς, ὥστε καὶ ὠμοὺς ἐσθίεσθαι, καθάπερ ἐν Χερρονήσῳ τῇ Ταυρικῇ. μεγίστη δὲ καὶ ἰδιωτάτη διαφορὰ τῶν ἐριοφόρων. ἔστι γάρ τι γένος τοιοῦτον, ὃ φύεται ἐν αἰγιαλοῖς. ἔχει δὲ τὸ ἔριον ὑπὸ τοὺς πρώτους χιτῶνας· ὥστε ἀνὰ μέσον εἶναι τοῦ τε ἐδωδίμου τοῦ ἐντὸς, καὶ τοῦ ἔξω. ὑφαίνεται δὲ ἐξ αὐτοῦ καὶ πόδεια καὶ ἄλλα ἱμάτια. διὸ καὶ ἐριῶδες τοῦτο. καὶ οὐχ ὥσπερ τὸ ἐν Ἰνδοῖς τριχῶδες. πλείω δὲ καὶ τὰ βολβώδη καὶ οὐκ ἐλάττω. ταῦτα δὲ καθάπερ τὸ λευκόϊον καὶ βολβίνη, καὶ ὀπιτίων, καὶ κόϊξ, καὶ τρόπον τινὰ τὸ σισυρίγχιον. βολβώδη δὲ ταῦτα, ὅτι στρογγύλα ταῖς ῥίζαις. ἐπεὶ τοῖς τε χρώμασι λευκὰ καὶ οὐ λεπυρώδη. ἴδιον δὲ τοῦ σισυριγχίου, τὸ τῆς ῥίζης αὐξάνεσθαι τὸ κάτω πρῶτον, κατὰ χειμῶνα. τοῦ δ' ἦρος, ὑποφαινομένου τοῦ ἴου, τοῦτο μὲν ταπεινοῦσθαι, τὸ δ' ἄνω τὸ ἐδώδιμον αὐξάνεσθαι. καὶ τὰ μὲν, τοιαύτας ἔχει τὰς διαφοράς. ἴδια δὲ καὶ ταῦτα ἐν τοῖς ποώδεσιν· τό, τε ἐπὶ τοῦ ἀδιάντου συμβαῖνον· οὐδὲ γὰρ ὑγραίνεται

PLuta autem genera eſſe bulborum nimium conſtat. Differunt nanque inter ſeſe, magnitudine, colore, figura, ſapore. Quippe cum adeo dulces quibuſdã in locis proueniat, vt vel crudi mandi facillime poſſint. Vt in Cherroneſo Taurica. Sed maxima peculiariſque præcipue differentia lanigerarum herbarum adnotatur. Eſt enim genus quoddam eiuſmodi, littoribus naſcens, lanamque ſub primis tunicis habẽs : vt inter internum quod manditur & externum media iſta contineatur. Texuntur ex ea, & togæ, & alia veſtimenta. Qua de cauſa lanatum id eſt : non modo illius Indici crinitum. Quin & bulboſa plura, nec ijs pauciora notare licet. Exempli gratia, violam albam, bulbinam, opitionem, cyicem, & ſiſyrinchium quodammodo. Quæ quidem redigi ad bulborum genus debent, quod radice orbiculentur. Nam colore quidem penitus diſcrepant : candent enim, nec ſquamis conſtant. Peculiare ſiſyrinchio datum eſt, vt vna radix primo augeatur hyeme : tum ineunte vere, quod in imo excreuerit, contrahatur, ſupernumque creſcat, quod manditur. Atque hæc differentias habere eiuſmodi conſtat. Propria vero herbaceis vel illa tribui ſolent. Adianti, id eſt, capilli Veneris

τὸ φύλλον βρεχόμενον, ὃ μὲν ἐπίδηλόν ἐστι, διὰ τὸ τὴν νοτίαν ἐπιμένειν· ὅθεν καὶ ἡ προσηγορία. γένη δ᾽ αὐτοῦ δύο. τὸ μὲν, λευκὸν, τὸ δὲ, μέλαν. χρήσιμα δὲ ἀμφότερα πρὸς ἔκφυσιν κεφαλῆς τριχῶν, ἐν ἐλαίῳ τριβόμενα. φύεσθαι δὲ μάλιστα πρὸς τὰ ὑδρηλά. ὡς δὲ οἴονταί τινες καὶ πρὸς στραγγουρίαν τὸ τριχομανὲς ποιεῖ. ἔχει δὲ τὸν καυλὸν ὅμοιον τῷ ἀδιάντῳ τῷ μέλανι· φύλλα δὲ μικρὰ σφόδρα καὶ πυκνὰ, καὶ πεφυκότα κατὰ ντικρὺ ἀλλήλων. ῥίζα δὲ οὐχ ὑπέστη. χωρία δὲ φιλεῖ σκιερά. τῶν δὲ κατὰ μέρος ἀνθούντων ἴδιον τὸ περὶ τὸ ἄνθεμον. ὅτι τῶν μὲν ἄλλων πάντων ἴδιον τὸ κάτω πρῶτον ἀπανθεῖν· τούτου δὲ, τὰ ἄνω. τυγχάνει δ᾽ αὐτοῦ τὸ μὲν κύκλῳ τὸ λευκὸν ἄνθος, τὸ δὲ ἐν τῷ μέσῳ, τὸ χλωρόν. καὶ καρπὸς ὃς ἐκπίπτει καθάπερ τοῖς ἀκανθώδεσι, καταλιπὼν τὴν πρόσφυσιν κενήν. εἴδη δ᾽ αὐτοῦ πλείω.

neris, folium in aqua nunquam madeſcit, nec quicquam adhæſiſſe humoris conſtat. Vnde & nomen herba accepit. Genera eius duo; candidum, atq; nigrum. Ambo ad defluuium capillorũ vtilia, oleo trita. Naſcuntur maxime locis humidis. Fidicula vel ad diſtillationes urinæ vnice facit, vt quidam exiſtimant. Caulem hæc capillo Veneris nigro ſimilem gerit. Folia admodum parua, denſa, inter ſeſe oppoſita, radicem minimam; loca amat opaca. Inter ea vero, quæ florere particulatim notantur, peculiare, quod in anthemo fieri ſolet. Cum enim cæteris omnibus proprium ſit, ab ima ſui parte deflorere incipere, id a ſummo incipit florere. Candidus flos circundat, medium viridis tenet, & ſemini color idem. Decidit id, vti & ſpinoſorum; conceptaculo inani relicto. Genera eius plura.

ΚΕΦ. ΙΔ. — CAP. XIV.

De lappa, ſolari, carduo, hirundinaria, ſemperuiuo, loto, melfrugo, veſsicaria. Quodque eius tria ſint genera.

Ἴδιον δὲ καὶ τὸ περὶ τὴν ἀπαρίνην, ἣ καὶ τῶν ἱματίων ἀντέχεται διὰ τὴν τραχύτητα. καὶ ἔστι δυσαφαίρετον. ἐν τούτῳ γὰρ ἐγγίνεται τῷ τραχεῖ τὸ ἄνθος οὐ προϊὸν, οὐδὲ ἐκφαῖνον, ἀλλ᾽ ἐν ἑαυτῷ πεττόμενον καὶ σπερμογονοῦν. ὥστε παρόμοιον εἶναι τὸ συμβαῖνον, ὥσπερ ἐπὶ τῶν γαλέων, καὶ κρινῶν. ἐκεῖνά τε γὰρ ἐν ἑαυτοῖς ὠοτοκήσαντα ζωογονεῖ. καὶ αὕτη τὸ ἄνθος ἐν ἑαυτῇ κατέχουσα καὶ πέττουσα καρποτοκεῖ. ὅσα δὲ ἀνθῇ ἢ βλαστάνει, ἀκολουθοῦντα τοῖς ἀγρίοις, οἷον τὸ ἡλιοτρόπιον καλούμενον, καὶ ὁ σκόλυμος (ἅμα γὰρ ταῖς τροπαῖς καὶ οὗτος) ἔτι δὲ τὸ χελιδόνιον (καὶ γὰρ τοῦτο ἅμα τῇ χελιδόνι ἀνθεῖ) ταῦτα δὲ δόξειεν ἂν τῇ μὲν φυσικὴν ἔχειν τὴν αἰτίαν, τῇ δὲ, συμπτωματικήν. πολλὰ δὲ τοιαῦτά ἐστι καὶ ἐν ἑτέροις ἴδια. διὸ καὶ ἡ τοῦ ἀειζώου φύσις, τὸ διαμένειν ὑγρὸν ἀεὶ καὶ χλωρὸν, φύλλον σαρκῶδες ἔχον καὶ λεῖον καὶ προμήκες. φύεται δὲ ἔντε τοῖς ἀλοπέδοις τοῖς ἐπὶ τῶν τοίχων ἀνδήροις, καὶ οὐχ ἥκιστα ἐπὶ τῶν κεράμων, ὅταν ἐπιγένηται γῆς τῆς ἀμμώδους συρροή. πολλὰ δ᾽ ἄν τις ἴσως λάβοι καὶ ἕτερα περιττά. χρὴ δὲ, ὥσπερ πολλάκις εἴρηται, τὰς ἰδιότητας θεωρεῖν καὶ τὰς διαφορὰς πρὸς τὰ ἄλλα. τὰ μὲν, ἐν πλείοσιν ἰδέαις ἐστὶ καὶ σχεδὸν οἷον ὁμωνύμοις· ὥσπερ ὁ λωτός. τούτου γὰρ εἴδη πολλά, διαφέροντα καὶ φύλλοις, καὶ καυλοῖς, καὶ ἄνθεσι, καὶ καρποῖς. ἐν οἷς καὶ ὁ μελίλωτος καλούμενος· καὶ δυνάμει διττῇ κατὰ τὴν προσφοράν. ὅτι τε τῷ μὴ τοὺς αὐτοὺς

Notabile & in lappa, quæ ſuæ aſperitatis cauſa veſtibus adhæreſcit, vt difficile auferri poſſit. Naſcitur enim flos in eo ipſo hirſuto & aſpero non exiens, neque euidens, ſed intus matureſcens, & ſemen pariens. Vt illis ſimile ſit, quod in galeis ac viperis euenit. Illa enim vbi intra ſe oua pepererunt, mox animalia gignunt: & hæc florem in ſe continens concoquenſque, fructum deinde parit. Quæ autem ita vel florent, vel germinant, vt aliqua ſequi videantur, velut ſolaris vocata, & carduus (nam ea quoq; cum ſolſtitium agitur, floret) item hirundinaria, quæ aduentu hirundinis ſuum excitat florem, hęc partim naturalē, partim fortuitam habere cauſam poſſint videri. Quinetiam in reliquis propria eiuſmodi permulta intelligi poſſunt. vt ſemperuiuo datum à natura eſt, quo humidum uirideque ſemper durare valeat. Folio carnoſo, læui, atque oblongo id conſtat. Planis parietinis naſcitur, necnon & in tegulis, cum terræ confluuium quoddam arenaceum factum eſt. Ad hæc alia permulta naturæ ſuperuacuæ noſſe forſitan poſſis. ſed (vt ſæpe retulimus) differentias comparatione cæterorum ſemper contemplari oportet. Quædam enim formis pluribus conſtant, quanquam nomen vnum ſortiantur: vt ita ferme æquiuoca ſint. Ceu lotus. Huius enim genera plura redundant; folio, caule, flore, fructuque diſcreta. Inter quæ & illud redditur, quod melfrugum appellant; diuerſum tum viribus in uſu cibario, tum quod non eadem loca deſideret. Alia quoque

τόπους ζητεῖν. ὁμοίως δὲ καὶ ἕτερα πλείω. τὰ δὲ ἐν ἐλάττοσιν. ὥσπερ ὁ στρύχνος ὁμωνυμίᾳ τινὶ παντελῶς εἰλημμένος. ὁ μὲν γὰρ ἐδώδιμος καὶ ὥσπερ ἥμερον καρπὸν ἔχων ῥαγώδη. ἕτεροι δὲ δύο εἰσίν. ὧν ὁ μὲν, ὕπνον, ὁ δὲ μανίαν ἐμποιεῖν δύναται· πλείων δ' ἔτι δοθεὶς, καὶ κτείνει. ὁμοίως δὲ τοῦτο καὶ ἐφ' ἑτέρων ἐστὶ λαβεῖν, ἃ πολλὴν ἔχει διάστασιν.. περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων τῶν ποωδῶν, ἱκανῶς εἴρηται. περὶ δὲ σίτου καὶ τῶν σιτωδῶν, μετὰ ταῦτα λεκτέον. τοῦτο γὰρ ἔτι καταλοιπὸν ἦν.

quoq; plura hunc in modum facile aſſignari poſſunt. Quædam vero quamuis generibus, ſint paucioribus*, tamen non minus diſcriminis ſortiri videntur; vt veſicaria, quæ cognomine nominis tantum, & quadam plane æquiuocatione accipitur. Vna enim cibo idonea eſt, & fructum quaſi vrbanum: acinoſum præſtat. Reliquarum vero; altera ſomnum, altera inſaniam infert: & ſi copioſior detur, interimere ſane poteſt. Pari modo & in reliquis, quæ plurimum inter ſe diſtant, accipi idem licet. Sed de cæteris herbaceis ſatis dictum. De frumento, vniuerſiſque frumentaceis, deinceps indicandum. Hoc enim reliquum adhuc eſt.

THEO-

THEOPHRASTI DE HISTORIA PLANTARVM

LIBER OCTAVVS.

ΚΕΦ. Α. — CAP. I.

De frumento, & frumentaceis. Eſſeque frumenti tria genera. Sementis vero duo tempora. Quæ mature ſerere, quæ ſero oporteat. De tertio ſerendi tempore. Quoto quæque die a ſatu erumpant.

Περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων τῶν ποωδῶν, ἱκανῶς εἰρήσθω. περὶ δὲ σίτου καὶ τῶν σιτωδῶν λέγωμεν ὁμοίως τοῖς πρότερον. τοῦτο γὰρ κατάλοιπον ἦν τῶν ποωδῶν. δύο δὲ αὐτοῦ γένη τὰ μέγιστα τυγχάνει. τὰ μὲν γὰρ σιτώδη, οἷον πυροί, κριθαί, τίφαι, ζειαί, καὶ ἄλλα τὰ ὁμοιόπυρα, ἢ ὁμοιόκριθα. τὰ δὲ, χεδροπά· οἷον, κύαμος, ἐρέβινθος, πισός· καὶ ὅλως τὰ ὄσπρια προσαγορευόμενα. τρίτον δὲ παρ' αὐτὰ, κέγχρος, ἔλυμος, σήσαμον· καὶ ἁπλῶς τὰ ἐν τοῖς θερινοῖς ἀρότοις ἀνώνυμα κοινῇ προσηγορίᾳ. ἔστι δὲ ἡ μὲν γένεσις αὐτῶν, μία καὶ ἁπλῆ. φύεται γὰρ ἀπὸ σπέρματος, ἐὰν μή τι σπάνιον καὶ ὀλίγον ἀπὸ τῆς ῥίζης. ὧραι δὲ τοῦ σπόρου τῶν πλείστων δύο. πρώτη δὲ καὶ μάλιστα, ἡ [redacted] Πλειάδων δύσιν. ᾗ καὶ Ἡσίοδος ἠκολούθηκε, καὶ σχεδὸν οἱ πλεῖστοι· διὸ καὶ καλοῦσί τινες αὐτὴν ἄροτον. ἄλλη δὲ ἀρχομένου τοῦ ἦρος μετὰ τὰς τροπὰς τοῦ χειμῶνος. οὐ τῶν αὐτῶν δὲ ἑκατέρα. τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν φιλεῖ πρωῒ σπείρεσθαι· τὰ δὲ, ὀψέ. διὰ τὸ μὴ δύνασθαι φέρειν τοὺς χειμῶνας. τὰ δὲ πρὸς ἀμφοτέρας τὰς ὥρας οὐ κακῶς ἔχει καὶ πρὸς χειμῶνα καὶ πρὸς ἔαρ. πρωΐσπορα μὲν οὖν ἐστι, πυρὸς, κριθὴ, καὶ τούτων ἡ κριθὴ πρωϊσπορώτερον. ἔτι δὲ ζειὰ, τίφη, ὀλύρα, καὶ εἴ τι ἕτερον ὁμοιόπυρον· ἁπάντων γὰρ σχεδὸν ὁ αὐτὸς χρόνος τῆς σπορᾶς. τῶν δέ γε χεδροπῶν μάλιστα ὡς εἰπεῖν, κύαμος, καὶ κέγχρος. ταῦτα γὰρ διὰ τὴν ἀσθένειαν προλαβεῖν τῇ ῥιζώσει βούλεται τοῦ χειμῶνος. πρωΐσπορον δὲ καὶ ὁ θέρμος. ἀπὸ τῆς ἅλω γάρ φασι δεῖν καταβάλλειν εὐθύς. ὀψίσπορα δὲ τούτων αὐτῶν ὅσα διαφέρει τοῖς γένεσιν· οἷον πυρῶν τι γένος καὶ κριθῶν, ὃ καλοῦσι τρίγωνον, διὰ τὸ ἐν τοσούτῳ τελειοῦσθαι. καὶ τῶν χεδροπῶν τὰ τοιάδε· φακὸς, ἀφάκη, πισός. ἐν ἀμφοτέραις δὲ ταῖς ὥραις, τῶν χεδροπῶν κα-

SATIS de cæteris herbaceis diximus. Nunc de frumento, vniuerſisque frumentaceis agamus: modo quo ſuperiora tradidimus. Hoc enim reliquum in herbaceis generibus eſt. Frumenti prima & maxima genera ſunt duo. Sunt enim alia Frumētacea, vt triticū, hordeum, tipha, ſemen, & reliqua quæ tritici hordeiue ſpecimen quodammodo gerant. Alia chedropa appellata: vt faba, cicer, piſum: atque in totum, quæ legumina vocitare ſolemus. Adde tertium genus, milium, ſeſamum: & ad ſummam, quæ in æſtiuis ſementibus communi careant appellatione. Horum omnium generatio ſimplex, & vna eſt. Quippe proueniunt ſemine tantum omnia, niſi quid rarenter parceq; radice proſiliat. Sementis autem duo plurimū tempora notantur. Sed primum atq; potiſſimum, quod circa Vergiliarum occaſum accipitur, quod Heſiodus & maxima fere pars auctorum ſecuta eſt; quamobrem tempus id per excellentiam ſatum appellarunt. Secundum quod vere incipit poſt brumam. Sed non eiſdem datur vtrunque. Alia enim mature ſeri deſiderant, alia ſero, quod hyemen nequeant tolerare. Sunt tamen quæ ſatis feliciter tempus vtrunque ferunt, hyemem ſcilicet, atque ver. Mature ſeruntur, triticum, hordeum, quod etiam maturius ſeritur. Item ſemen, tipha, ſiligo, & ſi quid aliud tritico ſit ſimile. His etenim omnibus idē pene tēpus ſerēdi ſtatuitur. Ex leguminibus vero faba & miliū (vt ita loquar) maxime mature ſeri expoſcunt. Hæ enim ſuæ debilitatis gratia, radicationem hyemi anticipare deſiderant. Lupinum quoque mature ſeritur: poſt aream enim ſerendum protinus cenſent. Sera illorum ſatio eſt, quæ in genere diſcrepant; vt tricici genus quoddan & ordei, quod trimeſtre appellant. quoniam per tantum temporis perfici poſſit. Et in leguminum genere lens, aphaca, piſum. Tempori vtrique dantur ex leguminibus eruum, cicer. Sunt,

θάπερ ὄροβος, ἐρέβινθος· οἱ δὲ καὶ τὸν κύαμον ὀψισπείρουσιν, ἐὰν ὑστερήσωσι τῶν πρώτων ἀρότων. ἁπλῶς δὲ πρωϊσποροῦσι τὰ μὲν, διὰ ἰσχὺν ὡς δυνάμενα φέρειν τοὺς χειμῶνας. τὰ δὲ δι᾽ ἀσθένειαν, ὅπως προλάβωσι ταῖς εὐδίαις τὴν αὔξησιν. δύο μὲν οὖν αὗται. τρίτη δὲ τῶν θερινῶν, ἣν εἴπομεν, ἐν ᾗ κέγχρος σπείρεται καὶ ἔλυμος, καὶ σήσαμον. ἔτι δ᾽ ἐρύσιμον, καὶ ὅρμινον. χρόνοι μὲν οὖν ἑκάστων οὗτοι. βλαστάνει δὲ τὰ μὲν θᾶττον, τὰ δὲ βραδύτερον. καὶ κριθὴ μὲν καὶ πυρὸς, ἑβδομαῖα μάλιστα· προτερεῖ δὲ ἡ κριθὴ μᾶλλον. τὰ δ᾽ ὄσπρια τεταρταῖα, ἢ πεμπταῖα, πλὴν κυάμων· κύαμος δὲ καὶ τῶν σιτωδῶν ἐν πλείοσιν. ἐνιαχοῦ δὲ καὶ πεντεκαιδεκαταῖος. ὅτε δὲ καὶ εἰκοσταῖος· δυσφυέστατον γὰρ τοῦτο πάντων. ἐὰν δὲ δὴ καὶ σπαρέντος ἐπιπλέον ὕδωρ ἐπιγένηται, καὶ παντελῶς. εἰ δὲ τῶν ἐν τοῖς ἐαρινοῖς ἀρότοις θᾶττον ἡ ἔκφυσις διὰ τὴν ὥραν, σκεπτέον. χρὴ δὲ τὰς ἀναβλαστήσεις, καὶ τὰς διαφύσεις ταύτας ὡς ἐπὶ τὸ πᾶν διαλαβεῖν. ἐνίοτε γὰρ ἐνιαχοῦ καὶ ἐν ἐλάττοσιν ἡμέραις, καθάπερ ἐν Αἰγύπτῳ. τριταῖον γάρ φησι καὶ τεταρταῖον ἀνατέλλειν. παρ᾽ ἄλλοις δὲ, ἐν πλείοσι τῶν εἰρημένων. ὅπερ καὶ οὐκ ἄλογον, ὅταν καὶ χώρα καὶ ἀὴρ διαφέρῃ, καὶ πρωϊαίτερον ἢ ὀψιαίτερον ἀρώσειν. καὶ τὰ ἐπιγινόμενα οὐχ ὅμοια τυγχάνει. ἡ μὲν γὰρ μανὴ καὶ κούφη καὶ εὐκράτῳ ἀέρι, ταχὺ καὶ ῥᾳδίως ἀναδίδωσιν· ἡ δὲ γλίσχρα καὶ βαρεῖα, βραδέως· ἡ δὲ τοῖς τόποις αὐχμωδεστέρα βραδέως. ἔτι δὲ ἂν χειμῶνες ἐπιγένωνται καὶ αὐχμοὶ, καὶ εὐδίαι, καὶ πάλιν ὕδατα. καὶ γὰρ ἐν τούτοις πολὺ παραλλάττουσιν. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐὰν ἡ γῆ ὡς προειργασμένη καὶ κόπρον ἔχουσα τυγχάνῃ· καὶ ἐὰν μηδὲν τούτων. ἐπεὶ καὶ περὶ τοῦ πρωϊσπορεῖν ἕκαστα καὶ ὀψισπορεῖν, αἱ χῶραι διαφέρουσιν. ἔνιοι δὲ καὶ περὶ τὴν Ἑλλάδα πάντα πρωϊσπορεῖν εἰώθασι διὰ ψυχρότητα τῆς χώρας. ὥσπερ οἱ Φωκεῖς, ὅπως ἂν οἱ χειμῶνες μὴ νήπια καταλαμβάνωσι.

& qui etiam fabam ſero audeant ſerere, ſi minus primis ſatibus expediri potuerint. Simplici tamen ratione dicendum, alia ſui roboris cauſa ſeri maturius poſcere; vt quæ hyemem tolerare facile poſſunt. Alia ob debilitatem idem requirere, vt clementia temporis incrementum aſſumere queant. Igitur tempora duo illa in primis notantur. Tertium vero additur quod æſtiuis attributum retulimus, quo milium ſeritur, & panicum, & ſeſamum, item trionum, geminaliſque. Hæc ſerendi tempora ſingulis ſtatuuntur. Erumpit autem aliud celerius, aliud tardius. Hordeum atq; triticum die plurimum ſeptimo, ſed magis hordeum feſtinat. Legumina quarto die aut quinto proueniunt, fabis exceptis. Faba enim intra dies plures etiam quam frumentacea exit. Quibuſdam enim in locis vel in die quintodecimo, alias etiam vigeſimo. Hæc enim difficillime omnium prouenit & ſi hac ſeminata, imber frequens ſucceſſerit, prouentu omnino difficilis reddetur. Si hæc vero tempore verno ſerantur, an celerius proueniant cogitandum. Prouentus autem exortuſque dictos quatenus ſummatim dici potuerunt ita fieri putandum. Nonnunquam enim, & quibuſdam in locis vel intra pauciores dies confici poſſint. Sicut in Ægypto tertio quartoue die prouenire affirmant. At apud alios vel pluribus quam retulimus eſt opus. Nec temere id euenit, cum & tellus, & cœlum diſcrepent: cumque maturius ſeriuſue aratum eſt. Et quæcunque ſuperuenerint diſſimilia fiunt. Tellus enim rara, & leuis & benigno cœlo ſubiecta, celeriter ac facile reddit; lenta vero, & ponderoſa tarde, & quæ ſiccitate laboret, tardius. Item ſi hyems aut ſiccitates, ſerenitateſque nimiæ ſuperuenerint, vel e contra imbres immodici inceſſerint, res longe tardius agetur. Ex his enim ſummum diſcrimen. Pari modo & ſi ſolum ſit cultum fimoque refertum, vel ſi nihil eiuſmodi actum ſit. Nam & mature ſeroue ſerendo quoduis, loca differunt. Qua de cauſa nonnulli Græciæ incolæ mature omnia ſerere ſolent. Videlicet propter ſui tractus algorem, vt Phocenſes. Ne ſcilicet hyemes herbas paruulas occupent.

ΚΕΦ. Β. — CAP. II.

Quemadmodum naſcantur in frugibus folia, germinaq; & radices. Quo modo hordeū, & triticū, & piſum, & faba, & cicer proueniāt: & quo modo radices legumina omnia habeant. De frumentagine, & hordeagine, atq; frumenti ortu, leguminumque.

Βλαστάνει δὲ τὰ μὲν, ἐκ τοῦ αὐτοῦ τὴν ῥίζαν ἀφιέντα καὶ τὸ φύλλον· τὰ δ᾽, ἑκάτερον ἐξ ἑκατέρου τοῦ ἄκρου. πυρὸς μὲν οὖν καὶ κριθὴ καὶ τίφη καὶ ὅλως ὅσα σιτώδη, πάντα ἐξ ἑκατέρου, πάντα ἐν τῷ στάχει πέφυκεν. ἀπὸ μὲν τοῦ κάτω τοῦ παχέος τὴν ῥίζαν, ἀπὸ δὲ τοῦ ἄνω, τὸν βλαστόν. ἓν δέ τι καὶ συνεχὲς γίνεται ἐξ ἀμφοῖν τοῦ τε ῥίζης καὶ τοῦ καυλοῦ.

Germinant alia ex eodem, radicem, foliumque fundentia: alia vtrumque ex vtroq; extremo. Triticum, hordeum, tipha, ad ſummam omnia, quæ frumentacea ſunt ſpecie, ex vtroque effundunt: quippe quæ parte ima craſſaque radicem: tenui ſuperna herbam emittant. Fit tamen vnum, atq; continuum ex ambobus, radice & caule.

At faba

κύαμος καὶ τὰ ἄλλα χεδροπὰ, οὐχ ὁμοίως, ἀλλ' ἐκ τοῦ αὐτοῦ τὴν ῥίζαν καὶ τὸν καυλόν. καθ' ὃ καὶ ἡ πρόσφυσις αὐτῶν ἐστι πρὸς τὸν λοβὸν, ἐν ᾧ καὶ ἔχουσιν. οἷον ἀρχήν τινα φανεράν. ἐπ' ἐνίων δὲ καὶ αἰδοιῶδες φαίνεται, καθάπερ ἐπὶ κυάμων, καὶ τῶν ἐρεβίνθων, καὶ μάλιστα τῶν θέρμων. ἐκ τούτων γὰρ ἡ μὲν ῥίζα κάτω, τὸ δὲ φύλλον καὶ ὁ καυλὸς ἄνω χωρεῖ. ταύτῃ μὲν οὖν διαφέρει. τῇ δὲ ὁμοίως ἔχει· τῷ πᾶν γε κατὰ τὴν πρόσφυσιν τοῦ λοβοῦ, καὶ τοῦ στάχυος, ἀφιέναι τὴν ῥίζαν· καὶ μὴ καθάπερ ἐν τοῖς δενδρικοῖς τισὶν ἀνάπαλιν. οἷον, ἀμυγδάλῃ, καρύῳ, βαλάνῳ, καὶ τοῖς τοιούτοις· ἐν ἅπασι δὲ ἡ ῥίζα μικρῷ πρότερον ἐκφύεται τοῦ καυλοῦ· συμβαίνει δὲ ἔν γε τοῖς σιτώδεσιν, ὥστε τὴν ῥίζαν εὐθὺς ἔξω προωθεῖσθαι. τὸν δὲ βλαστὸν ἐν αὐτῷ τῷ σπέρματι βλαστάνειν πρῶτον. αὐξανομένου δὲ, διΐστασθαι τὰ σπέρματα. πάντα γάρ πως καὶ ταῦτα διμερῆ. τὰ δὲ χεδροπὰ, φανερῶς πάντα δίθυρα καὶ σύνθετα· τὴν δὲ ῥίζαν εὐθὺς ἔξω προωθεῖσθαι. ἐν δὲ τοῖς χεδροποῖς διὰ τὸ καθ' αὑτὰ εἶναι τοῦτο μὲν οὐ συμβαίνει. προτερεῖ δὲ ἡ ῥίζα μικρόν. ἀναφύεται δὲ, ἡ μὲν κριθὴ καὶ ὁ πυρὸς, μονόφυλλα. ὁ δὲ πισὸς, καὶ ὁ κύαμος, καὶ ὁ ἐρέβινθος, πολύφυλλα. ῥίζαν δὲ ἔχει τὰ μὲν χεδροπὰ πάντα ξυλώδη καὶ μίαν. ἀπὸ δὲ ταύτης καὶ ἀποφύσεις λεπταί. βαθυρριζότατον δὲ ὡς εἰπεῖν τούτων ὁ ἐρέβινθος· ἐνίοτε δὲ καὶ παρακαθίησιν. ἀλλ' ὁ πυρὸς, καὶ ἡ κριθὴ, καὶ τὰ ἄλλα τὰ σιτώδη, πολύρριζα, καὶ λεπτόρριζα. διὸ καὶ τὰ ὀροβώδη πολύκλαδα. καὶ πολύκαυλα καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα. σχεδὸν δὲ καὶ ἐναντίως ἑκατέρῳ ἐστί· τὰ μὲν γὰρ χεδροπὰ, μονόρριζά εἰσι, πολλὰς ἄνωθεν ἀπὸ τῶν καυλῶν ἀποφύσεις ἔχοντα· πλὴν κυάμου. τὰ δὲ σιτηρὰ, πολύρριζα· πολλοὺς γὰρ ἀνίησι βλαστούς. ἀπαράβλαστοι δὲ οὗτοι· πλὴν εἴ τι γένος πυρῶν τοιοῦτο, οὓς καλοῦσι σιτανίας καὶ κριθανίας. τὸν μὲν οὖν χειμῶνα ἐν τῇ χλόῃ μένει τὰ σιτώδη· διαγελώσης δὲ τῆς ὥρας, καυλὸν ἀφίησιν ἐκ τοῦ μέσου, καὶ γονατοῦται. συμβαίνει δ' εὐθὺς ἐν τῷ τρίτῳ γόνατι, τοῖς δὲ ἐν τῷ τετάρτῳ, καὶ τὸν στάχυν ἔχειν· ἀλλ' οὐ φανερὸν ἐν τῷ ὄγκῳ. γίνεται δ' ἐν τῷ ὅλῳ καλάμῳ πλείω τούτων. ὥστε σχεδὸν ἅμα τῷ καλαμοῦσθαι συνίστασθαι μικρὸν ὕστερον. ἀλλ' οὐ πρότερον φανερὸς γίνεται, πρὶν ἂν προαυξηθεὶς ἐν τῇ κάλυκι γένηται· τότε δ' ἡ κύησις φανερὰ διὰ τὸν ὄγκον. ἀπολυθεὶς εὐθὺς ἀνθεῖ μεθ' ἡμέρας τέτταρας, ἢ πέντε· καὶ πυρὸς, καὶ κριθή. καὶ ἀνθεῖ σχεδὸν τὰς ἴσας. οἱ δὲ τὰς πλείστας λέγοντες, ἐν ταῖς ἑπτά φασιν ἀπανθεῖν. ἀλλὰ τῶν χεδροπῶν χρόνιος ἡ ἄνθησις. χρονιωτάτη δὲ τῶν μὲν ἄλλων, ὀρόβου, καὶ ἐρεβίνθου.

At faba, cæteraq; legumina non eodem emittere modo conſueuerunt, ſed eadem ex parte radicem fundunt, & caulem. Qua etiam nexus ſiliquarum conſiſtit, inque ea veluti principium quoddam germinandi haudquaquam obſcurum. Id quod in quibuſdam partis pudendæ refert formam, ceu in faba & cicere, ſed maxime in lupino. His enim radix deorſum verſus, folium vero & caulis ſurſum tendunt. Hoc igitur differunt: ſed illo plane conueniunt. Quod omnia per connexum ſiliquæ atque ſpicæ radicem capiant: nec vt in quibuſdam arboribus, e diuerſo fieri ſolet, ceu amygdala, nuce, glande, atque ſimilibus. Omnibus autem radix paulo ante caulem exit: & quidem in frumentaceis euenit, vt radix protinus expellatur: protinus germen autem in ipſo ſemine augeri primum incipiat, auctoque ſubinde ſemina diſiungantur. Nam & hæc omnia bipartita quoddammodo ſunt, quod in leguminibus manifeſtum eſt. Illa namque bino claudi corpore, atque ita componi penitus liquet. Verum in leguminum genere, quia per ſeipſum conſiſtit, illud quidem minus contingit. Radix tamen paulo prius iſti quoque propellitur. Exit hordeum, & triticum vno folio: piſum, & faba, & cicer multis. Legumina omnia ſingulas habent radices, eaſdemque lignoſas, & ramulis prætenuibus modo capillamentorum fibratas. Omnium (vt ita dixerim) altiſſimam cicer agit, quod nonnunquam vel ex latere ipſo. At vero triticum, hordeum, reliquaque frumētacea permultis prætenuibuſque innituntnr radicibus. Qua de cauſa numeroſo ramo, numeroſoque caule omnia eiuſmodi ſe attollunt. Quamobrem, quædam inter hæc genera ferme intelligi poteſt contrarietas. Etenim legumina radice ſingulari ſubnixa, multos ſuperne ramos ex caulibus gerunt, fabis tantum exceptis. Frumenta vero e diuerſo multis ſubnixa radicibus, multa quidem effundunt germina, ſed quæ regerminare omnino nequeant: præterquam genus quod frumentaginem quodque hordeaginem vocant. Hyeme in herba frumentacea manet. Cum autem tempus arridere primum & remittere ſe incipit, caulem de medio emittunt. At quæ geniculantur; euenit vt protinus in tertio genu, quædam in quarto gerere ſpicam incipiant, ſed nondum aliqua mole conſpicuam. Et quidem per totum culmum ſpica digeritur, vt ferme cum culmari inceperint, mox ea conſpici poſſit. Sed latet antequam adulta in folliculo fuerit: tum enim fœtus craſſitudine molis euidens extat. Mox folliculo abſoluta, quarto aut quinto die florere tam tritici quā hordei incipit, totidemque diebus fere floret. Qui vero plus temporis referūt, ſeptimo die defloreſcere notāt. Sed leguminū floris diutina productio eſt. Atq; inter cætera erui cicerisq; diuturniſſima.

Inter

τούτων δὲ ἁπάντων, τοῦ κυάμου. καὶ ἐν μεγίστῃ διαφορᾷ. τετταράκοντα γὰρ ἡμερῶν ἀνθεῖν λέγουσιν πλείω· οἱ μὲν ἀεὶ παρανθοῦντος ἑτέρου καὶ ἑτέρου λέγοντες· κατὰ μέρος γὰρ ἀνθεῖν· οἱ δὲ ἁπλῶς. ἡ γὰρ ἄνθησις τῶν μὲν σταχυηρῶν, ἀθρόα· τῶν δὲ ἐλλοβωδῶν καὶ χεδροπῶν πάντων, κατὰ μέρος. πρῶτα γὰρ ἀνθεῖ τὰ κάτω. καὶ ὅταν ταῦτα ἀπανθήσῃ, τὰ ἐχόμενα. καὶ οὕτως ἀεὶ βαδίζει πρὸς τὰ ἄνω. διὸ πολλὰ τῶν ὀρόβων τίλλεται· τὰ μὲν κάτω καταῤῥυηκότα, τὰ δ' ἄνω χλωρὰ πάμπαν.

Inter omnia vero faba quidem ſummo diſcrimine redditur. Diebus namque quadraginta, florere prodita eſt. Sed alij ſubinde alio & alio emergente, florere tradunt. Particulatim enim florere aiunt. Alij ſimpliciter. Flos enim ſpicatis vniuerſim leguminibus omnibus ſimul emergit. Siliquata autem & quæ naturam referunt leguminis, ſigillatim. His enim primũ pars infera floret. Quæ cum deſierit, proxima incipit. Atque ita ad ſupernam itur ſucceſſu aſſiduo. Qua de cauſa multa ex eruis euulſa parte ima defluxiſſe cernuntur. ſuperna vero penitus eſſe viridia.

ΚΕΦ. Γ.

CAP. III.

Quot diebus frumenta, quot item legumina maturentur. Terram a terra, & cælum cælo ad fructuum differre perfectionem. Quibus folijs frumenta, quibus legumina conſtent. De ſiliqua, legumine, florumque differentia. Quæ ſpicam, quæ iubam, quæ ſiliquam gerant.

Μετὰ δὲ τὴν ἀπάνθησιν, ἁδρύνονται πυροὶ, καὶ κριθαὶ τεσσαρακονταῖα μάλιστα. παραπλησίως δὲ τίφη, καὶ τ' ἄλλα τὰ τοιαῦτα. τεσσαρακονταῖα δέ φασι καὶ τὸν κύαμον. ὥστε ἐν ἴσαις ἀνθεῖ καὶ τελειοῦται. τὰ δ' ἄλλα ἐν ἐλάττοσιν· ἐλαχίσταις δ' ὁ ἐρέβινθος. εἴπερ ἀπὸ τῆς σπορᾶς ἐν τεσσαράκοντα τελειοῦται ταῖς ἁπάσαις, ὥσπερ τινές φασιν. ἐπεὶ τό γ' ὅλον ὅτι τάχιστα φανερόν. οἱ δὲ κέγχροι, καὶ τὰ σήσαμα, καὶ οἱ μέλινοι καὶ ὅλως τὰ θερινὰ σχεδὸν ὁμολογεῖται τὰς τετταράκονθ' ἡμέρας λαμβάνειν· οἱ δέ φασι καὶ ἐλάττους. διαφέρει δὲ καὶ πρὸς τὴν τελείωσιν, χώρα τε χώρας, καὶ ἀὴρ ἀέρος. ἐν ἐλάττοσι γὰρ ἔνιαι δοκοῦσιν ἐκφέρειν. ὥσπερ ἄλλαι τε καὶ μάλιστα ἐπιδήλως Αἴγυπτος. ἐκεῖ γὰρ κριθαὶ μὲν ἐν ἑξαμήνῳ. πυροὶ δὲ ἐν τῇ ἑβδόμῳ περὶ τὴν Ἑλλάδα· παρὰ δὲ τοῖς πλείστοις ὀγδόῳ. πυροὶ δὲ ἔτι προσεπιλαμβάνουσιν. οὐ μὴν οὐδὲ ἐκεῖ τό γε πᾶν πλῆθος οὕτως. ἀλλ' ὅσον εἰς ἀπαρχήν. κομίζεται γὰρ πρὸς ἱερῶν τινῶν χρείαν ἄλφιτα νέα τῷ ἕκτῳ μηνί. καὶ ταῦτα ἐκ τῶν ἄνω τόπων ὑπὲρ Μέμφιν. λέγεται δὲ καὶ ἐν Σικελίᾳ τῆς Μεσσηνίας ἐν ταῖς καλουμέναις μύλαις, ταχεῖάν τινα γίνεσθαι τὴν τελείωσιν τῶν ὀψίων. τὸν τῶν ὀσπρίων μὲν γὰρ σπορητὸν ἓξ μῆνας· τὸν δὲ τῷ ὑστάτῳ σπείραντα θερίζειν ἅμα τοῖς πρώτοις. ἀγαθὴν δὲ διαφερόντως εἶναι τὴν χώραν· ὥστε τριάκοντα χόας ποιεῖν. ἔχειν δὲ καὶ νομὰς θαυμαστὰς ὅλην. ἐν Μήλῳ δέ τι θαυμασιώτερον λέγουσιν. ἐν γὰρ τριάκοντα ἡμέραις σπαρέντα θερίζουσι. διὸ καὶ λέγειν αὐτοὺς ὅτι μέχρι τούτου δεῖ σπείρειν, ἕως ἂν εἴδῃ τις δράγμα. γίνεσθαι δὲ οὔτε ὄψιμα ταῦτα, οὔτε πολλὰ παρ' αὐτοῖς. δεινὴν δέ τινα διαδοῦναι τὴν χώραν τροφήν. καὶ γὰρ εἶναι σιτοφόρον μὲν καὶ ἐλαιοφόρον ἀγαθήν, ἀμπελοφόρον δὲ μετρίαν.

TRiticum atq; hordeum, poſtea quã defloruere, craſſantur, perficiunturq;, cũ plurimũ intra dies quadraginta. Pari modo & tipha, & reliqua huiuſcemodi. Item fabam triginta diebus perfici volunt. Ita tamen, vt intra tantundẽ ſpaciũ temporis hæc florere, atq; perfici ſoleat: cum cætera intra dies pauciores conſummentur. Sed cicer pauciſſimis perfici poteſt, ſiquidem poſt ſementẽ diebus quadraginta abſolui poſſit, vt quidam affirmant. Nã in totũ celerrime genus id leguminis conſummari nulli dubiũ eſt. Milium, & ſeſamũ, & panicũ, & ad ſummã omnia æſtiua, diebus quadraginta opus habere multi fatentur. Non tamen deſunt qui & pauciores prodidere. Differt & terra a terra & cœlũ a cœlo ad fructũũ perfectionem. Quędã etenim loca proferre intra pauciores dies videntur: vt cũ alia, tum & maiorẽ in modũ cõſpicue Ægyptus. Illic enim hordeũ ſexto a ſatu mẽſe; triticũ ſeptimo metitur, quod apud plurimos octauo. Cæterũ nec illo tractu ſic a multitudine tota fieri ſolet, ſed quoad religionis primitijs tantũ ſtatutum eſt. Portatur enim ad ſacrorũ quorundã vſum farina noua ſexto mẽſe, & hæc a locis ſuperioribus ſuper Memphim. Quin & in Silicia apud Mylas vocatas agri Meſſeni celerem quandam fieri conſummationẽ ſerorũ affirmãt. Eſſe nãq; ſementẽ eorũ menſes ſex: ſed tamen cũ primis vna metere poſſe, qui menſe nouiſſimo ſeuerit. Regionem iſtã adeo fertilẽ prodũt, vt triginta choes reddere valeat, paſcua mirifice habeat vbiq;. Sed mirabilius, quod in Melo fieri aiũt. Sata enim intra triginta aut quadraginta dies metere incipũt. Quãobrem dicere eius loci incolas conſueuiſſe; eatenus ſerendũ, quatenus manipulũ videris. Sed hæc nec coctu facilia, nec multa apud eos fieri traditur. Verũ locũ iſtũ in exhibendis alimentis mancũ affirmãt: frumẽta enim oleaſq; ingenue ferre, vites autẽ modice.

ὑπερβάλλον δέ τι τούτου, καὶ πάντων θαυμασιώτερον, τὸ περὶ Χαλκίαν τὴν νῆσον τὴν Ῥοδίων γινόμενον. ἐκεῖ γάρ φασιν εἶναί τινα τόπον πρώϊον καὶ εὔφορον, ὡς σπαρεισῶν κριθῶν, ἅμα ταῖς ἄλλαις θερίσαντες ταύτας, σπείρουσι πάλιν. εἶτα θερίζουσιν ἅμα τοῖς λοιποῖς. μεγίστη μὲν οὖν εἴπερ ἀληθῶς αὕτη διαφορά· τὸ γὰρ εἰς ἑτέραν χώραν μετενεγκόντας σπείρειν, ὥσπερ ἐκ Κιλικίας φασὶν εἰς Καππαδοκίαν, καὶ ὅλως τὴν ἐπέκεινα τοῦ Ταύρου, ἧττον ἄτοπον· φανερὰ γὰρ ἡ τῶν τόπων διάστασις. τὸ δὲ τὴν διαφορὰν ἔχειν, ἐν ᾧ πέρ γε οὐχ ἅπαξ ἄλλαι, σύνορον οὖσαν καὶ μίαν, θαυμασιώτατον· αὕτη μὲν οὖν μεγίστη διαφορά. τὸ δὲ κατὰ τὰς ἄλλας χώρας, ἢ οὐ πολλήν, ἢ οὐδεμίαν τοῦ γε χρόνου λαμβάνει διαφοράν. προτερεῖ γὰρ ταῖς ὥραις τὰ Ἀθήνησι τῶν περὶ Ἑλλήσποντον ἡμέραις τριάκοντα ἢ οὐ πολλῷ πλείοσιν. εἰ μὲν οὖν καὶ ὁ σπορητὸς πρότερον, μετάθεσις ἂν εἴη τῆς χώρας· εἰ δ' ἅμα, δηλονότι πλείων ἂν ὁ χρόνος. οὐ μικρὰν δὲ ποιοῦσι διαφορὰν οὐδὲ οἱ τόποι, καίπερ ἔνιοι σύνεγγυς ὄντες. τὰ γὰρ ἐν Σαλαμῖνι προτερεῖ πολὺ τῶν ἄλλων τῶν ἐν τῇ Ἀττικῇ. καὶ ὅλως τὰ ἐπιθαλάττια καὶ εἰς ταῦτα καὶ εἰς τοὺς ἄλλους καρπούς. ὥστε τὰ περὶ τὴν Ἀκτὴν καλουμένην τῆς Πελοποννήσου, καὶ τὰ ἐκ Φαλήκου τῆς Μεγαρίδος. πλὴν ἐνταῦθά γε συμβάλλεται καὶ τὸ λεπτόγεων εἶναι καὶ ψαφαρὰν τὴν χώραν. καὶ τὰ μὲν περὶ τὴν γένεσιν καὶ τὴν τελείωσιν, οὕτως ἔχει. διαφέρει δὲ καὶ ὅλα τὰ γένη τὰ διῃρημένα τῶν γενῶν· οἷον, σῖτος, χεδροπὰ, τὰ θερινά, καὶ καθ' ἕκαστον γένος τὰ ὁμοιογενῆ. τὰ μὲν γὰρ σιτώδη, τὸ φύλλον ἔχει καλάμου· τῶν δὲ χεδροπῶν, τὰ μὲν περιφερές, οἷον ὁ κύαμος, καὶ σχεδὸν τὰ πλεῖστα. τὰ δὲ, προμηκέστερον, οἷον, ὁ πισὸς, καὶ ὁ λάθυρος, καὶ ὁ ὦχρος, καὶ τὰ τοιαῦτα. καὶ τὰ μὲν ἰνώδη· τὰ δ' ἄφλεβα καὶ ἄϊνα· τὸ δὲ σήσαμον, καὶ τὸ ἐρύσιμον, ἰδιώτερα παρὰ ταῦτα. πάλιν ὁ καυλὸς τῶν μὲν γονατώδης καὶ κοῖλος· διὸ καὶ καλεῖται κάλαμος. τῶν δ' ἄλλων χεδροπῶν ξυλωδέστερος· ξυλωδέστατος δὲ ὁ ἐρέβινθος. τῶν δὲ θερινῶν, κέγχρου μὲν καὶ μελίνου, καλαμώδης· σησάμου δὲ καὶ ἐρυσίμου, ναρθηκώδης μᾶλλον. καὶ τὰ μέν ἐστιν, ὀρθόκαυλα, καθάπερ πυρὸς καὶ κριθή, καὶ ὅλως τὰ σιτώδη καὶ θερινά· τὰ δὲ, πλαγιόκαυλα μᾶλλον· οἷον ἐρέβινθος, ὄροβος, φακός. τὰ δ' ἐπιγειόκαυλα, καθάπερ ὦχρος, πισὸς, λάθυρος. ὁ δὲ δόλιχος, ἐὰν παρακαταπήξῃ τις ξύλα μακρὰ, ἀναβαίνει καὶ γίνεται κάρπιμος· εἰ δὲ μή, φαῦλος καὶ ἐρυσιβώδης. μόνος δὲ μάλιστα τῶν χεδροπῶν ὀρθόκαυλος ὁ κύαμος. ἔχει δὲ καὶ τὰ ἄνθη διαφορὰν, καὶ τῇ φύσει καὶ τῇ θέσει· περὶ ὧν σχεδὸν ἐν τοῖς καθόλου διείλομεν, ὅτι τὰ μὲν χνοώδη, καθάπερ που καὶ πάντων ὡς

Sed omnibus mirabilius, quod in Chalcia Rhodiorum inſula fieri ſolet. Illic enim locum quendam præcoquem, fertilemque adeo narrant, vt ordeum ſatum in eo, cum cæteris ſereretur in locis, metere iterumque ſerere, atque cum reliquis vna frugibus rurſus metere poſſint. Maximam igitur hanc differentiam, ſi vera ſit, arbitrari debemus. Quod enim tràſlatum in alium tractum diſtuleris, vt e Cilicia in Cappadociam, atque in totum trans Taurum, minus mirum. Locorum enim diſcrimen manifeſtum eſt. Conterminum vero eundemque loco, tantum differre a reliquis, mirabile admodum eſt. Hic ergo ſumma cum differentia notatur: cæteri autem tractus haud multum inter ſeſe tempore diſtant. Sata enim in Attica prius, quam in Helleſponto veniunt ad maturitatem diebus triginta, aut aliquo plus. Quod ſi ſatus quoque præceſſerit, loci mutatio ſit: ſin autem ſimul ſatum ſit, plus temporis certe accedat neceſſe eſt. Sed nec loca differentiam mediocrem faciunt, licet nonnulla proxima ſint. Segetes enim Salaminis longe prius quam cæteræ Atticæ regionis perficiuntur. Atque in totum loca maritima, tam ad hæc ipſa, quam ad reliquos plus cõferre putantur, & vt citius matureſcant efficere. Vt circa Actam vocatam Peloponeſſi, & in Phaleco agri Megarẽſis, niſi iſthic vel humi tenuitatem, atque laxitatem offerre quicquam putaueris. Generatio & perfectio ita ſe habent. Differunt autem, & tota diſcreta genere inter ſeſe frumenta, leguminaque æſtiua: & generatim, quæ eiuſdem generis conſortia ſunt. Frumenta etenim folio harundinaceo conſtant. Leguminum alia rotundo, vt faba, & maxima fere pars: alia oblongiori, vt piſum, cicercula, cicera, & reliqua huiuſcemodi. Alia item neruata, alia ſine neruo, & vena. Seſamum, & trionum diſcerni ab his ſua proprietate cernuntur. Item caulis alijs geniculatus, atque inanis; vt fabæ: quamobrem culmus vocatus eſt cæteris leguminibus lignoſior. Sed ciceri lignoſiſſimus. Milio ex æſtiuis, & panico arundinaceus. Seſamæ & triono potius ferulaceus. Et alijs caulis erectus, vt tritico, hordeo: & in totum frumentaceis, atque æſtiuis. Alijs tendens in latus potius: vt ciceri, eruo, lenti: alijs humi procidens, vt eruialæ, piſo, cicerculæ. Siliqua nomine appellata ſpeciali, longa, ſi ligna affixeris, aſcendet, & frugifera fiet: alioquin vitioſa, atque æruginoſa reddetur. Faba inter legumina ſola potiſſimum erecto caule conſtat. Quin & floribus differentia tum natura, tum poſitu data eſt. De quibus fere in ijs, quæ in uniuerſum digeſſimus, ſatis dictum exiſtimamus: ſcilicet quod alij lanuginei, vt omnium fere gerentium ſpicam,

εἶπεῖν σταχυωδῶν, τὰ δὲ, φυλλώδη· καθάπερ τῶν χεδροπῶν καὶ τῶν πλείστων κολοβά. τὰ γὰρ πολλὰ κολοβανθῆ· χνοῶδες δὲ καὶ τὸ τοῦ κέγχρου καὶ μελίνου· τοῦ δὲ σησάμου καὶ τοῦ ἐρυσίμου, φυλλῶδες. καὶ ὅτι δὴ τὰ μὲν, ἔχει περὶ αὐτὸν τὸν καρπόν· οἷον τὰ σιτώδη καὶ κεγχρώδη περὶ τὸν στάχυν. τὰ δὲ χεδροπὰ, ἐξ αὐτοῦ πως τοῦ ἄνθους. ἢ ἀπό τε τῆς ἀρχῆς γίνεται. καὶ τὴν ἄνθησιν ὅτι τὰ μὲν ἀθρόαν, τὰ δὲ κατὰ μέρος ποιεῖται. καὶ τἆλλα δὲ τὰ παραπλήσια τούτοις. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ κατὰ τοὺς καρποὺς ὅτι τὰ μὲν ἔχει στάχυν· τὰ δὲ χεδροπὰ, λοβόν· τὰ δὲ κεγχρώδη, φόβην. ἡ γὰρ καλαμώδης ἀπόφυσις φόβη. τὸ δὲ ὅλον τὰ μὲν, ἀγγειόσπερμα, τὰ δὲ ἐνυμενόσπερμα, τὰ δὲ, γυμνόσπερμα. καὶ ἔτι τὰ μὲν, ἀκρόκαρπα· τὰ δὲ πλαγιόκαρπα. καὶ ὅσα δὴ ἄλλα ταύτης ἔχεται τῆς θεωρίας. ὅλως δὲ πολυκαρπότερα καὶ πολυχούστερα τὰ χεδροπά. τούτων δὲ ἔτι μᾶλλον τὰ θερινὰ, κέγχρος, καὶ σήσαμον. αὐτῶν δὲ τῶν χεδροπῶν μάλιστα φακός. ἁπλῶς δὲ τὰ μικροσπερμότερα μᾶλλον ὡς εἰπεῖν, ὥσπερ καὶ τῶν λαχανωδῶν κύμινον, ἁπάντων ὄντων πολυσπέρμων. ἰσχυρότερα δὲ, πρὸς μὲν τὸν χειμῶνα καὶ ὅλως τὰ τοῦ ἀέρος, τὰ σιτηρά. πρὸς δὲ τὴν τροφὴν, τὰ χεδροπά. τάχα δὲ τοῦτό γε ἡμῖν ἢ τοῖς ἄλλοις ἀνάπαλιν.

cam, alij folijs conſtant, vt leguminum, & plurimis quidem minutis. Maior etenim pars florem ſeſſilem edit. Flos lanugineus & milio, & panico : ſed ſeſamæ, atque triono folijs conſtans. Et alia circa ipſum ſemen floſculum habent, vt quæque frumentacea, & miliacea circa ſpicam. Legumina vero ex eodē quodāmodo flore, aut ex eodem quidem initio proueniunt. Et florem alia vniuerſim, alia particulatim producunt. Et reliqua hiſce proxima, quæ ſatis iam expoſuiſſe putamus. Ad hæc quæ fructuum ratio exigit, addimus : quod alia ſpicam gerunt, vt frumentacea : alia ſiliquam, vt legumina : alia iubam, vt miliacea. Effuſam enim illam arundinaceam comam, iubam appello. Ad ſummam alijs ſemen vaſculis includitur. Alijs membranis continetur. Alijs nudum inſidet. Alijs item fructus in extremo. Alijs in latere. Et reliqua, quæ hanc ipſam contemplationem contingunt, diximus. In totum vero genus leguminum fructu copioſius fœcundiuſque profecto eſt. Sed his feraciora profecto æſtiua ſunt; vt milium, ſeſama. Lens maxime inter legumina fertilis eſt. Et ſummatim quæ ſemen ferunt puſillum, copioſius ferme fructificant, vt etiam inter olera cuminum: quanquam hæc omnia copioſe ferant. Validiora contra hyemen, atque in totum cœli mutationes, frumentacea ſunt. Legumina vero cibi ratione putantur valentiora: niſi forte id quidem nobis ita eueniat, cum cæteris animantibus e diuerſo eueniat.

ΚΕΦ. Δ.

CAP. IV.

De frumentaceorum inter ſe differentia, & generibus, hordei, & tritici, & eorum differentijs. Quantumque naſcatur in Aſia frumentum.

Τὰ μὲν οὖν ὅλα γένη τοιαύτας ἔχει διαφορὰς τὰ μὴ ὁμοιογενῆ. τὰ δὲ ὁμοιογενῆ, δηλονότι κατὰ τὴν τῶν μερῶν ἀνωμαλίαν. οἷον τῶν σιτωδῶν, πυρὸς, κριθὴ, στεφανοφυλλότερον, καὶ λειοκαυλότερον, καὶ πυκνότερον, καὶ γλισχρότερον ἔχει τὸν καυλὸν καὶ δυσβλαστότερον. ἅμα δὲ καὶ ὁ μὲν, ἐν χιτῶσι πολλοῖς· ἡ δὲ, γυμνή. μάλιστα γὰρ δὴ γυμνοσπέρματον ἡ κριθή. πολύλοβον δὲ καὶ ἡ τίφη, καὶ ἡ ὀλύρα. καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα. καὶ μάλιστα πάντων ὡς εἰπεῖν ὁ βρόμος. ἔστι δὲ καὶ ὑψηλότερος ὁ κάλαμος τοῦ πυροῦ καὶ τῆς κριθῆς. καὶ τὸν στάχυν ἀπηρτημένον ἔχει τοῦ φύλλου μᾶλλον ὁ πυρός. ἥδιον δὲ καὶ τὸ ἄχυρον τοῦ κριθίνου τὸ πύρινον. ἐγχυλότερον γὰρ τὸ μαλακώτερον. διαφέρει δὲ ἡ κριθὴ καὶ τούτῳ τῶν πυρῶν. ἡ μὲν γὰρ στοιχώδης· ὁ δὲ πυρὸς ἄστοιχος. καὶ πανταχόθεν ὁμαλός τις. τῷ μὲν ὅλῳ γένει πρὸς τὸ γένος τοιαῦταί τινές εἰσι διαφοραί. καθ' ἑκάτερον δὲ τούτων πάλιν, οἷον πυρῶν καὶ κριθῶν, πολλὰ γένη, καὶ τοῖς

Ergo cuncta genera tales inter ſe differentias habent. Quæ vero generis eiuſdem conſortia ſint, his pro partium ſane inæqualitate differentia datur. Vt inter frumentacea triticum anguſtiori folio quam hordeum conditur, & caulem leuiorem ruptuque difficiliorem id habet. Ad hæc triticum tunicis integitur multis. Hordeum nudum eſt: id enim omnium maxime caret tegumento. Tipha quoque, & ſiligo, & omnia huiuſcemodi, multiplici folliculo includuntur. Ac omnium (vt ita loquar) maxime auenam natura operuit. Quinetiam culmus altior tritico quā hordeo eſt, & ſpica plus diſcreta a folijs emicat. Palea quoque ſuauior, quæ ex tritico quā quæ ex hordeo: vtpote quæ plus ſucci retineat, & mollior ſit. Ad hæc hordeum a tritico differt, quod hordeum in verſus ſpicatur, triticum nullo verſu conditum eſt, ſed æquale vndique conſtat. Genus totum ad genus, tales habet differentias. Rurſus eorum vtrunque in plura genera, ipſis etiam fructi-

καρποῖς αὐτοῖς διαφέροντα, καὶ τοῖς στάχυσι, καὶ ταῖς ἄλλαις μορφαῖς, καὶ ἔτι ταῖς δυνάμεσι καὶ τοῖς πάθεσι. τῶν μὲν κριθῶν αἱ μὲν εἰσὶ δίστιχοι· αἱ δὲ τρίστιχοι· αἱ δὲ τετράστιχοι καὶ πεντάστιχοι· πλεῖσται καὶ ἑξάστιχοι. καὶ γὰρ τοιοῦτό τι γένος ἐστί. πυκνότεραι δὲ ἀεὶ κατὰ τὴν θέσιν ὡς ἐπίπαν αἱ πολυστιχότεραι. διαφορὰ δὲ μεγάλη καὶ τὸ παραβλαστικὴν τε εἶναι καθάπερ εἴπομεν τὴν Ἰνδικήν. καὶ οἱ στάχυες δὲ τῶν μὲν, μεγάλοι καὶ μανώτεροι τῆς κριθῆς· τῶν δὲ ἐλάττους καὶ πυκνότεροι· καὶ ἀπέχοντες δὲ τῶν φύλλων, τῶν μὲν πολὺ, τῶν δὲ μικρὸν, ὥσπερ τῶν Ἀχιλλείων καλουμένων· καὶ αὐτῶν δὲ τῶν κριθῶν αἱ μὲν στρογγυλότεραι καὶ ἐλάττους· αἱ δὲ, προμηκέστεραι καὶ μείζους καὶ μανώτεραι κατὰ τὸν στάχυν. ἔτι δὲ αἱ μὲν, λευκαί; αἱ δὲ, ἐπιπορφυρίζουσαι· ἅιπερ καὶ πολυάλφιτοι δοκοῦσιν εἶναι. καὶ πρὸς τοὺς χειμῶνας δὲ καὶ τὰ πνεύματα καὶ ὅλως τὸν ἀέρα τῶν λευκῶν ἰσχυρότεραι. πολλὰ δὲ γένη καὶ τῶν πυρῶν εὐθύς ἐστιν, ἀπὸ τῶν χωρῶν ἔχοντα τὰς ἐπωνυμίας· οἷον, Λιβυκοὶ, Πόντιοι, Θρᾶκες, Ἀσσύριοι, Αἰγύπτιοι, Σικελοί. διαφέροντες δὲ καὶ ταῖς χροιαῖς, καὶ τοῖς μεγέθεσι, καὶ τοῖς εἴδεσι, καὶ ταῖς, διότησιν. ἔχουσι δὲ ἐν ταῖς δυνάμεσι ταῖς τε ἄλλαις, καὶ μάλιστα ταῖς πρὸς τὴν σίτησιν τινες καὶ ἀπ' ἄλλων τὰς προσηγορίας. οἷον Καγγρυδίας, Στλεγγὺς, Ἀλεξάνδρειος. ὧν ἁπάντων ἐν τοῖς εἰρημένοις τὰς διαφορὰς ληπτέον. οὐχ ἥκιστα δ' οἰκεῖον, εἴ τις λαμβάνοι τὰς τοιαύτας. οἷον εἰσιν οἱ μὲν πρώϊοι, οἱ δὲ, ὄψιοι, καὶ εὐαξεῖς, καὶ πολύχοοι· οἱ δὲ καὶ ὀλίγοχοοι καὶ μεγαλοστάχυες, οἱ δὲ μικροστάχυες. καὶ οἱ μὲν ἐν κάλυκι πολλὺν χρόνον, οἱ δὲ ὀλίγον ἔχοντες, ὥσπερ ὁ Λιβυκός. καὶ κάλαμον οἱ μὲν λεπτόν· οἱ δὲ παχύν. καὶ τοῦτο ὁ Λιβυκὸς ἔχει. παχὺν δὲ ὁ καχρυδίας· ἔτι δὲ χιτῶνας, οἱ μὲν ὀλίγους, οἱ δὲ πολλοὺς, ὥσπερ ὁ Θράκιος. καὶ ὁ μὲν μονοκάλαμος, ὁ δὲ πολυκάλαμος. καὶ μᾶλλον δὲ καὶ ἧττον. ὁμοίως δὲ καὶ εἴτι παραπλήσιον τούτοις ἢ πρότερον εἰρημένοις κατὰ δυνάμεις. αἱ γὰρ τοιαῦται φυσικώτεραι δόξαιεν ἂν εἶναι τῶν διαφορῶν· ἐν αἷς καὶ τὸ τῶν τριμήνων, καὶ τὸ τῶν διμήνων, καὶ εἴτι γένος ἐν ἐλάττοσιν ἡμέραις τελειοῦται· καθάπερ φασὶν εἶναι περὶ τὴν Εὔβοιαν οἳ τετταράκοντα ἡμέρας ἀπὸ τῆς σπορᾶς ἁδρύνονται καὶ τέλος ἴσχουσιν. εἶναι δ' ἰσχυρὸν τοῦτον καὶ βαρύν. οὐχ ὥσπερ τὸν τρίμηνον κοῦφον. διὸ καὶ τοῖς οἰκέταις παρέχειν. καὶ γὰρ οὐδὲ πίτυρον ἔχειν πολύ. σπανιώτατος μὲν οὖν καὶ τάχιστος εἰς τελείωσιν οὗτος. εἰσὶ δὲ καὶ δίμηνοί τινες, οἵπερ καὶ ἐκ Σικελίας ἐκομίσθησαν εἰς Ἀχαΐαν. ὀλιγόχοοι δὲ καὶ ὀλιγόγονοι, καὶ κοῦφοι κατὰ τὴν προσφορὰν, καὶ ἡδεῖς. καὶ ἄλλοι δέ τινες οἱ περὶ Εὔβοιαν εἰσὶ, καὶ μάλιστα ἐν

fructibus, & ſpicis, & reliquis formis, atque etiam viribus, affectionibuſque diſcreta, diuidi ſane poteſt. Eſt enim in hordei genere aliud binis ordinibus, aliud ternis quaterniſque: ſed plurimum, ſenis. Eſt enim & eiuſmodi quoddam genus. Quod vero pluribus conſtruitur verſibus, hoc ſemper fere ſpiſſius, poſituque eſt arctius. Magna quoque in Indico differentia: quandoquidem rami repullulare poſſint, vt dixi. Et ſpicæ vero alijs grandiores, rarioreſque ſunt. Alijs minores frequentioreſque. Et alijs diſtantiores a folijs: alijs proximiores, vt Achilleis cognomine. Et hordeorũ ipſorum aliud rotundius, minuſque: aliud oblongius, maiuſque, atque in ſpica rarius. Item aliud candidum, aliud accedens ad purpuram, quod & farinam reddere copioſius creditur. Et contra hyemem, & flatus, & in totum contra cœli mutationes candido validius eſſe videtur. Tritici quoque genera plura notantur, cognomina ex locis ſortita; vt Africum, Ponticum, Thracium, Aſſyrium, Ægyptium, Siculum: quæ & colore, & magnitudine, & ſpecie, & proprietate inter ſe differunt. Quædam etiam aliunde cognomina habent pro ſuis viribus, tum alijs, tum vel maxime quæ ad cibũ pertineãt, vt Cachrydias, Stlengus, Alexandrinus: quorum omnium differentias in ſupradictis colligere licet. Nec vero ab re fuerit, ſi illa quoque pro differentijs ſumas. Aliud præcox, aliud ſerum. Aliud auctu amplum multumque reddens. Aliud ieiunum paruumque ferens. Aliud ſpicam grandiorem effundens, aliud paruam. Aliud diu in folliculo manens, aliud quod breui perficitur, vt Africum: & aliud culmo tenui conſtans, aliud craſſo, quod etiam ipſum Africo datum eſt. Craſſum tamen & Cachrydias nactus eſt. Item aliud tunicis paucis, aliud multis veſtitur, vt Thracium: & aliud vnicalamum, aliud multicalamum; & magis, minuſque. Adde etiam ſi quid aliud his aut prædictis ratione virium proximum ſit. Eiuſmodi namque differentiæ magis naturales videantur. Quibus & trimeſtrium annumerari genus par eſt, & bimeſtrium, & ſi quid intra pauciores dies valeat conſummari. Et in Eubœa genus quoddam intra quadraginta dies craſſari perficique poſſe affirmant; idemque firmum eſſe ac ponderoſum, nec modo trimeſtris leue. Quamobrem famulis id præberi inquiunt. Etenim nec multum in hoc furfuris eſſe volunt. Igitur genus id celerrimum quidem ad conſummationem, ſed inventu rariſſimum eſt. Et bimeſtria vero quædam habentur, quæ ex Sicilia, & in Achaiam aduecta ſunt: ſed hæc parum reddunt, parumque fœcunda habentur. Quanquam cibo facilia & iucunda ſunt. Naſcuntur & alia quædam genera in Eubœa,

τῇ Καρυστίᾳ. τρίμηνοι δὲ πολλοὶ καὶ πανταχοῦ κοῦφοι. οὗτοι καὶ ὀλιγόχοοι, καὶ μονοκάλαμοι, κατὰ τὴν ἔκφυσιν, καὶ τὸ ὅλον ἀσθενεῖς. κουφότατος μὲν οὖν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, πυρὸς ὁ Ποντικός· βαρύτερος δὲ τῶν εἰς τὴν Ἑλλάδα παραγινομένων ὁ Σικελός. τούτου δ' ἔτι βαρύτερος ὁ Βοιώτιος. σημεῖον δὲ λέγουσιν, ὅτι οἱ μὲν ἀθληταὶ ἐν τῇ Βοιωτίᾳ τριημιχοίνικα μόλις ἀναλίσκουσιν· Ἀθήναζε δὲ ὅταν ἔλθωσι, πένθ' ἡμιχοίνικα ῥᾳδίως. κοῦφος δὲ καὶ ἐν τῇ Λακωνικῇ. τούτων μὲν οὖν ἔν τε ταῖς χώραις καὶ τῷ ἀέρι τὸ αἴτιον. ἐπεὶ καὶ περὶ τὴν Ἀσίαν πόρρω Βάκτρων, ἐν μέν τινι τόπῳ οὕτως ἁδρὸν εἶναί φασι τὸν σῖτον, ὥστε πυρῆνος ἐλαίας μέγεθος λαμβάνειν. ἐν δὲ τοῖς Πισσώτοις καλουμένοις, οὕτως ἰσχυρὸν, ὥστε εἴ τις πλεῖον προσενέγκοιτο, διαρρήγνυσθαι. καὶ τῶν Μακεδόνων πολλοὺς τοῦτο παθεῖν. ἄτοπον δὲ καὶ ἀνομολογούμενον πρὸς τὴν τῶν τριμήνων κουφότητα, τὸ περὶ τοὺς Ποντικοὺς συμβαῖνον. εἰσὶ γὰρ σκληροὶ ἠρινοί· μαλακοὶ δὲ χειμερινοί. πολὺ γὰρ διαφέρει τῇ κουφότητι ὁ μαλακός.

Eubœa, & præcipue apud Cariſtum. Trimeſtria vero permulta, & vbique habentur. Leuia hæc & parum fœcunda & vnicalama ſunt, atque in totum infirma. Leuiſſimum igitur triticum, vt ſimpliciter dicam, Ponticum eſt: ponderoſius ex ijs, quæ in Græciam aduehi ſolet, Siculum. Sed eo ponderoſius, quod Bœotia fert. Indicium aſſerunt, quod athletæ qui in Bœotia ternos ſemiſextarios vix poſſint conſumere; cum Athenas ferantur, facile quina conſumunt. Leue ſatis & quod in Laconico agro conficitur. Horum igitur cauſa in terris cœloque ſita eſt. Nam & Aſiæ vltra Bactra quodam in loco adeo grande frumentum fieri tradunt, vt nucleis oliuæ ſua æquiparent magnitudine grana ſingula. In Piſſotis autem dictis adeo firmum naſci affirmant, vt ſi quis plus comederit, diſrumpatur neceſſe ſit: & Macedonum ita pleroſque interiiſſe aiunt. Abſurdum ſane, & leuitati trimeſtrium abſonum, quod in Pontico euenit. Vernum enim durum admodum eſt. Hybernum autem molle eſt. Leuitate enim molle plurimum differt.

ΚΕΦ. Ε.

CAP. V.

Duo vniuerſi frumenti eſſe arandi tempora. Deque ciceris differentijs ſiliquarumque in figura.

Ὁμοίως δὲ καὶ δύο ἀρότους ὡς ἔοικε παντὸς τοῦ σίτου ποιοῦνται· τὸν μὲν χειμερινὸν, τὸν δὲ, ἠρινόν. ἐν ᾧ καὶ τὰ ὄσπρια καταβάλλουσιν. εἰσὶ δὲ καὶ οἱ μὲν καθαροὶ αἰρῶν· ὥσπερ ὁ Ποντικὸς, καὶ ὁ Αἰγύπτιος. καθαρὸς δὲ ἐπιεικῶς καὶ ὁ Σικελὸς, καὶ μάλιστα ὁ Ἀκραγαντῖνος, οὐκ αἰρώδης· ὁ δὲ Σικελὸς, ἴδιον ἔχει τὸ μελάμπυρον καλούμενον· ὅ ἐστιν ἀβλαβές· καὶ οὐχ ὥσπερ αἶρα βαρὺ καὶ κεφαλαγές. ἀλλὰ τὰ μὲν τοιαῦτα καθάπερ ἐλέχθη, ταῖς χώραις ἀναθετέον· καὶ ὅσον ἐπιβάλλει τοῖς γένεσιν. ἐν δὲ τοῖς ὀσπρίοις οὐχ ὁμοίως ἐστὶ λαβεῖν τὰς τοιαύτας διαφοράς. εἴτ' οὖν διὰ τὸ μὴ ἐξετάζειν ὁμοίως, εἴτε καὶ διὰ τὸ μονοειδέστερα τυγχάνειν. ἔξω γὰρ ἐρεβίνθου, καὶ φακοῦ, καὶ ἐπ' ὀλίγον κυάμου, καὶ ὀρόβου, καθόσον ἡ τῶν χρωμάτων καὶ τῶν χυλῶν διαφορά. τῶν ἄλλων, οὐ ποιοῦσιν ἰδέας. οἱ δὲ ἐρέβινθοι καὶ τοῖς μεγέθεσι, καὶ τοῖς χυλοῖς, καὶ τοῖς χρώμασι, καὶ ταῖς μορφαῖς, διαφέρουσιν· οἷον κριοὶ, ὀροβιαῖοι, ἀνὰ μέσον. ἐπὶ πᾶσι δὲ τὰ λευκὰ γλυκύτερα. καὶ γὰρ ὁ ὄροβος, καὶ φακὸς, καὶ ἐρέβινθος, καὶ κύαμος, καὶ σήσαμον. ἔστι γὰρ καὶ σήσαμον λευκόν. ἀλλὰ μᾶλλον ἐν τοῖς τοιοῖσδε ποιεῖν ἐστι τὰς διαφοράς. οἷον ἐπὶ πάντα τὰ ἐλλέβορα· τὰ μὲν, αὐτῶν διάφρακτα καὶ ὥσπερ συμφυάντα τυγ-

ET quidem arandi tempora vniverſi frumenti duo videntur ſtatuere. Alterum hybernum: alterum vernum, quo etiam legumina ſerunt. Ad hæc in genere, frumentorum aliud purum lolij naſcitur, vt Ponticum, atque Ægyptium. Purum & Siculum ſatis, & præcipue Agrigentinum ſine lolio exit. Siculo proprium datur, quod melampyrũ vocant: quod eſt innocens, nec ſicut lolium graue, & caput tentans. Sed hæc quidem (vt dictum eſt) locorum naturæ adſcribi decet, idque agere quantum ſingulis generibus conuenire videatur. In leguminum genere pari modo differentias ſumere non licet: aut quod aliter conſiderentur, aut etiam quod illa magis vniformia ſint, nec idcirco tales differentias addittant. Etenim præter cicer, & lentem, & aliquatenus fabam, & eruum; quod colorum, ſaporumque ratio differentiam faciat; cætera nullis generibus diſcernere ſolent. Ergo cicer, & magnitudine, & ſapore, & odore, & forma, pleraſque differentias oſtendit, vt arietinum & columbinum. Candida inter omnia dulcedine præſtant. Etenim eruum, & lens, & cicer, & faba, & ſeſama. Nam & ſeſamæ genus quoddam candidum datur. Sed differentias hinc potius accipias: videlicet ex his omnibus, quæ ſiliquis incluſa proueniunt. Eorum enim alia non interſepta, ſed quaſi inuicem

χάνῃ· καθάπερ ὄροβος, πίσος, καὶ σχεδὸν τὰ πλεῖστα. τὰ δὲ λεῖα πεφραγμένα· καθάπερ θέρμος. ἔτι δὲ μᾶλλον καὶ ἰδίως τὸ σήσαμον. καὶ τὰ μὲν μακρόλοβα, τὰ δὲ στρογγυλόλοβα· καθάπερ ἐρέβινθος. ἀνάλογον δὲ ἀκολουθεῖ καὶ τὰ πλήθη τῶν σπερμάτων. ἐλάττω γὰρ ἐν τοῖς μικροῖς. ὥσπερ ἔντε τῷ τῶν ἐρεβίνθων καὶ ἐν τῷ τῶν φακῶν. καὶ παραπλήσιαι δὲ ἴσως αἱ τοιαῦται, καὶ ἃς ἐπὶ τῶν σιτηρῶν ἐλέγομεν, περὶ τῶν σταχύων καὶ αὐτῶν τῶν καρπῶν. ἐπεὶ καὶ οἱ καλούμενοι λοβοὶ, σχεδὸν ἀκόλουθοι τοῖς σπέρμασίν εἰσιν· οἱ μὲν ἐπιπλατεῖς, ὥσπερ οἱ τοῦ φακοῦ καὶ τῆς ἀφάκης· οἱ δὲ κυλινδρώδεις μᾶλλον, ὡς οἱ τοῦ ὀρόβου. τοῦ πίσου γὰρ τὰ σπέρματα ἑκατέρωθεν τοιαῦτα τοῖς σχήμασιν. ἀλλὰ τὰς μὲν τοιαύτας διαφορὰς πολλὰς ἄν τις εὕροι καθ' ἕκαστον. ὧν αἱ μὲν κοιναὶ πᾶσιν, αἱ δὲ ἴδιαι κατὰ γένος. ὅτι δὲ πάντα προσπέφυκε τοῖς λοβοῖς, καὶ ἔχει καθάπερ ἀρχήν τινα, τὰ μὲν, προέχουσαν, ὥσπερ ὁ κύαμος, καὶ ὁ ἐρέβινθος, τὰ δὲ, καὶ ἔγκοιλον, ὥσπερ θέρμος καὶ ἄλλ' ἄττα· τὰ δὲ, οὕτω μὲν οὐ φανεράν, ἐλάττω δὲ καὶ ὥσπερ ἀποσημαίνουσαν μόνον, δῆλον μὲν, ἀπὸ τῆς ὄψεως. ἐξ ἧς καὶ ὅταν σπαρῇ βλαστάνει καὶ ῥιζοῦται. καθάπερ ἐλέχθη. καθ' ἀρχὰς δὲ καὶ αὐτὰ τρέφεται προσηρτημένα τῷ λοβῷ, μέχρι οὗ ἂν τελειωθῇ. φανερὸν δέ ἐστι καὶ ἐκ τῶν νῦν, καὶ ἐκ τῶν προειρημένων. περὶ μὲν οὖν τοῦ κατὰ τὰς διαφορὰς, ἅλις.

inuicem contingentia conſtant; vt eruum, piſum, & pars pene maxima: alia magnopere circumſepta; vt lupinum, atque etiam magis, & peculiarem in modum ſeſama. Item alia in ſiliquis longis, alia in rotundis; vt cicer. Et quidem ſeminum multitudo, pro magnitudinis ratione ſequitur: minora enim in paucis, vt in cicere, & lente. Quæ quidem differentiæ ſimiles fortaſſe, ac illæ habentur, tum quas frumentaceis tribuimus; vt in ſpicis & ipſis fructibus. Nam & quæ ſiliquæ appellantur, ſeminum fere rationem ſequuntur. Aliæ namque leuiter latæ, vt lentis & aphacæ; aliæ cylindratæ potius, vt erui & piſi. Figuram enim huiuſcemodi iſta habent. Sed huiuſmodi differentias multas per ſingula reperire poſſis, quarum aliæ communes omnibus: aliæ generatim propriæ habentur. Nempe, quod omnia ſiliquis adhærent, & veluti quoddam principium inde obtinent. Alia eminens vt faba & cicer. Alia concauum vt lupinum & alia quædam. Alia non æque expreſſum ſed minus, ac veluti indicium principij tantum. Conſtat tum ex ipſo aſpectu (cernitur enim principium quo & ſata germinant atque radicantur, vt initio diximus: & annexa ſiliquis nutriri, dum conſummentur, aptiſſime poſſunt) tum ex ijs, quæ nunc, & ante ſatis dicta putamus. Sed de differentiis hactenus.

ΚΕΦ. ϛʹ.

CAP. VI.

De leguminum & frumentorum ſatu, tum de ſtercoratione. Quæ cuique agro conueniant ſemina. Quando imbres proſint, quando noceant frugibus. Quod ſolum quid præſtare poßit.

Σπείρειν δὲ ξυμφέρει πάντα μάλιστα μὲν ἐν τοῖς ἀρότροις· οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ ἐν ξηρᾷ τινες καταβάλλουσι. καὶ οὐχ ἥκιστα πυροὺς καὶ κριθάς, ὡς μάλιστα αὐταρκεῖν δυνάμενα, ὅπου μὴ ὄρνισιν ἢ ἄλλοις θηρίοις ἐπισινὴς ἡ χώρα. δοκεῖ γὰρ ὡς ἐπίπαν ἀνεπιτήδειος ὁ σπορὸς ἐν τοῖς ἡμιβρεχέσιν. ἀπόλλυται γὰρ καὶ ἐγκαλακτοῦται τὰ σπέρματα· καὶ ἅμα συμβαίνει πόαν ἀναφύεσθαι πολλήν. μετὰ δὲ τὴν σπορὰν ὕδωρ ἐπιγίνεσθαι πᾶσι ξυμφέρει· πλὴν ὅσα δυσβλαστῆ γίνεται μᾶλλον· ὥσπερ ὅ, τε κύαμος ἐδόκει· καὶ τῶν θερινῶν, σήσαμον, καὶ κύμινον, καὶ ἐρύσιμον. πυκνοσπορεῖν δὲ καὶ μανοσπορεῖν καὶ πρὸς τὰς χώρας βλέποντα χρή. πλεῖον γὰρ ἡ πίειρα καὶ ἀγαθὴ δύναται φέρειν τῆς ὑφάμμου τε καὶ λεπτῆς. καίτοι λέγεταί τις λόγος, ὡς ὁτὲ μὲν πλεῖον, ὁτὲ δὲ ἔλαττον ἡ αὐτὴ δέχεται χώρα. καὶ οἰωνίζονται τὸ πλέον ὡς οὐκ ἀγαθόν. πεινῆν γὰρ εὐθύς φασι τὴν γῆν. οὗτος μὲν οὖν

Serere autem quæque potiſſimum tempeſtiuis ſementibus præſtat. Cæterum & ſicco ſolo quidam committunt, ac præcipue triticum, ac hordeũ: vtpote quæ maxime valeant perdurare, vbi non auibus, aut alijs beſtijs tellus obnoxia ſit. Haud enim commodum ſemimale factum ſolum putatur: quippe cum ſemina in eo facile lateſcant, atque intereant: ſimul accidat, vt frequens herba renaſcatur. Imbrem poſt ſationem ſuperuenire omnibus prodeſt, exceptis quæ difficulter emergunt; vt faba inter æſtiua, ſeſama, & cumino, & triono. Denſum autem, rarumue ſpargere ſemen, terrarum etiam ratione conuenit: plus enim craſſa, lætaque tolerare poteſt quam arenoſa & tenuis. Quanquam dici ſoleat, alias plus, alias minus ſeminis eandem recipere ſegetem; & tanquam infauſtum augurium interpretati ſint cum plus reciperet: terram enim eſurire, & vorare protinus ſemen exiſtimant. Sed hæc ratio ſtulte

ἴσως εὐηθέστερος λόγος. εἰ δέ τις πρὸς τὰ σπέρματα θεωροίη, καὶ μάλιστά γε πρὸς αὐτοὺς τοὺς τόπους, ἅμα τῷ ἐδάφει καὶ τὴν θέσιν ἀναθεωρῶν τὴν γε πρὸς τὰ πνεύματα καὶ τὸν ἥλιον, οἰκειότερον ἀναλαμβάνει τὰς διαφοράς. ἀνάλογον δὲ ἔχει καὶ ἡ κόπρησις πρὸς τὰς χώρας. νειὸς δ᾽ ἀμείνων ἡ χειμέριος, τῆς ἐαρινῆς. ἐνιαχοῦ δὲ οὐ ξυμφέρει, βαθέως ἀροτριᾶν, ὥσπερ καὶ ἐν Συρίᾳ· διὸ μικροῖς ἀρότροις χρῶνται. παρ᾽ ἄλλοις δὲ, τὸ λίαν ἐργάζεσθαι βλάπτει· καθάπερ ἐν Σικελίᾳ. διὸ καὶ τῶν ξένων, ὡς ἔοικε, πολλοὶ διαμαρτάνουσι. ταῦτα μὲν πρὸς τὰς χώρας. διαιροῦσι δὲ καὶ τὰ σπέρματα, ποῖα ποίον πρόσφορον. ἐν γὰρ ταῖς χειμεριναῖς πυρὸν μᾶλλον, ἢ κριθήν· καὶ ὅλως σῖτον, ἢ χεδροπά· καὶ ὅλως ἐν ταῖς χέρσοις, καὶ διὰ χρόνου κενουμέναις. καὶ γὰρ αὗται πυρὸν φέρουσι μᾶλλον, ἢ κριθήν. δέχεται δὲ καὶ ἐπομβρίαν μᾶλλον πυρὸς ἢ κριθή. καὶ ἐν ταῖς ἀκόπροις φέρει μᾶλλον. ὡσαύτως δὲ καὶ αὐτῶν τῶν πυρῶν ποῖος τῇ ποίᾳ πρόσφορος. οἷον ἀγαθῇ, καὶ πιείρᾳ, καὶ ψαφαρᾷ, καὶ λεπτῇ, ταῖς ἄλλαις ὁμοίως. ὕδωρ δὲ ὅταν μὲν χλοηφορήσῃ καὶ κυήσῃ, πλεῖον ἅπασι ξυμφέρει. ἀνθοῦσι δὲ πυροῖς μὲν καὶ κριθαῖς καὶ τοῖς σιτώδεσι βλαβερόν. ἀπόλλυσι γάρ. ὀσπρίοις δ᾽ ἀβλαβές, πλὴν ἐρεβίνθων. οὗτοι δ᾽ ἀποκλυσθείσης τῆς ἅλμης, ἀπόλλυνται σφακελίζοντες, καὶ ὑπὸ καμπῶν κατεσθιόμενοι· ἰσχυρότερος δὲ ὁ μέλας ἐρέβινθος καὶ ὁ λευκὸς, τοῦ πυρροῦ. συμφέρειν δέ φασιν ἐν τοῖς ἐφύδροις τόποις ὀψὲ σπείρειν αὐτόν. κύαμος δὲ ἀνθῶν μάλιστα φιλεῖ βρέχεσθαι. διὸ καὶ οὐκ ἐθέλουσιν ὀψισπορεῖν, ὥσπερ εἴπομεν, ὅτι πολὺ ἀνθεῖ. μετὰ δὲ τὴν ἀπάνθησιν ὀλίγου πάμπαν ὕδατος δεῖσθαι· σύνεγγυς γὰρ ἡ τελείωσις· ἀλλ᾽ ὅταν ἁδρυνθῇ, καὶ βλάπτειν δοκεῖ τὰ σιτώδη· κριθὴν δὲ πυροῦ μᾶλλον. ἐν Αἰγύπτῳ δὲ, καὶ Βαβυλῶνι, καὶ Βάκτροις, ὅπου μὴ ὕεται ἡ χώρα σπανίως, αἱ δρόσοι τὸ ὅλον ἐκτρέφουσιν. ἐπεὶ καὶ οἱ περὶ Κυρήνην καὶ Εὐεσπερίδας τόποι. καιριώτατα δὲ πᾶσιν ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν τὰ ἠρινά. διὸ καὶ ἡ Σικελία πολύσιτος. πολλὰ γὰρ τοῦ ἦρος καὶ μαλακὰ γίνεται. τοῦ δὲ χειμῶνος ὀλίγα. ζητεῖ δὲ ἡ μὲν λεπτόγεως, πολλὰ κατὰ μικρόν· ἡ δὲ πίειρα καὶ πλῆθος μὲν ἐνεγκεῖν δύναται καὶ αὔδειαν. πρὸς δὲ τὴν χώρας αὔδειαν, πάντα πνεύματα καὶ αὖραι δοκοῦσι ξυμφέρειν. ἄλλα δὲ παρ᾽ ἄλλοις τοιαῦτα, καθάπερ καὶ πρότερον εἴρηται. ὡς ἐπὶ τὸ πᾶν δὲ μᾶλλον αὐχμὸς ἢ ἐπομβρία ξυμφέρει τῷ σίτῳ. οἱ γὰρ ὄμβροι καὶ ἄλλως ἐναντίοι καὶ πολλάκις αὐτὰ τὰ σπέρματα διαφθείρουσιν. εἰ δὲ μὴ, πλῆθός γε ποιοῦσι βοτάνης. ὥστε καταπνίγεσθαι καὶ ἀτροφεῖν. τῶν μὲν οὖν ἄλλων σπερμάτων οὐδὲν εἰς ἄλλο πέφυκε μεταβάλλειν σπειρόμενον. πυρὸν δὲ καὶ κριθὴν εἰς αἶραν φασι, καὶ μᾶλλον τὸν πυρόν. γίνεσθαι δὲ τοῦτ᾽ ἐν ταῖς ἐπομβρίαις. καὶ μάλιστα ἐν τοῖς ἐνύδροις καὶ ὀμβρώδεσι χωρίοις.

ſtulte fortaſſe affertur. Semina vero ſi contempleris, & præcipue loca ipſa ſcruteris, vna cum ſolo poſitionem quoq; animadvertendo quæ ad flatus ſolesq; ſit, accõmodatius ſane differẽtias colliges. Stercoratio quoque pro natura terrarum fieri debet. Nouale hybernum verno præfertur. Nonnuſquam alte marare non expedit: vt in Syria. Qua de cauſa puſillis aratris Syri vtuntur. Apud alios cultus nimius obeſt: vt in Sicilia. Vnde fit vt multi ex peregrinis facile aberrare poſſint. Hæc quoad terrarum naturam, ſatis ſit dixiſſe. Diſcernere autem & ſemina ſolent: quid ſcilicet cuiq; cõpetat agro. Hybernis etenim locis triticum potius datur, quam hordeum: atq; in totum frumentũ potius, quam legumen. Deniq; vt breuiter dicã, inculta & longo tempore poſt proſciſſa tritico deputantur. Id enim melius quam hordeũ illa ferunt. Tolerat & frequentiam imbrium triticum magis, quam hordeum: & fertilius ſegete minus ſtercorata perficitur. Pari modo & tritici ratio, quod cui conueniat habetur; exempli gratia, quod frugali & pingui, quod ieiuno & gracili, & de reliquis pari ratione animadvertere ſolent. Aquã cum ſata conceperint atque adulta ſint, omnibus prodeſt. Tritico, hordeo, reliquiſq; frumentaceis florẽtibus obeſt. Facit enim vt cuncta intereant. Leguminibus nihil officit, cicere excepto. Id enim abluta ſalſilagine radice tabeſcens interit, & ab erucis eroſũ protinus perit. Cicer nigrum atq; etiam rufum firmius eſt quam albũ. Locis dilutioribus ſero ſerendum id cenſent. Faba floreſcẽs præcipue madefieri cupit. Ob id ſero eam ſerere volunt (vt dictum eſt) quoniam diu floreat. Sed poſtquam defloruerit, parum omnino aquæ deſiderari affirmant. Conſummatio enim iam in vicino eſt. Sed poſtquã craſſiora eſſe cœperint, aqua noxia eſſe putatur: & hordeo magis, quã tritico. In Ægypto vero & apud Babylonem, & Bactra, vbi terra nullis aut raris imbribus madet, roribus omnia coaleſcunt. Adde Cyrenam, & Heſperidem. Idem enim & in ijs ipſis locis fieri ſolet. Omnium (vt ſimpliciter dicã) opportuniſſima quæ verna. Quamobrẽ Sicilia frumenti perfertilis eſt. large namq; & molliter vere fructificatur. E diuerſo autẽ hyeme ſolũ tenue multa paulatim recipere poſſit. Craſſum etiam ſeminum copiam, aquarũ inopiam tolerare facile poteſt. Locis autẽ ſitientibus omnes afflatus auræq; prodeſſe putantur. Sed alij apud alios eiuſmodi remedia præſtãt, quod & antea diximus. Sed omni quaſi ex parte ſiccitas potius, quam crebri imbres frumẽto expediunt. Imbres enim cũ alias contrarij ſunt; tum ſemina ipſa ſæpe corrumpunt. Quod ſi minus, herbam certe quidẽ luxuriare faciunt, vt ſtrangulentur atq; omne alimentum amittant. Nullum ex ſeminibus corruptum mutari in aliud aptum eſt: præterquam triticum atq; hordeum quæ mutari in lolium aſſerunt: magiſq; triticum. Idque imbribus frequentantibus fieri, & præcipue locis humidis & imbre dilutis.

ΚΕΦ. Ζ. CAP. VII.

De lolio, auena, & vi ciceris. Quod leguminibus ſolum conueniat. Seſamam viridem nullum animal mandere, nec etiam lupinum. Item remedium ne luxurient fruges. Quid Theſſali, quid Babylonij in tondendis ſegetibus faciant.

ΟΤι δ' οὐκ ἔστιν ἠρινὸν ἡ αἶρα καθάπερ ἡ ἄλλη πόα· πειρῶνται γάρ τινες τοῦτο λέγειν· ἐκεῖθεν δῆλον· εὐθὺς τοῦ χειμῶνος φανερὰ πεφυκυῖα. καὶ διαφέρει πολλοῖς. ἔχει γὰρ τὸ φύλλον στενὸν, καὶ δασὺ, καὶ λιπαρόν. καὶ τούτων ἰδιώτατον τὸ λιπαρόν. ἡ γὰρ δασύτης καὶ ταύτης καὶ τοῦ αἰγίλωπος ὑπάρχει τοῦ ἦρος. τοῦτο μὲν ἴδιον τούτων. καὶ ἔτι τοῦ λινοῦ. καὶ γὰρ ἐκ τούτου φασὶ γίνεσθαι τὴν αἶραν. τοῦ δὲ ἐρεβίνθου πρὸς τὰ ἄλλα χεδροπὰ, τό, τε περὶ τὴν ἄνθησιν λεχθὲν, καὶ τὸ τάχιστα τελειοκαρπεῖν ἰσχυρότατον ὂν καὶ ξυλωδέστατον, καὶ τὸ ἄλλον μὴ ποιεῖν ἐν νειοῖς καρπὸν, τήν γε πόαν ἐξαπόλλυσι. μάλιστα δὲ καὶ τάχιστα τὸν τρίβολον. ὅλως δὲ οὐδὲ ἡ τυχοῦσα δύναται φέρειν αὐτόν· ἀλλὰ μελαγγεῖον τινα δεῖ καὶ πίειραν εἶναι. τῶν δὲ ἄλλων καλλίστη νειὸς ἀπὸ τῶν κυάμων, καίπερ πυκνοσπορουμένων καὶ πολὺν καρπὸν φερόντων. τὰ δὲ ἐν τοῖς θερινοῖς ἀρότροις ὀλίγου δεῖ πάντα. φασὶ δὲ καὶ τὰ ναματιαῖα συμφέρειν μᾶλλον αὐτοῖς τῶν ἐκ διός. μέλινοι δὲ καὶ κέγχροι ἐλάττους ὕδατος. ἐὰν γὰρ ἔχωσι πλεῖον, φυλλοβολοῦσιν. ἰσχυρότερον δὲ ὁ κέγχρος. οἱ δὲ μέλινοι γλυκύτεροι εἰ καὶ ἀσθενέστεροι. σήσαμον δὲ οὐδεὶς ἐσθίει χλωρὸν οὐδὲ θέρμον. εἰ δὲ μὴ ἐρύσιμον, μὴ δὲ ὅρμινον, σκεπτέον. καὶ ταῦτά ἐστι πικρά. ἔστι δὲ τὸ μὲν ἐρύσιμον ὅμοιον σησάμῳ, καὶ λίπος ἔχει. τὸ δὲ ὅρμινον, κυμινῶδες, μέλαν. σπείρεται δὲ ἅμα καὶ τὸ σήσαμον. περὶ μὲν οὖν τούτων σκεπτέον. ἐν δὲ ταῖς ἀγαθαῖς χώραις πρὸς τὸ μὴ φυλλομανεῖν, ἐπινέμουσι καὶ ἐπικείρουσι τὸν σῖτον. ὥσπερ καὶ ἐν Θετταλίᾳ. συμβαίνει δ' ἂν μὲν ἐπινέμωσιν ὁποσακισοῦν, μηδὲν ἀλλοιοῦσθαι τὸν καρπόν. ἂν δὲ ἐπικείρωσιν, ἅπαξ μόνον ἐξίστασθαι τὸν πυρὸν, καὶ γίνεσθαι μικρὸν καὶ οὐχ ἁδρὸν, ὃν καλοῦσι καματίαν. καὶ οὐκ ἀποκαθίστασθαι πάλιν σπειρόμενον· τοῦτο μὲν οὖν ὡς παύροις συμβαῖνον Θετταλοὶ λέγουσιν. ἐν Βαβυλῶνι δὲ ἀεὶ καὶ ὥσπερ τεταγμένως ἐπικείρουσι μὲν δίς. τὸ δὲ τρίτον τὰ πρόβατα ἐπαφιᾶσιν. οὕτω γὰρ φύει τὸν καυλόν. εἰ δὲ μὴ, φυλλομανεῖ. γίνεται δὲ μὴ καλῶς ἐργαζομένοις πεντηκοντόχοα. τοῖς δὲ ἐπιμελῶς, ἑκατοντόχοα· ἡ δὲ ἐργασία, τὸ ὡς πλεῖστον χρόνον ἐμμένειν τὸ ὕδωρ. ὅπως ὕλην ποιήσῃ πολλήν. πίειραν γὰρ οὖσαν καὶ πυκνὴν τὴν γῆν, δεῖ ποιῆσαι μανήν. ὕλην δὲ οὐ φέρει καὶ πόαν ὥσπερ Αἰγύπτῳ.

LOlium autem vernum nequaquam eſſe, quemadmodum reliqua herba, quod quidam affirmare conantur, rationibus illis conſtat. Confeſtim enim hyeme ineunte id exortum pateſcit, multiſque differt. Habet namque anguſtum folium, & piloſum, & pingue, eiuſque peculiare pinguitudo notatur: piloſitas enim auenæ etiam datur. Hoc igitur proprium eorum animaduerſum eſt, atque etiam lini. Nam vel ex hoc ipſo lolium fieri volunt. Cicer autem a cæteris leguminibus propria illa diſtingunt, quod de floris prouentu retulimus, & quod fructum celerrime perficit, quoniam firmiſſimum & lignoſiſſimum eſt: atque in totum noualibus ineptũ præ ſua edacitate. Herbam enecat omnem, & maxime ac celerrime tribulum. Ad ſummam, nec ſolum quodlibet ferre id legumen poteſt, ſed nigro quodam craſſoque opus eſt. Fabam ex cæteris nouale optimum præſtat, quamuis frequens ſeratur fructumque ferat copioſe. Aquas quoque fluentes his magis prodeſſe, quam cœleſtes affirmant. Panicum & milium minus aquarum indigent. Nam cum plus habent, folia dimittunt; ſed validius milium, dulcius panicum, quanquam infirmius eſt. Seſamam viridem nullum animal mandit, neque lupinum. An vero neque trionum, neque geminalem, quærendum. Nam ea quoque amara ſunt. Trionum ſeſamæ ſimile conſtat, & pinguiuſculum eſt. Geminalis cuminaceum quoddam eſt, atque nigrum: ſeritur cum ſeſama. Sed de his ſcrutari arctius ſane convenit. Terris autem frugalibus ne luxurient folijs, deſpaſcere, atque tondere agricolæ ſolent: quod & in Theſſalia factitatur quotannis. Euenit autem ut depaſta quidem etiam quoties libeat, fructum nihil mutent. Retonſum vero etiam ſemel triticum degeneret, & longum ſine vlla craſſitudine ſurgat: quod camatiam vocant. Nec ſatum id ad naturam priſtinam redire poſſe autumant, ſed hoc perquam paucis euenire Theſſali aiunt. At apud Babylonem ſemper, & quaſi ordinate bis tondent, tertio pecus admittunt. Sic enim caulem mittit, alioqui folijs tantum laſciuit. Et negligentius quidem colentibus, quinquageſimo cum fœnore meſſes redduntur, diligentius vero cum centeſimo. Cultũ autem voco, cum quamdiutiſſime aqua intermanſerit, quo ſcilicet multum materiæ producatur. Cum enim ea terra craſſa ſpiſſaque ſit, raram atque ſolutam reddere opus eſt. Sed materiam herbamque, quam Ægyptus gignere nata eſt, illa mi-

τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα χώρας ἀρετῆς· φύεται δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ῥιζῶν πυρὸς, καὶ κριθὴ, πολλαχοῦ τῷ ὑστέρῳ ἔτει. αὐτοφυὴς δὲ καὶ ἀπὸ τῶν εἰς κρᾶσιν κειμένων [illegible] καλάμῳ παραβλαστάνοντος. ὡσαύτως δὲ καὶ ἀπὸ χειμῶνος ἐκπαγῇ. παραβλαστάνει γὰρ ὑδάτων ἐπιγινομένων. ὁ δὲ στάχυς εὐτελὴς καὶ μικρὸς, ἀπὸ τῶν τοιούτων. βλαστάνουσι δὲ τῷ ὑστέρῳ ἔτει καὶ ἀπὸ τῶν καταπατουμένων καὶ συμπατουμένων, ὥστε μηδὲν εἶναι δῆλον ὡς εἰπεῖν. οἷον ὅταν διέλθῃ στρατόπεδον, εἰσὶν οἱ στάχυες μικροὶ. καὶ τούτους, οὓς καλοῦσι ἄρνας. τῶν δὲ χεδροπῶν οὐδὲν δύναται τοιοῦτο ποιεῖν ἢ οὐχ ὁμοίως. [illegible] βλαστήσεις τοιαυταχῶς. πρὸς αὔξησιν δὲ καὶ τροφὴν μέγιστα μὲν ἡ τοῦ ἀέρος κρᾶσις συμβάλλεται.

illa minime fundit. Igitur hæc virtuti tractus attribues. Multis autem locis & ex radicibus triticum, atque hordeum anno poſtero exit. Quin & eodem primo anno ex ijs, quæ gratia vænundandi ſecantur altero culmo adnaſcente proſilit. Simili modo & ſi concreuerit hyeme: pluuijs enim ſecutis ſeges reſtibilis redditur. Verum talium ſpica interſecta puſillaque extat. Exeunt anno ſequenti etiam ſeminibus depreſſis conculcatiſque, vt nihil quaſi appareat; videlicet cum tranſeunte exercitu, ſemina concuſſa in terram corruerint. Necnon & eorum quos agnos vocitant. At in leguminum genere, aut nullis vis faciendi quicquam eiuſmodi datur: aut certe non æque. Et germinationes quidem tot modis fieri ſolent.

ΚΕΦ. Η.

CAP. VIII.

Quid ad incrementum frugum plurimum iuuet. Inde prouerbium, Annum fructificare, non tellurem: frumentis, & reliquis herbis præterquam filici vtilem eſſe ſtercorationem. Quid enecet medicam. Semina item peregrina in vernacula tranſire, atque tum cultura, tum natura terræ meliora, detrioraue fieri: quod genus aptum ſit tranſire in aliud, atque naſci inter alia gaudeat.

Καὶ ὅλως ἡ τοῦ ἔτους κατάστασις. εὐκαίρων γὰρ ὑδάτων, καὶ εὐδιῶν, καὶ χειμώνων γινομένων, ἅπαντα εὔφορα καὶ πολύκαρπα. κἂν ἐν ἁλμώδεσι καὶ λεπτογείοις ᾖ. διὸ καὶ παροιμιαζόμενοι λέγουσιν οὐ κακῶς· ὅτι Ἔτος φέρει οὐχὶ ἄρουρα. μέγα δὲ καὶ αἱ χῶραι διαφέρουσιν· οὐ μόνον τῷ πίειραι, καὶ λεπταὶ, καὶ ἔπομβροι, καὶ αὐχμώδεις· ἀλλὰ καὶ τῷ ἀέρι τῷ περιέχοντι, καὶ τοῖς πνεύμασιν. ἔνιαι γὰρ οὖσαι λεπταὶ καὶ φαῦλαι τελεσφοροῦσι. διὰ τὸ πρὸς τὰ πνεύματα τὰ πόντια κεῖσθαι καλῶς. ἄλλαι δὲ ἄλλοις τοιαῦτα· καθάπερ πολλάκις εἴρηται· ταῖς μὲν γὰρ τὰ Ζεφυρικὰ, ταῖς δὲ τὰ Βόρεια, ταῖς δὲ τὰ Νότια. συμβάλλεται δὲ καὶ οὐ μικρὸν ἡ ἐργασία, καὶ μάλισθ' ἡ τοῦ σπόρου. κατεργασθεῖσα γὰρ ῥαδίως ἐκφέρει. καὶ ἡ κόπρος δὲ μεγάλα βοηθεῖ, τοῦ διαθερμαίνειν καὶ συμπέττειν. προτρέχει γὰρ τὰ κοπριζόμενα τῶν ἀκόπρων εἴκοσιν ἡμέραις. ἅπασι δὲ οὐ ξυμφέρει. καὶ χρήσιμος οὐ μόνον τοῖς περὶ τὸν σῖτον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις, πλὴν πτερίᾳ. ταύτην δὲ φθείρειν φασὶν ἐπιβαλλομένην. ἀπόλλυται δὲ καὶ ἡ πτερὶς, καὶ ἐπικοιμωμένων τῶν προβάτων. ὡς δέ τινες λέγουσι καὶ ἡ Μηδικὴ διὰ τὴν κόπρον καὶ τὸ οὖρον. τῶν δὲ σπερμάτων ἕκαστα καὶ πρὸς τὴν τῆς ὥρας φύσιν ἁρμόττει. καὶ ὅλως γένη πρὸς γένος, καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ὁμογενέσιν, ἃ δὴ πειρῶνται διαιρεῖν· μεταβάλλει δὲ τὰ ξενικὰ τῶν σπερμάτων, μάλιστα μὲν ἐν τρισὶν ἔτεσιν εἰς τὰ ἐπιχώρια. συμ-

Ad incrementum autem, alimentumque extra modum cœli temperies, atque in totum anni conditio iuuat. Imbribus quoq; ſerenitatibus, hyemibuſque opportune fauentibus, omnia feracia, & admodum fœcunda redduntur; etiam ſi ſata ſint ſalſis ac tenuibus ſolis. Quamobrem non recte prouerbio dicitur. Annus fructificat non telleus. Verum & terræ ratio multum refert. Non ſolum quod craſſa, vel tenuis, & roſcida ſit, vel ſquallida, ſed etiam cœli ambientis: & flatuum cauſa. Quædam enim quamuis tenues vitioſæque ſint, probe tamen fructificant: quoniam commode ad maritimos iaceant flatus. Sed alij alijs commodi occurrunt (vt ſæpe iam dictum eſt) quippe cum alijs fauonius, alijs aquilo, alijs auſter proſit. Cultura quoque haudquaquam parum conferre percipitur: præcipue ſementis. Exculta etenim terra facile profert. Quin & fimus magnopere adiuuat: calefacit enim & concoquit. Quæ namque ſtercorantur, feſtinantius quam ſtercoris indiga, viginti diebus erumpunt. Sed non omnibus ſtercoratio prodeſt. Vtilis non ſolum frumentis, verumetiam reliquis herbis, preterquam filici eſt. Hanc enim fimo ſuperiniecto interire affirmant. Interit, & pecore incumbente. Quin & Medica quæ vocatur, ſtercoris & vrinæ cauſa perit, vt quidã dixere. Quodq; autẽ ſemen naturæ temporis certe conuenit; atq; in totum generi genus certum reſpondet, etiã inter ipſa vnigena quæ diſcernere autores cõantur. Semina peregrina intra annos tres cum plurimum tranſeunt ad vernacula. Expeditq; ex apricis ad paulo minus

φέρει δ' ἐκ τῶν ἀλεεινῶν εἰς τὰ μικρὸν ἧττον ἀλεεινά, καὶ ἐκ τῶν ψυχρῶν ἀνάλογον ποιεῖσθαι τὴν μεταβολήν. τὰ δ' ἐκ τῶν δυσχειμέρων ἐν τοῖς πρωΐοις ὀψὲ ἀπόκειται, ὥστ' ἀπ' αὐχμοῦ φθείρεται· ἐὰν μὴ ὄψιον ὕδωρ σώσῃ. διὰ τοῦτο καὶ εὐλαβητέον φασὶ τὸ μίσγειν τὰ ξενικὰ τοῖς ἐπιχωρίοις, ἐὰν μὴ ἐξ ὁμοίας. ἔτι ἀσύμφωνος χώρα κατὰ τὸν σπορὸν καὶ κατὰ τὴν γένεσιν· ὥστε καὶ ἐργασίας ἑτέρας δεῖται· τάς τε τῆς γῆς διαφορὰς καὶ τὰς τῶν σπερμάτων δυνάμεις, καὶ ἔτι τὰς ἑκάστων ὥρας ἔτι θεωρητέον, ὅταν δὲ εὐετηρία γένηται, καὶ πολυνοστότερα τὰ σπέρματα γίνεται. Ἀθήνησι δ' οὖν αἱ κριθαὶ τὰ πλεῖστα ποιοῦσι τὰ ἄλφιτα. κριθοφόρος γὰρ ἀρίστη. τοῦτο δ' οὐχ ὅταν πλεῖσται γένωνται, ἀλλ' ὅταν λάβῃ τινὰ κρᾶσιν. ἐν δὲ τῇ Φωκίδι περὶ Ἐλάτειαν οἱ πυροὶ καὶ αἱ κριθαί· καὶ παρ' ἄλλοις ἄλλα, πρὸς ἅπερ εὐφυὴς ἑκάστη. βελτίω μὲν οὖν καὶ χείρω τὰ σπέρματα, καὶ διὰ τὴν ἐργασίαν καὶ διὰ τὴν γῆν γίνεται. καὶ γὰρ ἀπαγριοῦται καὶ ἡμεροῦται καθάπερ τὰ δένδρα· καὶ ὅλως μεταβάλλει διὰ τὴν χώραν, ὥσπερ τὸ τῶν δένδρων, καὶ εὐθὺς ἔστηκε πρὸς τὸ χεῖρον. γένος δ' ὅλον ἐξαλλάττειν εἰς ἕτερον, οὐδὲν ἕτερον ἄλλο πέφυκε· πλὴν τίφη καὶ ὕεα. καθάπερ εἴπομεν ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις. καὶ ἡ αἶρα δ' ἐκ τῶν πυρῶν καὶ κριθῶν διαφθειρομένων. ἢ εἰ μὴ τοῦτο, ἀλλὰ φιλεῖ γε μάλιστα ἐν τοῖς πυροῖς γίνεσθαι· καθάπερ καὶ ὁ μελάμπυρος ὁ Ποντικός, καὶ τὸ τῶν βολβῶν σπέρμα· καὶ ἄλλα δὲ ἐν ἄλλοις τῶν σπερμάτων. ἐπεὶ καὶ ὁ αἰγίλωψ δοκεῖ μᾶλλον ἐν ταῖς κριθαῖς. ἐν δὲ τοῖς ἀφάκοις ἄρακος, τραχὺ καὶ σκληρόν. ἐν δὲ ταῖς ἀφάκαις ὁ πελεκῖνος ὅμοιον τῇ ὄψει τῷ πελέκει. σχεδὸν δὲ καθ' ἕκαστόν ἐστι τὸ συνεκτρεφόμενον καὶ συναναμιγνύμενον· εἴτε διὰ τὰς χώρας (ὅπερ οὐκ ἄλογον) εἴτε δι' ἄλλην αἰτίαν. ἔνια δὲ καὶ φανερῶς ἐστι κοινὰ πλειόνων. ἀλλὰ διὰ τὸ μάλιστα ἔν τισιν εὐσθενεῖν, ἴδια τούτων φαίνεται, καθάπερ ἡ ὀροβάγχη τῶν ὀρόβων, καὶ ἡ ἀπανίνη τῶν φακῶν. ἀλλὰ ἡ μὲν μάλιστα ἐπικρατεῖ τῶν ὀρόβων διὰ τὴν ἀσθένειαν· ἡ δὲ ἀπανίνη μάλιστα ἐν τοῖς φακοῖς εὐτροφεῖ. τρόπον δέ τινα παραπλήσιός ἐστι τῇ ὀροβάγχῃ, διὰ τὸ ἐπιβάλλειν καὶ κατέχειν ὅλον· ὥσπερ πλεκτάνη· ἀποπνίγει γὰρ οὕτως· ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα εἴληφε. τὸ δ' ὑποφυόμενον εὐθὺς ἐκ τῆς ῥίζης τῷ κυμίνῳ καὶ τῷ βουκέρῳ τὸ αἱμόδωρον, μονόκαυλον, οὐκ ἀπεμφερὲς τῷ καυλῷ· πλὴν βραχύτερόν τι πολύ, καὶ ἄνωθέν τι κεφαλῶδες ἔχει. ῥίζαν δὲ ὑποστρόγγυλον. οὐδὲν δ' ἕτερον ἀφαυαίνεται παρὰ τὸ βούκερας. γίνεται γὰρ διὰ ταῦτα ἐν ταῖς λεπταῖς, οὐκ ἐν ταῖς πιείραις. ὥσπερ καὶ τῆς Εὐβοίας ἐν τῷ Ληλάντῳ μὲν οὐ γίνεται, περὶ δὲ τὸν Κάνηθον καὶ εἴ τις ἄλλος τοιοῦτος τόπος. ταῦτα μὲν οὖν κοινὰ πλειόνων ὄντα κατισχύει μᾶλλον ἐν τοῖς εἰρημένοις διὰ τὴν ἀσθένειαν.

& ex frigidis pari ratione transferre. Tranſlata ex locis hybernis, eruptionem in præcoquibus prorogant. Quapropter ſqualloreinter eunt, niſi pluuia ſerotina ſeruarit. Ob id cauendum cenſent ne peregrina vernaculis permiſceantur, niſi ex ſolo ſimili migrarint. Nam vt loco in ſerendo oriendoque inuicem diſcrepant; ita cultura egeant diuerſa neceſſe eſt. Ad hæc differentias telluris ac vires ſeminum, atque etiam ſingulorum temporum obſeruandum. Cum vero proſpere tempora anni ſuceſſere, ſemina etiam grauiora, ſuauioraq; redduntur. Athenis itaque hordeum quod farinæ partem maiorem conficit, (is enim ager hordeum eximie fert) non cum plurimum fuerit, ſed cum qnandam conſequatur temperiẽ, optimum euadit. In Phocide vero circa Elatiam nõ ſolum hordeum, ſed etiam triticum optime redditur. Et apud alios alia, ad quæ ſoli cuiuſque natura valet. Ergo ſemina meliora deterioraue tum cultura tum terræ natura fieri poſſunt. Syluestria enim fiunt, aut manſueſcunt modo arborum; atq; in totũ propter regionem protinus vti arbores deterius proueniunt. Genus autem, quod totum tranſire in aliud aptum ſit, nullum præterquam tipham, & ſemen comperies: ſicuti inter primas diſputationes propoſui. Necnon & lolium ex tritico, & hordeo corruptis, enaſcitut. Vel ſi id minus, naſci quidem inter triticum ſolitum eſſe, nulli dubium eſt. Vt etiam Ponticum illud triticum atrum cognominatum, & ſemen bulborum, & cætera quæ naſci inter alia ſemina ſolent. Nam & auenamagis in hordeo videtur: & in lente, aracus, res ſcabra, & dura. In aphacis autem ſecurina ſecuri ſimilis. Atque in omnibus fere ineſt, quod ſimul alatur intermiſceaturque, ſeu ratione telluris. (quod non inepte putaueris) ſeu ob aliam quandam cauſam. Nonnulla etiam manifeſte communia plurimum erumpunt. Sed quoniam plus inter aliqua veleant, propria eorum putantur: exempli gratia eriuanga erui, & lappa lentis: quod altera eruum potiſſimũ vincat cauſa imbecillitatis, altera inter lentem maxime coaleſcat, quæ quidem eriuangæ proxima eſt. Etenim pari modo aggreditur, & herbam totam veluti brachijs capeſſit: nec ſecus angit, ac ſtrangulat. Quod autem ſtatim ab radice cumino & fœno græco ſubnaſcitur, & hæmodorum vocatur; vnicaule eſt. nec abſimili caule ſurgit. verum longe breuiori, & inſtar capitis ſuperne vicem quiddam gerente. radice ſubrotunda innititur. Nullum fœno græco excepto, inareſcit ſolo tenui. Nec ullo pacto pingui hæc prodeunt. Vt in Eubœa apud Lelantum quidem naſci omnino nequeunt: apud autem Canethum, & ſi quis alius eiuſmodi locus ſit, queunt. Igitur ea tametſi communia plurimũ exeant, tamen inter prædicta infirmitatis cauſa dominari facile poſſunt.

ΚΕΦ. Θ. — CAP. IX.

De coctibili legumine & incoctibili. Triticum bonam terram expoſcere. Hordeum & in graciliore ſolo proficere. Cur ſtercorari terram a faba putetur. Item de ſemine quam ſpeltam nunc dicimus. Necnon de bromo, ſiligine, tipha, auena, lolio, ſeſama.

Τὸ δὲ τέραμον καὶ ἀτέραμον λέγεται μὲν ἐπὶ τῶν ὀσπρίων. οὐκ ἄλογον δὲ καὶ ἐπὶ τῶν σιτηρῶν παραπλήσιον ἢ καὶ ταὐτό τι συμβαίνειν. ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ τὴν αὐτὴν εἶναι χρείαν οὐχ ὁμοίως ἐμφανές. ἐπεὶ οὐδ᾽ ἐπὶ τούτων ἁπάντων ὁμοίως, ἀλλὰ μάλιστα ἐπὶ τῶν κυάμων λέγεται καὶ φακῶν. εἴτ᾽ οὖν καὶ μάλιστα πασχόντων, εἴτε καὶ διὰ τὴν χρείαν φαινομένων. γίνεται γοῦν πλέον. πολλαχῶς γάρ τόποι τινές εἰσιν οἳ ἀεὶ φέρουσι τεράμονα· καὶ ἄλλοι πάλιν ἀτεράμονα. τὸ δὲ ὡς ἐπίπαν, οἱ λεπτόγεῳ μᾶλλον τεράμονα. καὶ ἀὴρ δὲ καταστασίς τις ποιεῖ τὴν τοιαύτην παραλλαγήν. σημεῖον δὲ, ὅτι ταῦτα τὰ χωρία καὶ ὁμοίως ἐργασθέντα φέρει, τεράμονα, ποτὲ δὲ ἀτεράμονα. περὶ Φιλίππους δὲ ὁ κύαμος λικμώμενος ἐὰν ὑπὸ πνεύματος ἐγχωρίου ληφθῇ, τεράμων ὢν ἀτεράμων γίνεται. ταῦτα μὲν οὖν μηνύει, διότι πολλαχῶς τῶν δὲ τῶν χωρίων ἔνια σύνορα, καὶ ὁμοίως καθήμενα, καὶ οὐδεμίαν ἔχοντα κατὰ τὴν γῆν διαφοράν· τὸ μὲν τεράμονα, τὸ δ᾽ ἀτεράμονα φέρει. καὶ ἐνίοτε μόνον αὔλακος διοριζούσης. καρποῦται τὴν γῆν μάλιστα πυρός· εἶτα κριθή. διὸ καὶ ὁ μὲν ἀγαθὴν ζητεῖ χώραν· ἡ δὲ κριθὴ δύναται καὶ ἐν ταῖς ψαφαρωτέραις ἐκφέρειν. τῶν δὲ χεδροπῶν μάλιστα ἐρέβινθος, καίπερ ἐλάχιστον χρόνον ἐν τῇ γῇ μένων. ὁ δὲ κύαμος ὥσπερ ἐλέχθη καὶ ἄλλως οὐ βαρὺς, καὶ ὅτι κοπρίζειν δοκεῖ τὴν γῆν διὰ μανότητα καὶ εὐπεψίαν. διὸ καὶ οἱ περὶ Μακεδονίαν καὶ Θετταλίαν, ὅταν ἀνθῶσιν, ἀναστρέφουσι τὰς ἀρούρας. τῶν δὲ ὁμοιοπύρων, καὶ ὁμοιοκρίθων, οἷον ζειᾶς, τίφης, ὀλύρας, βρόμου, αἰγίλωπος, ἰσχυρότερον καὶ μάλιστα καρπιζόμενον, ἡ ζειά. καὶ γὰρ πολύρριζον, καὶ βαθύρριζον, καὶ πολυκάλαμον. ὁ δὲ καρπὸς κουφότατος καὶ προσφιλὴς πᾶσι τοῖς ζώοις. τῶν δ᾽ ἄλλων ὁ βρόμος πολύρριζος· καὶ γὰρ οὗτος πολυκάλαμος. ἡ δὲ ὀλύρα, μαλακώτερον καὶ ἀσθενέστερον τούτων. ἡ δὲ τίφη, πάντων κουφότατον. καὶ γὰρ μονοκάλαμον· διὸ καὶ χώραν ζητεῖ λεπτὴν, οὐχ ὥσπερ ἡ ζειὰ πίειραν καὶ ἀγαθήν. ἔστι δὲ δύο ταῦτα καὶ ὁμοιότατα τοῖς πυροῖς, ὅτ᾽ αἰγίλωψ καὶ ὁ βρόμος· ὥσπερ ἄγρια ἄττα καὶ ἀνήμερα. ἐπικαρπίζεται δὲ σφόδρα καὶ ὁ αἰγίλωψ τὴν γῆν καὶ ἔστι πολύρ-

Coctibile dici & incoctibile de leguminibus tantummodo ſolet. Verumtamen & in frumentaceis idem aut proximum euenire non abſque ratione putaueris. Sed quoniam vſus non idem ſit, non æque percipi poteſt, neque in omnibus leguminibus ex æquo ſentitur, ſed præcipue in faba, & lente: ſeu quod hæc maiorem in modum afficiantur, ſeu etiam quod propter frequentiorem vſum magis appareant. Largius ſane fieri ſolent. Sunt enim loca permulta, quæ ſemper coctibilia ferunt, & alia quæ incoctibilia. Sed omni quaſi ex parte terra tenuis coctibilia potius reddit. Cœli quoque conditio mutationem eiuſmodi afferre nimirum poteſt. Argumentum, quod eædem ſegetes alias coctibilia, alias incoctibilia reddant. Faba apud Philippos cum ventilatur, ſi ab afflatu eius regionis perfletur, ex coctibili fit incoctibilis. Hæc igitur multifariam rem iſtam poſſe fieri monſtrant, quandoquidem & ſegetum nonnullæ conterminæ inter ſe, ſitumque ſimilem obtinentes, nec ullam telluris differentiam ſortientes, non pari modo fructificant: ſed hæc coctibilia; illa incoctibilia parit etiam ſulco tantum nonnunquam ſegetes diſcernente. Emacerat potiſſimum terram triticum: tum hordeum. Quamobrem triticum terram bonæ frugis expoſcit. Hordeum in graciliori ſolo proficere ſatis poteſt. Cicer autem inter legumina maxime: quanquam in ea minus temporis maneat. Faba (vt dictum eſt) cum alias grauis non eſt, tum quod tellurem raritatis ſuæ, ac putredinis cauſa, ſtercorare putatur. Ob id qui circa Macedoniam atque Theſſaliam colunt, cum fabæ florent, arua inuertere conſueuerunt. Inter ea, quæ tritico, & hordeo ſimilia ſunt ceu ſemen, tipham, ſiliginem, bromum, auenam, robuſtiſſimum & maxime terram extenuans ſemen redditur. Quippe cum radix ei multiplex, atque alta, culmuſque numeroſus ſit: fructus facillimus, omnibuſque animalibus gratiſſimus eſt. Inter reliquas bromus radice numeroſiore conſiſtit: is enim multis diſpergitur culmis. Siligo prædictis mollior atque infirmior eſt. Tipha omnium leuiſſima eſt: nam & in ſimplici culmo aſſurgit, & ſolo proinde tenui contenta eſt. nec vt ſemen, pingue & lætum deſiderat. Sunt duo illa, ſemen & tipha perquam ſimilia tritico. Auena vero & bromus veluti ſilueſtria quædam, & immitia ſunt. Auena quoque terram vehementer extenuat, & multiplici tum radice, tum calamo

ῥίζον καὶ πολυκάλαμον. ἡ δὲ αἶρα παντελῶς ἀπηγριωμένον. τῶν δὲ ἐν τοῖς θερινοῖς ἀρότοις, τὸ σήσαμον δοκεῖ χαλεπώτατον εἶναι τῇ γῇ, καὶ μάλιστα καρπίζεσθαι· καὶ πολυκαλαμώτερον, καὶ παχυκαλαμώτερον, καὶ πολυρριζότερον κέγχρου. διαφέρει δὲ ταῦτα πρὸς τὴν γῆν κοῦφα, καὶ πρὸς τὴν ἡμετέραν τροφήν. ἔνια γὰρ ἐναντίως, ὥσπερ τὰ χεδροπὰ, καὶ οἱ κέγχροι. καὶ τὰ πρὸς ἡμᾶς δὲ ὥσπερ ἐλέχθη τί, καὶ τ' ἄλλα ζῶα.

conditur, Lolium ſylueſtre penitus eſt. Omnium autem quæ æſtiuis ſementibus ager recipit, ſeſama terræ moleſtiſſima eſſe, pluſrimumque poſſe extenuare putatur: vt pote quæ multipliciori, craſſiorique calamo, & numeroſiore conſtet radice, quam milium. Sed quæ terræ, quæque homini ratione cibi facilia ſentiamus, differre inter ſeſe plane videntur. Quædam enim e contrario facilia veniunt, vt legumen, vt milium. Adde ſi quid pro vſu hominum facilitatem e diuerſo quam pro vſu cæterorũ animantiũ ſortiri appareat.

ΚΕΦ. Ι. — CAP. X.

De vitijs frugum, & beſtiolis nocentibus: tum quæ fruges plurimum, & quæ minimum durent. Item à rure rus, & cœlum a cœlo differre.

Τῶν δὲ σπερμάτων νοσήματα τὰ μὲν, κοινὰ πάντων ἐστίν· οἷον ἐρυσίβη. τὰ δ' ἴδια τινῶν· οἷον ὁ σφακελισμὸς τοῦ ἐρεβίνθου, καὶ τὸ ὑπὸ καμπῶν κατεσθίεσθαι καὶ ὑπὸ ψύλλων θηρίων. ἔνια δὲ καὶ ψώραις καὶ ἅλμαις καθάπερ τὸ κύμινον. τὰ δὲ ἐπιγινόμενα ζῶα εἰ μὴ ἐξ αὐτῶν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἔξωθεν, οὐχ ὁμοίως βλάπτει. ἐπιγίνεται γὰρ ἡ μὲν κανθαρὶς ἐν τοῖς πυροῖς· τὸ δὲ φαλάγγιον ἐν ὀρόβοις. ἄλλα δ' ἐν ἄλλοις. ἐρυσίβαι δ' ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν εἰς τὰ σιτώδη μᾶλλον τῶν ὀσπρίων. αὐτῶν δὲ τούτων ἡ κριθὴ μᾶλλον ἢ πυρός. καὶ τῶν κριθῶν ἕτεραι ἑτέρων, μάλιστα δ' ὡς εἰπεῖν ἡ Ἀχιλληΐς. διαφέρει δὲ καὶ ἡ τῶν χωρίων θέσις καὶ ἡ φύσις μικρόν. προσήνεμα γὰρ καὶ τὰ μετέωρα βλάπτουσιν αἱ ἐρυσίβαι ἢ ἧττον· ἀλλὰ τὰ ἔγκοιλα καὶ ἄπνοα. γίνεται δὲ ἡ ἐρυσίβη πανσελήνοις μάλιστα. ἀπόλλυται δὲ καὶ ὑπὸ τῶν πνευμάτων καὶ πυρὸς καὶ κριθή· ὅταν ἢ ἀνθοῦντα ληφθῇ, ἢ ἄρτι ἀπηνθηκότα καὶ ἀσθενῆ. μᾶλλον δὲ κριθή. πολλάκις δ' ἤδη ἐν τῷ ἁδρύνεσθαι. ἐὰν πνεῦμά τις μεγάλη καὶ πλείω χρόνον ἐπιγένηται. ξηραίνει γὰρ καὶ ἀφαναίνει. ὃ καλοῦσί τινες ἐξανεμοῦσθαι. διαπόλλυσι δὲ καὶ ἥλιος ὁ ἐκνέφελος ἄμφω· καὶ μᾶλλον πυρὸν ἢ κριθήν. ὥστε μηδ' ἐπίδηλον εἶναι τὸν στάχυν τῇ ὄψει ὄντα κενόν. τὸν δὲ πυρὸν ἀπολλύουσι καὶ οἱ σκώληκες. οἱ μὲν εὐθὺς κατεσθίοντες φυομένου τὰς ῥίζας· οἱ δὲ, ὅταν αὐχμῶντες ἀποτελειωθῆναι μὴ δύνωνται. τότε γὰρ ἐγγινόμενος ὁ σκώληξ ἐσθίει τὸν ἀποπνιγμένον κάλαμον. ἐσθίει δὲ ἄχρι τοῦ στάχυος. εἶτ' ἐξαναλώσας ἀπόλλυται· καὶ ἐὰν μὲν ὅλον ἐκφάγῃ, τελέως αὐτὸς ὁ πυρός. ἐὰν δὲ ἐπὶ θατέρου τοῦ καλάμου καὶ ἐκβιάζηται τὴν ἀπόχυσιν, τοῦτο μὲν οὖν τοῦ στάχυος, θάτερον δὲ ὑγιές. γίνεται δὲ οὐ πανταχοῦ τὸ περὶ τοὺς πυρούς. οἷον ἐν Θετταλίᾳ. ἀλλὰ κατὰ χώρας τινὰς ὥσπερ ἐν τῇ Λιβύῃ, καὶ τῆς Εὐβοίας, ὥσπερ ἐν τῷ Ληλάντῳ. σκώληκες δὲ γίνονται καὶ ἐν τοῖς

SEminum autem vitia quædam omnibus communia ſunt, vt rubigo: quædam propria dantur quibuſdam; vt tabitudo radicis ciceri, & vricarum infeſtatio. Alijs etiam pulicum eroſio. Nonnulla etiam ſcabie atque ſalſugine pereunt, vt cuminum. Animalia vero ſi non in ijs ipſis gignantur, ſed extrinſecus fiunt, non æque officiunt. Naſcitur enim in tritico cantharis, & in eruo phalangium, & in alijs alia genera. Rubigines, (vt ſimplicius loquar) in frumentaceis magis quã leguminibus. Inter frumentacea hordeum magis quam triticum ſentit: & inter hordea aliud plus, aliud minus; ſed præcipue Achilleis. Nec ſegetum ſitus naturaque parum refert. Fractus enim excelſi perſlatique, rubiginem nullam, aut minimam ſentiunt. Concaui & flatibus nullis expoſiti contra frequentiſſimam habent. Gignitur hæc plenilunio maxime. Intereunt vel afflatibus triticum, atque hordeum, cum aut florentia perflentur, aut flore dimiſſo protinus infirma concutiantur. Sed hordeum magis ita perire certum eſt: ſæpe etiam cum craſſeſcunt. Si vehementius, diutiuſque flatus inuaſerint, exiccantur & penitus inareſcunt. Quod quidam euentari dixerunt. Sol quoque ex nube ambo iſta interimit, ſed triticum magis, quam hordeum: & ita quanquam ſpica exinanita ſit, viſu tamen percipi minime poſſit. Triticum etiam vermiculi enecant. Alij protinus naſcens erodentes radicitus. Alij cum præ ſiccitate abſolui nequeunt. Tunc enim vermiculus culmum vſq; ad ſpicã erodit; dein alimento cõſumpto emoritur. Et ſi totum eroſit, triticũ ipſum omnino interit. Si vero alteram tantummodo culmi partem, frugemque fundendam eatenus violauit; id quidem ſpicæ pereat neceſſe eſt. Reliquum autem incolume extat. Euenit hoc in tritico non omnibus locis; vt in Theſſalia, ſed paucis quibuſdam; vt in Africa, & in Lelanto Eubœæ. Vermiculi vel in ciceris, & cicerculis ip-

ὄχροις καὶ ἐν τοῖς λαθύροις καὶ τοῖς πίσοις, ὅταν ὑγρανθῶσι καὶ θερμημερίαι γίνωνται καὶ καθάπερ ἐν τοῖς ἐρεβίνθοις αἱ κάμπαι. τὰ δὲ ἐξαναλώσαντα τὰς τροφὰς ἀπολλύνται καὶ ἐν τοῖς χλωροῖς καὶ ἐν τοῖς καρποῖς· οἷον οἵ τε ἶπες, καὶ οἱ ἐν τοῖς κυάμοις ἐγγινόμενοι, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς δένδροις, καὶ ἐν τοῖς ξύλοις ἐλέχθη· πλὴν τῶν κερατιῶν καλουμένων. πρὸς ἅπαντα δὲ ταῦτα μεγάλως διαφέρουσιν αἱ χῶραι, οὐκ ἀλόγως. ὁ γὰρ ἀὴρ εὐθὺς διάφορος τῷ θερμὸς ἢ ψυχρὸς εἶναι, ἢ ὑγρὸς ἢ ξηρὸς, ἕκαστος δ' ἐστὶ γεννῶν. διὸ καὶ ἐν αἷς εἰώθασι γίνεσθαι, οὐκ ἀεὶ γίνονται. τῶν δὲ σπερμάτων οὐχ ἡ αὐτὴ δύναμίς ἐστιν, εἴς τε τὴν βλάστησιν καὶ εἰς θησαυρισμόν. ἔνια μὲν γὰρ βλαστάνει καὶ τελειοῦται τάχιστα καὶ θησαυρίζεται κάλλιστα. καθάπερ ἔλυμος, καὶ κέγχρος. ἔνια δὲ βλαστάνει μὲν, οὐ ταχέως δέ. καθάπερ ὁ κύαμος, καὶ μᾶλλον ὁ ἀτεράμων. ταχὺ δ' ἡ ἀφάκη, καὶ ὁ δόλιχος διαφθείρεται, κριθὴ δὲ πυροῦ θᾶττον. καὶ ὁ κονιορτώδης ἢ ἀκονίορτος. καὶ ἐν τοῖς κονιορτοῖς ἅπασιν. οἷον ἀκονιατοῖς ἢ ἀκονιάτοις. ἐγγίνεται διαφθειρομένοις σπέρμασιν ἴδια ζῶα, καθάπερ ἐλέχθη πλὴν ἐρεβίνθου. μόνος γὰρ οὗτος οὐ ζωογονεῖ. καὶ σηπομένοις μὲν πᾶσι σκώληξ· κοπτομένοις δὲ, καθ' ἕκαστον ἴδιον. πάντων δὲ μάλιστα διαμένουσιν ἐρέβινθος καὶ ὄροβος. τούτων δ' ἔτι μᾶλλον ὁ θέρμος ἀλλ' ἔοικεν οὗτος ὥσπερ ἄγριος. διαφέρει δὲ ὡς ἔοικε χώρα χώρας, καὶ ἀὴρ ἀέρος εἰς τὸ κόπτεσθαι καὶ μὴ τὰ σπέρματα· ἐν Ἀπολλωνίᾳ γοῦν τῇ περὶ τὸν Ἰόνιον, οὐκ ἐσθίεσθαί φασιν ὅλως κύαμον. διὸ καὶ εἰς θησαυρισμὸν ἀποτίθεσθαι. διαμένει δὲ καὶ περὶ Κύζικον ἐπὶ πλείω. μέγα δὲ πρὸς διαμονὴν καὶ τὸ ξηρὰ θερίζειν. ἐλάττων γὰρ ἡ ὑγρότης. θερίζουσι δ' εὐχυλότερα τὰ μὲν χεδροπὰ πρὸς τὸ μᾶλλον καὶ ῥᾷον συλλέξαι. ταχὺ γὰρ καταρρεῖ· καὶ αὐανθέντα θρύπτεται· τὰς δὲ κριθὰς, καὶ γένος τι κριθῶν, διὰ τὸ βελτίους εἰς τὰ ἄλφιτα γενέσθαι μὴ ἀπεξηραμένας. διὸ καὶ εἰς θωμοὺς συντιθέασι καὶ πυροὺς καὶ κριθάς· καὶ δοκοῦσιν ἁδρύνεσθαι ἐν θωμῷ μᾶλλον ἢ λεπτοσαρκεῖν. οὐκ ἐσθίεται δὲ σῖτος ὅταν ὑσθεὶς περιφυῇ. ἀθέριστος δὲ μάλιστα διαμένει ὁ πυρός. ἔτι δὲ μᾶλλον ὁ θέρμος. οὐδὲ γὰρ θερίζουσι τοῦτον τὸν τρόπον πρὶν ὕδωρ γενέσθαι, διὰ τὸ ἐκπηδᾶν θεριζόμενον καὶ ἀπόλλυσθαι τὸ σπέρμα.

ſis gignuntur, cum ſecutis imbribus calor repentinus humorem incluſerit, quemadmodum in ciceribus naſci vricæ ſolent. Qui autem alimenta ſua conſumpſerint, tam in herbis, quam in fructibus pereunt; vt impes, & qui fabis, reliquiſque innaſcuntur, vt de arboribus & lignis retulimus: exceptis qui ceraſtæ vocantur. Igitur ad hæc omnia tractuum natura plurimum refert, nec temere. Ipſum enim cœlum diuerſum caliditate aut frigiditate, aut humiditate aut ſiccitate: hoc autem fructus perficere conſummareque potiſſimum patet. Quapropter quibus locis fieri ſolent, non ſemper fiunt. Seminibus autem non vis eadem ad germinandum ac reſeruandum vtique datur. Quædam enim germinant, conſummanturq; celerrime, & reſeruari egregie poſſunt; vt panicum, & milium: quædam germinant quidem, ſed non celeriter, vt faba, & præcipue quæ coctibilis. Pereunt celeriter aphaca, atque ſiliqua: hordeum celerius quam triticum: & puluerulentum celerius quam purgatum: & quod in horreis calce leuigatis conditum eſt, quam quod in non ita leuigatis. In corruptis itaque animalia propria gignuntur (vt dictum eſt) cicere excepto. Id enim ſolum gignere animal nullum poteſt. Et in putreſcentibus quidem omnibus vermis conſiſtit. Contuſis autem ſponte vt fit, ſingulatim proprium quiddam gignitur. Cicer & eruum omninm maxime durant. Lupinum longe ijs diuturnius eſt. Sed hoc quodammodo pro ſylueſtri habetur. Differt etiam rus a rure, & cœlum a cœlo ad ſeminum corruptionem conſeruationemque. Itaque apud Appolloniam maris Ionij fabam nullo pacto corrodi aiunt. Ideoque reſeruandam reponi. Quin & circa Cyzicum diu durare poteſt. Metere quoque toſta plurimum ad diuturnitatem ſane facit: ſic enim humoris minus relinquitur. Metunt vegetiora legumina quidem, quo plus faciliuſque legere poſſint. Celeriter enim defluunt, & arefacta franguntur. Triticum vero, & quoddam hordei genus non penitus exiccari patiuntur, quod ad reddendam farinam, meliora minus arefacta putantur. Qua de cauſa in aceruos tam triticum quam hordeum componere aſſolent. Videtur enim in aceruo craſſeſcere potius, quam attenuari. Frumentum nequaquam corrodi poteſt, cum admiſſo imbre prouenerit. Triticum in ſpica nondum meſſum durare maxime poteſt: atq; etiam magis lupinum. Nec enim id metunt prius, quam imber inceſſerit: quoniam inter metendum exiliat atque ita pereat ſemen.

ΚΕΦ. ΙΑ. / CAP. XI.

Anniculum ſemen optimum ad ſementem. Deque lupino, & auena.

Πρὸς ἔκφυσιν δὲ καὶ τὴν ὅλην σπορὰν ἄριστα δοκεῖ τὰ ἐνάενα. τὰ δὲ δίενα χείρω,

AD exortum autem, vniuerſamque ſementem, ſemen anniculum, optimum putatur:

καὶ τὰ τέλεια. τὰ δ᾽ ὑπερτείνοντα σχεδὸν ἄγονα. πρὸς δὲ τὴν σίτησιν ἀρκοῦντα. βίος γάρ ἐστιν ἑκάστοις ὡρισμένος εἰς γονήν. καίτοι καὶ ταῦτα παραλλάττει ταῖς δυνάμεσι διὰ τοὺς τόπους, ἐν οἷς ἂν θησαυρίζωνται. τὸ γοῦν Καππαδοκίας ἐν χωρίῳ τινὶ τῷ καλουμένῳ Πέτρᾳ καὶ τετταράκοντα ἔτη διαμένειν φασί. γόνιμα δὲ καὶ χρήσιμα πρὸς σπόρον· εἰς δὲ τὴν σίτησιν ἑξήκοντα ἢ ἑβδομήκοντα. τὸ γὰρ ὅλον οὐκ ὄπτεσθαι. τὰ δὲ ἱμάτια καὶ τὴν ἄλλην γάζαν κόπτεσθαι. τὸ γὰρ χωρίον ἄλλως τε ὑψηλὸν εἶναι, καὶ εὔπνουν, καὶ εὔαυρον αἰεί· καὶ ἐπὶ ἀνατολῆς ἔχουσι, καὶ δύσεως, καὶ μεσημβρίας· φασὶ δὲ καὶ ἐν Μηδείᾳ καὶ ταῖς ἄλλαις ὑψηλαῖς χώραις, διαμένειν θησαυριζόμενα πολὺν χρόνον. ἐρέβινθον δὲ καὶ θέρμον καὶ ὄροβον καὶ κέγχρον καὶ τὰ τοιαῦτα· δηλονότι πολλῷ πλείω τούτων. ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς περὶ τὴν Ἑλλάδα τόποις. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὥσπερ εἴρηται τῶν τόπων ἴδια. δοκεῖ δὲ καὶ γῆ τις εἶναι παρά τισιν, ἣ διαπαττομένη συντηρεῖ τὸν πυρόν. ὥσπερ ἥ τε ἐν Ὀλύνθῳ, καὶ ἐν Κηρίνθῳ τῆς Εὐβοίας. ποιεῖ δὲ χείρω μὲν εἰς τὴν σίτησιν, ἁδρότερον δὲ τῇ προσόψει· παραπάττουσι δὲ χοίνικα εἰς τὸν μέδιμνον· πυρωθέντα δὲ πάντα τὰ σπέρματα ἀπόλλυται καὶ ἀβλαστῆ γίνεται· καίτοι περί γε Βαβυλῶνά φασι τὰς κριθὰς καὶ τοὺς πυροὺς ἐπὶ τῆς ἅλω πηδᾶν, ὥσπερ τὰ φρυγόμενα. ἀλλὰ δῆλον ὅτι διαφορά τις ἐστὶ τῆς θερμότητος. καὶ οὐχ ἁπλῶς πῶς θερμασία γίνεται καὶ ἡ πήδησις· καὶ τὰ μὲν τοιαῦτα σχεδὸν ὥσπερ εἰκόνες δόξαιεν ἂν εἶναι πάντων ἢ τῶν πλείστων. ἔνια δὲ ἔχει τινὰ ἰδιότητα ἢ τῶν δοκούντων ὥσπερ ἀγρίων εἶναι κατὰ τὴν γένεσιν καὶ ἔκφυσιν· ὥσπερ ὁ θέρμος, καὶ ὁ αἰγίλωψ. ὁ μὲν γὰρ θέρμος καίπερ ἰσχυρότατος ὤν, ὅμως ἐὰν μὴ εὐθὺς ἐκ τῆς ἅλω καταβληθῇ, κακοφυὴς γίνεται, καθάπερ ἐλέχθη. καὶ τὸ ὅλον δὲ οὐκ ἐθέλει κρύπτεσθαι τῇ γῇ. διὸ καὶ οὐχ ὑπαροῦντες σπείρουσι. πολλάκις δὲ κἂν εἰς ὕλην ἢ βοτάνην τινὰ πέσῃ, διωσάμενος ταύτην, συνάπτει τὴν ῥίζαν τῇ γῇ καὶ βλαστάνει. χώραν δὲ ὕφαμμον ζητεῖ καὶ φαύλην μᾶλλον. τὸ δὲ ὅλον οὐκ ἐθέλει φύεσθαι τῇ διειργασμένῃ. ὁ δὲ αἰγίλωψ ἀνάπαλιν. ἐν γὰρ τῇ γεωργουμένῃ κάλλιον· καὶ ἐνιαχοῦ δὲ πρότερον ἀβλαστὴς ὤν, ἐὰν γεωργηθῇ, βλαστάνει καὶ γίνεται πολύς, καὶ ὅλως δὲ φιλεῖ χώραν ἀγαθήν· ἴδιον δὲ αὐτοῦ λέγεται πρὸς τὰ ἄλλα τὰ σιτώδη σπέρματα καὶ ἡ παρ᾽ ἐνιαυτὸν βλάστησις ἑκατέρου τῶν σπερμάτων. διὸ καὶ οἱ βουλόμενοι τελέως φθεῖραι (δύσφθαρτον γὰρ δὴ φύσει τυγχάνει) τὰς ἀρούρας ἀνιᾶσιν ἀσπόρους ἐπὶ δύο ἔτη καὶ ὅταν ἀναβλαστήσῃ, τὰ πρόβατα ἀφιᾶσι πολλάκις ἕως ἂν ἐκνεμηθῶσι καὶ αὕτη γίνεται φθορὰ παντελής. ἅμα δὲ τοῦτο μαρτυρεῖ καὶ τὴν παρὰ μέρος βλάστησιν.

tatur : bimum deterius, & trimum : quod autem vltra, ſterile ferme eſt, quanquam ad vſum cibarium idoneum ſit. Omnibus enim ad generandum vita data eſt definita, licet eadēq; viribus inter ſeſe differant : locorum ſcilicet cauſa, quibus condantur. Quamobrem Cappadociæ loco quodam Petra vocato, vel quadragenos annos fœcunda, & ad ſemētem percommoda durare proditum eſt· ſexagenos autem & ſeptuagenos ad vſum cibarium ſeruari poſſe idonea. In totum enim corrupta ea nunquam referunt, quamuis veſtem reliquamque gazam corrumpi poſſe concedant. Locum etenim iſtum cum alias excelſum, tum flatibus eſſe apertum: & auris ab exortu, occaſu, meridieq; editum. Ferūtq; & in Media, reliquiſq; excelſis tractibus, condita diu perdurare. Sed cicer, lupinum, eruum, milium, & reliqua id genus longe diutius: quod etiam in quibuſdam fieri poteſt circa Græciam locis. Sed hæc locorum propria ſunt, vt ſupra iam diximus. Creditur & terrā apud quoſdam haberi, qua illitum triticum ſeruari vnice poteſt : vt quæ apud Olynthum, & Eubœæ apud Cerinthum effoditur. Reddit hæc triticum deterius quidē ad vſum cibarium, ſed aſpectu craſſius facit. Sextarium ad modium illinire ſolitum eſt. Quodq; autem ſemē feruefactum perit, ac ſterile redditur. Quanquam ſunt, qui hordeum, & triticum apud Babylonem reſilire in area, modo eorum quæ friguntur, enarrent. Sed enim caloris vehementia quadam hoc fieri intelligendum eſt. Et communia quidem hæc quaſi omnium, aut plurimorum. Quædam vero ex ijs, quæ ſylueſtria quaſi putantur, proprietatem quandam tum in generatione, tum in germinatione ſortiri plane videntur : vt lupinum, atque auena. Lupinum enim licet robuſtiſſimum ſit, tamen niſi protinus ab area terræ mandaueris, male proueniet; quemadmodum dictum eſt. Atq; in totum condi hoc legumen ſubter terram recuſat. Qua de cauſa ne ſubarantes quidem id ſerunt, & ſæpe ſi in materiem, aut herbam prædenſam quampiam incidat, eam vi ſumma impellendo diducit, radiceq; terram contingit & germinat. Solum arenoſum & vitioſum potius poſcit, atq; in totum cultis prouenire non vult. Auena e diuerſo: cultis enim melius hæc erumpit. Et nonnuſquam quæ prius germinis infœcūda eſſet, ſi diligenter colatur, germinat, copioſaq; redditur. In totum, ſolum hæc frugale deſiderat. Peculiari autē illo a cęteris frumētaceis hæc diſcerni putatur, quod annis alternis vtrumque ſemen aptum ſit prouenire. Quamobrem, qui eam delere volunt (deleri enim percontumax eſt) ſegetes annos duos laxant a ſatu. Cumque plene diffuſa in herbam eſt, pecus ſæpe impellunt, vſq; dum penitus depaſcatur. Idq; planiſſimū eius exitium fit. Quod ſimul & alternatam eius germinationem teſtatur.

THEOPHRASTI DE HISTORIA PLANTARVM LIBER NONVS.

A. CAP. I.

De humore, & ſapore plantarum. Deque gumma, & lachryma. Quodque lachrymis & thus, & myrrha, & balſamum, & maſtica annumerentur. Tum de cardui, pineæ, equapij, laſerpitij, & vitis lachryma.

H Ὑγρότης ἡ οἰκεία τῶν φυτῶν, ἣν δὴ καλοῦσί τινες ὀπὸν, ὀνόματι κοινῷ προσαγορεύοντες, δύναμιν ἔχει δηλονότι τὴν καθ᾽ αὑτὴν ἑκάστη. χυμὸς δὲ ταῖς μὲν μᾶλλον, ταῖς δ᾽ ἧττον ἀκολουθεῖ, ταῖς δ᾽ ὅλως οὐκ ἂν δόξειεν. οὕτως ἀσθενὴς καὶ ὑδαρής τίς ἐστι. πλείστη μὲν οὖν ὑπάρχει πᾶσι κατὰ τὴν βλάστησιν. ἰσχυροτάτη δὲ μάλιστα ἐκφαίνουσα τὴν ἑαυτῆς φύσιν, ὅταν ἤδη παύσηται καὶ βλαστάνοντα καὶ καρπογονοῦντα. συμβαίνει δέ τισι τῶν φυτῶν καὶ χρόας ἰδίας ἔχειν. τοῖς μὲν λευκὰς, οἷον τοῖς ὀπώδεσι. τοῖς δ᾽ αἱματώδεις, οἷον τῇ κευτηρέᾳ, καὶ τῇ ἀτρακτυλίδι καλουμένῃ ἀκάνθῃ. τοῖς δὲ χλωρόν. τοῖς δὲ ἐν ἄλλῃ χρόᾳ. ἔνδηλα δὲ μᾶλλον ταῦτα ἐν τοῖς ἐπετείοις, καὶ ἐν τοῖς ἐπετειοκαύλοις, ἢ τοῖς δένδροις. ἡ δ᾽ ὑγρότης, τῶν μὲν πάχος ἔχει μόνον, ὥσπερ τῶν ὀπωδῶν· τῶν δὲ καὶ δακρυώδης γίνεται, καθάπερ ἐλάτης, πεύκης, τερμίνθου, πίτυος, ἀμυγδάλης, κεράσου, προύνης, ἀρκεύθου, κέδρου, πτελέας, τῆς ἀκάνθης, τῆς Αἰγυπτίας· καὶ γὰρ αὕτη φέρει κόμμι, πλὴν οὐκ ἐκ τοῦ φλοιοῦ, ἀλλ᾽ ἐν τῷ ἀγγείῳ. ἔτι δὲ ἀφ᾽ ὧν ὁ λίβανος, καὶ ἡ σμύρνα· δάκρυα γὰρ καὶ ταῦτα. καὶ τὸ βάλσαμον, καὶ χαλβάνη, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον· οἷόν φασι τὴν ἄκανθαν τὴν Ἰνδικὴν, ἀφ᾽ ἧς γίνεται τὸ ὅμοιον τῇ σμύρνῃ. συνίσταται δὲ καὶ ἐπὶ τῆς σχίνου, καὶ ἐπὶ τῆς ἀκάνθης, τῆς ἰξίνης καλουμένης, ἐξ ὧν ἡ μαστίχη. ἅπαντα δὲ ταῦτα εὔοσμα· καὶ σχεδὸν ὅσα πιότητά τινα ἔχει καὶ λίπος. ὅσα δ᾽ ἀλιπῆ, ταῦτα δ᾽ ἄοσμα· καθάπερ τὸ κόμμι, καὶ τὸ τῆς ἀμυγδάλης. ἔχει δὲ δάκρυον καὶ ἡ ἰξία ἡ ἐν Κρήτῃ, καὶ ἡ τραγάκανθα καλουμένη. ταύτην δὲ πρῶτον ᾤοντο μόνον ἐν Κρήτῃ φύεσθαι. νῦν δὲ φανερὰ καὶ ἐν Ἀχαΐδι τῆς Πελοποννήσου καὶ ἄλλοθι· καὶ τῆς Ἀσίας περὶ Μηδείαν.

HVMOR Plantæ quam nonnulli ſuccum nomine communi appellant, vires pro cuiuſque plantæ ratione habet. Sapor humorem alium magis, alium minus ſequitur: vt quibuſdam vix ineſſe videatur. Ita exilis, & dilutus in pleriſque ſentitur. Humor igitur plurimus omnibus cum germinare incipiunt: ſed validiſſimus, maximeque ſuam naturam oſtendens, cum iam & a germinatione & a fructificatione ceſſarunt. Accidit vero, vt vel proprium ſucci colorem plantæ habeant nonnullæ. Alijs enim albus, vt lactuoſis. Alijs ſanguineus, vt centeriæ, & ſpinæ, quam agreſtem fuſum appellant. Alijs viridis, alijs alius color. Sed planius hoc in annuis, & annicaulibus, quam in arborum genere. Humor autem ipſe quibuſdam craſſitudine tantum conſiſtit, vt lactuoſis. Quibuſdam etiam in lachrymæ modum gignitur; vt abieti, pino, terebintho, larici, piceæ, amygdalæ, ceraſo, pruno, iunipero, vlmo, ſpinæ Ægyptiæ: nam ea quoque fert gummi, verum non ex cortice, ſed in vaſe. Adde illas, quæ thus, quæ myrrham præſtant: lachrymis enim hæc quoque annumerantur. Ad hæc balſamum, & chalbanam, & ſi quid aliud ſimile ſit. Qualem etiam ſpinam Indicam reddunt, ex qua aliquid myrrhæ ſimile gignitur. Conſiſtit & in lentiſco, & in ſpina ixina dicta lachryma, quæ maſticam reddit. Hæc autem omnia & fere quæcunque aliqua pinguedine conſtant, odorata eſſe notantur: quæ contra pinguedine carent, hæc ſine odore proueniunt: vt gummi, & amygdalæ lachryma. Quin & pinea carduus, quæ in Creta inſula exit, habere lachrymam dicitur: cui & eam quam hirci ſpinam vocant, addunt. Hæc antea naſci tantum in Creta putabatur, nunc vero in Achaia etiam Peloponneſſi, & alijs locis, & in Aſia circa Mediam reperiri certum eſt.

Et eo-

καὶ τούτων μὲν πάντων ἔν τε τοῖς καυλοῖς καὶ τοῖς στελέχεσι καὶ τοῖς ἀκρέμοσι τὸ δάκρυον. ἐνίων δ' ἐν ταῖς ῥίζαις. ὥσπερ τοῦ ἱπποσελίνου καὶ τῆς σκαμμωνίας, καὶ τῶν ἄλλων πολλῶν φαρμακωδῶν. τῶν δὲ καὶ ἐν τῷ καυλῷ καὶ ἐν τῇ ῥίζῃ· καὶ γὰρ τὸν καυλὸν ὀπίζουσι, καὶ ἐνίων τὰς ῥίζας, ὥσπερ καὶ τοῦ σιλφίου. τὸ μὲν οὖν τοῦ ἱπποσελίνου, παρόμοιον τῇ σμύρνῃ· καί τινες ἀκούσαντες ὡς ἐντεῦθεν ἡ σμύρνη, ἡγοῦνται βλαστάνειν ἐν αὐτοῖς ἱπποσέλινον. φυτεύεται γὰρ ὥσπερ ἐλέχθη καὶ ἀπὸ δακρύου τὸ ἱπποσέλινον, ἢ καθάπερ ἡ σκαμμωνία, καὶ ἄλλα. τὸ δὲ τοῦ σιλφίου δριμὺ, καθάπερ αὐτὸ τὸ σίλφιον. ὁ γὰρ ὀπὸς καλούμενος τοῦ σιλφίου, δάκρυόν ἐστιν. ἡ δὲ σκαμμωνία καὶ εἴτι ἄλλο τοιοῦτον, ὥσπερ ἐλέχθη, φαρμακώδεις ἔχει τὰς δυνάμεις. πάντων δὲ τῶν εἰρημένων, τὰ μὲν αὐτομάτως συνίσταται, τὰ δὲ, ἀπ' ἀνατομῆς, τὰ δ' ἀμφοτέρωθεν. τέμνουσι δὲ δηλονότι τὰ χρήσιμα καὶ τὰ μᾶλλον ἀξιόλογα. ἐπὶ γοῦν τοῦ ἀπὸ τῆς ἀμυγδάλης, οὐδὲ μία χρεία δακρύου οὐκ ἀφέλκουσι. πλὴν ἐκεῖνόγε φανερόν· ὅτι ὧν αὐτόματος ἡ πῆξις, τούτων πλείων ἡ ἐπιῤῥοὴ τῆς ὑγρότητος. οὐ τὴν αὐτὴν δ' ὥραν ἁπάντων αἱ ἐντομαὶ καὶ ἡ πῆξις. ἀλλὰ τὸ μὲν τῆς ἀμπέλου μάλιστα συνίστασθαί φασιν, ἐὰν μικρὸν πρὸ τῆς βλαστήσεως τμηθῇ· τοῦ δὲ μετοπώρου καὶ ἀρχομένου τοῦ χειμῶνος, ἧττον· καίτοι πρόσγε καρπολογίαν καὶ ὡραιότητα ταῖς δὲ πλείσταις αὗται.

Et eorum quidem omnium lachryma in caulibus, caudicibus, ramiſque conſiſtit: quorundam autem in radicibus; vt equapij, & ſcammoniæ, & aliorum multorum vim medicam habentium. Nec deſunt, quæ tum in radice, tum in caule habeant. Caulem enim & radicem nonnullorum liquare conſueuere: vt etiam laſeris. Ergo equapij lachryma ſimilis eſt myrrhæ. Quamobrem cum quidam hinc naſci myrrham audiuiſſent, equapium apud ſe prouenire putarunt. Seritur equapium etiam ſua lachryma, vt lilium & alia quædam. Laſerpitij autem lachryma guſtu vehemens modo ipſius laſerpitij eſt. Quod enim laſer vocant, lachryma eſt. Scammonia & reliqua huiuſcemodi, vim medicam (vt retulimus) habent. Ex prædictis autem omnibus, alia ſponte conſiſtunt, alia inciſura, alia modo vtroque. Cæſura ſcilicet capiuntur quæ vtilia, magiſque operæprecium ſunt. Quapropter amygdalæ lachrymam nullus extrahit, nulla enim in re vtilis eſſe poteſt. Quibus concretio ſponte conſiſtit, his fluxus humoris largior prodit. Non eodem tempore omnium inciſuræ atque concretiones notantur. Sed vitis lachrymam conſiſtere potiſſimum aiunt, ſi paulo ante germinationem cædatur. Autumno vero & hyeme incipiente, minus. Quanquam ad fructificandum, & tempeſtiue quidem, maiore ex parte tempora illa ſtatuantur.

ΚΕΦ. Β. — CAP. II.

De cæſura ad reſinam, quoque modo reſina fiat. Item de pice.

Τῆς δὲ τερμίνθου καὶ τῆς πεύκης, καὶ ἢ ἔκ τινων ἄλλων ῥητίνη γίνεται μετὰ τὴν βλάστησιν. τὸ δ' ὅλον οὐκ ἐπέτειος ἡ τούτων, ἀλλ' εἰς πλείω χρόνον ἡ ἐντομή. τὸν δὲ λιβανωτὸν καὶ τὴν σμύρναν ὑπὸ κύνα φασὶ καὶ ταῖς θερμοτάταις ἡμέραις ἐντέμνειν. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ ἐν Συρίᾳ βάλσαμον. ἀκριβεστέρα δὲ καὶ ἐλάττων καὶ ἡ τούτων ἐντομή. καὶ γὰρ ἡ σύῤῥοη τῆς ὑγρότητος ἐλάττων. ὧν δὲ καὶ ὁ καυλὸς ἐντέμνεται καὶ ἡ ῥίζα, τούτων ὁ καυλὸς πρότερον ὥσπερ καὶ τοῦ σιλφίου. καλοῦσι δὲ τῶν ὀπῶν τούτων, τὸν μὲν, καυλίαν, τὸν δὲ, ῥιζίαν· καὶ ἔστι βελτίων ὁ ῥιζίας. καθαρὸς γὰρ καὶ διαφανὴς καὶ ξηρότερος. ὁ δὲ καυλίας ὑγρότερος. καὶ διὰ τοῦτο ἄλευρον αὐτῷ περιπλάττουσι πρὸς τὴν πῆξιν. τὴν δ' ὥραν τῆς ἐκτομῆς ἴσασιν οἱ Λίβυες. οὗτοι γὰρ οἱ σίλφιον λέγοντες. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ῥιζοτόμοι, καὶ οἱ τοὺς φαρμακώδεις ὀποὺς συλλέγοντες· καὶ γὰρ οὗτοι τοὺς καυλοὺς ὀπίζουσι πρότερον, ἁπλῶς δὲ πάντες καὶ οἱ τὰς ῥίζας καὶ οἱ τοὺς ὀποὺς

Terebinthum, & pinum, & ſi quæ reſinam aliæ faciant, cædendas poſt germinationem affirmant. Ad ſummam cæſura earum, non annua, ſed poſt plus temporis fieri ſolet. Thus atque myrrham, ſub Cane feruentiſſimiſque diebus incidi referunt. Sic & balſamum, quod in Syria naſcitur. Sed diligentior parciorque cæſura eorum. Humoris enim confluuium parcius accedit. Quorum autem & caulis & radix inciditur, horum caulis antea ferrum recipit, ceu laſeris. Eorum denique ſuccum alterum cauliam, alterum radiciam vocant. Præſtantior radicias eſt Purus enim, tranſlucidus, & ſiccior: caulias vero humidior. Et ideo farinam ei inſpergunt, vt ſatis coagulari poſſit. Inciſuræ tempus idoneum Pœni nouere. Laſer enim illis legendum natura largita eſt. Quin & radicum cæſores, & qui ſuccos medicos legunt, caules liquare antea ſolent. Ad plenum vero, & qui radices, & qui ſuccos legunt,

συλλέγοντες, τὴν οἰκείαν ὥραν ἑκάστων τηροῦσι. καὶ τοῦτο μὲν δὴ κοινόν. ἡ δὲ ῥητίνη τόνδε τὸν τρόπον γίνεται. ἐν μὲν τῇ πεύκῃ ὅταν ἀφελκωθείσης, ἡ δᾳδὸς ἐξαιρεθῇ. συρρεῖ γὰρ εἰς τὸ ἕλκωμα τοῦτο πλείων ἡ ὑγρότης. ἐν δὲ τῇ ἐλάτῃ καὶ τῇ πίτυι, ὅταν γευσαμένων τῶν ξύλων ἀφελκώσωσιν. οὐ γὰρ ἐστιν ἀφαίρεσις ὁμοίως. ἀφελκοῦσι γὰρ καὶ τὰς τερμίνθους ἐν ἀμφοῖν, καὶ ἐν τῷ στελέχει καὶ ἐν τοῖς ἀκρεμόσιν. ἀεὶ δὲ πλείων καὶ βελτίων ἡ εἰς τὸ στέλεχος συρρεῦσα, τῆς εἰς τοὺς ἀκρεμόνας. διαφέρουσι δὲ καὶ ταῦτα τὰ δένδρα. βελτίστη μὲν γὰρ ἡ τερμίνθου. καὶ γὰρ συνεστηκυῖα, καὶ εὐωδεστάτη, καὶ κουφοτάτη τῇ ὀσμῇ, ἀλλ' ὀλίγη. δευτέρα δὲ ἡ ἐλατίνη καὶ πιτυίνη. κουφότεραι γὰρ τῆς πευκίνης. πλείστη δὲ ἡ πευκίνη καὶ βαρυτάτη καὶ πιττωδεστάτη, διὰ τὸ μάλιστα ἔνδᾳδον εἶναι τὴν πεύκην. ἄγεται δὲ ἐν ἀσκοῖς ὑγρά. κἄπειτα οὕτως συνίσταται. καίτοι φασὶ καὶ τὴν τέρμινθον πιττωθεῖσαν περὶ Συρίαν. ἔστι γὰρ ὄρος, καθάπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴπομεν, μέγα, τερμίνθων μεστὸν ἅπαν μεγάλων. ἔνιοι δέ φασι καὶ τὴν πίτυν, καὶ τὴν κέδρον, καὶ τὴν φοινίκην. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς ἐνδεχόμενα ληπτέον διὰ τὸ σπάνιον. ἐπεὶ οἵ γε περὶ Μακεδονίαν οὐδὲ τὴν πεύκην πιττοκαυτοῦσιν, πλὴν ἀλλ' ἢ τὴν ἄρρενα. καλοῦσι γὰρ ἄρρενα τήν γε καρποφόρον. τῆς δὲ θηλείας ἐάν τινας τῶν ῥιζῶν ἐνδάδους λάβωσιν. ἅπασα γὰρ ἔνδᾳδος πεύκη ταῖς ῥίζαις. καλλίστη δὲ πίττα γίνεται καὶ καθαρωτάτη, ἡ ἐκ τῶν σφόδρα προσηλίων καὶ προσβόρρων. ἐκ δὲ τῶν παλισκίων, βλοσυρωτέρα καὶ βορβορώδης. ἐν γὰρ τοῖς σφόδρα παλισκίοις οὐδὲ φύεται πεύκη τὸ παράπαν. ἔστι δὲ καὶ εὐφορία τις καὶ ἀφορία καὶ πλήθους καὶ καλλονῆς. ὅταν μὲν γὰρ χειμὼν μέτριος γένηται, πολλὴ γίνεται καὶ καλὴ καὶ τῷ χρώματι λευκοτέρα. ὅταν δὲ ἰσχυρὸς, ὀλίγη καὶ μοχθηροτέρα. καὶ ταῦτά γε ἐστὶ τὰ ὁρίζοντα πλῆθος καὶ καλλονὴν πίττης, οὐχ ἡ πολυκαρπία τῶν πευκῶν. οἱ δὲ περὶ τὴν Ἴδην φασὶ, διαιροῦντες τὰς πεύκας, καὶ τὴν μὲν καλοῦντες Ἰδαίαν, τὴν δὲ παραλίαν, τὴν ἐκ τῆς Ἰδαίας πλείω καὶ μελαντέραν γίνεσθαι, καὶ γλυκυτέραν, καὶ τὸ ὅλον εὐωδεστέραν ὠμὴν, ἑψηθεῖσαν δὲ ἐλάττω ἐκβαίνειν. πλείω γὰρ ἔχει τὸν ὀρρόν. διὸ καὶ λεπτοτέραν εἶναι. τὴν δὲ τῆς παραλίας ξανθοτέραν καὶ παχυτέραν, ὠμήν. ὥστε καὶ τὴν ἄφεψιν μικρὸν ἐλάττω γίνεσθαι. δᾳδωδεστέραν δὲ τὴν Ἰδαίαν. ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐκ τῆς αὐτῆς δᾳδὸς πλείω καὶ ὑδαρεστέραν, ἐν ταῖς ἐπομβρίαις γίνεσθαι, ἢ ἐν τοῖς αὐχμοῖς. καὶ ἐκ χειμερινῶν καὶ παλισκίων τόπων, ἢ ἐκ τῶν εὐηλίων καὶ εὐδιεινῶν. ταῦτα μὲν οὖν οὕτως ἑκάτεροι λέγουσιν. ἀναπληροῦσθαι δὲ συμβαίνει τὰ κοιλώματα πρὸς τὸ πάλιν ἐξαίρειν τῶν μὲν ἀγαθῶν πευκῶν, ἐνιαυτῷ, τῶν δὲ μετριωτέρων ἐν δυσὶν ἔτεσιν, τῶν δὲ μοχθηρῶν, ἐν τρισίν.

legunt, omnes tempus ſuum cuique obſeruant. Ergo commune id eſſe omnium conſtat. Reſina vero in hunc modum fieri ſolita eſt. In pino quidem vbi iam vulnerata arbore, teda detracta eſt, reſinam hauriunt. Sic enim in vulnus hoc, humor copioſior confluit. In abiete vero & picea cum lignis deguſtatis vulnus intulerint. Haud enim ſeparatio quæque modo fieri eodem ſolet. Vulnerant enim & terebinthos parte vtraque, caudice ſcilicet & ramo, ſed copioſior & melior, quæ in caudicem defluit. Differunt etiam arborum ratione. Optima enim quæ ex terebintho. Spiſſa namque & leuiſſima, & odore gratiſſima eſt, verum pauca. Secunda quæ ex abiete & lalice, & picea. Leuior enim quam quæ ex pino. Copioſiſſima, & ponderoſiſſima, & picoſiſſima, quæ ex pino. Tæda enim pinus referta eſt. Portatur vtribus liquida: dein ſponte, quo nunc cernitur modo, ſpiſſatur. Quamquam terebinthum etiam picē apud Syros largiri affirmant. Eſt enim mons, (vt inter ſuperiora retulimus) ingens, terebinthis ampliſſimis totus repletus. Quidam & piceam, & cedrum, & palmam addunt. Sed hoc quia rarum, pro contingente potius accipi debet. Nam qui Macedoniam colunt, ne pinum quidem picis gratia vrunt, præterquam marem. Sterilem enim marem nuncupant. Fœminæ vero radicem tantum accipiunt. Omnis etenim pinus tædam in radice habet. Pix optima puriſſimaque quam loca admodum aprica, & aqnilonia præbent: contra quam opaca, horridior limumque referens. Locis enim admodum depreſſis, atque opacis, ne vllo quidem pacto pinus exire poteſt. Eſt præterea ſterilitas quædam fertilitaſque tum copiæ tum bonitatis. Quippe cum mediocri hyeme copioſa, & bona, & colore candidior reddatur: aſpera vero pauca, atque deterior. Quæ quidem copiam & bonitatem picis definiunt, non larga fructificatio pinorum. Idæi qui pinos diſcernunt, & aliam Idæam, aliam marinam cognominant, picem fieri aiunt ex Idæa largiorem, nigriorem, dulciorem, in totumq; faciliorē, & odore gratiorē, dum cruda ſit. Decocta enim minus contrahi ſolet, quoniā plus habeat ſeri. Quamobrem etiam tenuiorē hanc eſſe addunt. Ex marina autem flauiorem, & craſſiorem, ſcilicet crudam, ita vt decoctio minus auferat. Sed plus tædæ habere Idæam tradunt, (vtque ſimplicius loquar) tantumdem tædæ, plus, & dilutius picis imbribus frequentibus, quam ſiccitate reddere volunt. Et ex hybernis opaciſque locis plus, quam ex apricis, ſereniſque. Hæc igitur ita Idæi atque Macedones aſſerunt. Replentur caua plagarum videlicet in tantum, vt iterum pix extrahi poſſit. Frugalis pini, anno proximo; mediocris ſecundo: vitioſæ tertio.

Repletio

ἡ δὲ ἀναπλήρωσις, οὐ τοῦ ξύλου καὶ τῆς συμφύσεως ἀλλὰ τῆς πίττης ἐστίν. ἐπεὶ τὸ ξύλον ἀδύνατον συμφῦναι καὶ ἓν γενέσθαι πάλιν. ἀλλ' ἡ ἐργασία διὰ τοσούτου χρόνου γίνεται τῆς πίττης. ἀναγκαῖον δὲ δηλονότι καὶ τῷ ξύλῳ γενέσθαι τινὰ πρόσφυσιν· εἴπερ ἐξαιρουμένης τῆς δᾳδὸς καὶ καιομένης τῆς πίττης, ἡ ἐκροή. τοῦτο μὲν οὖν οὕτω ληπτέον. οἱ δὲ περὶ τὴν Ἴδην φασίν, ὅταν λεπίσωσι τὸ στέλεχος (λεπίζουσι δὲ τὸ πρὸς ἥλιον μέρος ἐπὶ δύο ἢ τρεῖς πήχεις ἀπὸ τῆς γῆς) ἐνταῦθα τὴν ἐπιρροὴν γινομένην ἔνδαδον ἐνιαυτῷ μάλιστα. τοῦτο δ' ὅταν ἐκπελεκήσωσιν, ἐν ἑτέρῳ πάλιν ἐνδαδοῦσθαι· καὶ τὸ τρίτον ὡσαύτως. τὰ δὲ τοιαῦτα διὰ τὴν ὑπολοιπὴν ἐκπίπτειν δένδρα ὑπὸ τῶν πνευμάτων, σηπέντα. τοὺς δ' ἐξαίρειν αὐτοῦ τὴν καρδίαν· τοῦτο γὰρ μάλιστα δᾳδῶδες. ἐξαίρειν δὲ ἐκ τῶν ῥιζῶν. καὶ γὰρ ταύτας ὥσπερ εἴπομεν ἐνδάδους πασῶν μάλιστα. εἰκὸς δὲ δηλονότι τὰς μὲν ἀγαθὰς ὥσπερ ἐλέχθη συνεχῶς τοῦτο δρᾶν· τὰς δὲ χείρονας διὰ πλείονος χρόνου. καὶ ταμιευομένων μὲν, πλείω χρόνον ἀντέχειν· ἐὰν δὲ πᾶσαν ἐξαίρωσιν, ἐλάττω. δύναται δ' ὡς ἔοικε τρεῖς μάλιστα τοιαύτας ἐξαιρέσεις ὑπομένειν. οὐχ ἅμα δὲ καρποφοροῦσιν αἱ πεῦκαι, καὶ δᾳδοφοροῦσι. καρποφοροῦσι μὲν γὰρ εὐθὺς νέαι· δᾳδοφοροῦσι δὲ ὕστερον πολλῷ πρεσβύτεραι γινόμεναι.

Repletio non coitu ligni, ſed incremento picis conficitur: lignum enim in hac arbore coire, iterumque vnum fieri nequit; ſed confectio quidem picis reddi poſt tantum temporis ſolet. Neceſſe autem ligni quoque agnationem fieri quandam. Siquidem detracta deuſtaque teda, efflunium euenire picis ſolitum eſt. Id igitur accipi ita decet. Idæi vbi arboris caudicem cortice diſpoliarint, quod parte ſolari, binis aut ternis a terra cubitis facere conſueuere, confluxum iſtuc fieri non ſine teda vno cum plurimum anno affirmant. Idque cum ſecuri detraxerint, ſecundo iterum anno teda locum expleri, & tertio pari modo. Poſthac ob eam paulatinam inciſuram arborem extenuatam putrefactamque, humi facile a flatu proſterni. Ac tum eius cor extrahi (hoc enim tedam maxime fert) nec non & radicem effodi. Hanc enim maxime tedoſam diximus. Sed hac in re probas quidem (vt dictum eſt) crebrius vulnus accipere, deteriores vero longiori tempore poſt, & parte aliqua reſeruata, plus temporis reſiſtere poſſe. Tota vero detracta, minus conſentaneum prorſus eſt. Ternas tamen detractiones eiuſmodi maxime arbores tolerare poſſe videtur. Non ſimul & fructificat & tedificat pinus. Sed protinus nouella fructificat, multo autem poſt facta vetuſtior tædificat.

ΚΕΦ. Γ. — CAP. III.

Quemadmodum pix vratur, fiantque carbones. Item de thure, & myrrha.

Τὴν δὲ πίτταν καίουσι τόνδε τὸν τρόπον. ὅταν κατασκευάσωσιν ὁμαλῆ τόπον ὥσπερ ἅλω ποιήσαντες, ἔχουσαν εἰς τὸ μέσον σύρρουν, καὶ ταύτην ἐδαφίσωσι, κατασχίσαντες τοὺς κορμοὺς, συντιθέασι παραπλησίαν σύνθεσιν τῆς τῶν ἀνθρακευόντων, πλὴν οὐκ ἔμβοθρον· ἀλλὰ τὰς σχίζας ὀρθὰς πρὸς ἀλλήλας. ὥστε λαμβάνειν ὕψος αἰεὶ κατὰ πλῆθος. γίνεσθαι δέ φασιν ὅταν ἡ σύνθεσις ᾖ κύκλῳ μὲν ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν πηχέων, εἰς ὕψος δὲ ἑξήκοντα πλέον ἢ πεντήκοντα, ἢ ἑκατὸν ἀμφοτέραις· ἐάνπερ ἡ δᾲς τυγχάνῃ πίειρα. συνθέντες οὖν αὐτὴν οὕτως, καὶ κατασκεπάσαντες ὕλῃ, γῆν ἐπιβάλλοντες κατακρύπτουσιν, ὅπως μηδαμῶς ἐπιδιαλάμψῃ τὸ πῦρ. ἀπόλλυται γὰρ ἡ πίττα τούτου συμβάντος. ὑφάπτουσι δὲ κατὰ τὴν ὑπολειπομένην δίοδον. εἶτα δὲ καὶ ταύτα ἐπισάξαντες τῇ ὕλῃ καὶ ἐπιχώσαντες, τηροῦσιν ἀναβαίνοντες κατὰ κλίμακος, ἐὰν ὁρῶσι τὸν καπνὸν ὠθούμενον. καὶ ἐπιβάλλουσιν αἰεὶ τῆς γῆς, ὅπως μὴ διαλάμψῃ. κατεσκεύασται δὲ ὀχετὸς τῇ πίττῃ, διὰ τῆς συνθέσεως τῇ ἀπορροῇ εἰς βόθυνον, ὅσον ἀπέχοντα πεντεκαίδεκα πήχεις· ἡ δ'

Picem vrere hunc in modum conſueuerunt. Cum locum æqualem præparauerint, & veluti area facta concurſum habente, in medium diligenter pauimentarint; truncos fiſſos componunt. Fere eodem modo quo carbonarij, cum carbones faciunt. Præterquam quod ſine foſſa opus perficiunt, lignis erectis, & inter ſe cohærentibus: ita vt altitudinem aſſidue pro multitudine capiant. Quos fieri aiunt cum compoſitionem deſcripſerunt circuitu centenorum octuaginta cubitorum. Altitudine vero amplius ſexagenorum, aut quinquagenorum: vel centum ambabus, ſi teda pinguiſſima ſit. Cum igitur tædam ita conſtruxerint, & materiam pertexerint, aliqua terra ſuper infuſa, vndique ſumma cum diligentia occultant, vt ignis nulla ex parte emicare poſſit. Pix enim peribit, ſi id acciderit. Succendunt autem per aditum relictum. Dein eam quoque partem ſtipant materie, & obſtruunt terra. Reliquaſque omnes obſeruant, & quacunque fumum protrudi viderint, ſcalis ſcandentes, terram aſſidue infundunt, quo nullo pacto flamma erumpere poſſit. Canalis vero per medium ſtructus aceruum, picem fluentem in foueam ducit. Cubitis circiter quin-

ἀπορρέουσα τῆς πίττης, ψυχρὰ γίνεται κατὰ τὴν ἀφήν. καίεται δ' ἡ μάλιστα δύο ἡμέρας καὶ νύκτας. τῇ γὰρ ὑστεραίᾳ πρὸ ἡλίου δυομένου ἐκκεκαυμένη γίνεται, καὶ ἐνδέδωκεν ἡ πυρά. τοῦτο γὰρ συμβαίνει μηκέτι ῥεούσης. τόνδε δὲ τὸν τρόπον ἅπαντα τηροῦσιν ἀγρυπνοῦντες, ὅπως μὴ διαλάμπῃ. καὶ θύουσι δὲ καὶ ἑορτάζουσιν εὐχόμενοι πολλήν τε καὶ καλὴν γίνεσθαι τὴν πίτταν. οἱ μὲν οὖν περὶ Μακεδονίαν καίουσι τὸν τρόπον τοῦτον. ἐν δὲ τῇ Ἀσίᾳ φασὶ περὶ Συρίαν οὐκ ἐμπλάττειν τὴν δᾶδα, ἀλλ' ἐπ' αὐτῷ τῷ δένδρῳ προσκαίειν, φέροντες ὄργανόν τι περιπεποιημένον, καὶ τοῦτο περιαπείφοντες, εἶθ' ὅταν ἐκτήξωσι, ταύτην πάλιν ἐπ' ἄλλο καὶ ἄλλο μεταφέρειν. ὅρος δὲ ἐστιν αὐτοῖς τις καὶ σημεῖα τοῦ παύεσθαι, καὶ μάλιστα δηλονότι τὸ μηκέτι ῥεῖν. πιττοκαυτοῦσι δ' ὥσπερ καὶ πρότερον ἐλέχθη τὰς τερμίνθους. πεύκην γὰρ οὐ φέρουσιν οἱ τόποι. τὰ μὲν οὖν περὶ τὴν ῥητίνην καὶ τὴν πίτταν, οὕτως ἔχει· περὶ δὲ λιβανωτοῦ, καὶ σμύρνης, καὶ βαλσάμου, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον. ὅτι μὲν καὶ δι' ἀποτομῆς γίνεσθαι καὶ αὐτομάτως, εἴρηται. πολλὴ δέ τις, ἡ τῶν δένδρων φύσις. καὶ εἴ τι περὶ τὴν γένεσιν, ἢ τὴν συλλογὴν, ἢ τῶν ἄλλων ἴδιον αὐτοῖς ὑπάρχει, πειρατέον εἰπεῖν. ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τῶν λοιπῶν εὐόσμων. σχεδὸν γάρ τά γε πλεῖστα ἀπὸ τόπων ἐστὶ τῶν τε πρὸς μεσημβρίαν καὶ ἀνατολήν.

ter quindecim ab aceruo pix effluens tactu frigida fit. Vritur duos dies, & totidem noctes cum plurimum. Sæpe enim poſtridie ante ſolis occaſum exuſta iam eſt, roguſque ceſſit. Id enim euenit cum nihil reliquum eſt, quod amplius fluat. Totum autem tempus quo teda vritur, vigilantes obſeruant, nequid ignis erumpat, & ſacrificant atque concelebrant precantes, vt pix ſibi copioſa, bonaque benignitate fiat deorum. Macedones hoc modo vrere aſſolent. In Aſia vero Syros non detrahere tedam aiunt, ſed in arbore ipſa adurere inſtrumento quodam induſtrie fabricato. Hoc enim partem vnam accendi, qua liquefacta, aliam atque aliam vice pari ſucceſſionis ignem recipere. Finis autem operis, & ceſſandi indicium, cum ſcilicet nihil defluit. Terebinthos illi, (vt ſuperius expoſuimus) vrunt: pinum enim nequaquam Syria fert. Reſina & pix hoc modo fieri ſolent. De thure, & myrrha, & balſamo, & ſi quid aliud ſimile ſit, tam inciſura quam ſponte prodire poſſe, dictum iam eſt. Nunc quæ in ortu, collectu, reliquiſque propria eorum poſſint intelligi, explicare tentabimus. Et reliqua quoque odorata, quoad fieri poſſit, perſequemur. Quæ omnia maxima quidem ex parte locis meridiei orientique vicinis, proueniunt.

ΚΕΦ. Δ.

CAP. IV.

Vbi thus, myrrha, caſia, cinamomum gignantur. Item arborem thuris, omnem penitus aſpernari cultum.

Γίνεται μὲν οὖν ὁ λίβανος, καὶ ἡ σμύρνα, καὶ ἡ κασία, καὶ ἔτι τὸ κινάμωμον, ἐν τῇ τῶν Ἀράβων χώρᾳ, νήσῳ περί τε Σαβὰ, καὶ Ἀδραμύττα, καὶ Κιτίβαινα, καὶ Μάλι. φύεται δὲ τὰ τοῦ λιβανωτοῦ καὶ τῆς σμύρνης δένδρα, τὰ μὲν ἐν τῷ ὄρει· τὰ δ' ἐν ταῖς ἰδίαις γεωργίαις ὑπὸ τὴν ὑπόρειαν. διὸ καὶ τὰ μὲν θεραπεύεται, τὰ δ' οὔ. τὸ δ' ὄρος εἶναί φασιν ὑψηλὸν καὶ δασὺ, καὶ νιφόμενον. ῥεῖν δ' ἐξ αὐτοῦ καὶ ποταμοὺς εἰς τὸ πεδίον. εἶναι δὲ τὸ μὲν τοῦ λιβανωτοῦ δένδρον, οὐ μέγα, πεντάπηχυ δέ τι καὶ πολύκλαδον. φύλλον δὲ ἔχειν ἐμφερὲς τῇ ἀπίῳ. πλὴν ἔλαττον πολὺ, καὶ τῷ χρώματι ποῶδες σφόδρα, καθάπερ τὸ πήγανον· λειόφλοιον δὲ πᾶν ὥσπερ τὴν δάφνην. τὴν δὲ σμύρναν ἔλαττον ἔτι τῷ μεγέθει καὶ θαμνωδέστερον. τὸ δὲ στέλεχος ἔχει σκληρὸν καὶ συνεστραμμένον ἐπὶ τῆς γῆς· παχύτερον δὲ ἢ κνημοπαχές. φλοιὸν δὲ ἔχει λεῖον, ὅμοιον τῇ ἀνδράχνῃ. ἕτεροι δὲ οἱ φάσκοντες τεθεωρηκέναι, περὶ μὲν τοῦ μεγέθους, σχεδὸν οὐ συμφωνοῦσιν· οὐδέτερον γὰρ εἶναι μέγα τῶν δένδρων. ἔλαττον δὲ τὸ τῆς σμύρνης καὶ ταπεινότερον. φύλλον δὲ ἔχειν τὸ τοῦ λιβάνου. ἀλλὰ τοῦ μὲν, δαφνοειδὲς καὶ λεῖόφυλλον εἶναι· τὸ δὲ τῆς σμύρνης ἀκανθῶδες

Gignitur ergo thus, & myrrha, & caſia, & cinamomum regione Arabum media, circa Saba, & Adramytta, & Citibæna, & Mali: & exeunt thuris, myrrhæque arbores, aliæ ſuper montem, aliæ in pede montis culturis proprijs. Quamobrem aliæ coluntur, aliæ vitam agunt incultæ. Montem iſtum præaltum affirmant, & ningi ſolitum, amnes quoque de eo in plana fluere. Arborem thuris non magnam, ſed quinis fere cubitis attolli, permultoſque ramos gerere ferunt. Folium piri, niſi quod multo minus, & colore plane herbidum, modo rutæ: corticem leuem omni ex parte, lauri modo. Myrtham minorem etiam altitudine, fruticoſioremque narrant; caudice duro, contortoque iuxta terram, craſſiorique ſura hominis, cortice læui, ſimilique portulacæ. Alij vero, qui ſe vidiſſe affirmant, de magnitudine ferme nō conſentiunt. Neutram enim earum arborum magnam referunt, & minorem myrrhæ, humilioremque. thuris folium laurinum, leueque. Myrrhæ aculeatum, non leue, vlmeo ſimile; criſpum tamen,

καὶ οὐ λεῖον. Φύλλον δὲ περισεμφερὲς ἔχειν τῇ ἐλαίᾳ· πλὴν οὖλον. ἐξ ἄκρου δὲ ἐπακανθίζον, ὥσπερ τὸ τῆς πρίνου. ἔφασαν δὲ οὗτοι κατὰ τὸν παράπλουν, ὃν ἐξ ἡρώων ἐποιοῦντο κόλπου, ζητεῖν ἐκβάντες ὕδωρ ἐν τῷ ὄρει, καὶ οὕτως θεωρῆσαι τὰ δένδρα κατὰ τὴν συλλογήν. εἶναι δ' ἀμφοτέρων ἐντετμημένα καὶ τὰ στελέχη καὶ τοὺς κλάδους. ἀλλὰ τὰ μὲν, ὥσπερ ἀξίνῃ δοκεῖν πεπλῆχθαι· τὰ δὲ, λεπτοτέρας ἔχειν τὰς τομάς. τὸ δὲ δάκρυον, τὸ μὲν καταπίπτειν· τὸ δὲ, καὶ πρὸς τῷ δένδρῳ προσίσχεσθαι. καὶ ἐνιαχοῦ μὲν ὑποβεβλῆσθαι ψιάθους ἐκ τῶν φοινίκων πεπλεγμένας· ἐνιαχοῦ δὲ, τὸ ἔδαφος μόνον ἠδαφίσθαι καὶ καθάπερ εἶναι. καὶ τὸν μὲν ἐπὶ τῶν ψιάθων λιβανωτὸν εἶναι καὶ καθαρὸν καὶ διαφανῆ, τὸν δ' ἐπὶ τῆς γῆς ἧττον, τὸν δ' ἐπὶ τοῖς δένδροις προσεχόμενον ἀποξέειν σιδήροις. διὸ καὶ φλοιὸν ἐνίοις προσεῖναι. τὸ δὲ ὄρος ἅπαν μεμερίσθαι τοῖς Σαβαίοις. τούτους γὰρ εἶναι κυρίους. δικαίους δὲ τὰ πρὸς ἀλλήλους. διὸ καὶ οὐδένα τηρεῖν. ὅθεν καὶ αὐτοὶ δαψιλῶς εἰς τὰ πλοῖα λαβόντες ἐνθέσθαι τοῦ λιβανωτοῦ καὶ τῆς σμύρνης, ἐρημίας οὔσης, καὶ ἀποπλεῖν. ἔλεγον δ' οὗτοι καὶ τόδε. καὶ ἔφασαν ἀκούειν, ὅτι συνάγεται πανταχόθεν ἡ σμύρνα καὶ ὁ λιβανωτὸς εἰς τὸ ἱερὸν τὸ τοῦ ἡλίου. τοῦτο δ' εἶναι μὲν τῶν Σαβαίων· ἁγιώτατον δὲ πολὺ τῶν περὶ τὸν τόπον. τηρεῖν δ' ἐκεῖ τοὺς Ἄραβας ἐνόπλους. ὅταν δὲ κομίσωσιν ἕκαστος σωρὸν τὸν ἑαυτοῦ, καὶ τὴν σμύρναν ὁμοίως καταλιπεῖν τοῖς ἐπὶ τῆς φυλακῆς. τιθέναι δὲ ἐπὶ τοῦ σωροῦ πινάκιον, γραφὴν ἔχον τοῦ τε πλήθους τῶν μέτρων καὶ τῆς τιμῆς, ἧς δεῖ προσθεῖναι τὸ μέτρον ἕκαστον. ὅταν δὲ οἱ ἔμποροι παραγένωνται, σκοπεῖν τὰς [illegible] τις δ' ἂν αὐτοῖς ἀρέσκῃ, μετρησαμένους τιθέναι τὴν τιμὴν εἰς τοῦτο τὸ χωρίον, ἔνθεν ἂν ἕλωνται. τὸν δὲ ἱερέα παραγενόμενον, τὸ τρίτον μέρος λαβόντα τῆς τιμῆς τῷ θεῷ, τὸ λοιπὸν αὐτοῦ καταλιπεῖν. καὶ τοῦτο σῶν εἶναι κυρίοις, ἕως ἂν ἕλωνται παραγενόμενοι. ἄλλοι δέ τινες τὸ μὲν τοῦ λιβανωτοῦ δένδρον ὅμοιον εἶναί φασι σχίνῳ· καὶ τὸν καρπὸν ταῖς σχοινίσι. φύλλον δὲ ὑπέρυθρον. εἶναι δὲ τὸν μὲν ἐκ τῶν νέων λιβανωτὸν, λευκότερον καὶ ἀοσμότερον· τὸν δ' ἐκ τῶν παρακμαζόντων ξανθότερον καὶ εὐοσμότερον. τὸ δὲ τῆς σμύρνης ὅμοιον τῇ τερμίνθῳ. τραχύτερον δὲ καὶ ἀκανθωδέστερον. φύλλον δὲ μικρῷ στρογγυλότερον. τῇ δὲ γεύσει διαμασωμένοις, ὅμοιον τῷ τῆς τερμίνθου. εἶναι δὲ καὶ τούτων τὰ παρηκμακότα, εὐδοκιμώτερα. γίνεσθαι δὲ ἀμφότερα ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ. τὴν γὰρ γῆν ὑπάργιλον καὶ πλακώδη, καὶ ὕδατα πηγαῖα, σπάνια. ταῦτα μὲν οὖν ὑπεναντία τῷ νίφεσθαι καὶ ὕεσθαι καὶ ποταμοὺς ἐξιέναι. τὸ δὲ παρόμοιον εἶναι τὸ δένδρον τῇ τερμίνθῳ, καὶ ἄλλοι τινὲς λέγουσιν. οἱ δὲ καὶ ὅλως τέρμινθον εἶναι. κομισθῆναι γὰρ ξύλα πρὸς Ἀντίγονον ὑπὸ τῶν Ἀράβων, τῶν τὸν λιβανωτὸν καταγαγόντων, ἃ οὐδὲν διέφερε τῆς τερμίνθου. πλὴν οὗτοί γε μεῖζον ἕτερον ἀγνόημα προ-

tamen, extrema ſpina horridulum, iligni modo. Iidem ea nauigatione, qua ex ſinu heroum egreſſi, ſeſe aquam in monte quæſiſſe dixere, atque ita vidiſſe has arbores, & ſectionem notaſſe hoc modo ambarum: & caudices, & ramos inciſos quidem, ſed alios veluti ſecuri percuſſos videri, alios tenuiores inciſuras habere: & lachrymam aliam decidere, aliam arbori inhærere: nonnuſquam etiam ſubiectas tegetes ex palmis contextas, alibi ſolum tantummodo circumpauimentatum. Et thus, quod tegete exciperetur purum eſſe, atque perlucidum: quod terra, minus: quod arboribus inhæreret ferro depecti, & corticem ideo nonnullis adiungi. Montem autem vniuerſum Sabæis diuiſum dixere. Hos enim loci illius dominos eſſe. Et iuſtitiã inter ſe colere, quamobrem neminem ſuas arbores cuſtodire. Vnde & thus myrrhamque ſeſe large ad naues in ſolitudine deportaſſe narrarũt. Illud quoque ijdem ſe audiuiſſe dixere, myrrham thuſque collectum vndique ad Solis delubrum conuehi, quod Sabæorum eſſe ſanctiſſimum inter omnia regionis illius: cuſtodeſque Arabes armatos habere. Quibus ſingulos, ſuum thus aceruatum, & myrrham aſportãtes aliquid relinquere: poſita ſuper aceruum tabella, literis ſignificante numerum menſurarum, & precium, quod pro ſingulis menſuris ſit perſoluendum. Mercatores vero, qui venerint, tabellas aduertere, eiuſque quod placuerit, prius dimenſos, precium in eodem ponere loco, vnde merces acceperint: ſacerdotem deinde venire parteque, tertia precij Deo accepta, reliquum ibidem relinquere: idque ſeruari tutiſſime dominis, donec acceptum venerint. Alij thuris arborem lentiſco ſimilem prodidere, & fructum quoque lentiſci. Folium ſubrutilum. Thus recentium arborum candidius eſſe, minuſque odoratum: veterum flauius, odoratiuſque. Myrrhæ autem arborem terebintho ſimilem reddidere, ſed ſcabriorem, ſpinoſioremque. Folium paulo rotundius, guſtatu proximum terebintho. Earum quoque veteres præſtantiores haberi. Ambas vero naſci in eodem loco terra ſubargilia, & ſabuloſa, & aquas fonte fluentes raras admodum comperiri. Hæc ergo illis repugnant, videlicet ningi, & imbribus perlui, & amnibus locum illum exhilarari: arborum tamen iſtam ſimilem terebintho eſſe quidam alij tradunt, nec deſunt, qui terebinthum eam eſſe omnino putent. Arabes enim, qui thus aduexere, ligna huius arboris Antigono attuliſſe aiunt, quæ nihil a terebintho differrent. Sed hi quidem alteram quoque ignorantiam & quidem ma-

iorem

ἐγνωκότες· ἔφαντο γὰρ ἐκ τοῦ αὐτοῦ δένδρου τόν, τε λιβανωτὸν γίνεσθαι καὶ τὴν σμύρναν. διόπερ ἐκεῖνος ὁ λόγος πιθανώτερος, ὁ παρὰ τῶν ἀποπλευσάντων ἐξ ἡρώων πόλεως. ἐπεὶ καὶ τὸ ὑπὲρ Σάρδεων πεφυκὸς τοῦ λιβανωτοῦ δένδρον ἐν ἱερῷ τινι, δαφνοειδὲς ἔχει τὸ φύλλον, εἴ τι δεῖ σημαίνεσθαι τούτῳ, ὅτι ὁ λιβανωτός. καὶ ὁ ἐκ τοῦ στελέχους καὶ ὁ ἐκ τῶν ἀκρεμόνων, ὁμοίως καὶ τῇ ὄψει καὶ τῇ ὀσμῇ θυμιώμενος τῷ ἄλλῳ λιβανωτῷ. πέφυκε δὲ τοῦτο μόνον τὸ δένδρον οὐδεμιᾶς τυγχάνειν γεωργίας. ἔνιοι δὲ λέγουσιν, ὡς ἥδιστος μὲν ὁ λιβανωτὸς ἐν τῇ Ἀραβίᾳ γίνεται· κάλλιον δὲ ἐν ταῖς ἐπικειμέναις νήσοις ὧν ἐνυπάρχουσιν· ἐνταῦθα γὰρ καὶ σχηματοποιεῖν ἐπὶ τῶν δένδρων οἷον ἂν θέλωσι. καὶ τάχα τοῦτό γε οὐκ ἀπίθανον. ἐνδέχεται γὰρ ὁποίαν ἂν βούληται ποιεῖν τὴν ἐντομήν. εἰσὶ δέ τινες καὶ μεγάλοι σφόδρα τῷ χόνδρῳ· ὥς τε εἶναι τῷ μὲν ὄγκῳ χειροπληθιαίους, σταθμῷ δὲ πλεῖον ἢ τρίτον μέρος μνᾶς. ἀργὸς δὲ κομίζεται πᾶς ὁ λιβανωτός. ὅμοιος δὲ τῇ προσόψει φλοιῷ. τῆς σμύρνης δὲ, ἡ μὲν στακτή, ἡ δὲ πλαστή. δοκιμάζεται δὲ ἡ μὲν ἀμείνων τῇ γεύσει· καὶ ἀπὸ ταύτης τὴν ὁμόχρουν λαμβάνουσι. περὶ μὲν οὖν λιβανωτοῦ καὶ σμύρνης, ἄχρι γε τοῦ νῦν σχεδὸν τοσαῦτα ἀκηκόαμεν.

iorem ſunt profeſſi. Thus enim & myrrham naſci ex eadem arbore putauerunt. Quamobrem veriſimilius illi narrarunt, quos ex heroum oppido profectos naui retulimus. Nam & arbos thuris, quæ ſuper Sardes apud delubrum quoddam exorta eſt, fronde lauri eſt. Siquidem ex eadem ducere argumentum conueniat. quoniam eius thus tam quod caudice, quam quod ramis excerpitur, proximum & viſu, & odoratu, cum ardet, reliquo thuri percipitur. Sola hæc arbos omnem penitus cultum aſpernatur. Ac ſuauius quidem thus in Arabia naſci referunt: ſed melius in vicinis inſulis. In his enim & figurari in arbore poſſe, qua forma volueris. Et fortaſſe id quidem haudquicquam incredibile ſit. Siquidem pro inciſura facta, figura thuris ſequatur neceſſe eſt. Quoddam adeo magna gleba conſiſtit, vt mole ſua manum implere, pondere vero pluſquam tertiam partem minæ æquare poſſit. Thus omne iners aduehitur, & aſpectu cortici ſimile eſt. Myrrhæ alia ſtillatitia, alia fictitia eſt. Probatur melior guſtu. Eiuſque norma concolorem accipiunt. De thure & myrrha hæc fere ad hoc vſque tempus accepimus.

ΚΕΦ. Ε. — CAP. V.

De cinamomo, & caſia: tum quid de cinamomo colligendo fabulentur.

Περὶ δὲ κινναμώμου καὶ κασίας ταῦτα λέγουσι. θάμνους μὲν ἀμφότερα ταῦτ' εἶναι οὐ μεγάλους, ἀλλ' ἡλίκους ἄγνου· πολυκλάδους δὲ καὶ ξυλώδεις. ὅταν δὲ ἐκκόψωσι τὸ κινάμωμον, ὅλον διαιρεῖν εἰς πέντε μέρη. τούτου δὲ τὸ πρῶτον πρὸς τοῖς βλαστοῖς βέλτιστον εἶναι. ὃ τέμνεται σπιθαμιαῖον, ἢ μικρῷ μεῖζον. ἑπόμενον δὲ τὸ δεύτερον. ὃ καὶ τῇ τομῇ ἔλαττον. εἶτα τὸ τρίτον καὶ τέταρτον. ἔσχατον δὲ τὸ χείριστον, τὸ πρὸς τῇ ῥίζῃ. φλοιὸν γὰρ ἐλάχιστον ἔχει. χρήσιμος δ' οὗτος οὐ τὸ ξύλον. διὸ καὶ τὸ ἀκροφυὲς κράτιστον. πλεῖστον γὰρ ἔχειν καὶ τὸν φλοιόν. οἱ μὲν, οὕτω λέγουσιν· ἄλλοι δὲ θαμνῶδές φασι. δύο δ' αὐτοῦ γένη, τὸ μὲν μέλαν, τὸ δὲ λευκόν. λέγεται δέ τις καὶ μῦθος ὑπὲρ αὐτοῦ. φύεσθαι μὲν γάρ φασιν ἐν φάραγξιν. ἐν ταύταις δ' ὄφεις εἶναι πολλοὺς δῆγμα θανάσιμον ἔχοντας. πρὸς οὓς φραξάμενοι τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας, καταβαίνουσι καὶ συλλέγουσιν. εἶθ' ὅταν ἐξενέγκωσι, διελόντες τρία μέρη, διακληροῦνται πρὸς τὸν ἥλιον· καὶ ἣν ἂν λάχῃ ὁ ἥλιος, καταλείπουσιν. ἀπιόντες δ' εὐθὺς, ὁρᾶν φασι καιομένην ταύτην. οὗτος μὲν οὖν τῷ ὄντι μῦθος. τὴν δὲ κασίαν φασὶ τὰς μὲν ῥάβδους πλατυτέρας ἔχειν. ἰνώδεις δὲ σφόδρα, καὶ οὐκ εἶναι περι-

De cinamomo & caſia illa narrant. Fruticem eſſe vtrumque non amplum, ſed magnitudine amerinæ: verum permultis ſurculoſiſque ramis conſtare. Cinamomum decerptum in quinas partes diſcerni. Et eſſe præcipuæ bonitatis, quod germinibus proximum fuerit. Idque ad palmi longitudinem cædi; aut paulo maius. Secundum quod ſequitur, quod etiã minus cæſura eſt. Tertium deinde & quartum notatur. Vltimum vero deterrimum quod proximum radici. Hoc enim minimum corticis habet. In quo ſumma gratia eſt, non in ligno. Qua de cauſa præferri cacumina ſolent, quod corticis plurimum habeant. Quidam ſic aiunt. Alij vero cinamomum fruticoſum enarrant, eiuſque genera duo: alterum nigrum, alterum candidum. Fertur & fabula quædam. In conuallibus enim exire id aiunt, in iiſque ſerpentes plurimos verſari morſum hominibus mortiferum inferentes, aduerſum quos incolas ſeptis manibus pedibuſque deſcendere, atque ita legere cinamomum: quod cum deportauerint, toto in ternas partes diuiſo, ad ſolem ſortiuntur. Quodq; ſoli ſorte ceſſerit, id ſolum relinquere, abeunteſque flagrare illud ſponte confeſtim cernere. Sed hæc plane fabula eſt. Caſiam vero ſarmento craſſiori conſtare, neruoſamque admodum eſſe volunt,

nec vllo

φλοῖσαι· χρήσιμον δὲ καὶ ταύτης τὸν φλοιόν. ὅταν οὖν τέμνωσι τὰς ῥάβδους, κατακόπτειν ὡς διδάκτυλα τὸ μῆκος ἢ μικρῷ μείζω. ταῦτα δ' εἰς νεόδερον βύρσαν καταῤῥάπτειν. εἶτ' ἐκ ταύτης καὶ τῶν ξύλων σηπομένων, σκωλήκια γίνεσθαι, ἃ τὸ μὲν ξύλον κατεσθίει· τοῦ φλοιοῦ δὲ οὐχ ἅπτεται, διὰ τὴν πικρότητα καὶ δριμύτητα τῆς ὀσμῆς. καὶ περὶ μὲν κασίας καὶ κινναμώμου, τοσαῦτα λέγεται.

nec vllo pacto poſſe decorticari. Ac eius etiam corticem eſſe vtilem. Cum itaque virgas ſecant, longitudine binum digitorum, aut paulo ampliores abſcindere, recentique bouis corio eas inſuere. Tum ex eo lignis putreſcentibus vermiculos naſci, quæ lignum erodant: corticem vero nullatenus tangere, ob amaritudinem acrimoniamque odoris. De caſia cinamomoque hæc referunt.

ΚΕΦ. Ζ.

CAP. VI.

De balſamo: quodque non niſi vitiatum ad nos perferatur.

Τὸ δὲ βάλσαμον γίνεται μὲν ἐν τῷ αὐλῶνι τῷ περὶ Συρίαν. παραδείσους δ' εἶναί φασι δύο μόνους. τὸν μὲν, ὅσον εἴκοσι πλέθρων, τὸν δ' ἕτερον πολλῷ ἐλάττονα. τὸ δὲ δένδρου μέγεθος μὲν, ἡλίκον ῥόα μεγάλη. πολύκλαδον δὲ σφόδρα. φύλλον δὲ ἔχειν ὅμοιον πηγάνῳ, πλὴν ἔκλευκον. ἀείφυλλον δὲ εἶναι. καρπὸν δὲ παρόμοιον τῇ τερμίνθῳ, καὶ μεγέθει, καὶ σχήματι, καὶ χρώματι. εὐῶδες σφόδρα καὶ τοῦτο, καὶ μᾶλλον τοῦ δακρύου· τὸ δὲ δάκρυον ἀπὸ ἐντομῆς συλλέγειν. ἐντέμνειν δὲ ὄνυξι σιδηροῖς ὑπὸ τὸ ἄστρον, ὅταν μάλιστα πνίγη ὦσι, καὶ τὰ στελέχη καὶ τὰ ἄνω. τὴν δὲ συλλογὴν ὅλον τὸ θέρος ποιεῖσθαι. οὐκ εἶναι δὲ πολὺ τὸ ῥέον· ἀλλ' ἐν ἡμέρᾳ τὸν ἄνδρα συλλέγειν ὅσον κόγχην· τὴν δ' ὀσμὴν διαφέρουσαν καὶ πολλὴν, ὥστε ἀπὸ μικροῦ πολλὸν ἐφικνεῖσθαι τόπον· ἀλλ' οὐ φοιτᾶν ἐνταῦθα ἄκρατον. ἀλλὰ τὸ συνηγμένον κεκραμμένον. πολλὴν γὰρ δέχεσθαι κρᾶσιν· καὶ τὸ ἐν τῇ Ἑλλάδι πολλάκις εἶναι κεκραμμένον. εὔοσμα δὲ σφόδρα καὶ τὰ ῥαβδία· καθαίρειν γὰρ καὶ τοῦδε ἕνεκα, καὶ τοῦ διαφόρου πωλεῖσθαι τιμῆς. καὶ τὴν ἐργασίας τῆς περὶ τὰ δένδρα σχεδὸν ταύτην αἰτίαν εἶναι, καὶ τῆς βροχῆς. βρέχεσθαι δὲ συνεχῶς. συναιτίαν δὲ δοκεῖν εἶναι τοῦ μὴ μεγάλα γίνεσθαι τὰ δένδρα, καὶ τὴν τῶν ῥαβδίων τομήν. διὰ γὰρ τὸ πολλάκις ἀποκείρεσθαι, ῥάβδους ἀφιέναι. καὶ οὐκ εἰς ἓν ἐκτείνειν τὴν ὁρμήν. ἄγριον δὲ οὐδὲν εἶναι βάλσαμον οὐδαμοῦ. γίνεσθαι δὲ ἐκ μὲν τοῦ μείζονος παραδείσου ἀγγεῖα δώδεκα ὅσον ἡμιχόεα. ἐκ δὲ τοῦ ἑτέρου, δύο μόνον. πωλεῖσθαι δὲ τὸ μὲν ἄκρατον δὶς πρὸς ἀργύριον. τὸ δ' ἄλλο κατὰ λόγον τῆς μίξεως· καὶ τοῦτο μὲν διάφορόν τι φαίνεται κατὰ τὴν εὐοσμίαν.

Balſamum in valle Syriæ prouenit. Eius arbuſta duo tantum affirmant. Alterum viginti iugerum, alterum multo minus. Arboris magnitudo, quæ malo punicæ magnæ. Rami multi, folium rutæ ſimile, candidum tamen, perpetuo virens. Fructus ſimilis terebintho, tam magnitudine quam colore. Is quoque admodum odoratus eſt, & magis, quam lachryma. Colligi lachrymam in caudice & parte ſuperna tradunt: facta inciſura vnguibus ferreis ſub ſidere, cum æſtus maxime angit. Collectionem vero æſtate fieri tota, ſed quod manat multum non eſſe: vix enim toto die concham poſſe impleri. Odorem tamen inferri eximium & copioſum. Adeo vt ſubito ſpacium per longum odor valeat permeare: verum ſincerum ad nos nullum aduehi, ſed quod miſtum colligitur. Pluribus enim miſtionibus vitiari. Quodque in Græcia venditur, ſæpe adulterari. Quin & virgas eiuſdem arboris odorem ſuauiſſimum præſtare affirmant. Et quidem eas quoque amputari quotannis. Partim vt reliqua valentiora ſeruentur, partim vt emolumenti plus comparetur. Nam & eas magno quoque poſſe precio vendi. Quin etiam ad imbrem cultus eiuſmodi cauſam referunt, quem crebro incidere aſſeuerant. Necnon & amputationem virgarum cauſam nonnullam adijciunt, ne magnæ arbores fiant. Sequi enim ex crebra tonſura, vt virgæ tantummodo mittantur, nec intendi ad vnum vires arboris poſſint. Syluestre balſamum nullum vſquam repertum accepimus. Impleri ex maiori orto vaſa ſemichœa duodecim aiunt, ex altero vero duo tantum. Vendi ſincerum argento ad drachmam: reliquum pro modo adulterationis. Et balſamum quidem præcipuæ cuiuſdam in odore naturæ videri.

ΚΕΦ. Ζ. | CAP. VII.

De calamo odorato, & iunco, & chalbano, comaco, cardamomo, amomo. Quidq; hæc fere ſint quibus vtimur ad vnguenta, caſia, cinamomum, cardamomum, nardus, nerum, balſamũ, aſpalathus, ſtyrax, conſecratrix, narta, coſtus, liguſticum, crocũ, myrrha, gladiolus, iuncus, calamus, ſanſucum, lotus, anethum. Item de Iride Illyrica.

Ὁ δὲ κάλαμος γίνεται καὶ ὁ σχοῖνος ὑπερβάλλοντι τὸν Λίβανον, μεταξὺ τοῦ τε Λιβάνου καὶ ἄλλου τινὸς ὄρους μικροῦ ἐν τῷ αὐλωνίσκῳ τούτῳ. καὶ οὐχ ὥς τινές φασι τοῦ ἀντιλιβάνου. καὶ μεταξὺ τούτων ἐστὶν, ὃν αὐλῶνα καλοῦσι πεδίον πολὺ καὶ καλόν. ὅπου δὲ ὁ κάλαμος καὶ ὁ σχοῖνος φύεται, λίμνη μεγάλη τυγχάνει. πρὸς ταύτην δὲ ἐν τῷ ἕλει τῷ ἀνεξηραμμένῳ πεφύκασι. τόπον δὲ ἔχουσι πλεῖον ἢ τριάκοντα σταδίων. οὐ δοκοῦσι δὲ χλωροὶ, ἀλλὰ ξηρανθέντες. τῇ προσόψει δὲ οὐδὲν διαφέρουσι τῶν ἄλλων. εἰσβάλλοντι δὲ εἰς τὸν τόπον, εὐθὺς ὀσμὴ προσβάλλει. οὐ μὴν πορρωτέρω γε ἡ ἀποπνοὴ γίνεται, καθάπερ τινές φασι ταῖς προσφερομέναις ναυσὶν εἶναι πρὸς τὴν χώραν. καὶ γὰρ ὁ τόπος οὗτος ἀπὸ θαλάττης ἀπέχει πλείους ἢ ἑκατὸν πεντήκοντα σταδίους. ἀλλ' ἐν τῇ Ἀραβίᾳ τὴν ἀναπνοὴν εἶναί φασι τὴν ἀπὸ τῆς χώρας εὔοσμον. ἐν μὲν οὖν Συρίᾳ τὰ περιττὰ τῇ ὀσμῇ, σχεδὸν ταῦτ' ἐστιν. ἡ γὰρ χαλβάνη, βαρύτερον καὶ μᾶλλον φαρμακῶδες. ἐπεὶ καὶ γίνεται αὕτη περὶ Συρίαν, ἐκ τοῦ Πάκους καλουμένου. τὰ δὲ ἄλλα πάντα τὰ εὔοσμα, οἷς πρὸς τὰ ἀρώματα χρῶνται· τὰ μὲν ἐξ Ἰνδῶν κομίζεται. κἀκεῖθεν ἐπὶ θάλατταν καταπέμπεται. τὰ δὲ ἐξ Ἀραβίας· οἷον πρὸς τῷ κιναμώμῳ, καὶ τῇ κασίᾳ, καὶ κώμακον. ἕτερον δὲ εἶναι τὸ κώμακον, καρπόν. τὸ δὲ ἕτερον παραμίσγουσιν εἰς τὰ σπουδαιότατα τῶν μύρων. τὸ δὲ καρδάμωμον καὶ ἄμωμον, οἱ μὲν ἐκ Μηδείας, οἱ δ' ἐξ Ἰνδῶν, καὶ ταῦτα, καὶ τὴν νάρδον, καὶ τὰ ἄλλα ἢ τὰ πλεῖστα. οἷς μὲν οὖν εἰς τὰ ἀρώματα χρῶνται, σχεδὸν τάδε ἐστι. κασία, κινάμωμον, καρδάμωμον, νάρδος, νάιρον, βάλσαμον, ἀσπάλαθος, στύραξ, ἶρις, νάρτη, κόστος, πάνακες, κρόκος, σμύρνα, κύπειρον, σχοῖνος, κάλαμος, ἀμάρακον, λωτὸς, ἄνηθον. τούτων δὲ τὰ μὲν, ῥίζαι, τὰ δὲ φλοιοὶ, τὰ δὲ κλῶνες, τὰ δὲ ξύλα, τὰ δὲ σπέρματα, τὰ δὲ δάκρυα, τὰ δὲ ἄνθη. καὶ τὰ μὲν πολλαχοῦ γίνεται· τὰ δὲ περιττότατα καὶ εὐοδμότατα, πάντα ἐκ τῆς Ἀσίας καὶ ἐκ τῶν ἀλεεινῶν τόπων. ἐκ γὰρ τῆς Εὐρώπης οὐδέν ἐστιν ἔξω ἴριδος. αὕτη δὲ ἀρίστη ἐν Ἰλλυριοῖς, οὐκ ἐν τῇ πρὸς θάλατταν χώρᾳ, ἀλλ' ἐν τῇ ἀνακεχωρηκυίᾳ, κειμένῃ δὲ μᾶλλον πρὸς ἄρκτον. τόποι δὲ τόπων διαφέρουσιν, ἐν οἷς ἀμείνων. ἐργασία δὲ περὶ αὐτὴν οὐδεμία· πλὴν τοῦ περικαθήραντα ἀναξηραίνειν. τὰ γὰρ ἐν τῇ Θρᾴκῃ φυόμενα ῥίζια, καθάπερ τό τε τῇ νάρδῳ προσεμφερῆ τὴν ὀσμὴν ἔχον, καὶ ἕτερα ἄττα μικρά τινα καὶ ἀσθενῆ τὴν εὐωδίαν ἔχει. καὶ περὶ μὲν τῶν εὐόσμων ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω.

Calamus vero, & iuncus trans Libanum montem, inter ipſum Libanum, & alium quendam montem paruum, valle minima exeunt. Non vt quidam dixere inter Libanũ, atque Antilibanum. Inter quos campus ampliſſimus & pulcherrimus eſt, quem Aulonem appellant. Qua vero calamus & iuncus proueniunt, lacus in amplum extenditur, iuxtaque eum paluſtribus ſiccatis iſti aſſurgũt. Plus autem quam triginta ſtadiorum occupant locum. Virides nequaquam eſſe videntur, ſed ſicci: forma vero nihil ab alijs differunt. Lacũ ingredienti protinus odor aſpirat, non tamen longius ſpirat, vt quidam referunt. Hic enim locus plus quam centum quinquaginta ſtadiã abeſt a mari. Sed in Arabia aſpirationem agri odoratiſſimam eſſe inter omnes conſtat. Quæ in Syria odore excellẽtiora ſunt, hæc ſunt ferme. Chalbanum enim grauius olet, & medicinæ potius cõuenit. Id namque in Syria naſcitur ex Paco vocato. Cætera autem odorata, quorũ in vnguẽto vſus, partim ex India aduehuntur, ac inde mittuntur ad mare: partim ex Arabia deportantur; vt cinamomum, & caſia: atq; etiam comacum: fructum, hoc alium eſſe. Alterum vero vnguentis permiſcere ſumptuoſiſſimis ſolent. Cardamomum atq; amomum alij ex Media, alij ex India, cum nardo, & reliquis omnibus, aut plurimis aduehi narrant. Quibus ad vnguenta vtuntur, hæc fere ſunt; caſia, cinamomum, cardamomum, nardus, nerum, balſamũ, aſpalathus, ſtyrax, conſecratrix, narta, coſtus, liguſticum, crocum, myrrha, gladiolus, iuncus, calamus, ſanſucum, lotus, anethum. Horũ alia radices, alia cortices, alia rami, alia ligna, alia ſemina, alia lachrymæ, alia flores. Et quædã multis in locis proueniunt, quædam in Aſia tantum, & locis apricis; quæ ſcilicet ſuperuacua maxime, atq; odoratiſſima ſunt. Quippe cum in Europa nihil præter conſecratricem inueneris, quæ optima apud Illyrios exit, non tamẽ prope maritima, ſed mediterranea magis ad ſeptentrionẽ ſita. Verũ loci a locis differunt, ita vt producere meliorẽ poſſint. Cultus nullus ei accommodatur, niſi quod ablaqueatam ſoleant reſiccare. Radiculæ enim quas Thracia fert videlicet, quæ odoris nardo ſimilis eſt, & aliæ quædã paruam, exilemq; odoris gratiam habent. Atque de odoratis hactenus.

ΚΕΦ. Η. | CAP. VIII.

De ſuccis quando, & quomodo fiat ſuccatio, & radicidium. Necnon lactiſuccatiô, & liquatio.

ΠΕρὶ δὲ τῶν ὀπῶν ὅσα μὴ πρότερον εἴρηται, λέγω δὲ οἷον εἴ τινες φαρμακώδεις ἢ καὶ ἄλλας ἔχουσι δυνάμεις, πειρατέον ὁμοίως εἰπεῖν. ἅμα δὲ καὶ περὶ ῥιζῶν· καὶ γὰρ τῶν ὀπῶν τινες ἐκ τούτων. καὶ χωρὶς αὐταὶ καθ' αὑτὰς πολλὰς ἐναντίας ἔχουσι δυνάμεις. ὅλως δὲ περὶ πάντων φαρμακωδῶν· οἷον καρποῦ, χυλισμοῦ, φύλλων, ῥιζῶν, πόας. καλοῦσι γὰρ καὶ πόαν ἔνια τῶν φαρμακωδῶν οἱ ῥιζοτόμοι. τῶν δὲ ῥιζῶν πλείους μὲν εἰσι δυνάμεις, καὶ πρὸς πλείω. ζητοῦνται δὲ μάλιστα αἱ φαρμακώδεις ὡς χρησιμώταται· διαφέρουσαι τῷ τε μὴ πρὸς αὐτὰ, καὶ τῷ μὴ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἔχειν τὴν δύναμιν. ὡς δὲ οὖν ἐπίπαν, αἱ πλεῖσται μὲν ἐν αὐταῖς ἔχουσι καὶ τοῖς καρποῖς, καὶ τοῖς ὀποῖς. ἔνιαι δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς φύλλοις. τὰς δὲ φυλλώδεις δυνάμεις τὰς πολλὰς σχεδὸν πόας καλοῦσιν ὥσπερ εἴρηται οἱ ῥιζοτόμοι. ὁ μὲν οὖν ὀπισμὸς γίνεται τῶν ὀπιζομένων ὡς ἐπίπαν τοῦ θέρους. τῶν μὲν, ἐνισταμένου, τῶν δὲ προεληλυθότος. τὴν δὲ ῥιζοτομίαν γίνεσθαι μέν τινων καὶ ὑπὸ πυροτομίαν, καὶ μικρῷ πρότερον. οὐ μὴν ἀλλ' ἤγε πλείων, τοῦ μετοπώρου μετ' Ἀρκτοῦρον, ὅταν φυλλορροήσωσιν. ὅσων δὲ καὶ ὁ καρπὸς χρήσιμος, ὅταν ἀμέρσωσι τὸν καρπόν. ἔστι δὲ ὀπισμὸς, ἢ ἀπὸ τῶν καρπῶν, ὥσπερ τοῦ τιθυμάλλου, καὶ τῆς θριδακίνης, καὶ σχεδὸν τῶν πλείστων· ἢ ἀπὸ τῶν ῥιζῶν· ἢ τρίτον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, ὥσπερ τῆς μήκωνος. ταύτης γὰρ μόνης καὶ τοῦτο ἴδιον αὐτῆς. τῶν μὲν οὖν, καὶ αὐτόματος ὁ ὀπὸς συνίσταται δακρυώδης. ὥσπερ τῆς τραγακάνθης. ταύτης γὰρ οὐδὲν τέμνειν ἐστί. τῶν δὲ πλείστων δι' ἐντομῆς. ὧν τινὰς μὲν εὐθὺς εἰς ἀγγεῖα συνάγουσιν. ὥσπερ καὶ τιθυμάλλου ἢ τοῦ μηκωνίου· καλοῦσι γὰρ ἀμφοτέρως· καὶ ἁπλῶς ὅσα πολύοπα τυγχάνει. τῶν δὲ μὴ πολυοπῶν ἐρίῳ λαμβάνουσιν· ὥσπερ καὶ τῆς θριδακίνης. ἐνίων δὲ οὐδὲ ὀπισμὸς, ἀλλ' οἷον χυλισμός ἐστιν. ὥσπερ ὅσα καίοντες καὶ ὕδωρ ἐπιχέαντες, ἀπωθοῦσι καὶ λαμβάνουσι τὴν ἀπόσταξιν. ξηρὸς δὲ δηλονότι καὶ ἐλάττων ὁ χυλὸς τούτων. ἔστι δὲ τῶν μὲν ἄλλων ῥιζῶν τὸ χύλισμα ἀσθενέστερον τοῦ καρποῦ· τοῦ κωνείου δὲ ἰσχυρότερον. καὶ τὴν ἀπαλλαγὴν ῥᾳδίως ποιεῖ καὶ θᾶττον, μικρὸν πάνυ καταπότιον δοθέν. ἐνεργότερον δὲ καὶ εἰς τὰς ἄλλας χρείας. ἰσχυρότερον δὲ καὶ τὸ τῆς θαψίας. τὰ δὲ ἄλλα πάντα ἀσθενέστερα. οἱ μὲν οὖν ὀπισμοὶ σχεδὸν τοσαυταχῶς γίνονται. τῆς δὲ ῥιζοτομίας οὐκ ἔστι τοιαύτη διαφορὰ, πλὴν ἐν ταῖς ὥραις· οἷον θέρους ἢ μετοπώρου. καὶ τὸ τάσδε ἢ τάσδε τῶν ῥιζῶν· οἷον τοῦ ἐλλεβόρου τὰς κάτω τὰς λεπτάς. τὴν γὰρ ἄνω τὴν παχεῖαν, τὴν κεφαλώδη, φασὶν ἀχρεῖον εἶναι· καὶ διδόναι ταῖς κυσὶν, ὅταν βούλωνται καθαίρειν. καὶ ἐφ' ἑτέρων δέ τινων τοιαύτας λέγουσι διαφοράς.

DE ſuccis, quæ ſuperius non diximus videlicet, ſiqui medici, aut alias quaſdam vires habeant, nunc pari modo explicare conabimur: ſimulq; de radicibus diſſeremus. Succorũ enim nonnullos premi ex radicibus certũ eſt; & ſeorſim ipſæ per ſe multas atq; contrarias habent vires. Ad ſummã de omnibus medicamẽtis, ceu fructu, ſucco, folio, radice, herba (nã herbas quoq; ex medicamentis quædam, herbarij nominãt) verba, quoad ſatis ſit, faciemus. Radicũ autẽ plures potentiæ, & ad plura ſunt. Quæruntur autẽ medicæ potiſſimum, vt vtiliſsimæ. Quæ differũt & quod non ad eadẽ, & quod non in eiſdẽ vim habeant. In vniuerſũ vero & in ſe habent, & in fructibus, & ſuccis: nonnullæ & in folijs. Foliorũ quippe vires plurimas, herbas fere herbarij (vt dictu eſt) vocãt. Radicum lactuoſarũ ſuccatio æſtate ſemper fere agitur; partim ineũte, partim prouecta. Sed radicidiũ quanquam etiã fieri per meſſem tritici aliqua ex parte non negẽt: tamẽ large in autumno poſt Arcturũ factitari affirmant. Poſtquã ſcilicet folia defluxerunt. Et quorũ fructus vtilis ſit priuſquam fructũ amiſerint. Fieri autẽ lactiſuccatio ſolet aut e caulibus, vt lactariæ, & lactucæ, & partis fere maximæ. Aut e radicib°, aut tertio e capite, vt papaueris: huic enim ſoli peculiare id quoq; datur. Ergo quibuſdam ſponte ſuccus conſiſtit, ſpiſſaturq; lachrymæ modo, vt in hirciſpina appellata: hãc enim cædere opus nequaquam eſt. At plurimorũ ſucci per inciſuram manent neceſſe eſt. Quorũ nonnullos ſtatim in vaſa colligũt, ſicut lactariæ, ſiue lactucæ caprinæ. Vocatur hoc enim etiã nomine: atq; in totũ, quibus lactis eſt copia. Quibus autẽ minus, lana eorũ ſuccus excipitur, vt lactucæ. Quorundã non lactiſuccatio, ſed veluti liquatio fieri ſolet. Vt quæ vrentes, aut torrentes, aquãq; infundentes exprimunt, atq; ita ſtillamentũ accipiũt. Enimuero minus liquoris, idq; ſiccũ hæc habent. Cæterarum autẽ radicũ liquamentũ fructu infirmius. Cicutæ autẽ validius, & mortẽ facile breuiq; affert: etiam ſi exiguum admodũ potui detur. Quin & ad alios vſus efficacius idẽ eſt. Thapſiæ autem validius. Reliqua vero omnia debiliora longe deprehẽduntur. Succatio tot fere modis fieri ſolet. Radicidij vero differentia nulla eiuſmodi redditur, præterquam temporis ratione; vt æſtate, aut autumno: & quod has aut illas ſuccidi oporteat. Exempli gratia, ellebori imas, atque tenuiores. Supernam enim in caput extuberantem, inutilem aſſerunt; & canibus dandam cum purgandum eſt. Sed & in alijs quibuſdam differentias tales aſſignant.

ΚΕΦ. Θ. CAP. IX.

Quid herbarij præcipiant ſecandis colligendiſque herbis. Tum in ſecando precandum Deos. Quidque in precatione abſurdum, atque in ſectione adiectitium. Vt de cauenda aquila, quod periculum ſecantibus immineat.

Ἔτι δὲ ὡς οἱ φαρμακοπῶλαι καὶ οἱ ῥιζοτόμοι, τὰ μὲν ἴσως οἰκείως, τὰ δὲ καὶ ἐπιτραγῳδοῦντες λέγουσι. κελεύουσι γὰρ τὰς μὲν κατὰ ἄνεμον ἱσταμένους τέμνειν, ὥσπερ ἑτέρας τέ τινας, καὶ τὴν θαψίαν, ἀλειψαμένους λίπα. τὸ γὰρ σῶμα ἀνοιδεῖν, ἐὰν ἐξ ἐναντίας. κατ' ἄνεμον δὲ καὶ τοῦ κυνοσβάτου τὸν καρπὸν συλλέγειν. εἰ δὲ μή, κίνδυνον εἶναι τῶν ὀφθαλμῶν. τὰς δὲ νύκτωρ, τὰς δὲ μεθ' ἡμέραν· ἐνίας δὲ πρὶν αὐτὸν ἥλιον ἐπιβάλλειν. οἷον καὶ τὸ καλούμενον κλύμενον. καὶ ταῦτα μὲν καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις, τάχ' ἂν οὐκ ἀλλοτρίως δόξαιεν λέγειν. ἐπισινεῖς γὰρ τινῶν αἱ δυνάμεις. ἐξάπτειν γάρ φασιν ὥσπερ πῦρ καὶ κατακαίειν τὸν ἐλλέβορον. ἐπεὶ καὶ ταχὺ καρηβαρεῖν ποιεῖ, καὶ οὐ δύνανται πολὺν χρόνον ὀρύττειν. διὸ καὶ προεσθίουσι σκόροδα, καὶ ἄκρατον ἐπιπίνουσιν. ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα ὥσπερ ἐπίθετα καὶ πόῤῥωθεν. οἷον τὴν παιωνίαν, οἱ δὲ γλυκυσίδην καλοῦσι, νύκτωρ κελεύουσιν ὀρύττειν. ἐὰν γὰρ ἡμέρας, καὶ ὀφθῇ τις ὑπὸ δρυοκολάπτου, τὸν μὲν καρπὸν ἀπολέγων κινδυνεύει τοῖς ὀφθαλμοῖς· τὴν δὲ ῥίζαν τέμνων, ἐκπίπτει τὴν ἕδραν. φυλάττεσθαι δὲ καὶ τὴν κενταυρίδα τέμνοντα τριόρχην, ὅπως ἂν ἄτρωτος ἀπέλθῃ. καὶ ἄλλας δέ τινας ὁμοίως. τὸ δ' ἐπευχόμενον τέμνειν, οὐδὲν ἴσως ἄτοπον. ἀλλ' εἴ τι καὶ ἄλλο προστιθέασιν, οἷον τὸ πανακὲς, τὸ Ἀσκληπίειον καλούμενον τεμνοντες, ἀντεμβάλλειν τῇ γῇ παγκαρπίαν μελιτοῦταν· ὅταν δὲ τὴν ξίριν, τριμήνους μελιτούτας ἀντεμβάλλειν μισθόν. τέμνειν δὲ ἀμφήκει ξίφει περιγράψαντα εἰς τρεῖς. καὶ ὅ,τι ἂν πρῶτον τμηθῇ, μετέωρον ἔχειν. εἶθ' οὕτω τὸ στερρὸν τέμνειν. καὶ ἄλλα δὲ τοιαῦτα πλείω. περιγράφειν δὲ καὶ τὸν μανδραγόραν εἰς τρεῖς ξίφει· τέμνειν δὲ πρὸς ἑσπέραν βλέποντα· τὸν δ' ἕτερον κύκλῳ περιορχεῖσθαι, καὶ λέγειν ὡς πλεῖστα περὶ ἀφροδισίων. τοῦτο δὲ ὅμοιον ἔοικε τῷ περὶ τοῦ κυμίνου λεγομένῳ κατὰ τὴν βλασφημίαν, ὅταν σπείρουσι. περιγράφειν δὲ καὶ τὸν ἐλλέβορον τὸν μέλανα ἱστάμενον πρὸς ἠῶ. καὶ προσκατευχόμενον δέ. ἀετὸν δὲ φυλάττεσθαι καὶ ἐκ δεξιᾶς καὶ ἐξ ἀριστερᾶς· κίνδυνον γὰρ εἶναι τοῖς τέμνουσιν. ἐὰν δὲ ὁ ἀετὸς ἐγγὺς, ὁ ἀποτέμνων ἀποθνήσκει ἐνιαυτῷ. ταῦτα μὲν οὖν ἐπιθέτως ἔοικεν, ὥσπερ εἴρηται. τρόποι δ' οὐκ εἰσὶ τῶν ῥιζοτομιῶν, πλὴν οὓς εἴπομεν.

Adde quæ medicamētarij, & herbarij partim forſitan recte; partim quo rem ſuam oſtentent ac prædicent, adiungunt. Præcipiunt enim alias vento auerſo ſecare, ſicuti tum alias quaſdam tum thapſiam, corpore oleo peruncto. Nā ſi ex aduerſo, corpus tumeſcere aiunt. Fructum quoque caninæ ſentis, flatu auerſo colligendum cenſent, alioqui periculum oculis imminere. Alias noctu accipere iubent: alias interdiu. Nonnullas prius quam ſol irradiet, vt quod volucrum appellant. Et hæc quidem hiſque ſimilia, non ab re dici fortaſſe putaueris. Sunt enim quæ noxias habent vires. Veratrum enim incendere & ignis modo vrere aiunt. Mox caput aggrauat, nec diu effodere illud poſſunt. Qua de cauſa priuſquam fodere adorſi ſint, allia comedere, & vinum ſubinde ſorbere cōſueuerunt. At illa veluti adiectitia, & e longinquo ducta apparent. Pœoniam enim quam alij dulciſidam vocant; noctu effodiendam præcipiunt. Nam ſi interdiu, & a pico martio fructum colligere quis videatur, oculis periclitabitur. Radicem autem ſecans ſedem procidet. Febrifugiam quoque ſecantes accipitrem triteſtigerum nuncupatum cauere, vt ſine vulnere poſſint diſcedere, & alia huiuſcemodi in quibuſdā alijs notant. Precari autem in ſecando haud quaquam abſurdum fortaſſe ſit. Sed quæ addunt, abſurda potius dixeris. Panacem enim Æſculapieam cognominatam effodientes, e vario frugum genere placentam terræ inijcere: cum vero Xirin (plātam quandam aromaticam ſic vocant) & enſe vtrinque acuto ter circumſcribentes ſuccidere. Quodque primum inciderint, ſublime tenere. Deinde alterum cædere. Ac eiuſmodi alia complura enarrant. Mandragoram quoque enſe ter circumſcribere iubent. & alterum ſuccidere ad occaſum ſpectando. Alterum circumſaltare, plurimaque de re venerea dicere. Quod maledictis, & execrationibus ſane proximum eſt, quas ſatui cumini neceſſarias putant. Quin & elleborum nigrum circumſcribere ſpectando ad ortum, idque precando. Sed & aquilam cauere tam a dextra, quam a ſiniſtra. Periculum enim ſecantibus imminere aiunt: & ſi aquila prope aduolauerit, moriturum illo anno qui ſuccidit, augurium eſſe. Sed hæc plane commentitia videntur, vt dictum eſt. Modus autem radicidij præter prædictos nullus alius datur.

ΚΕΦ. Ι. CAP. X.

De medicinis ellebori, panacis, tuberis terræ, cucumeris ſylueſtris, triſaginis, caricæ ſive piri, & aliorum quorundam.

Ἔστι δ' ὥσπερ ἐλέχθη τῶν μὲν πάντα χρήσιμα, καὶ ἡ ῥίζα, καὶ ὁ καρπὸς, καὶ ὁ ὀπὸς, ὥσπερ ἄλλων τε καὶ τοῦ πάνακος. τῶν δὲ, ἡ ῥίζα καὶ ὁ ὀπὸς· οἷον τῆς σκαμωνίας, καὶ τοῦ κυκλαμίνου, καὶ τῆς θαψίας, καὶ ἑτέρων. καθάπερ καὶ τοῦ μανδραγόρου, τὸ μὲν φύλλον χρήσιμον εἶναί φασι πρὸς τὰ ἕλκη μετ' ἀλφίτου· τὴν δὲ ῥίζαν πρὸς ἐρυσίπελας, ξυσθεῖσαί τε καὶ ὄξει δευθεῖσαν· καὶ πρὸς τὰ ποδαγρικὰ, καὶ πρὸς ὕπνον καὶ φίλτρα. διδόασι δὲ ἐν οἴνῳ ἢ ἐν ὄξει. τέμνουσι δὲ τροχίσκους ὥσπερ ῥαφανίδος. ἐνείραντες δὲ ἐν γλεύκει ἐκρέμασαν ὑπὲρ καπνοῦ. ὁ δὲ ἐλλέβορος ἐπὶ ταῦτα, τῇ τε ῥίζῃ καὶ τῷ καρπῷ χρήσιμος. εἴπερ οἱ ἐν Ἀντικύρᾳ καθάπερ φασὶ τῷ καρπῷ καθαίρουσιν. ἔχει δὲ σησαμώδη τοῦτον. πλείω δὲ καὶ τοῦ πάνακος τὰ χρήσιμα, καὶ οὐ πάντα πρὸς τὸ αὐτό. ἀλλ' ὁ μὲν καρπὸς πρὸς τὰς ἐξαμβλώσεις, καὶ πρὸς τὰ σπασμάτια, καὶ τοὺς τοιούτους πόνους. ἔτι δὲ πρὸς τὰ ὦτα καὶ τὰς φωνασκίας. ἡ δὲ ῥίζα πρός τε τοὺς τόκους, καὶ τὰ γυναικεῖα, καὶ πρὸς ὑποζυγίων φύσεις. χρήσιμοι δὲ καὶ πρὸς τὸ ἴρινον μύρον, διὰ τὴν εὐωδίαν· ἰσχυρότερον δὲ τὸ σπέρμα τῆς ῥίζης. γίνεται δὲ περὶ Συρίαν· καὶ τέμνεται περὶ πυραμητόν· τοῦ δὲ κυκλαμίνου ἡ μὲν ῥίζα πρός τε τὰς ἐκπνεύσεις τῶν φλεγμονῶν, καὶ πρόσθετον ταῖς γυναιξὶ, καὶ πρὸς τὰ ἕλκη, ἐν μέλιτι· ὁ δὲ ὀπὸς πρὸς τὰς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καθάρσεις ἐν μέλιτι ἐγχεόμενος· καὶ πρὸς τὸ μεθύσκειν, ἂν ἐν οἴνῳ διαβρέχων διδῷ τις πιεῖν· ἀγαθὴ δὲ τὴν ῥίζαν καὶ εἰς ὠκυτόκιον περίαπτον, καὶ εἰς φίλτρα. ὅταν δὲ ὀρύξωσι, κατακαίουσι· εἶτ' οἴνῳ δεύσαντες τροχίσκους ποροῦσιν, ὡς τῆς τρυγὸς ᾗ ῥυπτόμεθα. καὶ τοῦ σικύου δὲ τοῦ ἀγρίου, τὴν μὲν ῥίζαν ἀλφοῦ καὶ ψώρας βοσκήμασι. τὸ δὲ σπέρμα χυλισθὲν ποιεῖ τὸ ἐλατήριον. τίλλεται δὲ τοῦ φθινοπώρου· τότε γὰρ βέλτιστον. τῆς δὲ χαμαίδρυος, τὰ μὲν φύλλα πρὸς τὰ ῥήγματα καὶ πρὸς τραύματα, ἐν ἐλαίῳ τριβόμενα· πρός τε τὰ νεμόμενα ἕλκη. τὸν δὲ καρπὸν καθαίρειν χολήν. ἀγαθὸν δὲ καὶ ὀφθαλμοῖς. πρὸς δὲ τὰ ἀργέματα προσάγειν τὸ φύλλον τρίψαντα ἐν ἐλαίῳ. ἔχει δὲ τὰ φύλλα οἷά περ δρυός. τὸ δὲ ἀνάστημα τῆς ὅλης, ὅσον σπιθαμιαῖον. εὔοσμον δὲ καὶ ἡδύ. τὸ μὲν οὖν, μὴ πρὸς τὸ αὐτὸ πάντα τὰ μέρη χρήσιμα τυγχάνειν, οὐκ ἴσως ἄτοπον. τὸ δὲ τῆς αὐτῆς ῥίζης, τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ κάτω καθαίρειν, θαυμασιώτερον. οἷον τῆς θαψίας καὶ τῆς ἰσχάδος· οἱ δ' ἄπιον καλοῦσι· καὶ τῆς λιβανωτίδος. τὸ γὰρ αὖ καὶ κάτω καὶ ἄνω τὰ αὐτὰ δύνασθαι καθαίρειν· καθάπερ τὸ ἐλατήριον, οὐδὲν ἄτοπον. ἔχει δὲ ἡ θαψία, φύλλον μὲν ὅμοιον μαράθρῳ, πλὴν πλατύτερον. καυλὸν δὲ ναρθηκώδη. ῥίζαν δὲ λευκήν. ἡ δ' ἰσχὰς ἢ ἄπιος, φύλ-

SVnt vero (vti retulimus) quorundam o-mnia commoda; & radix, & fructus: vt [illegible]moniæ, & tuberis terræ, & thapſiæ, &[illegible] rum quorundam. Nam & mandragoræ folium vtile ad vlcera cum farina tradunt. Radicem ad eryſipelas, raſam & aceto ſubactam, & ad morbos podagricos, & ad ſomnum, atque amores. Datur in vino aut aceto. Secant eius quoque orbiculos ſicuti radiculæ, quos transfixos in fumo ſuſpendent. Elleborum ad hæc eadem non ſolum radice ſed etiam fructu vtile eſt. Siquidem in Anticyra (vt fertur) fructu eius purgantur, quem ſeſamaceum fert. Panacis quoque pleraque aſſignātur commoda; nec omnia ad idem. Fructus enim ad abortus, & diſtentiones, & eiuſmodi genera dolorum; item ad aures, & vocem exercendam. Radix ad partus, & mulierum profluuia, & ad iumentorum morbos. Necnon ad irinum vnguentum vtilis. Addit enim ſuauem olentiam. Sed fructus radice validior eſt. Naſcitur circa Syriam. Secatur per meſſem tritici. Tuberis terræ radix ad exhalationes inflammationum valet, & ad menſtrua, & ad vlcera ex melle. Succus ad caput purgandum illitus, & ad ebrietatem, ſi ſparſum in vino potui des. Radix etiam ad partuum celeritatem appenſa benefica eſt, & ad amores. Cum eam ſuffoderint, vino deinde ſubigunt, inque paſtillos digerunt, ſicuti fecis vini, qua maculæ abſterguntur. Cucumeris ſylueſtris radix vitiliginem & ſcabiem pecudum tollit: ſemen vero liquatum medicamen, quod elaterium vocant, fit. Legitur autumno, tunc enim optimum eſt. Triſaginis folia ad rupta & vulnera in oleo trita valent, & ad depaſcentia vlcera. Fructus bilem extrahit, & oculis quoque beneficus eſt. Folium ad albugines tritum in oleo prodeſt. Habet hæc herba folia quercus inſtar, & ſtatura vix palmum excedit, & odorata atque ſuauis eſt. Partes vero omnes herbæ eiuſdem minime ad idem vtiles fore haud quicquam abſurdum fortaſſe videatur. Radicis vero eiuſdem partem vnam ſuperius, alteram inferius purgare profecto mirabilius ſit: vt thapſiæ & caricæ (quam alij pirum appellant) & roris marini. Idem tam inferius, quam ſuperius extrahere poſſe, ceu elaterium, nequaquam abſonum dixeris. Habet thapſia folium fœniculo ſimile, latius tamen: caulem ferulaceum, radicem candidam. Carica ſiue pirus folio conſtat rutaceo

breui,

λον μὲν ἔχει πηχυνῶδες βραχύ. καυλοὺς δ᾽ ἐπιγείους τρεῖς, ἢ τέτταρας. ῥίζαν δὲ, οἷον ἀσφόδελος, πλὴν λεπυρώδη. φιλεῖ δὲ ὀρεινὰ χωρία, καὶ χλοερά. τίλλεται δὲ τοῦ ἦρος. τοῦτο μὲν οὖν ἴδιον τῶν εἰρημένων.

breui, caulibus ternis, aut quaternis humi proſtratis. Radice qua albucum, verum ſquamoſa. Legitur vere. Id igitur eorum de quibus dictum, eſt peculiare.

ΚΕΦ. ΙΑ.

CAP. XI.

Elleborum nigrum, & candidum. Deque eius vi & natura.

Ὁ δὲ ἐλλέβορος ὅτε μέλας καὶ λευκὸς, ὥσπερ ὁμώνυμοι φαίνονται. περὶ δὲ τῆς ὄψεως διαφωνοῦσιν. οἱ μὲν γὰρ ὁμοίους εἶναι, πλὴν τῷ χρώματι μόνον διαφέρειν. τὴν δὲ ῥίζαν τοῦ μὲν λευκὴν, τοῦ δὲ μέλαιναν· οἱ δὲ τοῦ μέλανος τὸ φύλλον δαφνῶδες, τοῦ δὲ λευκοῦ, πρασῶδες. τὰς δὲ ῥίζας ὁμοίας, πλὴν τῶν χρωμάτων· οἱ δ᾽ οὖν ὁμοίας λέγοντες, τοιαύδέ φασιν εἶναι τὴν μορφήν. καυλὸν δὲ ἀνθερικώδη βραχὺν σφόδρα. φύλλον δὲ πλατύσχιστον ὅμοιον τῷ τοῦ νάρθηκος, μῆκος ἔχον εὐμήκες. εὐθὺς δ᾽ ἐκ τῆς ῥίζης ἠρτημένον τε καὶ ἐπιγειόφυλλον. πολύρριζον δ᾽ εὖ μάλα ταῖς λεπταῖς καὶ χρησίμοις. ἀναιρεῖν δὲ τὸν μὲν μέλανα καὶ ἵππους, καὶ βοῦς, καὶ ὗς· διὸ καὶ οὐδὲ νέμεσθαι τοῦτον. τὸν λευκὸν δὲ νέμεσθαι τὰ πρόβατα, καὶ ἐκ τούτου πρῶτον συνοφθῆναι τὴν δύναμιν, καθαιρομένων ἐκείνων. ὡραῖος δὲ μετοπώρου· τοῦ δ᾽ ἦρος, ἄωρος. ἀλλὰ πρὸς τὴν Πυλαίαν οἱ ἐκ τῆς Οἴτης συλλέγουσι. πλεῖστος γὰρ ἐνταῦθα φύεται καὶ ἄριστος· μοναχοῦ δὲ φύεται τῆς Οἴτης περὶ τὴν Πυράν. μίσγεται δὲ πρὸς τὴν πόσιν, ὅπως εὐεμέση, τὸ τῆς ἐλλεβορίνης σπέρμα. τοῦτο δ᾽ ἐστὶ ποάριον. φύεται δὲ ὁ μὲν μέλας πανταχοῦ. καὶ γὰρ ἐν τῇ Βοιωτίᾳ, καὶ ἐν Εὐβοίᾳ, καὶ παρ᾽ ἄλλοις. ἄριστος δὲ ὁ ἐκ τοῦ Ἑλικῶνος. καὶ ὅλως τὸ ὄρος εὐφάρμακον. ὁ δὲ λευκὸς, ὀλιγαχοῦ. βέλτιστοι δὲ καὶ οἷσγε χρῶνται, μάλιστα τέτταρες· Οἰταῖος, Ποντικὸς, Ἐλεάτης, Μασσαλιώτης. φασὶ δὲ τὸν Ἐλεάτην ἐν ταῖς ἀμπέλοις φύεσθαι, καὶ ποιεῖν τὸν οἶνον οὕτω διουρητικὸν, ὥστε λαγαροὺς εἶναι πάνυ τοὺς πίνοντας. ἄριστος δὲ πάντων καὶ τούτων καὶ τῶν ἄλλων ὁ Οἰταῖος. ὁ δὲ Παρνάσιος καὶ ὁ Αἰτώλιος (γίνονται γὰρ ἐνταῦθα πολλοί· καὶ ὠνοῦνται καὶ πωλοῦσιν οὐκ εἰδότες) σκληροί τε καὶ ἄγαν περισκελεῖς. ταῦτα μὲν οὖν ὅμοια ταῖς μορφαῖς ὄντα, δυνάμεις ἰδίας ἔχουσι. καλοῦσι δὲ τὸν μέλανά τινες ἐκ τοῦ τεμόντος καὶ ἀνευρόντος Μελαμπόδιον, ὡς ἐκείνου πρώτου τεμόντος· καθαίρουσι δὲ καὶ ὕας αὐτῷ καὶ πρόβατα, συνεπάδοντες τινὰ ἐπῳδήν. καὶ εἰς ἄλλα δὲ πλείω χρῶνται.

Elleborus vero niger, & candidus, veluti æquiuoce dici videntur, ſed de facie varia ſententia eſt. Alij enim ſimiles eſſe aiunt, præterquam quod radices colore inter ſe differant. Eſſe namque alterius candidam, alterius nigram. Alij folium nigri laureum, candidi porraceum reddunt: radices autem ſimiles, colore excepto. Qui ſimiles dicunt, formam huiuſmodi tradunt. Caulem modo propre albuci, ſed longe breuiorem: folia continuo radici annexa, ſparſaque humi radicem large multiplicem, quæ ſcilicet prætenues, atque vtiles ſint. Nigrum equos, boues, ſueſque necare affirmant, & idcirco eum cauere: candido pecudes nimirum veſci. Atque hinc primo vim deprehenſam, cum illo pecudes purgarentur. Tempeſtiuus autumno, vere autem intempeſtiuus. Verum Oetæ montis incolæ prope Pilæam eo tempore legunt. Plurimus enim optimuſque eo prouenit loco. Non tamen vbique, ſed parte vna tantummodo Oetæ, quam Pyram vocant. Miſcetur in potione, vt vomitio bene ſuccedat, elleborinæ ſemen. hæc herbula quædam eſt. Niger vbique naſcitur. Nam & in Bœotia, & Eubœa, & multis alijs locis: ſed optimus ex Helicone. Ac in totum is mons medicaminibus laudatur. At candidus locis pauciſſimis naſcitur. Optimi vero & vſitatiſſimi quatuor ſunt. Oetæus; Ponticus, Eleaticus, Maſſalioticus. Naſci Eleaticum inter vites aiunt, & vinum vſque adeo reddere prouocans vrinam, vt omnes qui bibunt graciles admodum ventre adducto efficiantur. Omnium tam eorum quam reliquorum optimus eſt Oetæus. Parnaſius vero, & Ætolicus (eo enim quoque in loco proueniunt, & quidem multi,) & emunt & vendunt ignari duritatis, ſummæque difficultatis eorum. Hæc igitur quanquam forma conueniant, vires tamen proprias habent. Nigrum vero ab eo qui comperit & primo ſuccidit, Melampodium quidam appellant. Quo & domos luſtrant, & pecora purgant, quadam cum incantatione. Atque ad alia complura vtuntur.

ΚΕΦ. ΙΒ. CAP. XII.

Panacis plura eſſe genera. Veſicariarum vero duo. Deque lactariarum, & roris marini generibus, & medicinis eorum.

Πολλὰ δέ ἐστι καὶ τὰ πανάκη καὶ οἱ τιθύμαλλοι καὶ ἕτερα ἄττα. πανάκη γὰρ καλοῦσιν πρῶτον μὲν τὰ ἐν Συρίᾳ, περὶ οὗ μικρῷ πρότερον εἴρηται. Ἄλλα δὲ τρία· τὸ μὲν Χειρώνειον καλούμενον, τὸ δὲ Ἡράκλειον, τὸ δ' Ἀσκλήπειον. ἔχει δὲ τὸ μὲν Χειρώνειον φύλλον μὲν ὅμοιον λαπάθῳ· μεῖζον δὲ καὶ δασύτερον. ἄνθος δὲ, χρυσοειδές· ῥίζαν δὲ μικράν. φιλεῖ δὲ τὰ χωρία τὰ πίονα. χρῶνται δὲ πρός τε τοὺς ἔχεις, καὶ τὰ φαλάγγια, καὶ τοὺς σῆπας, καὶ τ' ἄλλα ἑρπετά· διδόντες ἐν οἴνῳ, καὶ ἀλείφοντες μετ' ἐλαίου. τοῦ δὲ ἔχεως τὸ δῆγμα καταπλάττοντες ἐν ὀξίνῃ, καὶ πιεῖν διδόντες. ἀγαθὴν δέ φασι καὶ καθ' ἑλκῶν ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ, καὶ φυμάτων ἐν μέλιτι. τὸ δ' Ἀσκλήπειον τὴν ῥίζαν μῆκος ἐστὶν ὡς σπιθαμήν. λευκὴν δὲ καὶ παχεῖαν σφόδρα. καὶ φλοιὸν παχὺν καὶ ἁλικώδη· καυλὸν δὲ ἔχει γονατώδη πανταχόθεν. φύλλον δὲ ὅμοιον τῇ θαψίᾳ, πλὴν παχύτερον. ἀγαθὸν δὲ εἶναί φασιν καθ' ἑρπετῶν τε ξύοντα πίνειν, καὶ σπληνὸς ὅταν αἷμα περὶ αὐτὸν, ἐν μελικράτῳ. καὶ κατὰ κεφαλῆς τρίβοντα ἐν ἐλαίῳ ἀλείφειν. καὶ ἄλλό τι ἐὰν πονῇ τις ἀφανές. καὶ γαστρὸς ὀδύνης ἐν οἴνῳ ξύοντα. δύνασθαι δὲ καὶ τὰς μακρὰς ἀῤῥωστίας ἐκκλίνειν. ἔπειτα τῶν ἑλκωδῶν, τῶν μὲν ὑγρῶν, ξηρὸν ἐπιπάττοντα, προκατακλύζοντα οἴνῳ θερμῷ. τῶν δὲ ξηρῶν, ἐν οἴνῳ δεῦσαι καὶ καταπλάττειν. τὸ δὲ Ἡράκλειον φύλλον μὲν ἔχει μέγα καὶ πλατὺ καὶ τρισπίθαμον πανταχῇ, ῥίζαν δ' ὡς δακτύλου τὸ πάχος, δικρανῆ ἢ τρικρανῆ· τῇ γεύσει μὲν ὑπόπικρον, τῇ δ' ὀσμῇ καθάπερ λιβανωτοῦ καθαρῶς. ἀγαθὴν δὲ κατὰ τῆς ἱερᾶς νόσου μιγνυμένην φώκης πιτύα, ὅσον τεταρτημόριον, πίνειν. καὶ κατ' ὀδυνῶν κατὰ γαστέρα, ἐν οἴνῳ γλυκεῖ. καὶ ἑλκῶν τῶν μὲν ὑγρῶν, ξηρὰ τῶν δὲ ξηρῶν, ἐν μέλιτι. αὗται μὲν οὖν ταύτας ἔχουσι τὰς διαφορὰς τε καὶ δυνάμεις. ἄλλα δὲ πανάκη τὸ μὲν λεπτόφυλλον, τὸ δὲ, πλατύφυλλον· αἱ δὲ δυνάμεις ἀμφοῖν αἱ αὐταί. προσθετέον τε ταῖς γυναιξὶ, καὶ κατάπλασμα μετ' ἀλφίτων, καὶ πρὸς τὰ ἕλκη τὰ ἄλλα, καὶ πρὸς τὰ νεμόμενα. συνώνυμοι δὲ καὶ οἱ στρύχνοι, καὶ οἱ τιθύμαλλοι. τῶν γὰρ στρύχνων ὁ μὲν ὑπνώδης, ὁ δὲ μανικός. καὶ ὁ μὲν ὑπνώδης ἐρυθρὰν ἔχων τὴν ῥίζαν ὥσπερ αἷμα, ξηραινομένην, ὀρυττομένην δὲ λευκήν. καὶ καρπὸν ἐρυθρότερον κόκκου· φύλλον δὲ τιθυμάλλῳ ὅμοιον, ἢ μηλέᾳ τῇ γλυκείᾳ. καὶ αὐτὸ δασὺ καὶ πυθμὴν μέγας. τούτου τῆς ῥίζης τὸν φλοιὸν κόπτοντες λίαν, καὶ βρέχοντες ἐν οἴνῳ ἀκράτῳ, διδόασι, καὶ ποιεῖ καθεύδειν. φύεται δὲ ἐν χαράδραις καὶ τοῖς μνήμασιν. ὁ δὲ μανικὸς (οἱ μὲν, βρύορον καλοῦσιν αὐτὸν, οἱ δὲ περιττόν.) λευκὴν δὲ ἔχει τὴν ῥίζαν, καὶ μακρὰν

PAnacis quoque & lactariæ; & aliorum quorundam genus multiplex redditur. Panacem enim appellant primam, quæ in Syria naſcitur; de qua paulo ante retulimus. Secundã Chironiam. Tertiam Æſculapieam. Quartam Herculanam. Chironia folium habet ſimile rumici, florem auri ſpecie, radicem longam. Amat loca pinguia. Vtuntur ea aduerſus viperas, & phalangia, & ſepas, & cætera reptilia; data ex vino, & vncta oleo. Viperæ autem morſui aſpergitur ex acido, & potui datur. Valere aiunt, & ad vlcera ex vino, & oleo, & ad puſtulas ex melle. Æſculapieum radice conſtat magnitudine palmi; candida & craſſa vehementer. Cortice craſſo, & ſalſo, & caule geniculato vndique. Folio thapſiæ ſimili, ſed craſſiori. Valere aiunt aduerſus ſerpentes, ſi bibatur eraſum; & ad lienem, cum ſanguis circa eam conſtiterit, ex mulſo. Et capiti tritum ex oleo, & vnctum: & ſi qua alia parte obſcura laboret quis. & ventris doloribus ex vino raſum. Poſſe etiam, & longas ægritudines depellere. Inſuper & vlceroſis humidis quidem ſiccum aſperſum, prælotumque vino calido. Siccis autem ex vino ſubactum, & aſperſum. Herculana vero conſtat folio magno & amplo, vt quoquo verſus tres palmos perficiat. Radice craſſitudine prope digiti, bifida, aut trifida, guſtu ſubamara, odoratu ſincerum thus redolente, vtili contra morbum comitialem pota: coagulo vituli marini admiſto, ad quartam partem. Et contra tormina e vino dulci. Commoda etiam ad vulnera: humida quidem, ſicca; ſicca vero ex melle. Igitur differentias illas hæ quidem habent. Sunt autem & aliæ quædam panaces. Vna folio tenui, altera non tenui. Sed vires hiſce ambabus eædem ad mulierum profluuia, & vlcera tam cætera, quam putria & paſcentia. Quin & veſicarias atque lactarias nominis tantum conſortes videre licet. Veſicariarum enim genera duo. Alterum ſomniferum, alterum inſaniam inducit. Et ſomniferum quidẽ radice rubra, ſanguinis modo. Sed cãdida cum ſiccescit, fructu rubriore, albo cũ foditur; grano iligneo, folio lactariæ ſimili, aut malo dulci, ſed piloſo. Huius corticem radicis tondentes admodum, & in vino meraco madefacientes dant, atque ita dormire faciunt. Naſcitur in rupibus & faucibus, atque ſepulchris. Alterum genus quod inſanire facit, (id alij bryorem, alij periſſum vocant,) conſtat radice candida, & longa ad cu-

ὡς πήχεος, καὶ κοίλην. δίδοται δ' αὐτῆς, ἐὰν μὲν οὕτως, ὥστε παίζειν καὶ δοκεῖν ἑαυτῷ κάλλιστον εἶναι, δραχμὴ σταθμῷ· ἐὰν δὲ μᾶλλον μαίνεσθαι καὶ φαντασίας τινὰς φαίνεσθαι, δύο δραχμάς. ἐὰν δὲ ὥστε μὴ παύσασθαι μαινόμενον, τρεῖς, καὶ συμμεμιγμένας φασὶν τὸ κένταυρειον· ἐὰν δὲ ὥσπερ ἀποκτεῖναι, τέτταρας. ἔχει δὲ τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον εὐζώμῳ, πλὴν μεῖζον. τὸν δὲ καυλὸν ὥσπερ ὀργυιάς. κεφαλὴν δὲ ὥσπερ γηθύου. μείζω δὲ καὶ παχυτέραν. ἔοικε δὲ καὶ πλατάνου καρπῷ. τῶν δὲ τιθυμάλλων, ὁ μὲν παράλιος καλούμενος κόκκος, φύλλον ἔχει περιφερές. καυλὸν δὲ καὶ τὸ ὅλον μέγεθος ὡς σπιθαμῆς· τὸν δὲ καρπὸν λευκόν. ἀμᾶται δὲ ὅταν ἄρτι περκάζῃ σταφυλή. καὶ ξηρανθεὶς ὁ καρπὸς δίδοται πιεῖν τριφθείς, ὅσον τρίτον μέρος ὀξυβάφου· ὁ δ' ἄρρην καλούμενος, τὸ μὲν φύλλον ἐλαιῶδες ἔχει τὸ δ' ὅλον μέγεθος, διπηχυαῖον. τοῦτον ὀπίζουσιν ἅμα τρυγήτῳ, καὶ θεραπεύσαντες, οὕτω χρῶνται καθαίρει δὲ κάτω μᾶλλον. ὁ δὲ μυρτίτης καλούμενος τιθύμαλλος λευκός, τὸ μὲν φύλλον ἔχει καθάπερ ὁ μύρρινος· πλὴν ἀκανθῶδες ἐπ' ἄκρου. κλημάτια δ' ἀφίησιν ἐπὶ γῆν, ὡς σπιθαμιαῖα ταῦτα δ' οὐχ' ἅμα φέρει τὸν καρπόν, ἀλλὰ παρ' ἔτος. τὰ μὲν νῦν, τὰ δ' εἰς νέωτα πεφυκότα ἀπὸ τῆς αὐτῆς ῥίζης. φιλεῖ δὲ ὀρεινὰ χωρία. ὁ δὲ καρπὸς αὐτοῦ καλεῖται κάρυον. ἀμῶσι δ' ὅταν ἁδρύνωνται αἱ κριθαί. ξηραίνοντες δὲ καὶ ἀποκαθαίροντες αὐτὸν τὸν καρπόν, πλύναντες ἐν ὕδατι καὶ πάλιν ξηραίναντες, διδόασι πιεῖν συμμιγνύντες δύο μέρη τῆς μελαίνης μήκωνος. τὸ δὲ συναμφότερον ὅσον ὀξύβαφον· καθαίρει δὲ φλέγμα κάτω. ἐὰν δὲ τὸ κάρυον αὐτὸ διδῶσι, τρίψαντες ἐν οἴνῳ γλυκεῖ διδόασιν ἢ ἐν σησάμῳ πεφρυγμένῳ, καταφαγεῖν. ταῦτα μὲν οὖν τοῖς τε φύλλοις, καὶ τοῖς ὀποῖς, καὶ τοῖς καρποῖς, χρήσιμα. τῶν δὲ λιβανωτίδων (δύο γάρ εἰσιν) ἡ μὲν ἄκαρπος, ἡ δὲ κάρπιμος. καὶ ἡ μὲν καὶ τῷ καρπῷ, καὶ τῷ φύλλῳ χρησίμη. ἡ δὲ μόνον τῇ ῥίζῃ. καλεῖται δὲ ὁ καρπὸς κάχρυς. ἔχει δὲ αὕτη τὸ μὲν φύλλον ἐοικὸς σελίνῳ ἑλείῳ, μεῖζον δὲ πολύ. καυλὸν δὲ μέγεθος πήχεος ἢ μείζω. ῥίζαν δὲ μεγάλην, καὶ παχεῖαν, λευκήν, ὄζουσαν ὥσπερ λιβανωτοῦ. καρπὸν δὲ λευκόν, τραχύν, προμήκη. φύεται δὲ μάλιστα ὅπου ἂν αὐχμηρὰ χωρία ᾖ, καὶ πετρώδη. χρησίμη δὲ ἡ μὲν ῥίζα, πρός τε τὰ ἕλκη καὶ πρὸς τὰ γυναικεῖα πινομένη ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ μέλανι. ὁ δὲ καρπὸς πρός τε τὰς στραγγουρίας, καὶ πρὸς τὰ ὦτα καὶ ἄργεμα. καὶ πρὸς ὀφθαλμίας, καὶ ὥστε γάλα γυναιξὶν ἐμποιεῖν. ἡ δὲ ἄκαρπος, ἔχει τὸ φύλλον ὅμοιον θριδακίνης τῆς πικρᾶς. τραχύτερον δὲ καὶ λευκότερον. ῥίζαν δὲ βραχεῖαν. φύεται δὲ ὅπου περ εἴρηται πλείστη. δύναται δὲ καθαίρειν ἡ ῥίζα καὶ ἄνω καὶ κάτω, τὸ μὲν γὰρ πρὸς τὴν βλάστησιν ἄνω. τὸ δὲ πρὸς τὴν γῆν κάτω. κωλύει δὲ καὶ εἰς ἱμάτια τιθεμένη τοὺς σῆτας. συλλέγεται δὲ περὶ πυροτομίας.

bitum, atq; caua. Dabitur eius radicis dragmæ pondus, ſi vt quis ludat ſeque pulcherrimum putet, placuerit. At ſi magis inſaniat vis, dragmis duabus opus eſt: ſin autem nunquam inſania ſolui malueris, tres dabis. Et quatuor, ſi interimendus ſit. Habet folium erucæ proximum, maius tamen. Caulem longitudine fere quatuor cubitorum. Caput gethyi, ſed maius, atque piloſius. Nec fructui platani abſimile eſt. Lactariarum, quod maritimum granum appellant, folio eſt rotundo. Caule, totaq; magnitudine ad palmum, fructu candido. Demetitur cum vua nigreſcere incipit; & ſiccatus fructus tritus, potui datur acetabuli tertia parte. Maſcula autem dicta, oleæ folio conſtat, & magnitudine cubitum æquat. Huius lac cum vindemia incipit, exprimunt, & præparato vtuntur. Purgat inferius. Myrtaria vero cognominata candida lactaria, eſt folijs myrti, verum aculeatis parte poſtrema. Sarmentula in terram demittens longitudine palmi: quæ non ſimul, ſed alternatis annis fructificant. Alia hoc anno, alia poſtero. Quanquam omnia eadem radice exorta, loca montuoſa deſiderāt. Fructus nux appellatur. Demetitur cum hordeum turgeſcit; & exiccatus, purgatuſque datur elotus cum papaueris nigri duabus partibus. ita vt totum modo acetabuli ſit. Trahit pituitam per aluum. At vero ſi nucem ipſam placeat dare; trita dabitur ex vino dulci, aut cum ſeſama toſta torrefactaque comedenda. Ergo hæc folijs, ſuccis, fructibus vtilia ſunt. Roris autem marini genera duo. Alterum ſterile. Alterum fertile. Et alterum tam fructu, quam folio vtile: alterum tantum radice. Fructus cachrys vocatur. Habet id fructiferum genus folium paluſtri apio ſimile, ſed multo maius. Caulem ad magnitudinem cubiti, aut maiorem. Radicem magnam, craſſam, candidam, & veluti thus redolentem. Fructum candidum, ſcabrum, oblongum. Naſcitur potiſſimum ſolo ſqualido, atq; ſaxoſo. Radix medicamento vlcerum vtilis, & menſibus pota in vino nigro auſtero. Fructus ad vrinæ ſtillicidia, & aures, & argemam, & ad oculorum morbum, lippitudinem nuncupatum. & lactis vbertatem mulieribus facit. Sterile illud folio lactucæ amaræ conſtat, ſed ſcabriori, candidiorique, radice breui. Naſcitur id quoque prædicto ſolo vberrime. Radix partim ſuperius, partim inferius purgat. Quod enim germen verſus conſiſtit, ſuperius purgat. Quod terrā verſus, inferius. Prohibet & veſtibus interpoſita vermiculos noxios. Colligitur per meſſem tritici.

Vernilaginum, & papaueris genera. Tum radicum differentias vnde liceat accipere. De nymphæa, ſcythica, & malo terræ. Quodque Pandius ſtatuarius mente alienatus ſit. Item de Thraciæ radicibus.

Χαμαιλέων δὲ ὁ μὲν λευκός. ὁ δὲ, μέλας. αἱ δὲ δυνάμεις τῶν ῥιζῶν, καὶ αὐταὶ δὲ αἱ ῥίζαι τοῖς εἴδεσι διάφοροι. τοῦ μὲν γὰρ λευκὴ, καὶ γλυκεῖα, καὶ παχεῖα, καὶ ὀσμὴν ἔχουσα βαρεῖαν. χρησίμη δέ φασι πρὸς τοὺς ῥοῦς ὅταν ἑψηθῇ κατατμηθεῖσα, ὥσπερ ῥαφανὶς ἐνειλομένη ἐφ' ὁλοσχοίνου. καὶ πρὸς τὴν ἕλμινθα τὴν πλατεῖαν. ὅταν ἀσταφίδα προφάγῃ, πίνειν ἐπιξύοντα ταύτην, ὅσον ὀξύβαφον ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ. ἀναιρεῖ δὲ καὶ κύνα καὶ σῦν. κύνα μὲν, ἐν ἀλφίτοις ἀναφυραθεῖσα μετὰ ἐλαίου καὶ ὕδατος. σῦν δὲ, μετὰ ῥαφάνων μιγνυμένη τῶν ὀρείων. γυναικὶ δὲ δίδοται ἐν τρυγὶ γλυκείᾳ, καὶ ἐν οἴνῳ γλυκεῖ. καὶ ἐὰν βούληταί τις ἀσθενοῦντος ἀνθρώπου διαπειράσασθαι εἰ βιώσιμος, λούειν κελεύουσι τρεῖς ἡμέρας. κἄνπερ περιενέγκῃ, βιώσιμος· φύεται δὲ ὁμοίως πανταχοῦ. καὶ ἔχει τὸ φύλλον ὅμοιον σκολύμῳ. μεῖζον δὲ. αὐτὸ δὲ πρὸς τῇ γῇ. τὴν δὲ κεφαλὴν ἔχει ὁμοίαν ἀκάνῳ μεγάλην. οἱ δ' ἄκανον καλοῦσιν· ὁ δὲ μέλας, τὸ μὲν φύλλον παρόμοιος. σκολυκῶδες γὰρ ἔχει, πλὴν ἔλαττον καὶ λειότερον. αὐτὸς δ' ὅλος ἐστὶν ὥσπερ σκιάδιον. ἡ δὲ ῥίζα παχεῖα καὶ μέλαινα. διαῤῥαγεῖσα δὲ, ὑπόξανθος· φιλεῖ δὲ χωρία ψυχρὰ καὶ ἀργά. δύναται δὲ λέπραν ἐξελαύνειν ἐν ὄξει τριβόμενος, καὶ τριβεὶς ἐπαλειφόμενος. καὶ ἄλφον ὡσαύτως· ἀναιρεῖ δὲ καὶ τοὺς κύνας. μήκωνες δ' εἰσὶν ἄγριαι πλείους. ἡ μὲν κερατῖτις καλουμένη, ἡ δὲ μέλαινα. ταύτης τὸ φύλλον ὡς φλόμου τῆς μελαίνης, ἧττον δὲ μέλαν. τοῦ δὲ καυλοῦ τὸ ὕψος ὡς πηχυαῖον. ῥίζα δὲ βραχεῖα, καὶ ἐπιπόλαιος. ὁ δὲ καρπὸς καμπύλος ὥσπερ τῶν κερατίων. συλλέγεται δὲ περὶ πυροτομίας. δύναται δὲ καθαίρειν κοιλίαν· τὸ δὲ φύλλον ἄργεμα προβάτοις ἀφαιρεῖ. φύεται δὲ παρὰ τὴν θάλατταν, οὗ ἂν ᾖ πετρώδη χωρία. ἑτέρα δὲ μήκων ῥοιὰς καλουμένη παρομοία κιχωρίῳ τῷ ἀγρίῳ· διὸ καὶ ἐσθίεται. ἐν τοῖς ἀρουραίοις δὲ φύεται, μάλιστα ἐν ταῖς κριθαῖς· ἄνθος δὲ ἔχει ἐρυθρόν. κωδύαν δ' ὅσην ὄνυχα τοῦ δακτύλου. συλλέγεται δὲ πρὸ τοῦ θερισμοῦ τῶν κριθῶν. ἐγχλωροτέρα δὲ μᾶλλον· καθαίρει δὲ κάτω. ἑτέρα δὲ μήκων ἡρακλεία καλεῖται· τὸ μὲν φύλλον ἔχουσα οἷον στρουθὸς, ᾧ τὰ ὀθόνια λευκαίνουσι· ῥίζαν δὲ λευκὴν ἐπιπόλαιον. τὸν δὲ καρπὸν λευκόν. καθαίρει ἄνω ταύτης ἡ ῥίζα. χρῶνται δέ τινες πρὸς τοὺς ἐπιλήπτους ἐν μελικράτῳ. ταῦτα μὲν οὖν ὥσπερ ὁμώνυμά τινα συνείληπται. τῶν δὲ ῥιζῶν καὶ ἐν τοῖς χυλοῖς αἱ διαφοραὶ καὶ ἐν ταῖς ὀσμαῖς. αἱ μὲν γάρ εἰσι δριμεῖαι, αἱ δὲ πικραὶ, αἱ δὲ γλυκεῖαι. καὶ αἱ μὲν εὔοσμοι, αἱ δὲ βαρεῖαι.

VErnilaginum, vna candida, altera nigra. Vires radicum inter ſe diſtant, & ipſæ radices ſpecie diſtent. Candida enim craſſa & grauiter olens, vtilis traditur ad alui profluuia, cum conſecta orbiculatim modò radicis decocta eſt, iunco tranſfixa in ſeriem. Valet & ad vermem latum interficiendum, cum, vna cum paſſa vua comeſa acetabuli menſura e vino bibitur auſtero. Occidit, & canes, & ſues. Canes in in farina hordeacea ſubacta cum aqua, & oleo, ſues cum braſſica. Et ſi hominem ægreſcentem experiri volueris an viuere poſſit, lauandum ea radice triduo iubent. Hoc enim ſi tolerauerit, moriturum nequaquam exiſtimant. Naſcitur æque omnibus locis, folio cardui, verum ampliori & terræ proximo, capite magno acano ſimili. Vnde quidam acanum eam vocarunt. Nigra folio conſtat modo cardui, preterquam quod minori, leuiorique. Tota autem herba vmbraculi ſpeciem repræſentat, radice craſſa, & nigra extrinſecus. Subflaua intrinſecus. Loca gelida, humidaque amat. Lepram & vitiliginem trita in aceto, & ramentis illita. Necnon & canes occidere poteſt. Papaueris quoque ſylueſtris genera plura notantur. Quoddam enim cornutum appellatum; aliud autem nigrum eſt, folio conſtans verbaſci nigri, ſed minus nigro. Cauli altitudo cubitalis, radix breuis, per ſummaque ceſpitum: fructus inflexi, vt cornicula figurantur. Legitur circa meſſes. Et aluum purgare poteſt. Folium albuginem ouibus aufert. Naſcitur iuxta mare locis ſaxoſis. Aliud erraticum vocatum non abſimile intubo erratico eſt. Quamobrem in vſum venit cibarium. Naſcitur in aruis potiſſimum inter hordea. Florem rufum producit, Caput vnguis pollicalis magnitudine. Ante hordei autem legitur meſſem. Sed & viridius eſt & inferius purgat. Aliud herculanum nuncupatum, folio conſtat ſtruthi, quo ſplendorem linteis tribuunt; radice in ſumma terræ eunte: fructu albo. Huius radix purgare ſuperius nata eſt. Non deſunt, qui contra comitialem morbum ea vtuntur in vino mulſo. Hæc igitur veluti æquivoca quædam ſubiungere placuit. Radicum autem tum in ſuccis, tum odoribus differentias notare licet. Sunt enim aliæ acres, aliæ amaræ, aliæ dulces: & aliæ ſuauis olentiæ: aliæ gra-

uis.

γλυκεῖα μὲν, ἥτε νυμφαία καλουμένη. φύεται ἐν ταῖς λίμναις, καὶ ἐν τοῖς ἑλώδεσιν. οἷον ἔν τε τῇ ὀρχομενίᾳ, καὶ μαραθῶνι. καὶ περὶ κρήτην. καλοῦσι δ' αὐτὴν οἱ βοιωτοὶ μαδωνίαν, καὶ τὸν καρπὸν ἐσθίουσιν. ἔχει δὲ τὸ φύλλον μέγα ἐπὶ τοῦ ὕδατος. εἶναι δέ φασιν ἴσχαιμον, ἐάν τρίψας τις ἐπὶ τὴν πληγὴν ἐπιθῇ. χρησίμη δὲ καὶ πρὸς τὰς δυσεντερίας πινομένη. γλυκεῖα δὲ καὶ ἡ σκυθική. καὶ ἔνιοί γε καλοῦσιν αὐτὴν εὐθὺ γλυκεῖαν αὐτήν. γίνεται δὲ περὶ τὴν μαιῶτιν· χρησίμη δὲ πρός τε τὰ ἄσθματα, καὶ πρὸς βῆχα ξηρὰν, καὶ ὅλως τοὺς περὶ τὸν θώρακα πόνους. ἔτι δὲ πρὸς τὰ ἕλκη ἐν μέλιτι· δύναται δὲ καὶ τὴν δίψαν παύειν, ἐάν τις ἐν τῷ στόματι ἔχῃ. διὸ ταύτῃ τε καὶ τῇ ἱππακῇ διάγειν φασὶ τοὺς σκύθας ἡμέρας καὶ ἕνδεκα καὶ δώδεκα. ἡ δὲ ἀριστολοχία τῇ ὀσφρήσει μὲν εὔοσμος, τῇ δὲ γεύσει πικρὰ σφόδρα. τῇ χροιᾷ δὲ μέλαινα. φύεται δὲ ἐν τοῖς ὄρεσιν ἡ βελτίστη. φύλλον δὲ ἔχει προσεμφερὲς τῇ ἀλσίνῃ. πλὴν στρογγυλότερον. χρησίμη δὲ πρὸς πολλά· καὶ ἀρίστη πρὸς κεφαλήν. ἀγαθὴ δὲ καὶ πρὸς τὰ ἄλλα ἕλκη, καὶ πρὸς ἑρπετὰ καὶ πρὸς ὕπνον καὶ πρὸς ἕτερα. τὰ μὲν οὖν προσάγειν κελεύουσιν ἐν ὕδατι ἀναδεύσαντα καὶ καταπλάττοντα· τὰ δὲ ἄλλα εἰς μέλι ἐγχύσαντα καὶ ἔλαιον. πρὸς δὲ τὰ τῶν ἑρπετῶν ἐν οἴνῳ ὀξίνῃ πίνειν, καὶ ἐπὶ τὸ δῆγμα ἐπιπλάττειν· εἰς ὕπνον δὲ ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ κνίσας. ἐὰν δὲ αἱ μῆτραι προσπέσωσι, τῷ ὕδατι ἀποκλύζειν. αὗται μὲν οὖν γλυκεῖαι. ἄλλαι δὲ πικραὶ, αἱ δὲ βαρεῖαι τῇ γεύσει. γίνονται δέ τινες τῶν γλυκειῶν, αἱ μὲν, ἐκστατικαὶ, καθάπερ ἡ ὁμοία τῇ σκολύμῳ ἡ περὶ Τεγέαν. ἣν καὶ Πάνδιος ὁ ἀνδριαντοποιὸς φαγὼν, ἐργαζόμενος ἐν τῷ ἱερῷ ἐξέστη. αἱ δὲ, θανατηφόροι. καθάπερ αἱ περὶ τὰ μέταλλα τὰ ἐν τῇ Θρᾴκῃ. κούφη δὲ καὶ ἡδεῖα πάνυ τῇ γεύσει. καὶ τὸν θάνατον ὑπνώδη τινὰ ποιοῦσα καὶ ἐλαφρόν. ἔχουσι δὲ καὶ τοῖς χρώμασι διαφορὰς, οὐ τῷ λευκῷ καὶ μέλανι καὶ ξανθῷ μόνον, ἀλλ' ἔνιαι καὶ οἰνοχρῶτες καὶ ἐρυθραὶ, καθάπερ ἡ τοῦ ἐρευθεδάνου.

uis. Dulcis nymphææ vocatæ, quæ naſci in lacuſtribus ſolet, vt in Orchomenienſi agro, & Marathone, & in Creta inſula. Bœoti madoniam hanc appellant, fructumque mandunt. Gerit folia ſuper aquam ampla: plagæ trita impoſita ſanguinem ſiſtere traditur. Vtilis & ad difficultates inteſtinorum pota. Dulcis & ſcythica, & quidem nonnulli dulcem eam appellant. Naſcitur apud Mæotim. Vtilis ad anhelitus & ad tuſſim ſiccam, atque in totum thoracis mederi doloribus poteſt. Ad hæc mederi vlceribus poteſt in melle: ſitim quoque extinguit, ſi teneatur in ore. Qua de cauſa tum ea, tum equeſtri vocata, Scythas vndecim, & duodecim dies, ſitim tolerare affirmant. Malum terræ olfactu odoratum, guſtatu vehementer amarum eſt: colore nigrum. Naſcitur in montibus optimum quoque. Folio conſtat muris auriculæ ſimili, tamen rotundiori. Perutile ad caput, & reliqua vlcera, & ad ſerpentes, & ad ſomnum, & ad alia multa. Vlceribus capitis adhibere præcipiunt in aqua ſubactum, reliquis raſum in melle, & oleo. Contra ictus ſerpentium ex vino acido bibi debet, atque inſpergi morſui. Ad ſomnum in vino nigro auſtero pertritum datur. Si vulua prociderit, decocto abluiſſe iuuabit. Dulces igitur illæ, amaræ autem aliæ, & grauis aliæ guſtus. Quædam ex dulcibus, mentis alienandæ vim ſortiuntur; vt quæ carduo ſimilis apud Tegeam gignitur. Quam cum Pandius ſtatuarum artifex in templo, ſuo fungens officio, comediſſet, mente alienatus eſt. Quædam item mortiferæ deprehenſæ ſunt; vt quæ apud Thraciæ metalla comperiuntur, guſtu faciles, iucundæque admodum. Coloris quoque diſcrimine radices large inter ſeſe differunt: nec ſolum albæ, & nigræ, & flauæ ſunt: etiam ceruleæ, & rubræ, vt rubiæ radix.

ΚΕΦ. ΙΓ.

CAP. XIIII.

De quinquefolia, ſiue quinquepeta. Necnon de rubia, fidicula, quæque & quot annos ſeruentur illæſæ. Elaterium medicamentorum omnium diuturniſſimum. Quomodo radices deteriores fiant.

Ἡ δὲ τοῦ πενταφύλλου ἢ πενταπέτου, (καλοῦσι γὰρ ἀμφοτέρως) ὀρυττομένη ἐρυθρά. ξηραινομένη δὲ μέλαινα γίνεται καὶ τετράγωνος. ἔχει δὲ τὸ μὲν φύλλον ὥσπερ οἴναρον. μικρὸν δὲ καὶ τὴν χροιὰν ὅμοιον. καὶ αὐξάνεται καὶ φθίνει ἅμα τῇ ἀμπέλῳ· πάντα δὲ πέντε τὰ φύλλα. διὸ καὶ ἡ προσηγορία. καυλοὺς δὲ ἐπὶ γῆς ἵησι λεπτοὺς, καὶ κνήμας ἔχει πυκνάς.

QVINQVEFOLIÆ, ſiue quinquepetæ (nam hoc etiam nomine appellatur) cum effoditur, rubra eſt, inareſcens vero nigreſcit, atque quadratur, habet folium vitis, ſed puſillum, & colore ſimile vitigineo eſt, & augetur, & deſinit cum vite. Folia omnia quinque, vnde & nomen. Caules prætenues mittit, & crebris internodijs conſtat.

τὸ δὲ ἐρευθέδανον καὶ φύλλον ὅμοιον κιττῷ, πλὴν στρογγυλότερον. φύεται δ᾽ ἐπὶ γῆς ὥσπερ ἄγρωστις. φιλεῖ δὲ καὶ παλίσκια χωρία. οὐρητικὴ δέ. διὸ καὶ χρῶνται πρὸς τὰ τῆς ὀσφύος ἀλγήματα καὶ πρὸς τὰ τῆς ἰσχιάδος. ἔνιαι δὲ ἰδιόμορφοί τινες. ὥσπερ ἥτε τοῦ σκορπίου καλουμένου, καὶ ἡ τοῦ πολυποδίου. ἡ μὲν γὰρ ὁμοία σκορπίῳ. καὶ χρησίμη δὲ πρὸς τὴν πληγὴν αὐτοῦ καὶ πρὸς ἄλλ᾽ ἄττα. ἡ δὲ τοῦ πολυποδίου δασεῖα. καὶ ἔχουσα κοτυληδόνας ὥσπερ αἱ τοῦ πολύποδος πλεκτάναι. καθαίρει δὲ κάτω. κἂν περιάψηταί τις, ὥς φασιν, ἐμφύεσθαι πολύπουν. ἔχει δὲ φύλλον ὅμοιον τῇ πτερίδι τῇ μεγάλῃ. καὶ φύεται ἐν ταῖς πέτραις. πασῶν δὲ τῶν ῥιζῶν αἱ μὲν, πλείω χρόνον, αἱ δὲ ἐλάττω διαμένουσιν. ὁ μὲν γὰρ ἐλλέβορος καὶ τριάκοντα ἔτη χρήσιμος. ἡ δὲ ἀριστολοχία πέντε καὶ ἕξ. χαμαιλέων δέγε ὁ μέλας, τετταράκοντα. κενταυρὶς δὲ δέκα καὶ δώδεκα. πίειρα δὲ ἡ ῥίζα καὶ πυκνή. πευκέδανον δὲ πέντε ἢ ἕξ. ἀμπέλου δὲ ἀγρίας, ἐνιαυτὸν, ἐὰν ἐν σκιᾷ ᾖ καὶ ἄπληκτος. εἰ δὲ μὴ σαπρὰ καὶ σογκώδεις. ἄλλαι δὲ ἄλλους ἔχουσι χρόνους. πάντων δὲ ὅλως τῶν φαρμάκων πλεῖστον διαμένει χρόνον τὸ ἐλατήριον. καὶ τὸ παλαιότατον ἄριστον. ἰατρὸς δ᾽ οὖν τις ἔλεγεν οὐκ ἀλαζὼν οὐδὲ ψεύστης, ὡς εἴηπερ αὐτῷ διακοσίων ἐτῶν. θαυμαστὸν δὲ τῇ ἀρετῇ, δοῦναι δέ τινα αὐτῷ δῶρον. αἰτία δὲ τῆς χρονιότητος ἡ ὑγρότης. διὰ γὰρ ταύτην καὶ ὅταν κόψωσι τιθέασιν εἰς τέφραν ὑγράν. καὶ οὐδ᾽ ὡς ξηρὸν γίνεται. ἀλλ᾽ ἄχρι πεντήκοντα ἐτῶν σβέννυσι προσαγόμενον τοὺς λύχνους. φασὶ δὲ μόνον μάλιστα ὑπὲρ ἴνων αὐτῷ ποιεῖν τῶν φαρμάκων. αὕτη μὲν οὖν ἰδιότης τῆς δυνάμεως. τῶν δὲ ῥιζῶν ὅσαι μὲν γλυκύτητά τινα ἔχουσι, συμβαίνει θριπηδέστους γίνεσθαι χρονιζομένας. ὅσαι δὲ δριμεῖαι, τοῦτο μὲν μὴ πάσχειν. ἀμαυροῦσθαι δ᾽ αὐτῶν τὰς δυνάμεις μανουμένων καὶ κενουμένων. τῶν δ᾽ ἔξω θηρίων, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἅπτεται ῥίζης οὐδεμιᾶς. ἡ δὲ σφονδύλη πασῶν. τοῦτο μὲν οὖν ἴδιον τῆς τοῦ ζώου φύσεως. πᾶσαν δὲ χείρω γίνεσθαι ῥίζαν, ἐὰν ἐάσῃ τις τελειωθῆναι καὶ ἀδρυνθῆναι τὸν καρπόν· ὡσαύτως δὲ καὶ τὸν καρπὸν ἐὰν ὀπίσῃς τὴν ῥίζαν. ὡς ἐπιπολὺ δὲ αἱ φαρμακώδεις, οὐκ ὀπίζονται. ὧν δ᾽ αὖ τὰ σπέρματα φαρμακώδη, αὗται δὲ ὀπίζονται. χρῆσθαι δέ τινες μᾶλλόν φασι ταῖς ῥίζαις. ὅτι ἰσχυρότερος ὁ καρπὸς, ἢ ὑπενεγκεῖν τὸ σῶμα φαίνεται δὲ οὐ καθόλου τοῦτο ἀληθές. ἐπεὶ καὶ οἱ ἐν Ἀντικύρᾳ τῆς σησαμώδους ἐλεβόρου διδόασιν. ὅτι ὁ καρπὸς ὅμοιος σησάμῳ.

Rubia folio ederæ, rotundiori tamen conſiſtit: naſcitur humi: caulis modo graminis. Loca amat vmbroſa, ciet vrinam. Qua de cauſa ad lumborum, & coxæ dolores ea vtuntur. Non deſunt & quæ forma quadam peculiari ſpectentur; vt nepæ vocatæ radix, atque fidiculæ. Altera enim ſpeciem ſcorpionis repræſentat, & vtilis ad eius ictum, & ad alia quædam habetur: fidiculæ vero hirſuta, & acetabulis cauernoſa, ceu polypodum cirri. Purgare inferius apta eſt. Vbi quis eam contigerit, polypum innaſci affirmant. Folium filicis magnæ proximum eſt. Naſcitur in petris. Radicum vero omnium, aliæ plus, aliæ minus temporis durant. Elleborus enim vel annis triginta vtilis eſt. Malum terræ quinque, aut ſex. Vermilago nigra quadraginta. Fel terræ decem, vel duodecim. Pinguis hæc ſpiſſaque admodum eſt. peucedanum quinque, aut ſex. Vitis ſylueſtris anno, ſi in vmbra, & ſine ictu reſeruetur. alioquin putreſcit, & inanis fungoſaque redditur. Et alij alia tempora tribuuntur. Sed omnium medicamentorum diuturniſſimum elaterium eſt, opportunumque quod vetuſtiſſimum. Itaque medicus quidam, vir haud inſolens neque mendax, elaterium ducentorum annorum virtute mirabili ſeruare apud ſe retulit, eo a quodam munere donatus. Cauſa quamobrem tam longo ſeruari tempore poſſit, humoris copia eſt. Ea de cauſa poſtquam præciderint, in cinere humidum ponunt; & tamen ne ita quidem ſiccari poteſt: ſed vſque quinquageſimum annum lucernis admotum lumen extinguit. Hæc igitur vis peculiaris iſti tribuitur. Radices autem, quæ aliquam dulcedinem habent, vbi diu manſerunt, vermiculis eroduntur. Quæ vero acerbæ acreſve ſunt, id non ſentiunt: verum rarefactæ, exinanitæque viribus, tandem hebetantur. E beſtiolis externis nulla radicem aliquam tangit excepta ſphondila, quæ nullam intactam relinquit. Hoc ergo naturæ animalis iſtius proprium deputandum ſit. Radicem autem vnamquãque fore deteriorem, ſi fructum perfici, ac craſſeſcere reliqueris, manifeſtum eſt. Quod idem etiam de fructu aſſerere licet, ſi radicis ſuccum detraxeris. Sed magna tamen ex parte radicis medicæ ſuccus nunquam extrahitur. Cuius vero ſemen vſum medicaminis præſtat, huius ſuccum accipi operæpretium eſt. Quidam vti radicibus potius iubent, quoniam fructus fortior ſit, quam vt corpus valeat tolerare: ſed hoc in vniuerſum haudquaquam verum eſſe apparet. Anticyrenſes enim fructum ſeſamacei ellebori dare ſolent, qui ſeſamæ ſimilis eſt.

ΚΕΦ. ΙΕ. CAP. XV.

Quæ loca medicamentis fertilia ſint. vt Hetruria, & Latinus ager, vbi Circe. Item carmina Homeri quibus oſtendit Ægyptum venenorum feracem. Quæ loca Græciæ medicis ſcatere herbis maxime omnium conſtet. Quando lac ſorbere vtile. Tum de moly, cicuta, hirciſpina, paſtinaca.

Φαρμακώδεις δὲ δοκοῦσιν εἶναι τόποι, μάλιστα μὲν ἔξω τῆς Ἑλλάδος οἱ περὶ Τυῤῥηνίαν καὶ τὴν Λατίνην· ἐν ᾗ καὶ τὴν Κίρκην εἶναι λέγουσι. καὶ ἔτι γε μᾶλλον ὡς Ὅμηρός φησι περὶ Αἴγυπτον. ἐκεῖθεν γὰρ τὴν Ἑλένην λαβεῖν.

Ἐσθλὰ τά οἱ Πολύδαμνα πόρεν Θῶνος παράκοιτις,

Αἰγυπτίη· τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα,

φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα,

πολλὰ δὲ λυγρά.

ἐν οἷς δὲ καὶ τὸ νηπενθὲς ἐκεῖνό φησιν εἶναι καὶ ἄχολον, ὥστε λήθην ποιεῖν καὶ ἀπάθειαν τῶν κακῶν. καὶ σχεδὸν αὗται μὲν ἐοίκασιν ὥσπερ ἀπὸ τῶν ποιητῶν ὑποδεδεῖχθαι. καὶ γὰρ Αἰσχύλος ἐν τοῖς ἐλεγείοις ὡς πολυφάρμακον λέγει τὴν Τυῤῥηνίαν.

Τυῤῥηνὸν γενεὰν φαρμακοποιὸν ἔθνος.

οἱ δὲ τόποι πάντες πως φαίνονται μετέχειν τῶν φαρμάκων, ἀλλὰ τῷ μᾶλλον καὶ τῷ ἧττον διαφέρειν. καὶ γὰρ οἱ πρὸς Ἄρκτον καὶ μεσημβρίαν, καὶ οἱ πρὸς ἀνατολὰς, ἔχουσι θαυμαστὰς δυνάμεις. ἐν Αἰθιοπίᾳ γὰρ ᾗ τοὺς οἰστοὺς χρίουσι ῥίζα τίς ἐστι θανατηφόρος, ἐν δὲ Σκύθαις αὕτη τε καὶ ἕτεραι πλείους· αἱ μὲν παραχρῆμα ἀπαλλάττουσαι τοὺς προσενεγκαμένους· αἱ δὲ ἐν χρόνοις, αἱ μὲν ἐλάττοσιν, αἱ δὲ πλείοσιν· ὥστ᾽ ἐνίους καταφθίνειν εἰς Ἰνδούς τε καὶ ἕτερα μέρη πλείω. περιττοτάτη δὲ, εἴπερ ἀληθῆ λέγουσιν, ἥτε δυναμένη τὸ αἷμα διαχεῖν, καὶ οἷον ἀποφεύγειν· καὶ πάλιν ἡ συνάγουσα καὶ πρὸς ἑαυτὴν ἐπισπωμένη. ἅτε φασὶν εὑρῆσθαι πρὸς τὰ τῶν ὄφεων τῶν θανατηφόρων δήγματα. Περὶ δὲ τὴν Θρᾴκην εἶναι μὲν καὶ ἑτέρας οὐκ ὀλίγας· ἰσχυρότατον δὲ ὡς εἰπεῖν τὴν ἴσχαιμον. ἣν δὴ λέγουσιν, οἱ μὲν κεντηθείσης τῆς φλεβὸς, οἱ δὲ καὶ σφοδροτέρως διατμηθείσης, ἴσχειν καὶ κωλύειν τὴν χύσιν. ταῦτα μὲν οὖν ὥσπερ εἴπομεν ἔοικε δηλοῦν τὸ κοινόν. καὶ τῶν ἔξω τόπων οἱ φαρμακωδέστατοι, οὗτοί εἰσι. τῶν δὲ περὶ τὴν Ἑλλάδα τόπων, φαρμακωδέστατον τό, τε Πήλιον τὸ ἐν Θετταλίᾳ, καὶ τὸ Τελέθριον τὸ ἐν τῇ Εὐβοίᾳ, καὶ ὁ Παρνασός. ἔτι δὲ ἡ Ἀρκαδία, καὶ ἡ Λακωνική· καὶ γὰρ αὗται φαρμακώδεις ἀμφότεραι· διὸ καὶ οἵγε Ἀρκάδες εἰώθασιν ἀντὶ τοῦ φαρμακοποτεῖν, γαλακτοποτεῖν περὶ τὸ ἔαρ· ὅταν οἱ ὀποὶ μάλιστα τῶν τοιούτων φύλλων ἀκμάζωσι. τότε γὰρ φαρμακωδέστατον τὸ γάλα. πίνουσι δὲ τὸ βόιον.

Tractus medicamentorum fertiles potiſſimũ tradũt, extra Græciam, Hetruriam, & Latinum agrũm; qua Circen habitaſſe affirmant. Atque etiam magis Ægyptium autore Homero. Hic enim Helenam inde accepiſſe inquit.

Proſpera quæ quondam Thonis dulciſſima coniunx,

Ægypti Polydamna dedit, qua plurima gignit

Noxia terra ferax, & multa probata venena.

Inter quæ & illud medicamen luctus & mœroris eſſe autumant. Ita vt omnium malorum obliuionem atque indolentiam facere poſſit. Et hi quidem tractus proditi a poetis fere ſolis videntur. Æſchylus enim in elegijs, copiam medicaminum venenorumque Hetruriæ tribuit.

Gens Tyrrhena ſuis clara veneficijs.

Quæque autem loca nonnihil medicaminum poſſidere videntur: ſed differunt quod alia plus habent, alia minus. Etenim quæ ad ſeptentrionem, meridiem, exortumq; pertinent, vires mirabiles habent. Nam in Æthiopia qua ſagittas vngũt, radix mortifera eſt. Apud Scythas autem non ſolum ea radix, ſed etiam aliæ plures comperiuntur. Quarum aliæ cõfeſtim eo interimunt tempore, quo guſtatæ ſint. Aliæ poſt. Et harum aliæ celerius, aliæ tardius. Ita vt nonnullos tabe quadam paulatim poſſint conſumere. Apud Indos & alia plura proueniunt genera. Sed ſuperuacuum, ſi vere narratur, quod ſanguinem diffundere & quaſi fugare poteſt. Quodque e diuerſo eundem colligit, & ad ſe trahit. Quæ cõtra mortiferos ſerpentium morſus comperta referunt. Quin & regio Thracum pleraque fert, ſed validiſſimã fere illam herbam quæ ſanguinem ſiſtit. Hanc enim alij puncta vena, alij etiam vehementius ſecta, retinere ac penitus prohibere ſanguinis profuſionem affirmãt. Hæc igitur quod commune omnium diximus ſatis demonſtrare videntur. Et quod ad externa quidem loca; hæc abundare medicamentis maxime videntur. Locorum autẽ omnium Græciæ maxime Peliũ mons Theſſaliæ, & Telethrium mons Eubœæ, & Parnaſus medicamĩna ferunt. Item Arcadia, & Laconia tellus. Nam eæ quoque herbis ſcatere medicis conſtat. Et quidem Arcades pro medicamento quod aluum purget, lac ſorbere conſueuerunt in vere, cum ſucci huiuſmodi foliorum maxime vigent. Tunc enim potiſſimum lac vim medicaminis habet.

δοκεῖ γὰρ πολυνομώτατον καὶ παμφαγώτατον πάντων ὁ βοῦς. φύεται δὲ παρ᾽ αὐτοῖς, ὅ τε ἐλλέβορος ἀμφότερος, καὶ ὁ λευκὸς καὶ ὁ μέλας· ἔτι τε δαῦκον δαφνοειδὲς κροκόεν. καὶ ἣν ἐκεῖνοι μὲν ῥάφανον ἀγρίαν καλοῦσι. τῶν δ᾽ ἰατρῶν τινες, κέραν. καὶ ἣν οἱ μὲν ἀλθέαν, ἐκεῖνοι δὲ μαλάχην ἀγρίαν. καὶ ἡ ἀριστολοχία, καὶ τὸ σέσελι, καὶ τὸ ἱπποσέλινον, καὶ τὸ πευκέδανον, καὶ ἡ ἡρακλεία, καὶ ὁ στρύχνος ἀμφότερον, ὅ, τε φοινικοῦν ἔχων τὸν καρπὸν, καὶ ὁ μέλανα. φύεται δὲ καὶ ὁ σίκυος ὁ ἄγριος. ἐξ οὗ τὸ ἐλατήριον συντίθεται. καὶ τὸ τιθύμαλλον, ἐξ οὗ τὸ ἱππομανές. ἄριστον δὲ τὸ περὶ Τεγέαν, καὶ ἐκεῖ μάλιστα σπουδάζεται. φύεται δὲ καὶ ἐπὶ πλέον· πλεῖστον δὲ καὶ κάλλιστον φύεται περὶ τὴν Κλειτορίαν. ἡ δὲ πανάκεια γίνεται καὶ τὸ πετραῖον περὶ Ψωφίδα· καὶ πλείστη καὶ ἀρίστη. τὸ δὲ μῶλυ περὶ Φανεὸν καὶ ἐν τῇ Κυλλήνῃ. φασὶ δ᾽ εἶναι καὶ ὅμοιον ὡς Ομηρος εἴρηκε. τὴν μὲν ῥίζαν ἔχον στρογγύλην, προσεμφερὲς κρομμύῳ· τὸ δὲ φύλλον ὅμοιον σκίλλῃ· χρῆσθαι δὲ αὐτῷ πρός τε τὰ ἀλεξιφάρμακα καὶ τὰς μαγείας. οὐ μὴν ὀρύττειν γε εἶναι χαλεπὸν ὡς Ομηρός φησι. τὸ δὲ κώνειον, ἄριστον περὶ Σοῦσαν, καὶ ἐν τοῖς ψυχροτάτοις τόποις. γίνεται δὲ καὶ ἐν τῇ Λακωνικῇ τὰ πολλὰ τούτων· καὶ γὰρ αὐτὴ πολυφάρμακος. ἐν Ἀρκαδίᾳ δὲ ἡ τραγάκανθα πολλὴ, καὶ οὐδὲν χείρων ὡς οἴονται τῆς Κρητικῆς, ἀλλὰ καὶ τῇ ὄψει καλλίων. καὶ δαῦκον, περὶ τὴν Πατραϊκὴν διαφέρον. τοῦτο δὲ θερμαντικὸν φύσει· ῥίζαν δὲ ἔχει μέλαιναν. φύεται δὲ τὰ πολλὰ τούτων καὶ ἐν τῷ Παρνασῷ. καὶ περὶ τὸ Τελέθριον. καὶ ταῦτα μὲν κοινὰ πλειόνων χώρων.

Bibunt bubulum, quod bos inter animalia omnia, permulta paſcere, varioque herbarum genere veſci videtur. Naſcitur apud eos vterque elleborus: videlicet & albus, & niger. Item Paſtinaca ſpecie lauri, colore croci. Et eam, quam illi braſſicam ſylueſtrem appellant: medici autem quidam Ceran: & quam illi maluam ſylueſtrem vocant, medici hibiſcum: & malum terræ, & ſeſeli, & equapium, & peucedanum, & herculana, & vtrumque veſicariæ genus, quod fructum puniceum fert, & quod nigrum, oritur. Et ſylueſtris cucumis, ex quo componi Elaterium ſolet. Ad hæc lactaria, ex qua hippophaes, quod optimum confici apud Tegeam nouimus, maximeque haberi in pretio. Naſcitur circa Clitoriam. Panacea & petræa circa Pſophidem plurima, & optima prouenit. Moly apud Phaneon, atque apud Cyllenam (quale Homerus dixit) affirmant. Radice rotunda, non abſimili cepæ: folio ſcyllæ. Vſum eius contra veneficia ſumma. Non tamen effodi difficulter, vt ait Homerus. Cicuta optima circa Suſam, & in totum locis prægelidis. Quin & in Laconico agro prædictorum prouenit pars bona. Nam is quoque medicaminibus ſcatet. Hirciſpina large in Arcadia naſcitur. Nec deterior cretica exiſtimatur, ſed etiam viſu pulchrior. Et paſtinaca in Patrenſi agro præſtantior cæteris. Huic vis calefactoria eſt, radix nigra. Necnon & in Parnaſo multa ex his proueniunt, & in Teletrio monte. Sed hæc pluribus locis dantur communia.

ΚΕΦ. ΙϚ. — CAP. XVI.

Dictamum Cretæ proprium, vique mirabile, & ad plura vtile. Omnia etiam, quæ ſe minus a terra attollunt, præſtantiora eſſe, quæ Creta ferat. Vbi optimum Aconitum, & quo modo conficiatur ad nocendum, nullumque contra compertum remedium.

Τὸ δὲ δίκταμον, ἴδιον τῆς Κρήτης. θαυμαστὸν δὲ τῇ δυνάμει καὶ πρὸς πλείω χρήσιμον. μάλιστα δὲ πρὸς τοὺς τόκους τῶν γυναικῶν. ἔστι δὲ τὸ μὲν φύλλον παρόμοιον τῇ βληχοῖ. ἔχει δέ τι κατὰ τὸν χυλὸν ἐμφερές. τὰ δὲ κλώνια λεπτότερα. χρῶνται δὲ τοῖς φύλλοις, οὐ τοῖς κλωσὶν, οὐδὲ τῷ καρπῷ. χρήσιμον δὲ πρὸς πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, μάλιστα δὲ ὥσπερ ἐλέχθη πρὸς τὰς δυστοκίας τῶν γυναικῶν. ἢ γὰρ εὐτοκεῖν φασι ποιεῖν, ἢ παύειν γε τοὺς πόνους ὁμολογουμένως. δίδοται δὲ πίνειν ἐν ὕδατι. σπάνιον δέ ἐστι. καὶ γὰρ ὀλίγος ὁ τόπος ὁ φέρων. καὶ τοῦτον αἱ αἶγες ἐκνέμονται διὰ τὸ φιληδεῖν. ἀληθὲς δέ φασιν εἶναι, τὸ περὶ τῶν βελῶν ὅτι φαγοῦσας ὅταν τοξευθῶσιν ἐκβάλλειν. τὸ μὲν οὖν δίκταμον τοιοῦτόν γε, καὶ τοιαύτας ἔχει τὰς δυνάμεις. τὸ δὲ ψευ-

Dictamum Cretæ inſulæ proprium eſt, vi mirabile & ad plura perutile. Sed ad partus mulierum potiſſimum pollet: folio glechoni ſimili conſtat, nec ſapore abſimile eſt. Ramuli tenuiores ſunt. Vſus foliorum, non ramorum, nec fructus eſt. Valent ad multa, ſed præcipue ad difficiles partus mulierum, vt dictum eſt. Aut enim facile poſſe parere faciunt, aut certe dolores penitus ſedant. Dantur bibenda ex aqua. Rara hæc herba. Locus enim qui fert, exiguus admodum eſt: eumque capræ depaſcunt capeſſendæ cauſa voluptatis. Verum etiam quod de telis fertur, affirmant. Capras enim ſagitta tranſfixas, dictamo deuorato telum eijcere: Dictamum ergo tale eſt, vireſque eiuſmodi habet.

Falſum

ψευδοδίκταμον, τῷ μὲν φύλλῳ ὅμοιον, τοῖς κλωνίοις δ' ἔλαττον, τῇ δυνάμει δὲ πολὺ λειπόμενον. βοηθεῖ μὲν γὰρ καὶ ταῦτα, χεῖρον δὲ πολλῷ καὶ ἀσθενέστερον. ἡ δὲ εὐθὺς ἐν τῷ στόματι φανερὰ ἡ τοῦ δικτάμου δύναμις. θερμαίνει γὰρ ἀπὸ μικροῦ σφόδρα. ἐντιθέασι δὲ καὶ τὰς δεσμίδας ἐν νάρθηκι καὶ καλάμῳ, πρὸς τὸ μὴ ἀποπνεῖν. ἀσθενέστερον γὰρ, ἀποπνεῦσαν. λέγουσι δέ τινες ὡς ἡ μὲν φύσις μία ἡ τοῦ δικτάμου καὶ ἡ τοῦ ψευδοδικτάμου. διὰ δὲ τὸ ἐν εὐγειοτέροις φύεσθαι τόποις, χεῖρον γίνεσθαι. καθάπερ ἄλλα πολλὰ πλείω τούτων κατὰ τὰς δυνάμεις. τὸ γὰρ δίκταμον φιλεῖ χώραν τραχεῖαν. ἔστι δὲ καὶ ἕτερον δίκταμον, ὥσπερ ὁμώνυμον, οὔτε τὴν ὄψιν ἔχον, οὔτε τὴν δύναμιν τὴν αὐτήν. φύλλον τε γὰρ ἔχειν ὅμοιον σισυμβρίῳ, τούστε κλῶνας μείζους. ἔτι δὲ τὴν χρείαν καὶ τὴν δύναμιν οὐκ ἐν τοῖς αὐτοῖς. τοῦτο μὲν οὖν ὥσπερ ἐλέχθη θαυμαστὸν ἅμα καὶ ἴδιον τῆς νήσου. φασὶ δέ τινες ὅλως τῶν φύλλων καὶ τῶν θάμνων, καὶ ἁπλῶς τῶν ὑπὲρ γῆς τὰ ἐν Κρήτῃ διαφέρειν· τῶν δὲ ἄλλων τῶν γε πλείστων τὰ ἐν τῷ Παρνασῷ. τὸ δ' ἀκόνιτον γίνεται μὲν ὥς φασι καὶ ἐν Κρήτῃ καὶ ἐν Ζακύνθῳ. πλεῖστον δὲ καὶ ἄριστον ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ ἐν τῷ πόντῳ. ἔχει δὲ φύλλον μὲν κιχωριῶδες, ῥίζαν δὲ ὁμοίαν τῷ σχήματι καὶ τῷ χρώματι καρύᾳ. τὴν δὲ δύναμιν τὴν θανατηφόρον ἐν ταύτῃ. τὸ δὲ φύλλον καὶ τὸν καρπὸν οὐδὲν φασι ποιεῖν. καρπὸς δέ ἐστι ποίας καὶ οὐχ ὑλήματος. βραχεῖα δ' ἡ πόα καὶ οὐδὲν ἔχουσα περιττόν. ἀλλὰ παρομοία τῷ σίτῳ. τὸ δὲ σπέρμα οὐ σταχυηρόν. φύεται δὲ πανταχοῦ καὶ οὐκ ἐν ταῖς ἀκόναις μόνον, ἀφ' ὧν ἔχει τὴν προσηγορίαν. αὕτη δέ ἐστι κώμη τις τῶν Περιανδυνῶν. φιλεῖ δὲ μάλιστα τοὺς πετρώδεις τόπους. οὐ νέμεται δὲ οὔτε πρόβατον οὔτε ἄλλο ζῷον οὐδέν. συντίθεσθαι δὲ τρόπον τινὰ πρὸς τὸ ἐργάζεσθαι, καὶ οὐ παντὸς εἶναι. διὸ καὶ τοὺς ἰατροὺς οὐκ ἐπισταμένους συντιθέναι, σηπτικῷ τε χρῆσθαι. καὶ πρὸς ἄλλα ἄττα πινόμενον οὐδεμίαν αἴσθησιν ποιεῖ, οὔτ' ἐν οἴνῳ οὔτ' ἐν μελικράτῳ. συντίθεσθαι δὲ, ὥστε κατὰ χρόνους τακτοὺς ἀναιρεῖν, οἷον δίμηνον, τρίμηνον, ἑξάμηνον, ἐνιαυτόν. τοὺς δὲ, καὶ δύο ἔτη. χείριστα δὲ ἀπαλλάττειν τοὺς ἐν πλείστῳ χρόνῳ καταφθίνοντας τῷ σώματι. ῥᾷστα δὲ τοὺς παραχρῆμα. λυτικὸν δὲ φάρμακον οὐχ εὑρῆσθαι ὥσπερ ἀκούομεν ἕτερόν τι φύεσθαι ἀλλά τινες τοῖς ἐνεγκαμένοις βοήθειαι εὕρηνται. τοὺς γὰρ ἐγχωρίους ἀνασώζειν τινὰς μέλιτι καὶ οἴνῳ καὶ τοιούτοις τισί. σπανίως δὲ καὶ τούτους καὶ ἐργωδῶς ἀλλὰ καὶ τὸ ἐφημέρου φάρμακον εὑρῆσθαι. ἕτερον γάρ τι ῥιζίον εἶναι ὃ ἐφήμερον ἀπαλλάττει. τοῦτο δὲ φύλλον ὅμοιον ἔχειν τῷ ἐλλεβόρῳ ἢ τῷ αἰρίῳ. καὶ τοῦτο πάντας εἰδέναι. διὸ καὶ τὰ

Falſum dictamum, folio quidem ſimile, ſed ramulis minus, & viribus longe inferius. Quanquam enim eiſdem in rebus proſit, tamen multo deterius atque debilius. Vis dictami in ore percipi continuo poteſt. Calefacit enim ex paulo vehementer. Manipulos in ferula, aut canna intercludere ſolent, ne expiret. Imbecillius enim cum expirauerit. Nō deſunt, qui naturam dictami & falſi dictami, eandem eſſe exiſtiment. Sed quod locis lætioribus proueniat degenerare, falſumque cognominari: ſicuti etiam alijs pluribus euenit, vt viribus deterioribus ex loco reddantur. Dictamum enim ſolum aſperum vehementer amare inquiunt. Eſt etiam aliud dictamum veluti æquiuoce appellatum. Quod nec ſpeciem nec vim habet eandem. Quippe quod folio ſimili ſiſymbrio conſtet, & ramos habeat maiores. Vſus item, & vis non eiſdem conueniunt. hoc igitur (vt dictum eſt) mirum, ſimulque proprium Cretæ inſulæ datur. Quidam omnino in herbarum, & fruticum genere, & ad ſumma inter omnia, quæ ſe a terra attollunt, præſtantiora, quæ Creta ferat, affirmant. Inter reliqua vero magna quidem ex parte, quæ in Parnaſo monte proueniunt, anteponunt. Aconitum naſcitur in Creta, atque Zacyntho, ſed plurimum, optimumque in Heraclia pontica. Conſtat id folio intubaceo, radice tum ſpecie tum colore vnci proxima. Vim illam mortiferam in hac eſſe, folium, & fructum nihil nocere affirmant. Fructus herbæ eſt, non humilis materiæ. Herba ea breuis eſt, & nihil ſuperuacui habens, ſed frumento ſimilis. Semen non ſpiceum. Naſcitur vbique, & non in Aconis ſolum, a quibus habet appellationem. Is autem vicus eſt Periandinorum. Amat autem loca potiſſimum ſaxoſa. Paſcitur eo neque pecus, neque vllum animal. Confici ad afficiendum modo quodam enarrant: nec noſſe quemque. Quamobrem medicos, quoniam componere neſciant, pro putrefactorio vti. Alijſque quibuſdam de cauſis epotum nihil penitus poſſe officere, neque ex vino, neque ex mulſo. Componi autem ita ferunt, vt certis occidere temporibus poſſit. Videlicet bimeſtri, trimeſtri, ſemeſtri, anno completo. Nonnullum etiam biennio. Peſſime illos de vita diſcedere volunt qui plurimum temporis reſiſtere poſſint. Paulatim enim tabeſcat corpus, & lāguore pereat diuturno eſſe neceſſe. Facilime illos, qui confeſtim obeunt. Remedium nuſquam eſſe compertum, ſed falſo dici, quoddam aliud reſiſtens illi haberi. Non enim herba ſed melle, & mero, & quibuſdam eiuſmodi ſeruari aliquos potuiſſe. Atque id raro factum, ſummaque difficultate. Aliud quoque venenum, quod vim diurnariam enecandi habeat, compertum affirmant. Eſſe namque radiculam quandam, quæ eodem die poſſit occidere. Folium hanc habere ellebori; natamque om-

δ᾽ ἀνδράποδά φασι πολλάκις παροργισθέντα χρῆσθαι. κἄπειτα ἰατρεύειν αὐτὰ πρὸς τοῦτο ὁρμῶντα· καὶ γὰρ οὐδὲ ταχεῖαν ποιεῖσθαι τὴν ἀπαλλαγήν, οὐ δὲ ἐλαφράν. ἀλλὰ δυσχερῆ καὶ χρόνιον· εἰ μὴ ἄρα διὰ τὸ εὐθεράπευτον εἶναι καὶ ἀκατασκεύαστον ὡς δεῖ. φασὶ γοῦν καὶ παραχρῆμα ἀπαλλάττεσθαι, καὶ ὕστερον χρόνῳ· τοὺς δὲ καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ἄγειν. καὶ τὰς δόσεις εὐβοηθήτους εἶναι. ταῦτα δ᾽ ἐξακριβωθῆναι μάλιστα παρὰ τοῖς Τυρρηνοῖς τοῖς ἐν Ἡρακλείᾳ. τοῦτο μὲν οὐδὲν ἄτοπον· εἰ τρόπον μέν τινα ἀβοήθητον ἄλλως δὲ βοηθήσιμον. ὥσπερ καὶ ἕτερα τῶν θανατηφόρων. τό γε μὴν ἀκόνιτον ἄχρηστον ὥσπερ εἴρηται τοῖς μὴ ἐπισταμένοις. οὐδὲ κεκτῆσθαι δὲ ἐξῆν· ἀλλὰ θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν. τὴν δὲ τῶν χρόνων διαφορὰν ἀκούειν εἶναι κατὰ τὰς συλλογάς. ἰσοχρόνους γὰρ τοὺς θανάτους γίνεσθαι τοῖς ἀπὸ τῆς συλλογῆς χρόνοις.

nibus eſſe. Et quidem famulos iratos hac vti ſolere. Deinde mederi cum ad hoc ſe conferunt. Neque enim celerem facere interitum aut leuem, ſed difficilem & tardum; niſi forte quod facile curatu confectuque ſit, vt oportet. Aiunt igitur & confeſtim interimi, & aliquo poſt tempore. Nonnullos & ad annum peruenire: & cum ſumitur, facile iuuari. Hæc autem diligentius ſeruari apud Tyrrhenos in Heraclea. Neque id abſurdum, ſi modo quodam iuuari poſſit, alio autem minime. quemadmodum & alia ex letalibus. Aconitum vero (vt dictum eſt) inutile ijs, qui præparare ignorent; nec licitum poſſidere, ſed capitalem pœnam inſtitutam. Temporis differentiam pro collectus ratione ſequi autumant. Pro collectionis enim temporibus, mortes quod ad tempus conuenire.

ΚΕΦ. ΙΖ.

CAP. XVII.

Thraſiam Mantinenſem quoddam comperiſſe venenum, quod ſine dolore inferre obitum poſſet. Quodque Alexias eius diſcipulus fuerit non indoctior. Item quo modo Chij cicutam præparent, vt celeriter enecet.

Θρασύας δὲ ὁ Μαντινεὺς εὑρηκέναι τι τοιοῦτον ὥσπερ ἔλεγεν· ὥστε ῥᾳδίαν ποιεῖν καὶ ἄπονον τὴν ἀπόλυσιν, τοῖς ὀποῖς χρώμενος κωνείου τε καὶ μήκωνος, καὶ ἑτέρων τοιούτων. ὥστε εὔογκον εἶναι πάνυ καὶ μικρὸν ὅσον εἰς δραχμῆς ὁλκήν. ἀβοήθητον δὲ πάντη καὶ δυνάμενον διαμένειν ὁποσονοῦν χρόνον καὶ οὐδὲν ἀλλοιούμενον. ἐλάμβανε δὲ τὸ κώνειον, οὐχ ὅθεν ἐτύγχανεν, ἀλλ᾽ ἐκ Σούσων, καὶ εἴτις ἄλλος τόπος ψυχρὸς καὶ παλίσκιος. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ἄλλα. συνετίθει δὲ καὶ φάρμακα πολλὰ ἐκ πολλῶν. δεινὸς δὲ καὶ Ἀλεξίας ὁ μαθητὴς αὐτοῦ, καὶ οὐχ ἧττον ἔντεχνος ἐκείνου καὶ γὰρ τῆς ἄλλης ἰατρικῆς ἔμπειρος. ταῦτα μὲν οὖν εὑρῆσθαι δοκεῖ πολλῷ μᾶλλον νῦν ἢ πρότερον. ὅτι δὲ διαφέρει τὸ χρῆσθαί πως ἑκάστῳ, φανερὸν ἐκ πολλῶν. ἐπεὶ καὶ Χίους φασὶ τῷ κωνείῳ πρότερον οὐχ οὕτω· ἀλλὰ τρίβοντας καθάπερ οἱ ἄλλοι χρῆσθαι. νῦν δὲ οὐδ᾽ ἂν εἷς τρίψειεν· ἀλλὰ περιπτίσαντες καὶ ἀφελόντες τὸ κέλυφος (τοῦτο γὰρ τὸ τὴν δυσχέρειαν παρέχον δυσκατέργαστον ὄν) μετὰ ταῦτα κόπτουσιν ἐν τῷ ὅλμῳ· καὶ διαπτίσαντες λεπτά, ἐπιπάττοντες ἐφ᾽ ὕδωρ πίνουσιν· ὥστε ταχεῖαν καὶ ἐλαφρὰν γίνεσθαι τὴν ἀπαλλαγήν.

THraſyas Mantinenſis tale ſe comperiſſe aiebat, vt facile & abſque vllo dolore inferre obitum poſſet. Nec alio quam ſucco cicutæ, & papaueris, & aliorum eiuſmodi. Idque admodum contractũ exiguumque, videlicet ad drachmæ pondus, vt nec vllum admitteret remedium. Et tam validum, vt quantumuis temporis perdurare poſſet, nec quicquam ſentiret immutationis. Sed ſumendum is cicutam cenſebat non vnde libuerit, ſed ex Suſis, & ſi qua alia loca prægelida ſunt & opaca. Nec ſecus de reliquis quæ debeant addi, cenſebat. Quin & alia multa, & ex multis is componenda excogitauit. Alexias quoque eius diſcipulus ingenij plurimum valuit acrimonia; nec infra illum bonis artibus fuit inſtructus. Nam & reliquas medicinæ partes quas ille non tenuit, egregie conſecutus eſt. Hæc igitur comperta hac ætate amplius quam ſuperiori & priſca videntur. Sed enim vti hoc an illo modo, plurimum referre omnibus, manifeſtum profecto ex multis eſt. Nam & Chij non in hunc modum ante cicuta vtebantur, ſed trita, vt ſcilicet vti cæteri ſolebant. At nunc terere nemo velit, ſed detracto tegmine (Id enim difficultatem mouet, quoniam concoqui ægre poteſt) piſtam ſubinde in mortario tundunt, & prætenui cribro tranſmiſſam aquã inſperſam bibunt. Atque ita obitus celer facilisque euenit.

Conſuetudine venenorum vires fieri debiliores, & inertes, atque ita quibuſdam non nocere potuiſſe elloborum. Quo remedio vſus fuerit Eudemus poſt viginti duas potiones ellobori. Deque mira vi pumicis ac quantum valeat conſuetudo, quod & abſynthium depaſtum oſtendit.

Ἁπάντων δὲ τῶν φαρμακωδῶν αἱ δυνάμεις ἀσθενέστεραι τοῖς συνειθισμένοις. τοῖς δέ, καὶ ἀνενέργητοι τὸ ὅλον. ἔνιοι γὰρ ἐλλέβορον ἐσθίοντες πολὺν ὥστε ἀναλίσκειν δέσμας ὅλας, οὐδὲν πάσχουσιν. ὅπερ ἐποίει καὶ Θρασύας δεινότατος ὢν ὡς ἐδόκει τὰ περὶ τὰς ῥίζας. ποιοῦσι δὲ τοῦθ' ὡς ἔοικε καὶ τῶν νομέων τινές. διὸ καὶ πρὸς τὸν φαρμακοπώλην τὸν θαυμαζόμενον, ὡς κατήσθιε μίαν ῥίζαν ἢ δύο, παραγενόμενος ὁ ποιμὴν καὶ ἀναλώσας ὅλην τὴν δέσμην, ἐποίησεν ἀδόκιμον. ἔλεγε δὲ ὅτι καθ' ἑκάστην ἡμέραν τοῦτο ποιεῖ καὶ αὐτὸς καὶ ἕτεροι. κινδυνεύει γὰρ ἔνια τῶν φαρμάκων τῇ συνηθείᾳ φάρμακα γίνεσθαι· τάχα δὲ ἀληθέστερον εἰπεῖν ὡς τῇ συνηθείᾳ οὐ φάρμακα. προσδεξαμένης γὰρ τῆς φύσεως καὶ κατακρατούσης, οὐκέτι φάρμακα. καθάπερ καὶ Θρασύας ἔλεγεν. ἐκεῖνος γὰρ ἔφη τὸ αὐτό, τοῖς μὲν, φάρμακον εἶναι, τοῖς δέ, οὐ φάρμακον, διαιρῶν τὰς φύσεις ἑκάστων· ᾤετο γὰρ δεῖν καὶ τοῦ δεινὸς διαγνῶναι. ποιεῖ δέ τι δηλονότι πρὸς τῇ φύσει καὶ τὸ ἔθος. Εὔδημος γοῦν ὁ φαρμακοπώλης εὐδοκιμῶν σφόδρα κατὰ τὴν τέχνην, συνθέμενος μηδὲν πείσεσθαι πρὸ ἡλίου δύνοντος, κατέφαγε μέτριον πάνυ καὶ οὐ κατέσχεν οὐδ' ἐκράτησεν. ὁ δὲ Χῖος Εὔδημος πίνων ἐλλέβορον οὐκ ἐκαθαίρετο. καί ποτε ἔφη πιεῖν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ δύο καὶ εἴκοσι πόσεις ἐν τῇ ἀγορᾷ, καθήμενος ἐπὶ τῶν σκευῶν. καὶ οὐκ ἐξαναστῆναι πρὸ τοῦ δείλην γενέσθαι, τότε δ' ἐλθὼν ἐκλούσασθαι, καὶ δειπνεῖν ὥσπερ εἰώθει, καὶ οὐκ ἐξεμέσαι· πλὴν οὗτος βοήθειάν τινα παρασκευασάμενος κατέσχε. κίσσηριν γὰρ ἐπιπάττων ἐπ' ὄξος δριμὺ, πιεῖν ἔφη μετὰ τὴν ἑβδόμην πόσιν, καὶ πάλιν ὕστερον ἐν οἴνῳ τὸν αὐτὸν τρόπον. τὴν δὲ τῆς κισσήρεως οὕτως ἰσχυρὰν εἶναι δύναμιν, ὥστε ἐάν τις εἰς πίθον ζέοντα ἐμβάλλῃ, παύειν τὴν ζέσιν, οὐ παραχρῆμα μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅλως. καταξηραίνουσαν τε δηλονότι, καὶ ἀναδεχομένην τὸ πνεῦμα καὶ τοῦτο διίζαν. οὗτος μὲν οὖν τό γε πλῆθος, ταύτῃ τῇ βοηθείᾳ κατέσχεν. ὅτι δὲ καὶ τὸ ἔθος ἰσχυρὸν, ἐκ πολλῶν φανερόν. ἐπεὶ καὶ τὸ ἀψίνθιον τὰ μὲν ἐνταῦθα πρόβατα οὔ φασί τινες νέμεσθαι· τὰ δ' ἐν τῷ πόντῳ νέμεται, καὶ γίνεται πιότερα καὶ καλλίω, καὶ ὥς δή τινες λέγουσιν οὐκ ἔχοντα χολήν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἑτέρας ἂν τινος εἴη θεωρίας. αἱ δὲ ῥί-

OMnium vero medicaminum vires debiliores in aſſuetis deprehenduntur: in nonnullis etiam omnino inertes. Quidam enim tantum ellebori eſitantes, vt manipulos totos conſumant, ſine noxa id faciunt. Quod etiam Thraſyas ſæpius fecit, qui radicum peritiſſimus habitus eſt. Faciunt hoc idem paſtores nonnulli. Itaque cum ad medicaminum venditorem, quem mirabantur omnes vnam aut alteram radicem comedere poſſe, paſtor quidem veniſſet, abſumpſiſſetque integrum manipulum, fecit vt nunquam amplius ille pharmacopola laudaretur. Idque ſingulis diebus, non tantum illum, ſed etiam alios pleroſque facere dicebatur. Fit enim, vt pleraque ex medicamentis, propter hominis conſuetudinem, vim ſuam amittant, nec amplius medicamina eſſe poſſint. Cum enim a natura admittuntur, ſuperantur, conficiuntur, non amplius poni inter medicamina debent. Quod & Thraſyas dicere ſolebat. Naturas enim ille diſcernens, idem alijs medicamen, alijs non medicamen eſſe aiebat. Itaque & habebat ipſe, & alios quoque eius rei debere rationem habere putabat. Verum vna cum natura etiam conſuetudinem poſſe aliquid efficere conſtat. Quamobrem Eudemus medicamentarius hac in arte facile princeps, cum ſe nihil affectum iri ante ſolis occaſum pepigiſſet, exiguum quid deuorauit, quod neque continere, neque ſuperare potuit. At vero Chius Eudemus elleborum cum biberet, non purgabatur, & viginti duas aliquando potiones vno die ſumpſiſſe ſe retulit, cum fori apud merces ſederet, nec ſurrexiſſe prius, quam eſſet meridies: tunc vero domo petita, balneas ingreſſum, cœnatumque more ſolito, nec quicquam euomuiſſe. Hic tamen auxilio quodam præparato oppoſuit. Aceto enim acri aſperſam pumicem bibiſſe ſe retulit poſt ſeptimam ellebori potionem, rurſuſque ex mero eodem modo egiſſe. Pumicis autem vim magnam adeo eſſe, vt ſi in vrceum bullientem eam inieceris, feruorem extinguas non ſolum parte aliqua temporis, ſed etiam ex toto. Pumicem enim exiccare vehementiſſime, atque ad ſe ſpumam totam recipere, idque extinguendi cauſam eſſe. Hic ergo largitatem potus, tali retinere remedio potuit. Quod autem conſuetudo plurimum valet, multis ſane rationibus conſtat. Nam & abſynthium pecora huius tractus paſcere quidam negant, Pontica autem paſcunt, vt pinguiora, atque pulchriora reddantur, & vt quidam volunt, ſine felle. Quæ tamen non tam ad præſentem diſputationem, quam alio ſpectare iudico.

ζαι καὶ τὰ ὑλήματα, καθάπερ εἴρηται πολλὰς ἔχουσι δυνάμεις, οὐ πρὸς τὰ ἔμψυχα σώματα μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ ἄψυχα.

dico. Radices vero, & vniuerſum genus materiæ humilis, permultis, ac varijs viribus (vt dictum eſt) natura inſtruxit: nec ad corpora inanimata tantum, ſed & animata quoque.

ΚΕΦ. ΙΘ.

CAP. XIX.

De ſpina, quæ aquam congelet iniecta. Deque hibiſco, & Thelyphono, & vi eius. Item de teſticulo, & quibus herbis magis coire quis valeat, quibus nil penitus. Necnon quæ ad marem procreandum, quæ ad fœminam valere tradantur, atque ideo alteram marificam, fœminificam alteram appellatam. Quo item ſemen prolificum, quo infœcundum reddatur. Tum de herbis volucro, & mula.

ΛΕ'γουσι γὰρ ἄκανθαν τινὰ εἶναι, ἣ πήγνυσι τὸ ὕδωρ ἐμβαλλομένη. πηγνῦναι δὲ καὶ τὴν τῆς ἀλθαίας ῥίζαν, ἐάν τις τρίψας ἐμβάλλῃ, καὶ θῇ ὑπαίθριον. ἔχει δὲ ἡ ἀλθαία, φύλλον μὲν ὅμοιον τῇ μαλάχῃ. πλὴν μεῖζον καὶ δασύτερον. τοὺς δὲ καυλοὺς μαλακούς. ἄνθος δὲ μήλινον, καρπὸν δ' οἷον μαλάχη, ῥίζαν δὲ ἰνώδη λευκήν. τῇ γεύσει δὲ ὥσπερ τῆς μαλάχης ὁ καυλός. χρῶνται δὲ αὐτῇ πρός τε τὰ ῥήγματα καὶ τοὺς βῆχας ἐν οἴνῳ γλυκεῖ, καὶ ἐπὶ τὰ ἕλκη ἐν ἐλαίῳ. ἑτέραν δέ τινα συνεψομένην τοῖς κρέασι συνάπτειν εἰς τὸ αὐτὸ, καὶ τὰς μὲν πηγνῦναι, τὰς δὲ καὶ ἕλκειν. ὥσπερ ἡ λίθος καὶ τὸ ἤλεκτρον. καὶ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς ἀψύχοις. τὸ δὲ θηλύφονον· οἱ δὲ σκορπίον καλοῦσι· διὰ τὸ τὴν ῥίζαν ὁμοίως ἔχειν τῷ σκορπίῳ. ἐπιτιθέμενον ἀποκτείνειν τὸν σκορπίον. ἐὰν δέ τις ἐλλέβορον λευκὸν καταπάσῃ, πάλιν ἀνίστασθαί φασιν· ἀπόλλυσι δὲ καὶ βοῦς, καὶ ὑποζύγια, καὶ πρόβατα, καὶ ἁπλῶς πᾶν τετράπουν, ἐὰν εἰς τὰ αἰδοῖα τεθῇ ἡ ῥίζα ἢ φύλλον αὐθημερόν· χρήσιμον δὲ πρὸς σκορπίου πληγὴν πινόμενον. ἔχει δὲ τὸ μὲν φύλλον, ὅμοιον κυκλαμίνῳ· τὴν δὲ ῥίζαν ὥσπερ ἐλέχθη σκορπίου. φύεται δὲ ὥσπερ ἡ ἄγρωστις. καὶ γόνατα ἔχει. φιλεῖ δὲ χωρία σκιώδη. εἰ δὲ ἀληθῆ τὰ περὶ τῶν σκορπίων, ἤδη καὶ τ' ἄλλα οὐκ ἀπίθανα τὰ τοιαῦτα. καὶ τὰ μυθώδη δὲ οὐκ ἀλόγως σύγκειται. ἐν δὲ τοῖς ἡμετέροις σώμασι χωρὶς τῶν πρὸς ὑγείαν καὶ νόσον καὶ θάνατον καὶ πρὸς ἄλλας δυνάμεις, ἔχειν φασὶν οὐ μόνον περὶ τῶν σωματικῶν, περὶ τὸ γεννᾶν καὶ ἀγονεῖν, καὶ ἔνιά γε ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ποιεῖν ἄμφω. καθάπερ ἐπὶ τοῦ ὀρχέως καλουμένου. δυοῖν γὰρ ὄντοιν, τοῦ μὲν μεγάλου, τοῦ δὲ μικροῦ, τὸν μὲν μέγαν, ἐνεργότερον ποιεῖν πρὸς τὰς ὁμιλίας ἐν γάλακτι διδόμενον αἰγὸς ὀρεινόμου. τὸν δὲ ἐλάττω γίνεσθαι καὶ κωλύειν. ἔχει δὲ τὸ μὲν φύλλον σιλφῶδες. λειότερον δὲ καὶ ἔλαττον. τὸν δὲ καυλὸν ὁμοιότατον ἀπίῳ ἀπύρῳ, ἤτοι ἀκάνθῃ. ἄτοπον δὲ ὥσπερ ἐλέχθη τὸ ἀπὸ μιᾶς φύσεως καὶ τῆς αὐτῆς. ἐπεὶ τὸ δύο εἶναι τινὰς τοιαύτας δυνάμεις, οὐκ ἄτοπον. καὶ γὰρ

SPinam enim quandam enarrant, quæ aquam iniectam congelet. Et radicem hibiſci poſſe addenſare aiunt, ſi tritam inieceris: ſub dioque humorem poſueris. Habet hibiſcum maluæ folium, maius tamen ac piloſius: caule molli: flore mellino: fructu maluæ, caulibus proxima. Vſus eius ad rupta, & tuſſes e vino dulci, & ad vlcera in oleo. Aliam, ſi carnibus concoquas, diſrupta conſtringere, ac veluti conglutinare poſſe affirmant: alias vim attractoriam habere, modo magnetis lapidis, atque ſuccini. Hæc in inanimibus. Thelyphonum vero, quod alij ſcorpionem appellant, quia radicem ſcorpioni ſimilem habet, admotum ſcorpionem occidere tradunt, & eum reuiuiſcere poſſe, ſi elleboro candido linatur. Enecat idem & boues, & oues, & iumenta, & ad ſummam omnes quadrupedes eodem die, ſi genitalibus folium, vel radicula imponatur. Proficit potum contra ſcorpionum ictus. Habet folium tuberis terræ. Radicem (vt dictum eſt) ſimilem ſcorpioni. Naſcitur graminis modo, & geniculis conſtat. Loca amat vmbroſa. Quod ſi vera ſint, quæ de ſcorpione narrantur, iam & reliqua eiuſmodi haudquaquam incredibilia dici debeant. nec fabuloſa, quæ attribuuntur plantarum viribus, ſine ratione excogitata videntur. Humanis vero corporibus vltra illa, quæ ſanitatem, morbos, mortemque ſpectent, alia quoque herbas afferre ſuis viribus poſſe affirmant, vtputa generandi ſeminis facultatem atque ſterilitatem, & quaſdam ex eodem facere vtrumque valere. Sicut qui teſticulus appellatus eſt. Cum enim gemini ſint, alter magnus, alter autem paruus, magnum efficacem ad coitum datum e lacte caprino tradunt, minorem vero obeſſe, ac inhibere. Habet folium laſeris, verum leuius, atque minus. Caulem ſimillimum ſpinæ, quam pirum vocant. Mirum ergo (vt dictum eſt) ab vna, eademque natura, diuerſitatem tantam virium proficiſci. Nam vim eiuſmodi eſſe duplicem, abſurdum putari minime debet. Tum

enim

[…]λοί τινες καὶ Ἀριστόφιλος ἔλεγεν ὁ Πλαταϊ[…]ς φαρμακοπώλης, ὅτι πρὸς ἀμφότερα δυ[νάμεις] τινὰς ἔχει· τὴν μὲν ὥστε μᾶλλον δύνασθαι, [τὴν] δὲ ὥστε ἁπλῶς μὴ δύνασθαι. ταύτης δὲ καὶ τὸ ὅλον δύνασθαι τὴν ἀδυναμίαν. καὶ γὰρ εἰς χρόνον ὡρισμένον οἷον δίμηνον ἢ τρίμηνον. ἣ κεχρῆσθαι πρὸς τοὺς παῖδας, ὁπότε βούλοιντο τινὰ κολάσαι καὶ σωφρονίσαι. ἔνια δ' εἶναι καὶ εἰς τὸ ἀρρενογονεῖν ἢ θηλυγονεῖν· διὸ καὶ καλοῦσι φύλλον, τὸ μὲν ἀρρενόγονον, τὸ δὲ θηλύγονον. ὅμοια δ' ἄμφω, καὶ μορφὴν ἔχοντα ὠκίμου. ὁ δὲ καρπὸς, τοῦ μὲν θηλυγόνου, καθάπερ ἐλαίας βρύου· ὠχρότερος δὲ τοῦ ἀρρενογόνου. οἷόνπερ ἐλαία ὅταν ἄρτι φύηται ἐκ τοῦ βρύου· δίκρουν δὲ ὥσπερ ὄρχεις ἀνθρώπων. πρὸς δὲ τὸ μὴ γόνιμον εἶναι τὸ σπέρμα, τοῦ λευκοῦ κιττοῦ τὸν καρπόν φασι. πρὸς δ' αὐτὸ γόνιμον, τὸν τῆς κραταίου καρπὸν ἐν ὕδατι. φύεται δὲ τοῦτο ὥσπερ λίνον πυρρόν. ὁ δὲ καρπὸς οἷον κέγχρος. ἀδυνατεῖν δέ φασι γεννᾶν, καὶ ἐάν τις τοῦ κλυμένου τὸν καρπὸν πίνῃ συνεχῶς τριάκοντα ἡμέρας ἐν οἴνῳ λευκῷ, συλλέξας ὅσον χοίνικα τὸ ἴσον ἀν' ἑκάστην ἡμέραν. ἐὰν γὰρ ἐκτελέσῃ τὴν πόσιν, ἀγονεῖν τὸ ὅλον. τῆς δ' ἡμιόνου τὸ φύλλον, ταῖς γυναιξὶν εἰς τὸ ἀγονεῖν. μίγνυσθαι δέ φασι καὶ τῆς ὁπλῆς τοῦ ἡμιόνου καὶ τοῦ δέρματος. ὅμοιον δὲ τὸ φύλλον σκολοπενδρείῳ· ῥίζας δὲ λεπτὰς ἔχει. ὀρεινὰ δὲ χωρία φιλεῖ καὶ πετρώδη. χαίρειν δὲ σφόδρα καὶ τὴν ἡμίονον αὐτῷ. χρῆσθαι δὲ καὶ πρὸς τοὺς σπλῆνας ὥσπερ τῷ κλυμένῳ.

enim alij quidam, tum Ariſtophilus pharmacopola Plataicus, vires quaſdam compertas ſe habere dicebat, partim, vt quis magis coire valeat, partim vt nihil penitus valeat. Id quoque prorogare plus minuſue temporis poſſe. ceu bimeſtre, aut trimeſtre. Qua quidem herba vel ad temperandos caſtigandoſque adoleſcentes aliquando vti aiebat. Quædam ad procreandum marem aut fœminam valere traduntur. Quamobrem herbam quandam marificam, & aliam fœminificam vocant. Ambæ vero inter ſe ſimiles, & ocimi ſpecie. Fructus fœminificæ inſtar muſci oleaginei, verum pallidior. Marificæ vero, ſicut oliua cum primum ex muſco emergit, geminus inſtar teſticulorũ hominis. Ne ſemen fœtificum ſit, fructum ederæ candidæ facere aiunt. Contra vt prolificum ſit, fructum cratei ex aqua conferre notant. Naſcitur id lini modo ruffum: & fructum tanquam milium fert. Gignere nequaquã poſſe putatur, & qui ſemen volucri ad ſextarij mẽſuram collectum, triginta aſſidue diebus portionibus æquis biberit ex vino albo. Sic enim penitus ſterileſcere hominem aiunt. Folium herbæ quam mulam vocant, ſterilitatem mulieribus facere volunt. & aliquid vngulæ ac ſeminis muli animalis miſcendum præcipiunt. Folium habet ſimile illi quam ceruinam linguã vocant; radice numeroſa & tenui. Montanas planicies, & ſaxoſas amat. Mulas hac herba plurimum delectari affirmant. Vſus eius etiam ad lienes, quemadmodum volucri.

ΚΕΦ. ΚΑ. — CAP. XX.

De filice fœmina, & quid diſtet a maſcula. De herba ab Indo quodam allata, qua, qui vſi fuerint ſeptuagies coire poſſent. Tum quæ aquæ ſterilitatem, quæ fœcunditatem afferant, inſaniamue. Deque mira natura vini regionum quarundam.

Ἡ δὲ θηλυπτερὶς χρήσιμον πρὸς τὰς ἕλμινθας, τάς τε πλατείας καὶ τὰς λεπτάς· πρὸς μὲν τὰς πλατείας, ἀναδευομένη μέλιτι· πρὸς δὲ τὰς λεπτὰς ἐν οἴνῳ γλυκεῖ μετ' ἀλφίτων διδομένη. γυναικὶ δὲ ἐάν γε δοθῇ, ἐὰν μὲν ἐγκύμονι, ἐκβάλλειν φασίν· ἐὰν δὲ μή, τὸ ὅλον ἄτεκνον γίνεσθαι. διαφέρει δὲ τῆς πτερίδος θηλυπτερὶς τῷ τὴν μὲν φύλλον ἔχειν μονόκωλον, ῥίζαν δὲ μεγάλην καὶ μακρὰν καὶ μέλαιναν. τούτων μὲν οὖν αἱ δυνάμεις πρὸς τὰς γενέσεις. θαυμασιωτάτη δὲ ἦν ὁ Ἰνδὸς εἶχεν. οὐ γὰρ προσενεγκαμένοις, ἀλλ' ἀλειψαμέοις ἔφασαν αὐτὸ αἰδοῖον τείνεσθαι. τὴν δύναμιν δ' οὕτως ἰσχυρὰν εἶναι, ὥσθ' ὁπόσαις ἂν βούλοιντο, πλησιάζειν. τοὺς δὲ χρησαμένους φάναι καὶ δώδεκα. αὐτὸν γοῦν λέγειν (καὶ γὰρ ἦν ἰσχυρὸς καὶ μέγας) ὅτι ἑβδομήκοντα ποτὲ πλησιάσειε. τὴν δὲ πρόεσιν αὐτῷ τοῦ σπέρματος εἶναι κατὰ στράγγα. τελευτῶν δὲ εἰς αἷμα ἀπαγεῖν

Filix fœmina vtilis contra vermes latos, melle ſubacta: & contra tenues in vino dulci cum farina hordeacea data. Si mulieribus grauidis detur, abortum facere: ſi cæteris, ſteriles in totum reddere aiunt. Differt fœmina filix a maſcula: quod folium vnico artu porrectum hæc habeat, & radicem craſſam, & longam, & nigram. Harum igitur vires ſterilitati addixiſſe natura putatur. Ad rem autem veneream, mirum in modum herba pollebat, quam Indus attulerat. Non enim ſolum edentibus, ſed etiam tangentibus tantum, genitalibus vim dixere vehementem adeo inſpirare, vt quoties vellent coire poſſent. Et quidem, qui vſi fuerunt, duodecies potuiſſe dixerunt. Indum autem ipſum, qui & magno, atque robuſto corpore erat, ſeptuageſies aliquando coiuiſſe ſe faſſum eſſe. Verum emiſſionem ſeminis guttatim fuiſſe, demumq; in ſanguinem deueniſſe.

ἔτι δὲ σφοδροτέρως ὁρμᾶν τὰς γυναῖκας, ὅταν χρήσωνται τῷ φαρμάκῳ· αὕτη μὲν οὖν εἴπερ ἀληθὴς ὑπερβάλλουσά τις δύναμις. τὸ δ' ὅλον εἶναι φύσεις τινὰς τοιαύτας, αἳ ποιοῦσιν ὁρμητικωτέρους, οὐκ ἄτοπον. ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς τροφίμοις χυλοῖς ὁρῶμεν οὔσας καὶ ἐν ὑγροῖς, καὶ ἐν ξηροῖς. ἔτι δὲ πρὸς τούτους ἄλλα δυνάμενα πάθη ποιεῖν. ἐνιαχοῦ μὲν γάρ φασι τὸ ὕδωρ παιδογόνον εἶναι γυναιξὶν ὥσπερ καὶ ἐν Θεσπιαῖς. ἐνιαχοῦ δὲ ἄγονον, ὡς ἐν Πύρᾳ. τοῦτο γὰρ ᾐτιῶντό τινες ἰατροί. ἐν Ἡρακλείᾳ δὲ ὥς φασι τῆς Ἀρκαδίας οἶνός ἐστιν, ὃς τοὺς μὲν ἄνδρας πινόμενος ἐξίστησι· τὰς δὲ γυναῖκας ἀτεκνούσας ποιεῖ. πάλιν δ' ἐν Ἀχαΐᾳ καὶ μάλιστα περὶ Καρυνίαν, ἀμπέλου τι γένος ἐστὶν ἀφ' οὗ ὁ οἶνος ἐξαμβλοῦν ποιεῖ τὰς γυναῖκας ἐγκύμονας οὔσας. κἂν αἱ κύνες φάγωσι τῶν βοτρύων, ἐξαμβλοῦσι καὶ αὗται. κατὰ δὲ τὴν γεῦσιν, οὔθ' ὁ βότρυς οὐδὲ μίαν αἴσθησιν ποιεῖ παρὰ τοὺς ἄλλους, οὔθ' ὁ οἶνος. ἐν Τροιζηνίᾳ δὲ ὁ οἶνος ἀγόνους ποιεῖ τοὺς πίνοντας· ἐν Θάσῳ δὲ αὐτοὶ τινὰ ποιοῦσιν ὑπνωτικὸν οἶνον. ἕτερος δὲ ὁ ἀγρυπνεῖν ποιῶν τοὺς πίνοντας. ἀλλὰ γὰρ αὗται μὲν αἱ δυνάμεις πρὸς τὰ σώματα καὶ ἐν τοῖς σωματικοῖς.

Mulieris vero vehementius etiam citari dinem, cum eo medicamine vſæ fuerint, batur. Hæc igitur vis, ſi vere narratur, ca eſt. Eſſe tamen quaſdam, quæ impe ad coitum vehementiorem excitent haudquaquam inepte putaueris. Nam & in alimentis ipſis tam ſiccis quam humidis, vires eiuſmod, atque etiam aliarum plerarumque affectionum efficaces, manifeſte ſentimus. Aquam enim nonnunquam eſſe, quæ prolem mulieribus largiatur, affirmant: vt apud Theſpias. Contra aliam apud Pyram eſſe, quæ ſterilitatem eiſdem inferre poſſit. Cauſam enim ſterilitatis mulierum, loci illius talem medici reddiderunt. Apud Heracliam Arcadiæ, vinum, vt ferunt, fit, quod potum viros inſanos, mulieres ſteriles reddit. In Achaia apud Caryniã maxime, vitis quoddam genus habetur, cuius vinum abortum facit. Et vbi canes vuam comederint, eas quoque abortu periclitari neceſſe eſt. In guſtu nec vua ſecus quam cæteræ ſapit, nec vinum a cæteris diſtare percipitur. In Trœzenenſi agro vinum ſteriles, qui biberint, facit: apud Thaſum vinum ſomnificum arte quadam conficitur, & aliud quod potum vigilantiſſimos facit. Sed eiuſmodi vires ad corpus ſpectare, inque corporeis percipi manifeſtum eſt.

ΚΕΦ. ΚΒ.

CAP. XXI.

De herbis, quæ ad animum & mores faciant: vt veſsicaria, œnothera, polio, anthirrizo, flore aureliæ. Quodque homines hæc commenti fuerint, qui artes extollere & celebrare cuperent.

Πρὸς δὲ τὴν ψυχήν, τὸν μὲν στρύχνον ὥσπερ παρακινεῖν καὶ ἐξιστάναι καθάπερ ἐλέχθη πρότερον. ἡ δὲ τοῦ οἰνοθήρα ῥίζα δοθεῖσα ἐν οἴνῳ πρᾳότερον ποιεῖ καὶ ἱλαρώτερον τὸ ἦθος. ἔχει δὲ ὁ οἰνοθήρας, τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον ἀμυγδάλῃ πλατύτερον δὲ. τὸ δὲ ἄνθος ἐρυθρὸν ὥσπερ ῥόδον. αὐτὸς δὲ μέγας ὡς θάμνος, ῥίζα δὲ ἐρυθρὰ καὶ μεγάλη. ὄζει δὲ ἀναυθεῖτα ὥσπερ οἴνου. φιλεῖ δὲ ὀρεινὰ χωρία. φαίνεται δὲ οὐ τοῦτο ἄτοπον· οἷον γὰρ προσφορά τις γίνεται, δύναμιν ἔχοντος οἰνώδη. ἀλλὰ τὰ εὐηθέστερα καὶ ἀπιθανώτερα, τά τε τῶν περιάπτων καὶ ὅλως τῶν ἀλεξιφαρμάκων λεγομένων, τοῖς τε σώμασι καὶ ταῖς οἰκίαις. καὶ ὥς δή φασι τὸ πόλιον καθ' Ἡσίοδον καὶ Μουσαῖον εἰς πᾶν πρᾶγμα σπουδαῖον χρήσιμον εἶναι. διὸ καὶ ὀρύττουσιν αὐτὸ νύκτωρ σκηνὴν πηξάμενοι. καὶ τὰ περὶ τῆς εὐκλείας δὲ καὶ εὐδοξίας ὁμοίως καὶ μᾶλλον. εὔκλειαν γάρ φασιν ἀεὶ ποιεῖν τὸ ἀντίρριζον καλούμενον. τοῦτο δ' ὅμοιόν ἐστι τῇ ἀπαρίνῃ. ῥίζα δὲ οὐχ ὕπεστιν. ὁ δὲ καρπὸς ὥσπερ μόσχου ῥῖνας ἔχει. τὸν δ' ἀπὸ τούτου ἀλειφόμενον εὐδοξεῖν. εὐδοξεῖ δὲ καὶ ἐάν τις τοῦ ἑλιχρύσου τῷ ἄνθει στεφανῶται, μύρῳ ῥαίνων ἐκ χρυσίου ἀπύρου.

Ad animũ vero veſsicariam adnotãt. Hanc enim veluti turbare ac alienare mentem affirmant, vt ſuperius eſt dictum. Contra radix œnotheræ data e vino, mitiores hilarioreſque mores reddit. Conſtat œnothera folio amygdalæ, verum maiori; flore roſaceo. Loca adamat montuoſo. Id tamen abſurdum nequaquam videtur. Fit enim quaſi recreatio quædam ex viribus, quas radix iſta vinoſa poſsidet. Sed potius abſurda illa putentur, quæ alligata, veneficio aduerſantia vocitantur, & tum corporibus, tum domibus vnice opitulari creduntur. Adde polium, quod Heſiodo, & Muſæo authoribus ad omnem rem magni momenti faciendam perutile prædicatur. Quamobrem id noctu effodiunt tabernaculo ſtructo, & ad famam exiſtimationemque bonam non minus, quinimmo magis, valere putatum eſt. Necnon & anthirrizum quem vocant, vtilem ad gloriam tradidere. Hic lappæ ſimilis eſt. Radice minima & fere nulla ſubnititur. Fructum tanquam nares vituli parit. Hoc perunctos gratiam vitæque gloriam conſequi creditur. Quin etiam qui aureliæ flore coronatur; ſi vnguentum ex auro ignis experte inſpergat, gloriam atq; exiſtimationem bonã conſequitur.

Habet

ἔχει δὲ ὁ ἑλειόχρυσος, τὸ μὲν ἄνθος χρυσοειδές, φύλλον δὲ λεπτόν. καὶ τὸν καρπὸν δὲ λεπτὸν καὶ σκληρόν, ῥίζαν δὲ ἐπιπόλαιον καὶ λεπτήν. χρῶνται δὲ αὐτῷ πρὸς τὰ δακετὰ ἐν οἴνῳ, καὶ πρὸς τὰ πυρίκαυστα· κατακαύσαντες καὶ μίξαντες μέλιτι. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα, καθάπερ καὶ πρότερον ἐλέχθη, συναύξειν βουλομένων ἐστὶ τὰς ἑαυτῶν τέχνας. αἱ δὲ τῶν ῥιζῶν καὶ τῶν καρπῶν καὶ τῶν ὀπῶν φύσεις, ἐπεὶ πολλὰς ἔχουσι καὶ παντοίας δυνάμεις, ὅσαι ταὐτὸ δύνανται καὶ τῶν αὐτῶν αἰτίαι, καὶ πάλιν ὅσαι τὰ ἐναντία· διαπορήσειεν ἄν τις κοινὸν ἴσως ἀπόρημα καὶ ἐφ᾽ ἑτέρων ἀπόρων, πότερον ὅσα τῶν αὐτῶν αἴτια, κατὰ μίαν τινὰ δύναμίν ἐστιν, ἢ καὶ ἑτέρᾳ ἐνδέχεται ταὐτὸ γίνεσθαι. τοῦτο μὲν οὖν ταύτῃ ἀπορείσθω. εἰ δέ τινων καὶ ἄλλων τὰς φύσεις, ἢ τὰς δυνάμεις ἔχομεν εἰπεῖν, ταῦτα ῥητέον.

Habet aurelia florem auro ſimilem, folium candidum, fructum tenuem durumque: radicem per ſumma ceſpitum, atque tenuem. Vſus eius ad ſerpentiũ morſus e vino prodeſt. Valet etiã ad ambuſta, cremata & miſta melli. Sed hæc (vt ſuperius dictũ eſt) commenta hominum eſſe plane videntur; qui ſuas artes extollere ac celebrare cuperent. Radicum autem, fructuum, ac liquorum quæ exprimuntur naturæ, ſi quidem & multas & varias, & quæ idem poſſint & eorundem ſunt cauſæ, aut contraria etiam producant, vires habent; mouere poſſit aliquis generalem quæſtionem, vtrum quæ eorundẽ ſunt cauſæ, eaſdem quoque habeant vires. An ex alijs quoque idem poſſit produci. Et de hac quidem dubitatione hactenus. Nos reliquorum naturas vireſque perſequemur.

ΚΕΦ. ΚΓ.

CAP. XXII

De pipere & eius generibus. Item de grano gnidio, paſtinaca, vite ſylueſtri, dracunculo, thapſia, fidicula, ebeno, malo terræ, ſcammonia, filice. Tum quæ quibus locis præſtantiora medicamenta.

Τὸ δὲ πέπερι, καρπὸς μέν ἐστι· διττὸν δὲ αὐτοῦ τὸ γένος. τὸ μὲν γὰρ στρογγύλον ὥσπερ ὄροβος, κέλυφος ἔχον καὶ σάρκα καθάπερ αἱ δαφνίδες, ὑπέρυθρον· τὸ δὲ ἀπομηκες, μέλαν, σπερμάτια μηκωνικὰ ἔχον. ἰσχυρὸν δὲ πολὺ τοῦτο μᾶλλον θατέρου· σπερματικὰ δ᾽ ἄμφω. διὸ καὶ πρὸς τὸ κώνειον βοηθεῖ ταῦτά τε καὶ ὁ λιβανωτός. ὁ δὲ κνίδιος κόκκος, στρογγύλον, ἐρυθρὸν τῇ χροιᾷ. μεῖζον δὲ τοῦ πεπέρεως. ἰσχυρότερον δὲ πολὺ τῇ θερμότητι· διὸ καὶ ὅταν διδῶσι καταποτὸν (διδόασι γὰρ πρὸς κοιλίας λύσιν) ἐν ἄρτῳ ἢ στέατι περιπλάττοντες. κάει γὰρ ἄλλως τὸν φάρυγγα. θερμαντικὸν δὲ καὶ ἡ τοῦ πευκεδάνου ῥίζα. διὸ καὶ ἄλειμμά τι ποιοῦσιν ἐξ αὐτῆς ἱδρωτικόν· ὥσπερ ἐξ ἄλλων. δίδοται δὲ ἡ τοῦ πευκεδάνου καὶ πρὸς τοὺς σπλῆνας. τὸ δὲ σπέρμα οὐ χρήσιμον, οὐδὲ ὁ ὀπὸς αὐτῆς. γίνεται δὲ ἐν Ἀρκαδίᾳ. δαῦκον δὲ περὶ τὴν Σπαρτικὴν τῆς Ἀχαΐας διαφέρον, θερμαντικὸν φύσει. ῥίζαν δὲ ἔχει μέλαιναν. θερμαντικὸν δὲ καὶ δριμύ, καὶ τῆς ἀμπέλου τῆς ἀγρίας ἡ ῥίζα· διὸ καὶ εἰς ψίλωθρον χρήσιμον, καὶ ἐφηλίδας ἀπάγειν. τῷ δὲ καρπῷ ψιλοῦσι τὰ δένδρα. τέμνεται δὲ πᾶσαν ὥραν, ὀπώρας δὲ μάλιστα. δρακοντίου δὲ ῥίζα, βῆχας ἐν μέλιτι διδομένη παύειν χρησίμη. καυλὸν δὲ ἔχει ποικίλον, ὀφιώδη. σπέρματι δὲ οὐ χρῶνται. ἡ δὲ τῆς θαψίας ἐμετική. ἐὰν δέ τις κατάσχῃ, καθαίρει καὶ ἄνω καὶ κάτω. δύναται δὲ καὶ τὰ πελιώματα ἐξαίρειν. ὑπώπια δὲ ποιεῖ, ἀλλὰ ἔκλευκα. ὁ δὲ ὀπὸς ἰσχυρότερος αὐτῆς. καθαίρει δὲ καὶ ἄνω καὶ κάτω. σπέρματι δ᾽ οὐ χρῶνται. γίνεται δὲ καὶ ἄλλοθι μέν, ἀτὰρ καὶ ἐν τῇ Ἀττικῇ.

Piper fructus eſt. Eius genera duo. Vnum enim rotundum, erui modo, tegmine carneque conſtans: ſicut laurina bacca, ſubrutilum. Alterum oblongum, nigrum, ſemina papaueris continens. Longe hoc validius altero. Ambo autem vim calefactoriam obtinẽt. Quamobrem contra cicutam auxiliantur, & etiam thus. Granum cnidium rotundum, colore rubrum, maiuſq; pipere eſt. Sed caliditate multo validius. Qua de cauſa cum deuorandum datur (dari enim contra alui ſolutionem ſolet) in pane, aut adipe obductum ſumitur. Aliter enim gulam adurit. Peucedani quoque radix vim calefactoriam habet. Quamobrem vnguentum quoddam etiã ex ea ſudatorium faciunt. Datur & ad lienes radix peucedani. Semen inutile eſt, nec ſuccus vlla in re prodeſt. Paſtinacam agro Spartenſi Achaiæ laudatiſſimam referunt; natura calefactoriam, radice nigram. Radix quoq; vitis ſylueſtris, calefactoria acriſq; eſt: quamobrem ad pſilothri vſum idonea, & vitia cutis in facie emundat. Fructu eius defoliare arbores ſolent. Succiditur omni tempore, ſed præcipue autumno. Dracunculi radix data ex melle, tuſſes ſanare poteſt. Caulem verſicolorem ſerpentis ſimilem habet. Eius ſemine nulla in re vti ſolent. Thapſiæ radix vomitoria eſt: & ſi quis continuit, tam ſuperius quam inferius purgat. Ad hæc liuida tollere poteſt. Sugillata tamen facit, verum plane alba. Succus eius validior eſt, & quidem tam ſuperius quam inferius purgat. Nullus ſeminis vſus. Naſcitur tum alibi, tum in terra Attica:

in qua

καὶ τὰ βοσκήματα ταύτης οὐχ ἅπτεται τὰ ἐγχώρια. τὰ δὲ ξένα βόσκεται· καὶ διάρροια αὐτοῖς γίνεται, ἢ διαφθείρεται. τὸ δὲ πολυπόδιον μετὰ τὰ ὕδατα αἰεὶ βάλλει. σπέρμα δὲ οὐ φύει. τὸ δὲ τῆς ἐβένου ξύλον, κατὰ μὲν τὴν πρόσοψιν ὅμοιον πύξῳ· φλοιωθὲν δέ, μέλαν γίνεται. χρήσιμον δὲ πρὸς ὀφθαλμίας ἀκόνῃ τριβόμενον. ἡ δὲ ἀριστολοχία, παχεῖα· καὶ ἐσθιομένη, πικρά· τῷ χρώματι μέλαινα καὶ εὔοσμος. τὸ δὲ φύλλον στρογγύλον. οὐ πολὺ δὲ τὸ ὑπὲρ τῆς γῆς. φύεται δὲ μάλιστα καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι. καὶ αὕτη βελτίστη. τὴν δὲ χρείαν αὐτῆς εἰς πολλὰ καταριθμοῦσιν. ἀρίστη μὲν πρὸς τὰ κεφαλόθλαστα. ἀγαθὴ δὲ πρὸς τὰ ἄλλα ἕλκη, καὶ πρὸς ὕπνον, καὶ πρὸς τὰ ἑρπετά, καὶ πρὸς ὑστέραν, ὡς πεσσός· τὰ μὲν σὺν ὕδατι ἀρδευομένη καὶ καταπλαττομένη· τὰ δ᾽ ἄλλα εἰς μέλι ξυομένη καὶ ἔλαιον. κατὰ δὲ τῶν ἑρπετῶν ἐν οἴνῳ ὀξίνῃ πινομένη, καὶ ἐπὶ τὸ δῆγμα πασσομένη. εἰς ὕπνον δὲ ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ κνισθεῖσα. ἐὰν δὲ αἱ μῆτραι προσπέσωσι, τῷ ὕδατι ἀποκλύζειν. αὕτη μὲν οὖν ἔοικε διαφέρειν τῇ πολυχρηστίᾳ. τῆς δὲ σκαμμωνίας ὥσπερ ἐξ ἐναντίας ὁ ὀπὸς μόνον χρήσιμος, ἄλλο δὲ οὐδέν. ἡ δ᾽ τῆς πτερίδος ῥίζα μόνον, τῷ χυλῷ γλυκύστρυφνος. ἕλμινθα δὲ πλατεῖαν ἐκβάλλει. σπέρμα δὲ οὐκ ἔχει οὐδὲ ὀπόν· τέμνεσθαι δὲ ὡραίαν, μετοπώρου φασίν. ἡ δὲ ἕλμις σύμφυτον ἐνίοις ἔθνεσιν. ἔχουσι γὰρ ὡς ἐπίπαν Αἰγύπτιοι, Ἄραβες, Ἀρμένιοι, Σύροι, Κίλικες· Θρᾶκες δὲ οὐκ ἔχουσιν, οὐδὲ Φρύγες. τῶν δὲ Ἑλλήνων Θηβαῖοί τε οἱ περὶ τὰ γυμνάσια, καὶ ὅλως Βοιωτοί· Ἀθηναῖοι δ᾽ οὔ. πάντων δὲ τῶν φαρμάκων, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, βελτίω τὰ ἐκ τῶν χειμερινῶν καὶ προσβόρρων καὶ ξηρῶν. διὸ καὶ τῶν ἐν Εὐβοίᾳ τὰ ἐν ταῖς Αἰγαῖς, ἢ τὰ ἐν τῷ Τελεθρίῳ φασί. ξηρότερα γάρ. τὸ δὲ Τελέθριον σύσκιον.

in qua pecudes incolæ eam non tangunt, peregrinæ vero depaſcunt: & aut aluus ſoluitur, aut intereunt. Fidicula ſemper poſt imbres erumpit: & ſemen nullum producit. Ebeni lignum aſpectu buxo ſimile eſt: ſed decorticatum nigerrimum redditur. Vtile oculis ad cotem tritum. Malum terræ, craſſum & guſtatu amarum eſt. Nigrum, odoratumque. Folio rotundo. Quod ſupra terrã eminet, non multum eſt. Naſcitur potiſſimum in omnibus, idque pro optimo effoditur. Vſum eius ad multa enumerant: ſed optimũ ad capitis ruptiones. Sed & ad reliqua tamen vlcera ſatis valet. Et contra ſerpentum morſus, & ad ſomnum, & ad ſecundas modo peſſi: partim aqua ſubactũ, & illitũ: partim in melle oleoque derafum. Sed contra ſerpentes e vino accreſcẽte potũ, & morſui inſperſum. Ad ſomnum vero in vino nigro auſtero attritum. At ſi vuluæ prociderint, ex aqua colluere conueniet. Id igitur numeroſo differre vſu videtur. At ſcammoniæ veluti e contrario ſuccus tantum vſui eſt, & nil aliud. Filicis quoque radix colliquata tantum in vſum venit. Guſtum aſtringit non ſine aliqua dulcedine Lumbricum latum expellit. Semen filici nullum eſt, nec ſuccum quem emittat, hæc habet. Autumno ſuccidi tempeſtiue affirmant. Lumbricum autem gentium nonnullis natura ineſſe percipitur. Habent enim plerunque Ægyptij, Arabes, Armenij, Syri, Cylices: e diuerſo Thracibus, & Phrygibus nullo pacto naſci narrant. Inter Græcos vero apud Thebanos qui verſari in gymnaſijs ſoliti, & Bœotios naſci lumbricum nouimus: Athenienſibus nullo pacto. Omnium vero medicamentorum, vt breuiter dicam, præſtantiora, quæ locis gelidis, aquilonijs, ſicciſque proueniunt. Quamobrem inter ea, quæ in Eubœa oriuntur; meliora, quæ ferant Ægæ: deteriora, quæ Telethrium reddat, aſſeuerant. Sunt etenim illa ſicciora. Telethrium autem locum eſſe opacum atquẽ ſubriguum, certum eſt.

THEO-

THEOPHRASTI DE HISTORIA PLANTARVM

LIBER DECIMVS;

Cuius paucula quædam habemus, & quod apud Græcos habetur, id Theodorus traduxit.

ΠΕρὶ δὲ τῶν ῥιζῶν, ὅσαι φαρμακώδεις καὶ ὁποίας ἔχουσι δυνάμεις, εἴτε ἐν αὐταῖς εἴτε ἐν τοῖς ὀποῖς, ἢ καὶ ἐν ἄλλῳ τῳ τῶν μορίων, ἢ καὶ τὸ ὅλον εἴτε φρυγανικὸν ἢ ποῶδες ἔχει τοιαύτας δυνάμεις, καὶ περὶ τῶν χυλῶν τῶν γε εὐόσμων, καὶ τῶν ἀόσμων, ποιοῦσι διαφορὰς, αἵπερ μάλιστ' οὐθὲν ἧττον φυσικαί. τῶν δὲ ῥιζῶν, πλείους μὲν εἰσιν αἱ δυνάμεις καὶ πρὸς πλείω. ζητοῦνται δὲ μάλιστα αἱ φαρμακώδεις ὡς χρησιμώταται διαφέρουσαι, τῷ τε μὴ πρὸς ταὐτὰ καὶ τῷ μὴ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἔχειν τὴν δύναμιν· ὥσπερ εἴρηται μικρῷ πρότερον. ὡς δ' οὖν ἐπίπαν αἱ πλεῖσται μὲν ἐν αὐταῖς ἔχουσι, καὶ τοῖς καρποῖς καὶ τοῖς ὀποῖς. ἔνιαι δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς φύλλοις· σχεδὸν δὲ τάς τε φυλλώδεις δυνάμεις τὰς πολλὰς πόας καλοῦσιν οἱ ῥιζοτόμοι.

DE radicibus, quæ medicæ ſint, quaſque virtutes vel in ſe, vel in ſuccis, vel etiã alia aliqua in parte habeant: & in totum, ſiquid e fruticibus, aut herbis vires eiuſmodi habent, explicandum hoc volumine arbitramur. Nec differentiæ omittendæ, quibus liquores atque odores diſcerni debeant. Radicum vires permultas, multiſque vſibus accommodatas, naturam dediſſe, facile intelligi poteſt. Sed quæ maxime vim medendi obtineant, has vtpote vtiliſſimas hominum conquirit ingenium. Differunt iſtæ (vt volumine ſuperiori retulimus) quod non ad eadem, nec in eiſdem ſuas vires habeant. Radices ergo plurimas pene vires in ſe & in fructibus, & in ſuccis habere videmus. Sed non deſunt, quæ in folijs quoque habeant: & quidem folijs inſitas vires, herbas magna ex parte vocare herbarij ſolent.

THEOPHRASTI DE CAVSIS PLANTARVM

LIBER PRIMVS.

ΚΕΦ. Α. CAP. I.

Ex ſuo ſemine plantas omnes prodire. Curque agricolæ aliquando ſemine non vtantur. Item eſſe quæ & ſemine & ſponte, vt in animalibus, proceentur.

Τῶν φυτῶν αἱ γενέσεις, ὅτι μὲν εἰσὶ πλείους, καὶ πόσαι, καὶ τίνες, ἐν ταῖς ἱστορίαις εἴρηται πρότερον. ἐπεὶ δὲ οὐ πᾶσιν οἰκείως ἔχει διελθεῖν, τίνες ἑκάστοις καὶ διὰ ποίας αἰτίας, οὐχ' ἑτέροις ἢ αἷς τὸ πρῶτον χρώμενοι· ἤτοι ταῖς κατὰ τὰς ἰδίας οὐσίας διαφοραῖς πειρατέον εἰπεῖν. εὐθὺ γὰρ χρὴ συμφωνεῖσθαι τοὺς λόγους τοῖς εἰρημένοις. ἡ μὲν οὖν ἀπὸ τοῦ σπέρματος γένεσις, κοινὴ πάντων ἐστὶ τῶν ἐχόντων σπέρμα. πάντα γὰρ δύναται γεννᾶν. τοῦτο δὲ καὶ τῇ αἰσθήσει φανερὸν, ὅτι συμβαίνει. κατὰ δὲ τὸν λόγον ἴσως ἀναγκαῖον· ἡ γὰρ φύσις οὐδὲν ποιεῖ μάτην. ἥκιστα δὲ ἐν τοῖς πρώτοις καὶ κυριωτάτοις. πρῶτον δὲ καὶ κυριώτατον τὸ σπέρμα. ὥστε τὸ σπέρμα μάτην ἂν εἴη μὴ δυνάμενον γεννᾶν· εἴπερ τούτου χάριν ἀεὶ τὸ σπέρμα, καὶ πρὸς τοῦτο πέφυκεν· ὅπερ ἐκ τῶν ἄλλων πάντων λαμβανόμενόν ἐστιν ὁμολογούμενον. ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ χρῆσθαι τοὺς γεωργοὺς ἐπ' ἐνίων, ὅτι θᾶττον ἀπ' αὐτομάτων παραγίνεται, καὶ διὰ τὸ μὴ εἶναι ῥαδίως ἐπί τινων λαμβάνειν μήτε τῶν δένδρων, μήτε τῶν ποωδῶν τὰ σπέρματα, διὰ τοῦτ' οὐκ οἴονταί τινες πάντα φύειν ἀπὸ τοῦ σπέρματος ἐνδέχεσθαι. καίτοι καθάπερ ἐν ταῖς ἱστορίαις εἴρηται, φανερώτατον ἐπὶ τῶν συκῶν. ἔτι δὲ κατ' ἄλλον τρόπον ἡ βλάστησις αὐτῶν, εἰ μήτι τῶν αὐτομάτων ἐκ συῤῥοῆς καὶ σήψεως. μᾶλλον δὲ ἀλλοιώσεως γινομένης φυσικῆς. ὅτι μὲν οὖν κοινὴ πᾶσιν ἡ διὰ τοῦ σπέρματος γένεσις, φανερόν. εἰ δ' ἀμφοτέρως ἔνια καὶ αὐτόματα, καὶ ἐκ σπέρματος, οὐδὲν ἄτοπον. ὥσπερ καὶ ζῶά τινα καὶ ἐξ ἀλλήλων καὶ ἐκ τῆς γῆς. διὸ καὶ αἱ γενέσεις κατὰ τὰς ἰδίας ἑκάστων φύσεις. ὅσα μὲν γὰρ ξηρὰ, καὶ μονοφυῆ, καὶ ἀπαράβλαστα, ταῦτ' οὐδεμίαν ὡς εἰπεῖν δέχεται φυτείαν, οὔτε ἀπὸ παρασπάδος, οὔτε ἀπὸ ἀκρέμονος. τὴν μὲν ἀπὸ παρασπάδος, τοῦ μὴ ἔχειν τὰ μονοφυῆ. τὴν δὲ ἀπὸ ἀκρέμονος, καὶ κλωνὸς, δι

Plantarvm complures eſſe generationes, & quot, & quæ ſint, inter hiſtorias antea expoſuimus. Sed cum non omnes omnibus conueniant, apte profecto agetur, ſi nunc, quæ quibuſque tribui debeant, quaſque ob cauſas, explanemus. Ergo quæ ſemine producitur generatio, communis omnium plantarum ſemen producentium eſt. Omnes etenim illæ producere e ſemine queunt. Id ita fieri, & ſenſu exploratum certe habemus, & ratione fortaſſis neceſſarium. Natura enim cum nihil fruſtra agere ſolita eſt; tum vel maxime in ijs, quæ prima potiſſimaque ſunt, finis rationem ſpectat. Primum autem & potiſſimum ſemen eſt. Igitur ſemen niſi generare queat, fruſtra ſit neceſſe eſt. Siquidem ſemper generationis cauſa ſemē proueniat, atque ad id officium natum penitus ſit. Quod vel ex cæteris quoque omnibus haud dubie intelligi licet. Sed quia in pleriſque agricolæ ſemine vti non conſueuerunt, quia ſcilicet ſponte celerius prodeunt, adoleſcuntque: vel quia non facile in quibuſdam tam arboribus, quam herbis ſemen accipi poteſt, idcirco nonnulli e ſemine produci omnia poſſe negarunt. Quod in ficis, ſicut in hiſtorijs dictum eſt, latiſſime patet. Sed fit certe illorum germinatio aliter, niſi quid ex ijs, quæ ſponte proueniunt alimenti confluuio, aut putredine, vel potius immutatione naturali creatum ſit. Conſtat igitur generationem, quæ ſemine agatur, plantarum omnium eſſe communem. Quod ſi ſint nonnulla, quæ modo vtroque, videlicet e ſemine & ſponte queant produci, abſurdum id haudquaquam putari oportet. Quandoquidem & animalia quædam tam ex coitu venereo, quam ex terra creantur. Ideoque & generationes pro ſingulorum propria natura ſequuntur. Quæ enim ſicca, ſimplicia, minuſque plantigera ſunt, hæc (vt ita loquar) nullum ſerendi genus admittunt: neque enim auulſionis, neque rami. Auulſionis inquam, quoniam quæ ſimplicia exeunt, carent eo, quod auellere poſſis. Rami vero,

τὴν ξηρότητα. ἀεὶ γὰρ τὸ μέλλον βλαστάνειν, ἔχειν τε δεῖ τὴν ἔμβρυον ὑγρότητα, καὶ ταύτην δύνασθαι τηρεῖν. τὰ δὲ φύσει ξηρὰ, διὰ τὸ ὀλίγην ἔχειν, ὅταν ἀπὸ τοῦ δένδρου ἀφαιρεθῇ, ταχὺ διαπνεῖται καὶ ἐξατμίζεται, συνεξάγονθ' ἅμα καὶ τὸ σύμφυτον θερμόν. καὶ ταῦτα μὲν διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας. τὰ δὲ ἀπαράβλαστα, συμμετρίᾳ τινὶ τοῦ θερμοῦ καὶ ὑγροῦ, καὶ οὐ μονοφυῆ φυτείαν δέχεται. καὶ τὰ ἄλλα δύναται τηρεῖν, τὴν ὑγρότητα καὶ θερμότητα τὴν σύμφυτον. ὥστε βλαστάνειν μὴ μόνον ἀπὸ παρασπάδος, ἀλλ' ἔνια καὶ ἀπὸ τῶν ἄκρων· οἷον συκῆ, καὶ ἄμπελος· καὶ τῶν ἀκάρπων δὲ καὶ φιλύδρων· ὥσπερ ἰτέα, καὶ ἀκτῆ, καὶ λεύκη, καὶ αἴγειρος. καθόλου μὲν οὖν καὶ τύπῳ τοῦτον διωρίσθω τὸν τρόπον.

vero, & ſurculi, quia ſint ſiccißima. Semper enim quod germinaturum eſt, aliquem humorem habere ingenitum, eundemque ſeruare poſſe oportet. Quod quidem a natura ſiccis negatum penitus eſt. Hæc enim vbi dempta ex arbore ſint, quamprimum difflantur, euaporanturque, ſimulque omnem calorem ſibi innatum amittunt. Hæc ob eiuſmodi cauſas nequeunt germinare. Cætera vero queunt: vtpote quæ media quadam temperie caloris, humoriſque cõſtent, valeantque humorem caloremque ſibi inſitum diutius conſeruare. Quapropter non modo auulſione, verum etiam ſummis ramulis pleraque pullulare facile queunt: vt ficus, vitis; & inter ſteriles, & aquarum præauidas ſalix ſambucus, populus. Igitur in vniuerſum, ac obiter hunc in modum ea determinaſſe abunde ſit.

ΚΕΦ. Β. CAP. II.

Palma quibus modis naſci poßit.

ΟΥ' μὴν ἀλλὰ μάλιστα μόνος τῶν ξηρῶν καὶ μονοφυῶν καὶ ἀπαραβλάστων ὁ φοῖνιξ δέχεται καὶ ἑτέρας γενέσεις παρὰ τὴν σπερματικήν. τάς τε γὰρ ῥάβδους φασὶ μοσχεύειν περὶ Βαβυλῶνα τὰς ἁπαλωτάτας, καὶ ὅταν ἐμβιώσωσι μεταφυτεύουσι. καὶ ἐν τοῖς περὶ τὴν Ἑλλάδα τόποις ἐὰν ἀποκόψας τις ἄνω φυτεύσῃ, ῥιζοῦσι καὶ βλαστάνειν οὐκ ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου μόνον, ἀλλὰ καὶ κάτωθεν αὔξειν τὰς ῥίζας. ἔτι δὲ ἂν πλαγίως ἐν ᾧ καὶ ἔνικμος ἡ γῆ τυγχάνῃ, πολλαχόθεν ῥιζοφυεῖν καὶ ἐκβλαστάνειν. οὐ μέντοι μέγεθος τοῦτο λαμβάνειν. ἐπὶ δὲ πεύκης, καὶ ἐλάτης, καὶ ἔτι παραπλήσιον τούτοις, τοιοῦτον συμβαίνειν οὐδέν· οὐδ' ἐπὶ κυπαρίσσου. πλὴν εἴ τι που καὶ παραβλαστάνει. καθάπερ φασὶν ἐν Κρήτῃ περὶ τοὺς καλουμένους δρυίτας. ἐνταῦθα γὰρ ἄλογον οὐδέν, ὥστε καὶ τὰς ἄλλας παραφυάδας ὑπορρίζους οὔσας καὶ ἐνύδρους καὶ ταύτας βλαστάνειν. ἐπεὶ εἴγε μὴ ἦσαν ὑπόρριζοι, χαλεπὸν ἢ ἀδύνατον. τοῦτο μὲν οὖν ὡς πρὸς ὑπόθεσιν λεγόμενον. ὁ δὲ φοῖνιξ, ἀπὸ μὲν τῶν ῥάβδων βλαστάνει, χώρας εὐβοσίᾳ καὶ εὐφυΐᾳ πρὸς τὸ θᾶττον βλαστάνειν. τὸ δὲ ἀπὸ τῶν ἁπαλωτάτων, εὔλογον· ὅτι ὑγρότατα ταῦτα καὶ τμητικώτατα. ἀπὸ δὲ τοῦ ἐγκεφάλου διὰ τῶν ὑποκάτω μᾶλλον ἐστὶ τοῦτο εὔλογον. ἐντεῦθεν γὰρ καὶ ἡ τῶν ῥάβδων φύσις· καὶ ὅλως οἷον ἀρχή τις αὕτη ζωτική. διὸ καὶ ἐξαιρουμένου καὶ πονήσαντος, θνήσκει. ἐπεὶ καὶ ἡ ἐκ τῶν πλαγίων ἔκφυσις, ἔχοντός ἐστι τὸν ἐγκέφαλον. ἐξαιρουμένου γὰρ αὐαίνεσθαι κατὰ λόγον. εἴπερ καὶ πεφυκότος καὶ ἐρριζωμένου τοῦτο συμβαίνει. ἡ δὲ

CÆterum inter ſicca, ſimplicia, & quæ non germinant, palma ſola, præter ſeminis ortum, alia quoque proueniendi genera patitur. Virgas enim tenerrimas circa Babylonem viuiradices efficere adultaſque transferre accepimus. Quin & in Græcia ſiquis ramos ſuperne deciſos ſerat, radix demittitur: & germen non ſolum cerebro enaſci, verum etiam ſubtus radicari largius aſſerunt. Item ſi truncus inuerſus deponatur, ſitque ſolum humectum, multis partibus radices demitti, & germina dari, exploratum habemus. Id tamen ampliorem magnitudinem capere nequit. At pino, & abieti, & cuiuis generis eiuſdem, nihil tale contingere poſſe notatum eſt: neque cupreſſo. Præterquam ſi vſquam genus aliquod ſit, quod ab imis plantigerum proueniat: vt in Creta inſula circa Dryitas vocatos, eſſe affirmant. Illic enim ſic fieri poſſe non eſt præter rationem. Quin cætera quoque proles, dummodo radice aliqua confibretur, humoremque habeat, germinare facile poteſt. Nam ſi radicem nullam habeant, difficile vel potius impoßible eſt. Sed hoc ex præſuppoſito ſit dictum. Palma autem virgis vtique procreari poteſt; frugalitate humi, habilitateque ad celerius germinandum conferente aliquid. Tenerrimæ vero virgæ petuntur, quia tales humidißimæ ſunt. Sed quod ex cerebro potius, quam imis partibus germen prodeat, ratione non caret. Hinc enim & virgarum exortus. & omnino velut principium quoddam vitale hoc eſt. Qua de cauſa cerebro exempto, aut morbo aliquo laborante, mox palma emoritur. Nam & illa ex lateribus procreatio, non niſi cerebri copia fieri aſſolet. Exempto etenim cerebro exareſcit, prout veriſimile eſt.* Siquidem & cum palma integerrima creſcit, & radicibus plene adhæret, hoc idem eueniat,

ἔκφυσις, δηλονότι πανταχόθεν. πανταχοῦ γὰρ διαμένει μέχρι τινὸς ἡ ὑγρότης καὶ ἡ θερμότης. διὰ τὸ μὴ εὐξήραντον εἶναι τῇ πυκνότητι τῶν πόρων. διὸ καὶ δυσδιάπνευστον. ὁ μὲν οὖν φοῖνιξ διὰ ταῦτα πλεοναχῶς γίνεται. τῶν δὲ ἄλλων τῶν μονοφυῶν οὐδέν. διὰ τὸ μὴ τοιαύτην ἔχειν τὴν φύσιν.

eueniat, cerebro ſublato, neceſſe ſit. Ortus autem vndique propterea ſequitur; quia humor calorque naturalis vbique aliquandiu valet permanere: ſcilicet ea de cauſa, quod ob denſitatem meatuum materies hæc exiccari haud facile poteſt. Vnde ſit, vt exhalatu difficilis quoque ſit. Palma his de cauſis multifariam prouenire notatur. Ex reliquis autem, quæ ſimplici corpore veniunt, nihil diuerſis prouenire modis aſſeritur. Quia nullius natura huiuſcemodi eſt.

ΚΕΦ. Γ.

ΟΣα δὲ πλείους γεννᾶται τρόπους, ἔχει καὶ ἐν αὐτοῖς διαφοράν. τὰ γὰρ ἀπὸ παρασπάδος καὶ ῥίζης, καὶ κλωνὸς, οὐ πάντως δύναιντ᾽ ἂν καὶ ἀπὸ ξύλου καὶ ἀκρέμονος· καθάπερ ἄμπελος καὶ συκῆ. τὰ δὲ πάλιν ἀπὸ τῶν βλαστῶν· ὥσπερ καὶ ἡ ἐλαία. τὸ δὲ αἴτιον ἐν ἀμφοῖν, ταυτὸν καὶ παραπλήσιον. ἀμπέλου μὲν γὰρ καὶ συκῆς καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, ξηρὰ καὶ ξυλώδη τὰ μέσα. καὶ ἐνίων τραχῆ. τὸ δὲ τραχὺ, δυσβλαστές· τὰ δὲ ἄκρα, ἁπαλὰ καὶ ἔνυγρα, καθάπερ τὸ κλῆμα καὶ ἡ κράδη. καὶ ἡ τῆς ἰτέας δὲ καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. ἐλαίας δὲ, τὰ μὲν τῶν ἀκρεμόνων ἔνικμα, διὰ τὴν λιπαρότητα καὶ πυκνότητα. καὶ ἀμφοτέρως οὐκ εὐξήραντα· τὰ δ᾽ ἄκρα διὰ λεπτότητα ξηρὰ καὶ οὐ δυνάμενα διαμένειν. ὡσαύτως καὶ ἀπίου, καὶ ἀμυγδάλης, καὶ μηλέας, καὶ δάφνης, καὶ ἄλλων. ἀβλάστητα γὰρ τὰ τούτων, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. πλὴν καὶ εἴ τι σπάνιον καὶ ὡς παράλογον. καὶ γὰρ τὸ ἀπὸ ἀκρεμόνων ἐνίων, σπάνιον· οἷον ἀμυγδάλης. δάφνην δὲ ἀδύνατον. ἐπεὶ οὐδὲ ἀπὸ παρασπάδος ἐθέλει ῥαδίως. αἰτία δ᾽ ὥσπερ ἐλέγομεν ἡ ξηρότης. καὶ τούτου γ᾽ ἔτι ἡ πυκνότης. ἀσθενέστερον γὰρ καὶ πρὸς τὸ διατηρῆσαι ἐπὶ πλεῖον τὸ μᾶλλον. ὅσα δὲ καὶ ἀπὸ ξύλων ἔμβια καὶ δύναται βλαστάνειν, οἷον, ἐλαία, μύῤῥινος, κότινος, καὶ αὐτὰ τῇ πυκνότητι καθάπερ ἐλέχθη τηρεῖ τὴν ζωτικὴν ἀρχὴν, ἔχοντα τινὰ ὑγρότητα τοιαύτην. οὐ γὰρ ἱκανὸν, ἐὰν ᾖ πυκνόν γε ἢ ξηρὸν καὶ ἀπαράβλαστον. ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ παραβλάστησις τῶν τοιούτων, διὰ τὸ πρεμνώδη καὶ ξυνεστραμμένην πως εἶναι τὴν ῥίζαν, ὥσπερ καὶ τῆς δάφνης. ἰσχύει γὰρ μᾶλλον, ἢ καὶ δυσώλεθρα τὰ τοιαῦτα. τὸ γὰρ καταλειπόμενον ἀεὶ βλαστητικόν. τῶν δὲ μακροῤῥίζων, διὰ τὴν τῶν ῥιζῶν ἰσχὺν, ὥσπερ ἀπίου, καὶ κοκκυμηλέας, καὶ ἑτέρων. τάχα δὲ καθόλου περὶ πάντων ὧδε λεκτέον. πρῶτον μὲν ὅτι μετέωρα καὶ οὐ βαθύῤῥιζά ἐστι, εἰ καί τινας εἰς βάθους καθιᾶ

CAP. III

Cur quæ auulſione, ſurculo, radice proueniunt, ligno, & ramo prægrandi non poßint: & cur contra.

QVæ autē pluribus prouenīūt modis, differentiam in his quoq; ipſis habere late videntur. Non enim quod auulſione, & radice, & ramulo prouenit, ligno etiam, prægrandique ramo prouenire poteſt. Vt vitis, & ficus. Neque quod contra his ipſis prouenit, ramulis etiam poteſt, ceu olea. Cauſa vero quamobrem ſic in ambobus fieri generibus ſolet, vna & eadem reddi poteſt. Vitis enim, & fici, & reliquorum generis eiuſdem partes mediæ, ſiccæ lignoſæque ſunt. Nonnullorum etiam aſperæ. quæ quidem difficile germinare admodum poſſunt. Contra facile, quæ ſummæ, teneræ, humectæque ſunt: vt palmes, & crada. Et ſalicis vero, cæterorumque partes non ſecus ſe habent. At oleæ, rami prægrandes humore non vacant, ſcilicet pinguedinis, ſpiſſitatiſque cauſa: & exſiccatu proinde difficiles ſunt. Extrema vero eiuſdem ſicca ex tenuitate, nec ad durandum valida ſunt. Pari modo de piro, amygdala, malo, lauro, reliquiſque aſſerere licet. Harum enim extrema pullulare ob eandem cauſam nequeunt: præterquam ſi quid raro, contraque naturæ ritum eueniat. Quin & rami prægrandis germen in quibuſdam raro erumpit, vt in amygdala. In lauro autem nunquam, ne auulſione quidem, niſi difficulter. Cauſa eius quoque ſiccitas eſt, atq; raritas. Quod enim raro laxoque corpore eſt, infirmius eſt, quam vt humorem caloremque ſeruare diutius poſſit. Quæ autem ligno conualeſcere, ac germinare poſſunt; vt olea, myrtus, oleaſter; hæc etiam ſpiſſitate ſui corporis, vitale illud genitaleque conſeruant principium: non tamen ſine adiumento naturalis humoris. Haud enim ſatis ſpiſſitas illa facit, ſi admodum ſicca ſit, & ad nepotum procreationem inhabilis. Nam & talis eorum procreandi facultas radice detorta, ſcrupuloſa, flexuoſaque datur: quemadmodum etiam lauri. Sunt enim robuſtiora, & mori hac eadem de cauſa contumacia. Quantum enim reliqueris germinare facillime poteſt. At vero illorum, quæ longa innituntur radice; vt piri, pruni, ac cæterorum; ex radicis copia oritur. Sed fortaſſe de omnibus ad hunc modum in vniuerſum dicendū eſt. Primo quod per ſumma ceſpitum hæreant, neq; radice alte deſcen-

[illegible] ἐπιπολῆς. ἔπειθ᾽ ὅτι πάντων ῥίζα [illegible] γενομένης, καὶ τοῦτο πεφθὲν [illegible] κυῆσαν ἐκτέκῃ. καὶ γὰρ ὡς ἐκ [illegible], ὅτι καὶ ἐκ τῶν ἄλλων οἱ βλαστοὶ [illegible] ὑποκειμένων, κατὰ λόγον ἦν [illegible] ἡ γὰρ ῥίζα μετέωρος οὖσα [illegible] ἐμβάλουσα, ταύτην ἐκθερμαίνουσα [illegible], μεθίησι τὸν βλαστόν. τὰ μὲν [illegible] αὐτὸ ὁ στέλεχος ἐκβλαστάνει [illegible] γὰρ αὐτά. καὶ ἥγε ἐλαία καὶ [illegible] δὲ καὶ ῥόα, καὶ ὅσα μὴ μόνον [illegible] ἀλλὰ καὶ πολλοῦ μακρόρριζα ὄντα [illegible] ἡ ῥίζα μετέωρος ᾖ, ταύτῃ τὸν βλαστὸν ἀφίησι. ἐνταῦθα γὰρ ἡ συῤῥοὴ καὶ πέψις θερμαινομένης. διὸ καὶ ἄτακτος ὁ τόπος. ἄτακτος δ᾽ ὁ μετεωρισμὸς καὶ ἡ συῤῥοή. τὰ δ᾽ ἄκαρπα καὶ εὔζωα, καθάπερ αἴγειρος ἡ λεύκη, καὶ συμπληροῦν δύνανται βλαστάνειν. τὰ δ᾽ ἄλλα οὐχ ὁμοίως· ἀλλ᾽ ἐπὶ τῶν ὑλημάτων καὶ ποωδῶν ἐνίων τοῦτο συμβαίνει. πρὸς ἃ καὶ δεῖ μεταβῆναι τὸν λόγον. ὑπὲρ γὰρ τῶν δένδρων ἱκανῶς εἴρηται.

deſcendant: aut ſi qua alte demittant, hæc tamen nonnullas etiam radices ſummo tenus agunt. Tum quod radix facto alimenti confluxu, ſolis ſufferueſcat ardore, excoctaque veluti prægnans partum educat. Nam & ramis ac cæteris partibus hac ratione germen erumpit. Quæ cum ita ſint: germinationẽ ſtirpium non ſine ratione fieri iam latiſſime patet. Radix enim quæ per ſumma adhæret confluuium excipiens ſucci, idque ipſum ſufferuefaciens atque concoquens germen emittit. Plurima igitur proles iuxta caudicem exurgit. Hic enim partes ſublimiores radicis cohærent: & olea quidem vel ſtipite ſuo germen emittere apta eſt. Pirus vero & quæ non ſolum e proximo, ſed etiam e longinquo prolificant, vtpote quæ prolixa radice ſubeunt, quacunque radix attollitur ſit illic germen quom profundunt. Confluxus enim atque excoctio ibidem ſolis opera factitatur. Quamobrem locus prolificandi incertus. Radix enim quanam ſua parte ſumma telluris petat, confluxumque alimenti capeſſat, conſtat nemini. Quæ autem viuaces, & ſteriles ſunt: ceu populus, alba, & nigra. Quod quidem nulli ex reliquis pariter datum eſt: quanquam in herbis quibuſdam atque ſubmiſſo genere ita fieri certum eſt: ad quæ iam venire debemus. Satis enim de arboribus diximus.

ΚΕΦ. Δ.

Cap. IV.

De generationibus herbarum, & quæ radicibus, & quæ per auulſionem, & quæ fit e lachrima.

Τούτων δὲ τὰς μὲν γενέσεις ἐκ τῶν αὐτῶν θεωρητέον, κοινοτάτην πᾶσι τὴν ἀπὸ σπέρματος τιθέντας. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πλείους εἰσὶ καὶ τούτων. εἰ δὲ ἕκαστα τῶν προειρημένων ἐφάπτεται, ταύτῃ διαιρετέον· οἷον ὑπὲρ ἧς νῦν λέγομεν τῆς ἀπὸ τῶν ῥιζῶν· ἔνια γὰρ καὶ αὐτόματα βλαστάνει, καὶ φυτεύουσιν ἀπὸ τῶν ῥιζῶν. ὥσπερ τὰ κεφαλόῤῥιζα, καὶ ὅλως ὧν παχεῖα καὶ σαρκώδης ἐστὶν ἡ ῥίζα. δεῖ δὲ καὶ τὸ μὲν ὑμενῶδες μηδεμίαν ἔχειν, ὥσπερ τῆς γογγυλίδος καὶ ῥαφανίδος. εὐξήραντοι γὰρ αὗται καὶ ἀσθενεῖς εἰς διαμονήν. ἀλλ᾽ ἤτοι χιτῶνας ἔχειν πλείους καὶ ἅμα γλισχρότητά τινα καθάπερ καὶ τοῦ βολβοῦ, καὶ σκίλλης. καὶ ὅλως εὔχυλόν τινα καὶ εὔσαρκον εἶναι, καθάπερ αἱ τοῦ ἀμαράκου τοῦ χλωροῦ, καὶ τοῦ λειρίου καὶ τῶν ὁμοειδῶν. αἱ γὰρ τοιαῦται, φυτείαν μόνον δέχονται καὶ μετάρσιν. καὶ τούτων αἱ μὲν, καὶ πλείω χρόνον διαμένουσιν· αἱ δὲ, ἐλάττω κατὰ τὰς ἰδίας φύσεις ἑκάστου· ἄλλαι δ᾽ αὖ πάλιν εἰσί τινες, αἳ μένουσαι μὲν ἐν ταῖς ἑαυτῶν χώραις ἀφιᾶσι βλαστόν. οἷον αἱ τῶν ἐπετειοκαύλων· μεταιρόμεναι δ᾽ οὐ δύνανται διὰ τὴν ξηρότητα. τὴν γὰρ αὐτὴν αἰτίαν ὑποληπτέον καὶ ἐπὶ τούτων, ἥνπερ ἐπί τινων. ἐπὶ δέ τινων καὶ ἀπὸ παρασπάδος, καὶ ἀπὸ τῶν ἄκρων φύεται καὶ γένεσις. ἀπὸ παρασπάδος μὲν, ῥαφανὶς καὶ πήγανον.

ERgo generationes eorum in eiſdem, atque ſuperiorum intueri par eſt: poſita omnium communiſſima illa generatione, quæ ſemine prodeat. Cæterum plures eorum quoque reddere exortus licebit. Qua vero ratione ſingula prædictis conueniant, ea prorſus diuidere decet. Exempli gratia, radicis ipſo prouentũ, de quo hac in parte diſſerimus. Sunt enim quæ tã ſponte, quã radice ſata proueniunt. Vt quæ capitata cõſtant radice: atq; omnino quibus craſſa cornoſaq; radix eſt. Sed nullam tenui cortice tegi ad modum rapæ ac raphani opus eſt. Id enim genus radicis facile exſiccatur, imbecilleque ad perdurandũ penitus eſt: ſed tunicas habeant plures oportet, & ſimul lentitiam quandam vt bulbus, & ſcilla. Denique carnis ſuccique bonitate vacare minime debent: ceu amaracum recens, & lirium, & cætera generis eiuſdem. Has enim tantummodo radices ſeri, transferrique poſſe videtur. Ac earum aliæ plus temporis durant: alię minus, ſcilicet pro ſua quaque natura. Nec deſunt quæ dum ſuis in locis manent, germen poſſint proferre, vt quæ anno tãtum caulem gerunt: tranſlatæ autẽ ſiccitatis cauſa nequeant. Rationẽ enim eandẽ in ijs quoq; arbitrari quã in cæteris conuenit. Nonnullorũ generatio [illegible] auulſione, extremiſq; ramis fieri poteſt. Braſſica enim auulſione, & ruta exoritur.

τῶν δὲ στεφανωτικῶν, οἷον ἀβροτόνου, καὶ σισυμβρίου, καὶ ἑρπύλλου· καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐνίων τῶν αὐτῶν πηγάνου, τε καὶ ἀβροτόνου ἐκ τῶν στεφανωτικῶν· καὶ γὰρ ἔχει ταῦτά γε, καὶ καθίησιν εὐθὺς ῥίζας ἐκ τῶν βλαστῶν, ὥσπερ ὁ κιττός. οὗτος γὰρ δὴ μάλιστα ὅλως ἔμβρυος, καὶ εἰσδυόμενος εἰς αὐτὰ τὰ δένδρα, καὶ ἐν τῇ γῇ κρυπτόμενος. τῶν δὲ λαχανωδῶν, τὸ ὤκιμον. καὶ γὰρ τοὺς ἀπὸ φυτείας ἐκ τῶν ἄνω δέχεται καίπερ ξυλῶδες ὄν. ἀλλ' ἔτι δυσξήραντόν ἐστι, ταύτῃ φύεται. διὸ καὶ πολὺν χρόνον διαμένει. καὶ κειρόμενον, πάλιν βλαστάνει. ξυλῶδες δὲ καὶ ἀβρότονον, ἀλλ' ἔχει τινὰ τῇ πυκνότητι καὶ δριμύτητι φυλακὴν, ὥσπερ ὁ κιττός. καὶ οὕτω φύεται καταπηγνύμενος. αὗται μὲν οὖν κοιναὶ πλειόνων. αἱ δὲ τοιαῦται καὶ σπάνιαι καὶ ἐλάττους. ὥσπερ τῆς κρινωνίας καὶ ῥοδωνίας. καὶ ὁ κάλαμος ὁ σχισθεὶς φύεται καὶ βλαστάνει. ταῦτα δὲ ὅμοια καὶ παραπλήσια καὶ τὰ τῆς ἐλαίας, καὶ εἴ τι ἄλλο βλαστητικὸν ἀπὸ τοῦ ξύλου. διὸ καὶ ἐπὶ τὴν αἰτίαν πίπτειν δύναται, καὶ διατηρεῖν τὴν ὑγρότητα καὶ θερμότητα τὴν γόνιμον. καὶ τότε κατακόπτειν καὶ κατασχίζειν εὔλογον· ἐκ γὰρ τοῦ ἐλάττονος καὶ ἀνεωγμένου, θᾶττον ἡ ἀρχὴ καὶ εὐκολωτέρα. τὸ δὲ μέγα καὶ συμπεπτωκὸς, οὐχ ὁμοίως παθητικὸν οὐδὲ βλαστητικόν. διὸ καὶ τὰ σκόροδα διαιροῦσιν εἰς τὰς γέλγεις, καὶ τῶν κρομμύων ἀφαιροῦσι, τὰς ῥίζας τὰς κάτω καὶ τὰ κελύφη. ταῦτα γὰρ παρέχει πᾶν τὸ ἀλλότριον. ἀλλότριον δὲ τῶν ζωτικῶν, τὸ μὴ ζῶν. ὥσπερ καὶ τῶν δένδρων τὰ ἀφαυαινόμενα. τῆς μὲν οὖν ἐλαίας καὶ τῶν μυῤῥίνων οὐ δεῖ περιαιρεῖν τὸν φλοιόν. ἀποστέγει γὰρ καὶ τηρεῖ τὴν ζωήν. τῶν δὲ κρομμύων καὶ σκορόδων δεῖ, διὰ τὸ μὴ τοὺς ζῶντας μηδὲ τοὺς κυρίους ἀφαιρεῖν. ἐπεὶ κἀκείνων εἴ τις ἀφαιρείη, οὐ βλαστάνουσιν. ἰδιωτάτη δὲ βλάστησις ἡ ἐκ τῶν δακρύων. οἷον τοῦ θ' ἱπποσελίνου, καὶ τοῦ κρίνου, καὶ ἐνίων ἑτέρων. οὐκ ἄλογον δὲ ἀλλ' ὁμολογούμενον τῇ ἐκ τῶν καυλῶν. οὐδὲν γὰρ ἕτερον, ἀλλ' ἢ ξυνηθροισμένως δεῖ εἶναι, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἀρχὴν τὴν γόνιμον. οὐ γὰρ ἄνευ θερμότητος ἡ τοιαύτη ὑγρότης. ὅτι δ' οὐ πάντων οἱ ὀποὶ καὶ τὰ δάκρυα γεννητικὰ, πρὸς τὰς ἐπάνω καὶ προτέρας αἰτίας ἀνενεκτέον· τοῦτ' ἔστιν. ὅτι δ' οὐδ' οἱ καυλοὶ, οὐδ' αἱ ῥίζαι. κατὰ λόγον δὲ καὶ τοῦτό ἐστιν, ὅπερ ἐλέχθη πρότερον· ὅτι πλείους αἱ γενέσεις, καὶ τῶν ἄλλων, ῥᾴδιον γεννῆσαι τὰ ἀτελέστερα, καὶ ἀπ' ἐλάττονος ἀρχῆς. αἱ μὲν οὖν ἐκ τῶν μορίων, ὁποῖαι καὶ διὰ τίνας αἰτίας, ἐκ τούτων θεωρείσθω. καὶ γὰρ εἴ τι παραλέλειπται, προσθεῖναι καὶ συνιδεῖν οὐχ χαλεπόν.

Adde ex coronarijs abrotonum, ſiſymbrium, ſerpyllum. Hæ enim radices e germinibus ſuis quam primum dimittunt, non ſecus, ac edera. Illa tamen omnium maxime viuax eſt, ſiue arbores ſcandens amplexu ſuo perſtringat ſeu in terra abdita ima ſubeat. Proximum inter olera ocimum eſt. Hoc etenim ſeri pro parte ſuperna optime poteſt, quanquam lignoſum admodum ſit. Sed ſi quid difficilius exſiccari poſsit, ea prouenit. Quamobrem tempus longum perdurat, & tonſum & diminutum regerminat. Abrotonum item lignoſum eſt. Verum ſpiſsitate acoreque ſuo ſeruari aliquantulum temporis poteſt, modo ederæ. Nam hæc defixa quoque erumpere valet. Has igitur generationes plurium communes notaſſe par eſt. Illæ vero cum pauciores ſunt, tum raro eueniunt, videlicet lilij, atque roſæ. Ad hæc arundo fiſſa, ſtirpe enaſci, germinarique poteſt. Proxima ijs olea & ſiquid aliud ligno ſuo valeat germinare. Quapropter eadem cauſa redditur; quare ea quoq; ſuum humorem caloremque fœcundum ſeruare vtique poſſunt. Nec quod tunc præcidantur, ratione caret. Quippe cum de minori apertoque celerius faciliuſque germinandi exhibeatur initium. Magnum contra atque compreſſum non æque facile patitur neque ad germinandum propenſum fit. Qua de cauſa diuidere alia in nucleos ſolent, & ceparum fibras tegumentaque detrahunt. Denique omne non viuum a vitalibus ſemouendum cenſent: vt etiam arboribus partes quæ obareſcunt, abſcindere aſſolent. Hinc oleæ ac myrti corticem detrahēdum nequaquam exiſtimant. Obſepit enim conſeruatque arboris vitam. At ceparum, alliorumque tunicas eximunt, quoniam iſtæ neque viuunt, neque primatum cauſæ obtinent. Nam ſi eiuſmodi quicquam detraxeris, germen nullum poterit mitti. Sed peculiaris maxime germinatio, quam lachrymæ præbent: vt equapij, & lilij, aliorumq; quorundā. Nec ratio abeſt, ſed caulibus plane reſpondet. Nihil etenim aliud, quam quod illarum quoque fœcundum principium coactum eſſe oportet. Non enim ſine calore humoreque generatio talis conſequitur. Cur autem non omnium ſucci lachymæque generandi vim obtinent, cauſam ad ſuperiores prioreſq; rationes reduci par eſt: id eſt quod neque caules neque radices vim eiuſmodi ſortiantur. Nec non & quod ante retulimus, plures etiam cæterorum eſſe generationes, ratione non vacat. Quippe cum ea facilius, atque ex minori principio valeant generari quæ imperfectiora ſunt. Ergo generationes, quas partes ſortiuntur plantarum, quænam ſint, quaſque ob cauſas fiant, in his eſt conſiderandum. Si quid enim prætermiſſum a nobis eſt, hoc addi & videri ab alijs facile poterit.

ΚΕΦ. Ε.

CAP. V.

De generatione herbarum ſpontanea & fructu cupreßi.

Αὐτόματοι δὲ γίνονται μὲν ὡς εἰπεῖν αἱ ἐλάττονες, καὶ μάλιστα τῶν ἐπετείων καὶ ποιωδῶν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν μειζόνων ἐστὶν ὅτε συμβαίνει, ὅταν ἐπομβρίαι κατάσχωσιν, ἢ ἰδιότης τις γένηται περὶ τὸν ἀέρα καὶ τὴν γῆν. οὕτω γὰρ τὸ σίλφιον ἀναβλαστῆσαί φασιν ἐν Λιβύῃ, πιττώδους τινὸς ὕδατος γινομένου καὶ παχέος· καὶ τὴν ὕλην δὲ τὴν νῦν οὖσαν, ἐξ ἑτέρας τινὸς τοιαύτης αἰτίας. οὐ γὰρ ἦν πρότερον. αἱ δ' ἐπομβρίαι καὶ σήψεις τινὰς ποιοῦσι καὶ ἀλλοιώσεις, ἐπὶ πολὺ διικνουμένου τοῦ ὑγροῦ. καὶ τρέφειν καὶ ἐπαυξάνειν δύνανται τὰ συστάντα, θερμαινομένου τοῦ ἡλίου καὶ ξηραινομένου. ὥσπερ καὶ τὴν τῶν ζώων γένεσιν οἱ πολλοὶ ποιοῦσιν. εἰ δὲ δὴ καὶ ὁ ἀὴρ σπέρματα δίδωσι συγκαταφέρων, ὥσπερ φησὶν Ἀναξαγόρας, καὶ πολλῷ μᾶλλον. ἄλλας γὰρ ἂν ποιοίεν ἀρχὰς καὶ τροφάς. ἔτι δ' οἱ ποταμοὶ καὶ αἱ συρροαὶ καὶ ἐκρήγματα τῶν ὑδάτων πολλαχόθεν ἐπάγουσι σπερμάτων καὶ δένδρων καὶ ὑλημάτων. διὸ καὶ αἱ μεταστάσεις τῶν ποταμῶν πολλοὺς τόπους ποιοῦσιν ὑλώδεις τοὺς πρότερον ἀΰλους. ἀλλ' αὗται μὲν οὐκ αὐτόματοι δόξαιεν ἂν, ἀλλ' ὥσπερ σπειρόμεναί τινες ἢ φυτευόμεναι. τὸ δ' ἐπὶ τῶν καρπῶν, οἰηθείη τὶς ἂν μᾶλλον αὐτόματον εἶναι, μήτε φυτευομένων μήτε ἀπὸ σπέρματος γινομένων. ὅπερ δὴ ἀναγκαῖον μὴ δ' ἑτέρως τούτων. ἀλλὰ μή ποτ' οὐκ ἦν τοῦτ' ἀληθὲς ἐπί γε τῶν μειζόνων, ἀλλὰ μᾶλλον λανθάνουσιν αἱ πᾶσαι τῶν σπερμάτων φύσεις, ὅπερ καὶ ἐν ταῖς ἱστορίαις ἐλέχθη περί τε τῆς ἰτέας καὶ τῆς πτελέας. ἐπεὶ καὶ τῶν ἐλαττόνων πολλαὶ διαλαμβάνουσι τῶν ποωδῶν. ὥσπερ καὶ περὶ τοῦ θύμου καὶ ἑτέρων ὡς εἴπομεν· κατὰ μὲν τὴν ὄψιν οὐ φανερά, κατὰ δὲ τὴν δύναμιν φανερά. σπειρομένων γὰρ τῶν ἀνθῶν γεννᾶται καὶ δυσόρατα καὶ μικρά. καὶ τῶν δένδρων ἔνια σπέρματα τυγχάνει· καθάπερ καὶ τῆς κυπαρίττου. ταύτης γὰρ οὐχ ὅλος ὁ καρπὸς σφαιροειδής ἐστιν, ἀλλὰ τὸ ἐγγινόμενον ἐν τούτῳ λεπτὸν καὶ ὥσπερ πιτυῶδες καὶ ἀμβλωόν. ἅπερ ἐκπέταται διαχασκόντων τῶν σφαιρῶν. διὸ καὶ ἐμπείρου τινός ἐστι συλλέξαι τὴν θεωρίαν, παρατηροῦντα αὐτὸ τὸ σπέρμα καὶ γνωρίζειν δυναμένου. ἐπὶ πολλῶν μὲν οὖν καὶ τοῦτο συμβαίνει. καὶ μάλιστα ὅσα συνεχῶς ἐν ταῖς ὕλαις ταῖς ἀγρίαις καὶ τοῖς ὄρεσίν ἐστιν. οὐ γὰρ ῥᾴδιον αὐτομάτως συνισταμένων διαμένειν τὸ συνεχές· ἀλλὰ δυοῖν θάτερον, ἢ ἀπὸ ῥίζης ἢ ἀπὸ σπέρματος βλαστάνειν. ὀλίγα δὲ ἄκαρπα τῶν ὁμογενῶν οἱ ὑλοτόμοι φασὶν εἶναι. ταῦτα ἤτοι λανθάνειν εἰκὸς, ἢ διὰ τὸ καταναλίσκειν εἰς ἄλλα τὴν τροφὴν ἄκαρπα γίνεσθαι.

SPonte autem illa exeunt (vt ſimplicius loquar) quæ minora ſunt: & maxime, quæ annua herbaceaque natura ſunt. Cæterum euenit, vt etiam maiora interdum ita gignantur, cum aut imbres frequentauere, aut proprietas aliqua in cœlo terraue conſiſtit. Sic enim laſer exortum in Africa ferunt, imbre picoſo quodam, craſſoq;. Et ſyluam, quæ nunc ibidē eſt, alia quadam eiuſmodi ratione profluiſſe affirmant. Nulla enim antea erat. Imbres, putredines etiam quaſdam, mutationeſq; humi cōmittunt, cum alte humor deſcenderit. & plantas ea genitas ratione nutrire augereq; poſſunt, ſole feruefaciente, a&c exſiccante. Quēadmodum & animalium generationem confici maior fere pars authorum confirmat. Quod ſi & aër ſemina præbeat, ſecum afferens illa, vt Anaxagoras author eſt; longe magis ſic fiat, neceſſe eſt. Sic enim principia & alimenta nimirum adijci poſſunt. Item fluuij, & concurſus, præruptioneſque aquarum multis de locis ſemina arborum herbarumque aduehunt. Ideoq; amnium digreſſione loca permulta ſyluarum impleta ſunt, quæ ſylua prius omnino vacabant. Verum hæc minus ſponte prouenire videri poſſint, ſed veluti ſemine atq; planta potius generari. Sterilia vero ſponte potius creari putaueris. Hæc enim neque ſemine, neq; planta gigni exiſtimentur. Sed forte id de majoribus vere iudicari non poſſit, latitareque naturas ſeminum potius ſit arbitrandum: vt inter hiſtorias de ſalice & vlmo retulimus. Nam & inter minora non deſunt herbæ, quarum natura facile obliteſcat: ceu thymi, & reliquorum, quæ ſubiunximus. Senſu namq; ea percipi nequeunt, quamquam vi ſua nimirum patent. Thymum enim ſatis ſuis floſculis naſcitur, & arborum quoq; quarundam ſemina paruula, vixq; viſu percipienda ſunt: ceu cupreſſi. Huius enim fructus non id totum eſt, quod pilæ ſpeciem gerit, ſed quod cono innaſcitur prætenue, exile, & quaſi laricis ſemini proximum: quod pilula ſua dehiſcente dilabitur: & legi proinde non niſi ab experto homine poteſt. Ergo in multis ſolitum id quoque habetur, & præcipue in ijs, quæ continua in montibus ſyluiſque agreſtibus naſcuntur. Cum enim ſponte conſiſtant, haud facile ſuam conſeruare conſiſtentiam poſſunt. Sed alterutrum fiat, neceſſe eſt: aut radice, aut ſemine germinent. Pauca interea, quæ generis habent ſocietatem, ſterilia ruſtici eſſe affirmant: quæ & ipſa, aut latere conſentaneum eſt, aut quod alimentum ad alia abſumant. Idcirco fructu vacua veniunt.

Quemad-

καθάπερ τὰς ἀμπέλους τὰς τρυγώσας) καὶ ὅσοις ἄλλοις τοῦτο συμβαίνει γινόμενον, ἐπὶ τῶν καρπίμων ἢ καρποφόρων. τί δὴ κωλύει τοῦτο συμβαίνειν ἐπὶ τῶν ὅλως ὥσπερ τηρουμένων πρὸς καρπογονίαν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὡς ἐπιδοξαζόμενον εἰρήσθω. δεῖ δὲ ἀκριβέστερον ὑπὲρ αὐτοῦ σκέψασθαι καὶ ἀνιστορῆσαι τὰς αὐτομάτους γενέσεις. ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀναγκαῖον γίνεσθαι διαθερμαινομένης τῆς γῆς, καὶ ἀλλοιουμένης τῆς ἀθροισθείσης μίξεως ὑπὸ τοῦ ἡλίου. καθάπερ ῥᾶμεν καὶ τὰς τῶν ζώων.

Quemadmodum vites, quæ vel hirculantur, & reliqua, quibus id ipſum evenit. Nam ſi in fructiferis ita fit, cur non idem in alijs quoque omnibus fiat, quaſi ad fructificandum naturæ ratione reſeruentur? Verum id loco opinionis cuiuſdam adiectitiæ, dictum potius velim. Cogitare autem diligentius commentarique ſpontaneas generationes prorſus debemus. Itaque vt ſimpliciter dicam, generationes eiuſmodi fieri neceſſe eſt, terra ſufferuefacta, coactoque humore admiſto, commutatoque ex ſolis ardore. Quemadmodum & animalia progenerari videmus.

ΚΕΦ. Ζ.

CAP. VI.

De inſitione & inoculatione ſtirpium, & temporibus inoculationum. Tum quæ apta ineptaue inoculationibus habeantur: quæque noceant inoculatis, & quibus tuta reddantur.

ΛΟιπὸν δ' εἰπεῖν ὑπὲρ τῶν ἐν ἄλλοις γενέσεων· οἷον τῶν κατὰ τὰς ἐμφυτείας καὶ τοὺς ἐνοφθαλμισμούς. ἁπλοῦς δέ τις λόγος καὶ σχεδὸν εἰρημένος πρότερον. ὥσπερ γὰρ γῇ χρῆται τῷ ὑποκειμένῳ στελέχει τὰ ἐμφυτευόμενα· καὶ φυτεία δέ τις καὶ ὁ ἐνοφθαλμισμὸς, οὐ μόνον παράταξις. ἀλλ' ἐνταῦθα δηλονότι καὶ τὸ βλαστάνον καὶ τὸ γεννῶν, ἡ ὑγρότης ἐστὶν ἡ γόνιμος· ἥνπερ ὁ ὀφθαλμὸς ἔχων ἁρμόττεται θατέρῳ. καὶ τὴν τροφὴν ἔχων ἀποδίδωσι τὴν οἰκείαν βλάστησιν. εὐαυξῆ δὲ πάντα τὰ τοιαῦτα, διὰ τὸ κατειργάσθαι τὰς τροφὰς· καὶ ταῖς διὰ τῶν ἐνοφθαλμισμῶν ἔτι μᾶλλον. καθαρωτάτη γὰρ αὕτη. καὶ ὥσπερ ἐν τοῖς στελέχεσιν ἤδη τῶν καρπῶν. εὐπρόσφυλον δ' ἀεὶ τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον. ὁ δὲ ὀφθαλμὸς ὥσπερ ὁμογενές. εὐλόγως δὲ καὶ ἡ ἀντίληψις μάλιστα τῶν ὁμοφλοιῶν. ἐλαχίστη γὰρ ἡ ἐξαλλαγὴ τῶν ὁμογενῶν, καὶ ὥσπερ μετάθεσις γίνεται μόνον. ἅμα γὰρ συμβαίνει καὶ τοὺς καρποὺς ὀργᾶν καὶ τὰ ὅλα δένδρα πρὸς τὴν βλάστησιν. ὥσθ' ὅταν ὅμοιόν τε ᾖ καὶ ὁμοιοπαθὲς τοῖς καρποῖς, ἐξ ἀμφοτέρων εὔλογον τὸ τάχος τῆς αὐξήσεως· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις, ὅταν ἧττον. ὁ καὶ τοῖς γένεσι καὶ τοῖς ὀποῖς καὶ τοῖς καιροῖς παραλλαγή. εὔλογοι δὲ καὶ αἱ ὧραι, μᾶλλον δὲ ἴσως ἀναγκαῖαι, καθ' ἃς καὶ ὅλως ἐπιβλαστήσεις γίνονται· μετόπωρόν, τε καὶ ἔαρ, καὶ κυνὸς ἐπιτολή. δεῖ γὰρ ὀργῶντα φέρειν. παραπλήσιοι δὲ καὶ οἱ λόγοι καὶ περὶ ἑκάστης, οἵπερ καὶ περὶ τῆς φυτείας. οἱ μὲν γὰρ τὴν ἐαρινὴν ἐπαινοῦσιν ἐπ' ἰσημερίαις, ἔτι κυόντων. ἅμα γὰρ τῇ ἐγκυήσει καὶ βλαστήσει καὶ ὁ φλοιὸς ἐπιφύεται καὶ περιλαμβάνει. οἱ δὲ περὶ τὴν ἐπ'

SEquitur vt rationem generationum, quæ inditis alijs fiunt, explanemus. Hoc eſt, quæ inſitione, inoculationeque proueniunt. Eſt autem earum explanatio ſimplex, & expoſita fere inter ea, quæ ſupra docuimus. Quæ enim inſeruntur, perinde vt terra, ſubdito trunco vtuntur. Et quidem non ſolum appoſitio, ſed etiam ſatio quædam, inoculatio quoque ipſa dici iure optimo poteſt. Sed hic tam id, quod germinat, quam illud, quod generat, humor fœcundus proculdubio eſt, quem habens oculus, octo aptiſſime ſe coniungit. Iamque alimenti obtinens facultatem, germinationem propriam reddere incipit. Cuncta autem eius generis illa de cauſa facile augeſcere poſſunt, quod alimenti copiam præparatam confectamque ſecum attulerunt: ſed omnium maxime inoculationes. Hæ namque alimento puriſſimo fulciuntur: & ſimile præterea coire cum ſimili ſemper facillime poteſt. Oculus autem generis quaſi ſocietate coniungitur. Nec ſine ratione mutua apprehenſio eorum, quibus eadem corticis eſt natura, facillime ſequitur. Diſcrimen enim inter ea, quæ generis ſunt eiuſdem, minimum eſt: & quaſi tranſlatio tantum facta videtur. Euenit namque, vt ſimul & ſuccus & tota arbos ad germinandum turgeſcat. Quamobrem cum ſimile aliquid eſt, & ſimili fructuum ratione afficitur, iure incrementi celeritas vtraque de cauſa contingit. Cætera quo minus diſcrepant, eo celerius coaleſcunt: necnon & generis, ſucci, atque temporis ratione diſcrimem occurrit. Nam & temporis conditio plurimum valet, vel potius omnino neceſſaria eſt. Siquidem germinatio geminum, per autumnum, & ver, & ortum caniculæ fieri ſoleat. Quippe cum ferre non niſi turgida valeant. Rationes quoque de ſingulis inoculationibus ſimiles atque de ſatione produntur. Alij enim vernam potius probant, dum æquinoctium agitur, arboribus adhuc fœtu grauidis. Vna enim cum partu germinationeque, cortex quoque adnaſcitur, & circumtegit.

ἀρχέσθαι. τὸ παράχρημα μὲν γὰρ οἷον ῥιζοῦται, καὶ οἷον [illegible] προσφυὴς δὲ γενομένη πρὸς τὸ ἔαρ, [illegible] ἀποδίδωσι τὴν βλάστην ἀπὸ ἰσχυροτέρας ἀρχῆς. εὐλόγως δὲ καὶ τὸ τὰς [illegible] ἐνοφθαλμίζειν τὰς τελευταίας καὶ νεωτάτας [illegible] ἀντιλαμβάνεσθαι· εἶναι γὰρ ἐντεῦθεν μάλιστα διὰ [illegible] καὶ ἡλικίαν. εὔζωα γὰρ καὶ εὐβλαστῆ ἐστι τὰ νέα. μάλιστα δὲ εὐφυῆ πρὸς ἐνοφθαλμισμόν. ὡς δ' ἔνι λαβεῖν [illegible] ἔτι δὲ μαλακόφλοια καὶ ὁμοιόφλοια καὶ ὁμοιοπαθῆ. διὸ καὶ εἰς τὰ παραπλήσια φύσει καὶ ἡλικίᾳ, κάλλιστος ὁ ἐνοφθαλμισμός. ἥτε γὰρ γλισχρότης, καὶ ἀντιληπτική, ὅτε φλοιὸς μαλακὸς ὢν, καὶ ὁμοίως εὐμενής, καὶ οὐ ποιεῖ μεγάλην τὴν μεταβολήν. ἔτι δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις βραχὺς ὁ καιρὸς, διὰ τὸ ταχεῖαν εἶναι τὴν βλάστησιν· τῇ ἐλαίᾳ δὲ πλείων χρόνος, διὰ τὸ πλείω χρόνον ποιεῖν τοὺς ὀφθαλμούς. ἔτι δὲ ἁπαλὰ ἔρνη καὶ ἀβρέα διὰ τέλους, καὶ τὸν τόπον αὐτῆς ὑγρὸν εἶναι πᾶν τὸ θέρος. καὶ ἀπὸ τούτων μάλιστα πάντων βλαστάνει. διὰ γὰρ τοῦτον οἴονταί τινες καὶ τέτταρας καὶ πέντε μῆνας δεύεσθαι τὴν ἐμφυτείαν. τὸ δ' ὕδωρ τῷ μὲν ἐνοφθαλμισμῷ, πολέμιον· ἐκσήπει γὰρ καὶ ἀπόλλυσι παραρρέον διὰ τὴν ἀσθένειαν. διὸ καὶ ἐπὶ κυνὶ δοκεῖ ἀσφαλέστατος εἶναι. καὶ τοίνυν γέ τινες οὕτω περιδοῦσι τοῖς φλοιοῖς, ὥστε μὴ παραρρεῖν. τῇ δ' ἐμφυτείᾳ χρήσιμον, ἂν μὴ ᾖ ὑγρὸν τῇ φύσει. διὸ καὶ οἱ μὲν αὐτῶν [illegible] ἐπικολλῶσιν· οἱ δὲ, χύτραν προσβάλλουσιν ὕδατος, ὥστε κατὰ μικρὸν ἐπιρρεῖν. ἀναξηραίνεται γὰρ ἂν ταχὺ, μὴ ἔχον ὑγρότητα διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἑλκώσεως. ὀρθῶς δὲ εἰς τὸ διατηρεῖν ἀρραγῆ τὸν ὀφθαλμὸν καὶ τὸν φλοιὸν, καὶ τὸ ἔνθεμα οὕτως ἀποξύειν, ὥστε μὴ γυμνοῦν τὴν μήτραν. ῥαγέντος γὰρ ἢ γυμνωθείσης, ἀναξηραίνεται καὶ διαφθείρεται. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ περιδοῦσι φιλύρας ἔξωθεν φλοιοῖς. καὶ ἐπὶ τούτοις περιαλείφουσι πηλῷ τετριχωμένῳ, ὅπως ἔμμονος ἡ ὑγρότης ᾖ, καὶ μήθ' ἥλιος μήθ' ὕδωρ μή τε ψῦχος παραλυπῇ. καὶ ὅταν σχίσαντες ἐντιθῶσι τὸ ἔνθεμα, σφηνοειδὲς ποιήσαντες, ἐν σφύρᾳ ἐλαύνουσιν, ὅπως ὅτι μάλιστα προσαχθῇ. χρὴ δὲ καὶ τῆς ὑγρότητος τῆς αὐτῶν, συμμετρίαν τινὰ ὑπάρχειν. διὸ καὶ τὴν μὲν ἄμπελον προαποτέμνουσιν ἡμέραις τισὶ πρότερον, ὅπως προαπορρυῇ τὸ δάκρυον καὶ μὴ σήπηται μὴ δ' εὐρωτιᾷ. ῥόα δὲ καὶ συκῆ καὶ ὅσα τούτων ἐστὶ ξηρότερα, παραχρῆμα.

Alij eam præferunt, quæ ex orienti arcturo fieri ſolet. Tum enim inoculata protinus quaſi radicari, maioremque in modum coire poſſe affirmant. Atque ita denſata compage germen ineunte vere vniuerſum erumpere, vtpote ex robuſtiori principio. Alas quoque nitidiſſimas nouiſſimaſque inoculare, non ſine ratione præcipiunt. Apprehenditur enim facilius lenitatis ætatiſque cauſa. Sunt enim arbores viuaces, propenſæque ad germinandum, dum iuueneſcunt: ſed præcipue apta inoculationi, quibus humor lenteſcit. Item quæ cortice molli, ac ſimili veſtiuntur, & ſimiliter afficiuntur, melius coaleſcunt. Quapropter in ijs, quæ natura & ætate inuicem conueniunt, perbelle inoculatur. Lentor enim apprehendendi vim obtinet: & cortex mollem pariter & benignum ſe exhibẽs, haud magnam facit mutationem. Sed & cæteris, parum temporis datum propterea eſt, quia germen celeriter exit. Oleæ plus temporis deſtinatum eſt; cum diutius ſuos parturiat oculos. Ad hæc humidi tenellique petendi ſurculi ſunt, ipſumque locum per totam æſtatem humeſcere conuenit. Sic enim potiſſimum fit, vt germen proſiliat. Quamobrem nonnulli quatuor & quinque menſium ſpatio inſitionem rigari oportere exiſtimarunt. Aqua inoculationi vehementiſſime officit. Putrefacit enim, & admiſſa facile deſtruit, ratione infirmitatis. Quamobrem ſub ortum caniculæ tutiſſime agi videtur. & quidam corticibus ita præligant, vt aqua admitti non queat. At inſitioni perutilis eſt, niſi arbor humida natura ſit. Itaque alij limum obducunt, alij ollam aquæ plenam opponunt, quæ aſſidue inſtillet. Fit enim præ magnitudine vulneris, vt citiſſime ſiccetur, niſi humorem extrinſecus habeat. Iuuat & oculum, corticemque ſine vlla rima ſeruaſſe, & ſurculum ſic exacuere, vt medullam nullatenus nudet. Rupto etenim oculo, corticeue aut medulla nudata, exſiccari perireque neceſſe eſt. Quamobrem folijs, & corticibus inſuper tegunt, atque alligant: limoque crinito oblinunt, vt ſuccus perſiſtere poſſit, ne ſol, aut imber, aut frigus officiat. Cumque trunco leuiter fiſſo inferendum iam ſit, ſurculum cuſpidatim deciſum malleo adigunt, vt quam maxime deprimatur, & committatur. Sed humoris quoque eorum modum obſeruari quendam oportet. Qua de cauſa vitem aliquot antea diebus præſecant, vt lachryma effluat, neque putreſcat, neque vermiculetur. Punicam & ficum, quæque his ſicciora ſunt, protinus inſerere ſolent.

ΚΕΦ. Ζ. — CAP. VII.

Pro natura locorũ, inſitiones, inoculationeſq; variari. Item melius vrbana ſylueſtribus inſeri, quam contra. Quodq; in omni ſemine alimentum aliquod contineatur.

Δεῖ δὲ καὶ πρὸς τὰς χώρας προσλαμβάνειν τὰς οἰκείας ὥρας καὶ πρὸς τὰς τῶν δένδρων φύσεις. ἐπεὶ τὰ μὲν, ἔνυδρα· τὰ δέ, ξηρὰ καὶ λεπτόγεια. καὶ ἄμεινον τὸ ἔαρ. οἰκεῖον γὰρ οὕτως διὰ τὸ ὀλίγον ἔχειν τὸ ὑγρόν. ἐν δὲ τῇ εὐγείῳ καὶ πηλώδει, τὸ μετόπωρον. τοῦ γὰρ ἦρος, πολλὴ λίαν ὑγρότης πρὸς τὸ διατηρεῖν, ἕως ἔτι διαμένει τὸ δάκρυον. ὁρίζονται δέ τινες τοῦτο τριάκονθ' ἡμέραις. εὔλογον δὲ καὶ τὸ καλλικαρπότερα ταῦτα γίνεσθαι. καὶ μάλιστα ἐὰν τὰ ἥμερα εἰς τὰ ἄγρια τιθῆται τῶν φλοιῶν. εὐτροφία γὰρ συμβαίνει πλείων, διὰ τὴν ἰσχὺν τῶν ὑποκειμένων. διὸ καὶ κελεύουσι, κοτίνους φυτεύσαντες, ἐνοφθαλμίζειν ἢ ἐμφυτεύειν ὕστερον. ἀντιλαμβάνονται γὰρ μᾶλλον ἰσχυρότερον, καὶ τροφὴν ἐπισπώμενα καλλίκαρπον τὸ δένδρον ποιεῖ. ἐπεὶ εἴγέ τις ἀνάπαλιν τὸ ἄγριον εἰς τὸ ἥμερον ἐμβάλλοι, διαφορὰν μέν τινα ποιήσει, τὸ δὲ καλλικαρπεῖν, οὐχ ἕξει. καὶ τὰ μὲν περὶ τὰς φυτείας καὶ τὰς ἐμφυτείας, ἱκανῶς εἰρήσθω· τὰ δὲ σπέρματα πάντων ἔχει τινὰ τροφὴν ἐν αὐτοῖς, καὶ συναποτίκτεται τῇ ἀρχῇ, καθάπερ ἐν τοῖς ᾠοῖς. ᾗ καὶ οὐ κακῶς Ἐμπεδοκλῆς εἴρηκε, φάσκων ᾠοτοκεῖν μακρὰ δένδρα. παραπλησία γὰρ τῶν σπερμάτων ἡ φύσις τοῖς ᾠοῖς. πλὴν ἔδει περὶ πάντων εἰπεῖν καὶ μὴ μόνον τῶν δένδρων. ἅπαν γὰρ ἔχει τινὰ τροφὴν ἐν αὐτῷ. διὸ καὶ δύνανται διαμένειν εἰς χρόνους. οὐχ ὥσπερ τὰ τῶν ζώων εὐθὺ φθείρεται χωριζόμενα, πλὴν τὰ τῶν ᾠοτόκων. ταῦτα γὰρ ὥσπερ εἴρηται τροφὴν ἔχοντα καὶ φυλακήν, ἅμα τῆς ἀρχῆς διαμένει. χρονιώτερα δὲ ἑτέρων ἕτερα· καὶ μάλιστα τὰ πυκνὰ καὶ ξηρὰ καὶ ξυλώδη. καθάπερ τὰ τοῦ φοίνικος. οὐκ ἔχει γὰρ οὔτε ἔξωθεν οὐδεμίαν παρείσδυσιν, οὔτε ἐν αὐτοῖς ὑγρότητα τὴν διαφθειρομένην. ὅθεν καὶ οὔτε θηριοῦται, καθάπερ τὰ σιτηρὰ τῶν σπερμάτων, οὔτε ἀναξηραίνεται, καθάπερ τὰ τῶν λαχάνων· ἀλλ' ἐν αὐτοῖς τὸ περιστέγον σώζει τὴν ἀρχήν. ὅτι δ' ἐν ἅπασι σπέρματα, κἀκεῖθεν δῆλον. ἃ γὰρ δοκεῖ ξηρὰ καὶ ὥσπερ κελυφώδη πάμπαν, οἷα τὰ τῶν λαχάνων, ταῦτα κινεῖται κατὰ τὰς οἰκείας ὥρας, ἐὰν καὶ ὁτιοῦν ἰκμάδος λάβῃ. καὶ διὰ τοῦτο ἐν ὑπερῴοις τιθέασι, καὶ κρεμαννύουσιν ἐν καψακίοις, καὶ οὔτε ῥαίνουσιν, οὔθ' ὕδωρ ὅλως ἐκφέρουσιν εἰς τὰ οἰκήματα. τῶν δὲ δὴ λοιπῶν καὶ τῇ αἰσθήσει φανερὰ τὰ προσόντα, καὶ τάγε δὴ τῶν σαρκωδῶν ὥσπερεὶ γαλακτοῦται διαλαμβανόντων· σχεδὸν δὲ ὁμολογούμενον τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ζώων ἐστίν. οὐδὲ γὰρ ἐν τούτοις ἅπαν τὸ κάτω προϊὸν σπέρμα, καθαρὸν καὶ εἰλικρινὲς ὑποληπτέον.

Qvin & pro ratione locorum naturæque arborum, temporis proprietatem ſeruare oportet. Quippe cum alia ſolo vliginoſo, alia ſitienti, & gracili melius degant. Ver autem illis rectius accommodetur, quoniam minus ſucci obtinent. Quæ pinguia, limoſaque ſunt, hæc autumnale tempus deſiderant: humor etenim verno tempore largior eſt, quam qui ad conſeruandum ſufficiat, quamdiu lachrymatio duret. Tempus id tricenis diebus a quibuſdam ſtatuitur. Necnon & melius ea poſſe fructificare ratio docet, & præcipue ſi vrbana ſylueſtribus inſerueris. Plus enim alimenti vires ſubditæ arboris ſubminiſtrant. Quamobrem ſatis oleaſtris inſerere poſtmodum vel inoculare præcipiunt: coeunt enim, & apprehendunt validius, & radix plus attrahens nutrimenti, probe fructificare arborem facit. Nam ſi e contrario ſylueſtre in vrbano ſerueris, tametſi differentia quædam erit, tamen bonæ frugis arbor nunquam profecto reddetur. Atque de conſitionibus & inſitionibus hactenus. Semina omnia aliquid in ſe alimenti continent, quod vna cum generādi principio natura profundit, ſicut in ouis. Qua de cauſa non inepte Empedocles, arbores oua ſolent excelſis gignere ramis, inquit. Enimuero natura ſeminum ouis proxima eſt. Diſſerere tamē ille non tantum de arboribus, ſed etiam de omnibus debuit. Habet enim vnumquodque alimentum in ſe, quo & durare temporis aliquantum valet, nec quemadmodum animalium ſemen, exceptis, quæ oua pariũt, protinus perit, vbi ſeorſum fuerit: hæc enim alimento fulcita (vt dictum) munitaque ad ſuum conſeruandum principium, durare plus valent. Sed alia diuturniora alijs. Maxime vero diuturna, quæ ſpiſſa, ſicca, lignoſaque ſunt, ceu palmæ. His enim nullus extrinſecus aditus patet, nec humor vllus includitur, qui putreſcere poſſit. Quapropter neque beſtiolis infeſtantur, ſicut frumenta; neque reſiccantur, vt ſemina olerum: ſed mira ſoliditate munita, ſuum tutantur illud genitale principium. Omnibus autem ſeminibus aliquid pabuli ineſſe, hinc etiā conſtat. Quæ enim arida, & veluti putaminea omnino cernuntur, vt olerum; hæc ſuis tēporibus ad germinandũ mouētur. Quamobrem hæc in cœnaculis reponunt, ſuſpenduntque eminentius: nec vllam in eo domicilio aquam conſpergunt, aut afferunt. Eo verius in reliquis ſenſu etiam percipi alimentum facile poteſt, quod quidem in carnoſis lacteſcere quodammodo ſolet. Confeſſum hoc idem fere & in animalium genere eſt. Neque enim quod ab his emittitur, totum ſemen purum, ſincerumque arbitrandum.

ΚΕΦ. Η.

CAP. VII.

De cura naturæ in ſeminibus conueſtiendis, communiendiſque vario genere: ac de blechro planta. Et quæ facile germinent augeanturque.

Ο[illegible] ξυλώδη καὶ πυρηνώδη περιέχεσθαι φυλακῆς χάριν οἰητέον. ὥσπερ ἔτι δερματικὰ καὶ ὑμενώδη. πάντα γὰρ πρὸς [illegible] ὑγρὰ γὰρ ἡ ἀρχὴ δυνάμει [illegible] ζωτικὰς ἀρχὰς ὥσπερ ἐλέχθη καὶ ῥίζαι καὶ κρεμμύονες καὶ ξύλα, καὶ καυλοὶ χωριζόμενοι τῶν φυτῶν. ὥστε κινεῖν καὶ μέχρι τοῦ βλαστάνειν, οἷον αἵ τε σκίλλαι, καὶ ὅσα σκιλλώδη. καὶ τὰ τῆς ἐλαίας ξύλα, καὶ οἱ τῶν κρίνων καυλοί. καὶ οἱ τῆς βλήχρου κλῶνες ἀνθεῖ γὰρ καὶ αὐτὴ περὶ τροπάς, ὃ καὶ μάλιστα θαυμαστόν. ἐπεὶ τά, τε ἄλλα φαίνεται τινὰ ἔχειν ὑγρότητα κούφην καὶ γλίσχρον. τὰ δὲ λιπαρὰ [illegible] ἔτι περιέχεσθαι, τὰ μὲν, χιτῶσι, τὰ δὲ, πυκνότητι τῇ αὐτῶν. ὥστε μὴ εὐξήραντα εἶναι τοῦ ἀέρος μεταβάλλοντος. καὶ τῆς οἰκείας χώρας συμπαθῆ τε γίνεται καὶ βλαστάνει. ἡ δὲ βλῆχρος ξηρὰ φαίνεται παντελῶς. ἀλλὰ δῆλον ὡς ἔχει τινὰ τοιαύτην ἀρχὴν, ἣ κινεῖται τῇ τοῦ ἀέρος ἅμα μεταβολῇ καὶ ἀλλοιώσει. θαυμαστὸν δὲ τὸ τῆς ὥρας. οὐ γὰρ ἀνιεμένης, ἀλλὰ εὖ μᾶλλον ἐπιτεινούσης, εἰ μὴ ἄρα περὶ τὰς ἀλκυονίδας. ἱκανὸς γὰρ ὁπόσος οὖν χρόνος εἰς τὰς τῶν ἀσθενῶν καὶ μικρῶν μεταβολάς. αἱ μὲν οὖν γενέσεις, πόσαι τε καὶ ποσαχῶς καὶ τίνες ἑκάστοις οἰκεῖαι, φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων. εὐβλαστῆ δὲ καὶ εὐαυξῆ τὰ ἐκ τῶν φυτευομένων μᾶλλον ἢ τῶν σπερμάτων, εὐλόγως. ἄλλως τε κἂν ὑπὸ ῥίζαν ληφθῇ. προϋπάρχει γὰρ πολλὰ τῶν μορίων, ἃ δεῖται μόνον τροφῆς· τῶν δὲ ἐκ τῶν σπερμάτων ἅπαντα ταῦτα ἀνάγκη γεννᾶσθαι πρῶτον, ἔπειθ' οὕτως αὐξηθῆναι. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ὅσα ῥιζοφυῆ τυγχάνει. καθάπερ τὰ κεφαλόρριζα. καὶ γὰρ ἐν τούτοις προϋπάρχει τι φύσεως· ἐξ ὧν πλείων ἡ ὁρμὴ πρὸς τὴν βλάστησιν, ἢ τῶν σπερμάτων. ῥιζωθῆναι γὰρ ἐκεῖνα δεῖ πρότερον. ὅσα δὲ κατὰ τὰς ἰδίας φύσεις, ὡς ἂν γένος πρὸς γένος ὁ συγκρίνων λάβοι τις, πότερον κατὰ τὰς εὐθύτητας τῶν πόρων ληπτέον, ὥσπερ Δημόκριτος. εὔρους γὰρ ἡ φορὰ καὶ ἀνεμπόδιστος, ὥς φησιν. ἢ μᾶλλον ὅσα μανότερα καὶ ὑγρότερα. τὰ μὲν γὰρ πυκνὰ καὶ ξηρὰ, δυσαύξητα. πᾶν γὰρ ἔμπυρον τὸ πυκνὸν, καὶ ξηρὸν, καὶ πικρὸν, ὥστε βραδεῖαν εἶναι τὴν ἐπίδοσιν. θάτερον δὲ ὀλίγῳ μὲν πολὺ διὰ τὴν μανότητα. καὶ ὅλως ἡ ὑγρότης εὔβλαστόν τι καὶ εὔτροφον. σημεῖον δὲ καὶ τὸ κατὰ τοὺς τόπους καὶ τὰς φυτείας συμβαῖνον. ἐν μὲν γὰρ τοῖς εὐδιεινοῖς καὶ ἀπνευμάτοις, ἔτι δ' ὅταν ἡ φυ-

Quæ autem lignoſa nucleoſaque ambiunt, hæc cuſtodiæ gratia naturam obduxiſſe putandum eſt. Quemadmodum & quæ, pelle membranaue conſtant. Hæc enim omnia cõſeruandorum ſeminum cauſa ſuperſunt. Principium namque omnium potentia eſt humidum. Sed ſunt quorum radices, rami, ligna, cauleſque plantis abſciſſi ſeruare ſuum vitale principium poſſunt (ſicut dictum eſt) ita vt ad germen etiam excitandum mouere ſe valeant ceu ſcilla, cæteraque huiuſmodi. Adde ligna oleæ, & caules liliorum, & blechri ramulos. Nam ea quoque ſolſtitijs floret, quod permirum eſt. Cætera enim ſuccum quendam leuem lentumque habere videntur. Nec deſunt quæ pinguiuſcula ſint. Alia tunicis pluribus obteguntur, alia ſua ſpiſſitate reſiſtunt, quo minus poſſint ſiccari; tum aëre locone proprio mutato afficiuntur & germinant. At Blechrus ſicca omnino videtur. Verum quamuis ita ſit, principium tamen quoddam eiuſmodi habeat neceſſe eſt, quod vna cum aëris mutatione alterationeque moueatur. Mirum præterea quod non remiſſa, ſed potius intenta ſæuitia temporis germinare incipiat: niſi forte dies halcyonides ſuffecturas putaueris. Nam ad imbecillorum exiguorumque mutationem, vel quantumlibet temporis ſatis ſit. Igitur generationes quot ſint, quotque modis fieri poſſint, quæque ſingulis competant, ex ſupradictis abunde pateſcit. Germinant autem augeſcuntque facilius quæ planta ſunt ſata, quam quæ ſemine: præſertim ſi radice aliqua fibrata petantur. Sic enim partes pleraſque adultas iam haberi continget, quæ tantummodo alimentum deſiderent. At in ſeminis ſatu omnia generari neceſſe eſt, prius quam incrementa incipiant. Eadem ratione & quæ radice proueniunt facilius augentur, vt quæ radice capitata creantur. In his enim nonnihil naturæ prægenitum eſt. Quo plus impetus ad germinandum infertur, quam ſemina valeant eniti. Hæc enim vt prius radices capiant opus eſt. Quæ autem naturæ ſuæ ratione præualent, ijs quoad genus generi comparandum ſit, cauſam meatuum rectitudine aſſignaſſe par eſt, vt Democritus facit. Agi namque in his meatum facillime, & ſine vllo impedimento inquit: vel potius corporis raritatem, humiditatemque pro cauſa reddiſſe dignius ſit. Quippe cum ea quæ ſpiſſa & ſicca natura ſunt, difficile augeſcere poſſint. Quod enim ſpiſſum, ſiccum, amarum, quod eſt natura ignis conſiſtit, & hinc lenta acceſſio eſt. Contra quod rarum, laxum, & humidum eſt, id celeriter creſcit. Ad ſummam humidi-

τεία πυκνή· εὐαυξῆ μὲν τὰ δένδρα, μανὰ δὲ καὶ ὑγρὰ μᾶλλον. ἐν δὲ τοῖς πνευματώδεσι καὶ ψυχροῖς καὶ τῇ φυτείᾳ μανῇ, ἀναυξέστερα μὲν, πυκνότερα δὲ καὶ ξηρότερα. συνίστησι γὰρ τὰ πνεύματα καὶ τὰ ψύχη, καὶ ὅλως ὁ περιεστώτων ἀήρ. ἅμα δὲ καὶ συστέλλεται καὶ οὐ λαμβάνει τὸν ἴσον ὄγκον. ὡσαύτως δὲ ὅταν ἡ φυτεία μανή. καὶ γὰρ ἐνταῦθα πυκνότερα καὶ εἰς βάθος αὐξανόμενα μᾶλλον. ἐν δὲ ταῖς πυκναῖς ἀνάπαλιν.

humiditas natura fertili germina incrementaque præſtat. Argumentoq; illud etiam eſt quod pro locorum conſitionumque natura euenire videmus. Locis enim ſerenis & a vento ſilentibus, conſitioneque breui interuallo diſpoſita, arbores magnæ quidem exurgunt, ſed raræ corpore atque humidæ. At ventoſis & frigidis, & rara conſitione, minores quidem, ſed ſpiſſiores ſicciores que veniunt. Afflatus enim & frigora omnino aer ipſe occurrens conficit, tum conſtipat materiem atque cogit. Vnde contractiores quoque redduntur arbores, neque molem eandem poſſunt capeſſere. Idem etiam ſequitur cum conſitio amplo diſpoſita interuallo eſt. Sic enim ſpiſſiores & in profundum auctiores conſiſtunt. Contra vero cum breui interuallo conſitum ſit.

ΚΕΦ. Θ. — CAP. IX.

Cur fœminæ magis quam maſculi augeſcunt. Tum quæ ſata ſemine, deteriora melioraque creantur. Item Thaſios adultas amygdalas inoculare.

Φανερῶς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων τοῦτο συμβαῖνον, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων. εὐαυξέστερα γὰρ τὰ θήλεα τῶν ἀρρένων· ὑγρότερα καὶ μανότερα τὴν φύσιν ὄντα. δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν δένδρων, ῥόα μὲν καὶ συκῆ, καὶ ἄμπελος, εὐαυξῆ. φοίνιξ δὲ καὶ κυπάριττος, καὶ δάφνη, καὶ πεύκη, καὶ ἐλαία, δυσαυξῆ. καίτοι τὸ εὐθυπορεῖν ὑπάρχει τισὶ τούτων· ἀλλ' ἤτοι πυκνότης ἢ ξηρότης, ἢ ἄμφω κωλύει. καὶ γὰρ ἡ ξηρότης ἀναυξής. ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἔνια ὑπὸ τῆς ἀσθενείας· καὶ γὰρ τοιαῦτα δυσαυξῆ καὶ δύστροφα. δεῖ γὰρ μὴ κρατεῖσθαι μηδὲ κωλύεσθαι τὴν κραδίην ὑπὸ τοῦ περιέχοντος. ἐπεὶ καὶ τὸ εὐθυπορεῖν προσδεῖται δυνάμεως καὶ τῆς κατεργαστικῆς καὶ τῆς ἀπαθοῦς. ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ὄφελος. εὐαυξῆ μὲν οὖν καὶ δυσαυξῆ τοῖς τοιούτοις ἀφοριστέον. ἅπαντα δὲ χείρω τὰ ἐκ σπέρματος ὡς ἐπίπαν. ἐν δὲ τοῖς ἡμέροις, οἷον ῥόα, συκῆ, ἄμπελος, ἀμυγδάλη. καὶ γὰρ ὅλα γένη μεταβάλλει καὶ ἐκπαππουται πολλάκις ἔνια, καθάπερ ἐν ταῖς ἱστορίαις εἴρηται. τούτου δ' αἴτιον ἡ ἀσθένεια τῶν σπερμάτων. κρατεῖται γὰρ ὑπὸ τῆς ἐπιρροῆς πλείονος οὔσης. καὶ ὥσπερ ἄκαρπα γίνεται διὰ πλῆθος τροφῆς οὐ δυνάμενα πέττειν, οὕτω καὶ χείρω γίνεται διὰ τὸ μὴ κρατεῖν. καὶ διὰ τοῦτο Θάσιοι τὰς ἀμυγδάλας, ὅταν προσαυξηθῶσιν, ἐνοφθαλμίζουσιν· ἐκ γὰρ μαλακῶν σκληραὶ γίνονται μετὰ τὴν φυτείαν. εἴη δ' ἂν τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ποιεῖν. ὅσα δὲ ἰσχυρὰ τῶν σπερματικῶν, ταῦτα διαμένει μᾶλλον, ὥσπερ ὅ, τε φοίνιξ, καὶ πεύκη ἡ κωνοφόρος καλουμένη, καὶ πίτυς ἡ φθειροφόρος. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ τῶν ἀγρίων. ἴσως δ' οὐκ ἔχει ταῦτά γε μετάβασιν εἰς τὸ χεῖρον· ἡ γὰρ ἀγριότης ἔσχατον· ἀλλ' ἡ εὐχυλία καὶ ἡ εὐσαρ-

Videre hoc idem & in animalium genere licet, & præcipue in homine: facilius enim quam mares, fœminæ augeſcunt: quas quidem natura humidiore ſolutioreque creari nulli dubium eſt. Identidem etiam in ipſis arboribus manifeſtiſſime patet. Punica enim & ficus, & vitis auctu faciles, palma, & cupreſſus, & laurus, & pinus, & olea, difficiles: quanquam ex ijs quædam meatuum rectitudinem habeant. Verum aut denſitas aut vtrumque impedimento eſt. Facit enim & ſiccitas ne ſatis augeſcere poſſint. Ad hæc imbecillitas plerisque in cauſa eſt. Nam quæ debilia ſunt difficile augeri, nutricarique poſſunt. Superari enim aut impediri ramos a cœlo ambiente haudquaquam oportet: nam & meatus qui in directum pertendant, vim tam conficiendi nutrimenti, quam reſiſtendi iniuriæ temporis exigunt. Quæ igitur facilia difficiliaque auctu ſint, his determinaſſe oportet. Fere autem omnia, quæ ſemine inter ſatiua proueniant, deteriora exurgunt: ceu punica, vitis, amygdala: degenerant enim, & ſæpe pappo dicta lanugine vitiantur: vt inter hiſtorias diximus. Cuius rei cauſa ſeminis profecto infirmitas eſt. Deuincitur enim ab influxu copioſioris alimenti, & quemadmodum infœcunda, copia alimenti redduntur, quoniam digerere nequeunt, ſic & deteriora euadunt, quia viribus carent. Quamobrem Thaſij amygdalas adultas inoculant. Ex mollibus enim præduræ poſt ſatum redduntur. Quod idem & in reliquis fieri poteſt. Sed quæ robuſta inter ea ſunt, quæ ſeri ſemine poſſunt, hæc diutius permanent. Vt palma, & pinus conifera nuncupata, & picea quæ pediculos fert. Pari modo de ſylueſtribus etiam diſſerendum eſt, ni forte nulla ijs in deterius mutatio poſſit accedere. Ferocitas enim vltimum eſt. At vero bonitas ſucci carniſque eorum, aeris & omnino

[illegible] γίνεται, διὰ τὸν ἀέρα καὶ [illegible] καὶ τὰ ἥμερα εἰς τοῦτο [illegible] χῶραι διατηρεῖν τὰς φύσεις [illegible] τινος, αἱ δ᾽ ἁπλῶς. αἱ δὲ, [illegible] τὸ βέλτιον, καθάπερ εἴρηται [illegible] Κιλικίᾳ ῥοῶν. αἱ μὲν γὰρ γλυκεῖαι [illegible] αἱ δ᾽ ἀπύρηνοι, καὶ καλλίκοκκοι γίνονται περὶ τὸν Πίναρον ποταμόν. [illegible] λάβωσιν οἱ καρποὶ [illegible] διατηρεῖν. ὅταν μάλιστ᾽ [illegible] τὰ δένδρα. ἐν δὲ τοῖς ἐπετείοις σπέρμασι πανταχοῦ πρὸς τὴν χώραν ἡ μεταβολὴ γίνεται, πλὴν οὐκ εὐθὺς σπαρέντων (ὀλίγος γὰρ ὁ ἐν τῇ γῇ χρόνος) ἀλλὰ τρίτῳ δὴ ἔτει. τότε γὰρ ἀλλοιοῦται πρὸς τὴν ἐκτελείωσιν ὥσπερ καὶ τὰ ζῷα. καὶ γὰρ ταῦτα τριγονήσαντα συνεξομοιοῦται. οὐ μὴν ἀλλ᾽ ἐπίδηλόν γέ τι ποιεῖ καὶ ὁ πρῶτος ἐνιαυτός· καὶ τὰ μὲν ἐκ τῶν σπερμάτων χείρω διὰ ταύτας τὰς αἰτίας.

nino loci ratione ſequatur, neceſſe eſt. Nam & vrbana ea ipſa inter ſe differunt ratione. Poſſunt etenim regiones quædam naturam arboris ſuſceptam ſeruare, aliæ ſtatuto tempore, aliæ ſemper. Nõnulla ſolo mutato meliora redduntur, vt de punicis Ægypti, & Ciliciæ diximus. Euadunt enim alteræ dulces, vinoſæque, alteræ ſine nucleo, magnoque cum acino apud Pinarum amnem fructificant. Omnino cum fructus loca idonea nacti ſunt, melius ſeruare ſua genera poſſunt, præcipue ſi arbores vigẽt, fructumque laudatum præſtare ſuapte natura pollent. Semen autem annuum pro terræ ſubditæ ratione vbique mutatur, non protinus anno primo (parum enim id temporis eſt) ſed tertio. Tum enim vltima mutatio conſumandi accedit, vt etiam in animalium genere. Hæc enim poſt tertium partum ſimilitudinem perfecte repræſentare incipiunt. Cæterum primus etiam annus non nihil indicij affert. Quæ ſemine exeunt, his de cauſis deteriora redduntur.

ΚΕΦ. Ι. — CAP. X.

De temporibus germinandi.

Ἡ δ᾽ ἐπέτειος βλάστησις (αὕτη γὰρ οἷον δευτέρα γένεσίς ἐστιν) οὐχ ἅμα γίνεται πᾶσιν. ἀλλὰ παραλλάττει ταῖς ὥραις. ὥστε σχεδὸν [illegible] ταῖς ἐνίων, εἶναι καὶ τὰ μὲν θέρους τὰ δὲ χειμῶνος βλαστάνειν. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ καρπογονία· καὶ γὰρ αὕτη διέστηκε τοῖς χρόνοις. ὡς μὲν οὖν ἁπλῶς εἰπεῖν, τὰ πρὸς ἑκάστην ὥραν σύμμετρον ἔχοντα τὴν κρᾶσιν, ταῦτα καὶ τὰς βλαστήσεις ἐν ἑκάστῃ, καὶ τὰς τελειώσεις τῶν καρπῶν ἀποδίδωσιν. οὐ μὴν ἀλλὰ δεῖ καὶ τοῖς καθ᾽ ἕκαστα πειρᾶσθαι διαιρεῖν. ἔνια μὲν γὰρ εὐβλαστῆ. καὶ ἡ βλάστησις δι᾽ ἰσχὺν καὶ πολυτροφίαν. ὥσπερ ἀμυγδαλῆ, ῥοιά, καὶ ὅλως τὰ ἄγρια τῶν ἡμέρων μᾶλλον. ἔνια δὲ δι᾽ ἀσθένειαν· ὥσπερ τὰ ποώδη καὶ ἐπέτεια. καὶ γὰρ ἀνθεῖ πολλὰ τοῖς τῶν κατὰ χειμῶνα, καθάπερ καὶ ἡ ἀνεμώνη. φαίνεται δὲ οὐδ᾽ ἡ μηλέα προανθεῖν δι᾽ ἰσχὺν, ἀλλ᾽ ἄλλην αἰτίαν· ἑκάτερα δ᾽ εὐλόγως πρωϊβλαστεῖ καὶ ἰσχυρὰ καὶ τὰ ἀσθενῆ. τὰ μὲν γὰρ τῇ δυνάμει καὶ τῷ πλήθει προωθεῖ, τὰ δὲ ὑπὸ μικρῶν εὐκίνητα τῶν κατὰ τὸν ἀέρα· μέγα δὲ καὶ ἡ ὑγρότης καὶ ἡ μαλακότης εἰς τὸ προϊέναι. ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς πρώτης φύσεως ἐλέχθη. τὸ γὰρ ξηρὸν καὶ πυκνὸν οὔτ᾽ εὐδίοδον ὁμοίως, οὔθ᾽ ὕλης ἔχει πλῆθος. ὅσα δὲ ἐν ταῖς ἐναντίαις ὥραις ἐκβλαστάνει, τούτων αἰτιῶνταί τινες τὴν ὑγρότητα καὶ θερμότητα· τὰ μὲν ψυχρὰ τοῦ θέρους, τὰ δὲ θερμὰ τοῦ χειμῶνος βλαστάνειν, ὥστε ἑκατέραν τὴν φύσιν σύμμετρον εἶναι πρὸς ἑκατέραν τῶν ὡρῶν. οὕτω γὰρ οἴεται καὶ Κλείδημος, οὐ κακῶς μὲν οὖν ἴσως οὐδὲ τοῦτο λέγεται. δεῖ δὲ καὶ τὴν ὀλιγότητα καὶ ἀσθένειαν, καὶ εἴ τι

ANnua germinatio (hæc enim ſecunda quaſi generatio eſt) non ſimul omnibus fieri ſolet, ſed tempore diſcrepat, vt ita quibuſdam contrarijs ferme temporibus agi videatur. Alia enim per æſtatem, alia per hyemem germinare incipiunt. Sic & fructificatio. Nam ea quoque temporibus diſſidet. Igitur vt ſimpliciter dicam, quæ ſingulis temporibus commode temperata ſeſe exhibuerint, hæc & germinationes & fructuum conſummationes ſingulis temporibus reddunt. Cæterum particulatim quoque diſcernere ea tentandum eſt. Quædam facile germinant, quia viribus valent, alimentoque abundant; vt amygdala, punica, & ad ſummam ſylueſtria magis, quam ſatiua. Quædam ſuæ debilitatis cauſa germina facile agunt, vt quæ natura herbacea, & annua ſunt. Complura enim ex ijs hyemali tempore florent, vt fremium. Nec malus roboris ſui ratione præflorere videtur; ſed ob aliam potius cauſam. Feſtinant autem tam robuſta, quam debilia, ratione: altera enim ſua potentia, copiaque propellunt: altera vel a minimo aeris momento moueri facile poſſunt. Quin & humiditas, atque mollicies ad emittendum, plurimum confert; vt etiam de primo exortu retulimus. Siccum enim, & ſpiſſum, neque tranſmeatu facile eſt, neque copiam habet materiæ. Quæ autem contrarijs temporibus germinant, his nonnulli cauſam humiditatẽ caliditatemque aſſignant. Frigida enim æſtate, calida hyeme germinare autumant: vt vtraque natura conuenienter temperata vtrique tempori ſit. Ita enim & Clidemus cenſet. Haud igitur male id quoq; aſſeritur. Sed paucitatem, & debilitatem, & ſi quid aliud

ἄλλο συναίτιον προστιθέναι, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν λαχανωδῶν ὁρῶμεν. ἡ μὲν γὰρ ἀνδράχνη, καὶ ὁ σίκυος, καὶ ὅλως τὰ τοιαῦτα, κάθυγρα καὶ ψυχρά. τὸ δ' ὤκιμον, ξηρὸν καὶ ξυλῶδες. ἀλλ' ὅμως οὐ δύνανται πρὸ τῶν θερμημερινῶν βλαστάνειν, ὥστε διαμονὴν καὶ τελείωσιν. αἴτιον δὲ ἡ ἀσθένεια. καθάπερ καὶ τῆς σικύας καλουμένης. αὕτη γὰρ δένδρου ὕψος λαμβάνουσα καὶ σχιζομένη τοῖς κλωσὶν, ὥσπερ ἡ ἀναδενδρὰς, ὅμως ἐπίκηρόν τε, καὶ οὐ δύναται πρὸ τῶν θερινῶν, ἀλλὰ δεῖται πορρωτέρω ταῖς ὥραις παρατείνειν πρὸς τὸ μετόπωρον, καὶ τὰ ἀκανθώδη καὶ ποώδη καὶ ῥιζοκέφαλα. καθάπερ ὅτε σκορπίος καλούμενος, καὶ τὰ τίφυα, καὶ ἡ ἄκανθα βασιλικὴ, καὶ τὸ λείριον. ἔνια δὲ καὶ μετ' Ἀρκτοῦρον. εἴτε οὖν ὕστερα χρὴ καὶ ὀψιαίτερα ταῦτα λέγειν, εἴτε καὶ πρωϊαίτερα, γινομένων τῶν πρώτων ὑδάτων οὐδὲν γὰρ διαφέρει πρός γε τὸ νῦν ἀλλ' ἐκεῖνο φανερὸν, ὡς οὔτε μεγέθει καὶ σμικρότητι τὸ πρωϊβλαστὲς, καὶ ὀψιβλαστὲς ἀφοριστέον, οὔτ' ἴσως θερμότητι καὶ ὑγρότητι καὶ ξηρότητι μόνον. ἀλλὰ δεῖ τινα συμμετρίαν ἕκαστον ἔχειν πρὸς τὴν ὥραν. γίνεται γὰρ ἁπαλωτάτη. φαίνεται γὰρ ἅπαντα τὴν οἰκείαν ἀναμένειν τελείωσιν. τὰ δὲ, καὶ βλαστάνει. τελείως δὲ καὶ ἀκίνητα ὄντα ὁμοίως δένδρα καὶ ὑλήματα καὶ ποώδη. φανερώτατον γὰρ τοῦτ' ἐν τοῖς ἀγρίοις. ἐν οἷς δὴ καὶ ἡ γένεσις αὐτοφυὴς, καὶ ἄνευ παρασκευῆς. πάντα δ' ὡς εἰπεῖν ἢ τάγε πλεῖστα τῶν μετοπωρινῶν ἐν τοῖς ὑλήμασι καὶ τοῖς φρυγανικοῖς καὶ ποώδεσίν ἐστιν. ἐπεὶ δένδρον γε οὐδὲν, πλὴν εἰ μή τι κατὰ τὴν ἐπιβλάστησιν. ἐπιβλαστάνει γὰρ ἔνια μετ' Ἀρκτοῦρον.

in cauſa ſit, adijcere decet, ſicut etiam in olerum genere. Portulaca enim, & cucumis, & cætera huiuſcemodi, præhumida & frigida ſunt. Ocimum, ſiccum atque lignoſum. Attamen hoc ante feruentes dies germinare ita, vt perdurare, atque perfici poſſit, minime valet. Cauſa vero debilitas eſt quemadmodum & cucumeris. Hæc enim quamuis arboris altitudinem capiat, in ramoſque ſine modo vitis arbuſtiuæ diffundat, tamen vitæ admodum fragilis eſt. Itaque ante æſtatem germinare non poteſt, ſed autumnum vſque prorogare etiam cupit. Adde quæ aculeis conſtant, quæque radice in caput excreſcunt; ceu nepa quæ appellatur, & tiphyum, & ſpina regia, & lilium. Aliqua & poſt Arcturum incipiunt. Siue igitur poſteriora, ſerioraque hæc indicare conueniat, ſeu cæteris feſtinantiora, vtpote cum primi imbres antecedant, nihil ad rem propoſitam refert. Illud profecto latiſſime patet, quod neque magnitudine, paruitateue maturum prouentum, ſerotinumue germinis ſtatuere iuſtum eſt, neque fortaſſe caliditate, aut humiditate, aut ſiccitate tantummodo, ſed modum quendam tempori congruentẽ habeat vnumquodque, opus eſt: vt tenerrima effici poſſint. Singula enim expectare ſuam perfectionem videtur. Hæc prius germen vllum effundunt, ſed penitus ſibi immota pariter arbores, frutices, herbæq; conſtant. Quod manifeſtum præcipue in ſylueſtribus eſt, quorum generatio ſponte, ſineq; vllo paratu fieri aſſolet. Omnia pene autumnalia, aut certe plurima generi [illegible] fruticis, herbæque attribuimus. Arbos enim nulla penitus autumnum deſiderat, præterquam ſi germinandum ſecundo cui piam ſit. Quædã enim poſt arcturum ſua germina geminant.

ΚΕΦ. ΙΑ. — CAP. XI.

Quando arbores perpetua fronde germinent. Item quamobrem aliqua ſemper germinent, floreant, fructificent. Tum de vite inſana.

Ὡς δ' ἐπίπαν καὶ καθόλου λαβεῖν τὰ ἀείφυλλα τῶν δένδρων, καὶ ὀψιβλαστότερα καὶ ὀψικαρπότερα, διά τε πυκνότητα καὶ ξηρότητα· κατὰ μικρὸν γὰρ ἡ ἐπιρροή. καὶ διὰ τὸ συνεχὲς ἀεὶ, τῆς εἰς τὰ φύλλα διδομένης τροφῆς. οὐ γίνεται δὲ ἀθροισμὸς ὥστε παρορμᾶν· ἀλλ' ἀπὸ τῆς ὥρας κινεῖται τῆς οἰκείας τὸ καθῆκον. σπάνια γὰρ αὐτῆς λάβοι τὰ πρωϊβλαστῆ καὶ πρωΐκαρπα τῶν ἀειφύλλων· οἷον τόν, τε κιττὸν καὶ τὴν ῥάμνον καὶ ἔτι τοιοῦτον· ἡ δὲ ἰδιότης εἴτε διὰ θερμότητα τούτων, εἴτε μανότητα καὶ ὑγρότητα, εἴτε καὶ διὰ ταύτας πάσας τὰς αἰτίας συμβαίνει, διαιρετέον· αὐτὸ τοῦτο πρῶτον ἴσως εἰπόντας, ποῖα θερμὰ, καὶ ποῖα ψυχρὰ, καὶ τοῖς ποίοις ληπτέον. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν τοῖς ὕστερον πειρατέον εἰπεῖν. διὰ τί δὲ τὰ μὲν πρωϊβλαστῆ τὰ δὲ ὀψιβλαστῆ, ταύτας αὐτῆς ἀποδοίη τὰς αἰτίας. ὅσα δὲ κατὰ πᾶσαν ὥραν βλαστάνει τε καὶ αὐ-

AD ſummam (vt in vniuerſum exponam) arbores, quæ perpetua fronde conduntur, tum germen, tum fructum ſerius proferunt, ſcilicet ſpiſſitatis ſiccitatiſque cauſa (Paulatim enim in his affluit alimentum) Adde eam partem alimenti, quæ folijs aſſidue venit. Hinc enim collectus, quo arbores ocyus cogantur turgeſcere, nullus fieri poteſt: ſed ſuo tantummodo tempore quoad liceat, commouentur. Rara enim admodum ſunt, quæ in genere ſemper virentium germine fructuue præueniant. Vt edera, vt rhamnus: & quicquid eiuſmodi. Proprietas autem caliditate ne eorum, an raritate, humiditateque, vel etiam omnibus his de cauſis eueniat, quærendum ſane eſt. Illo tamen prius non ab re fortaſſe expoſito, quæ calida, quæque frigida ſunt, quibuſque rebus debeant iudicari. Sed de his poſtea. Quamobrem autem alia celerius, alia ſerius germinent, cauſas prædictas reddere poſſis. De his vero, quæ omnibus temporibus germinant,

θεῖ καὶ καρποτοκεῖ, καθάπερ ἡ περσικὴ μηλέα, καὶ εἴτι ἄλλο τοιοῦτον, ἀπορήσειεν ἄν τις, οὐ μόνον ὅτι οὐ [illegible] ἡ κρᾶσις, ἀλλ' [illegible] ὁμοιοβλαστάνει τὰ γένη [illegible] τοῦτο γὰρ ἐν τοῖς κεχωρισμένοις [illegible] ἀξιοῦμεν καὶ ὁρῶμεν συμβαῖνον. [illegible], ὅμοιον φαίνεται τοῖς [illegible] αἰτία τοῖς μὲν, φανερὰ [illegible] τὰ μὲν γὰρ οὐχ ἅμα λαμβάνοντα [illegible] ἀρχὰς, οὐδ' ἴσως εἰς τὸν αὐτὸν τόπον, οὐδ' [illegible]. τῶν δὲ, διὰ τί ἡ βλάστησις οὐχ ἅμα, οὐ ῥᾴδιον εἰπεῖν· ἀνάγκη γὰρ διὰ τὸ τὰς ῥίζας μηδαμῇ μηδ' ὁμοίως ἔχειν ἢ τοὺς ἀκρέμονας, μὴ δέχεσθαι μὴ δ' ἐκπέττειν ἐξ ὧν ἡ πρώτη βλάστησις. ταῦτα δὲ [illegible] τί καὶ τίνος ἕνεκα γένοιτ' ἂν, οὐκ εὔκολον εἰπεῖν. εἰ μὲν γὰρ ἄμπελος σημαινομένοις, τάχα δόξειεν οὐκ ἀλόγως δέχεσθαι· τὸ μὲν γὰρ μὴ ἐκπέττειν [illegible] καρπὸν, ὑπολείμματα πολλὰ ποιεῖται ὑγρότητος γονίμου. ταῦτα δ' ὅταν ἀὴρ ἐπιλάβῃ μαλακὸς, ἐκτίκτει· καθάπερ καὶ ἄλλοις τῶν δένδρων αἱ πρῶται βλαστήσεις ἐπιγίνονται. ἡ δὲ μηλέα καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, τελεογονεῖ καὶ ἐκπέττει. διὸ τὸ μερίζεσθαι καὶ ἄλλο τ' ἄλλο βλαστάνειν, ἄτοπον. καὶ ταῦτ' ἀπὸ μιᾶς ὁρμῆς [illegible] μὲν οὖν ἀπορίαι σχεδὸν αὗται καὶ τοιαῦται [illegible] περὶ τούτων.

minant, florent, fructumque pariunt, ceu maloperſica, & quicquid eiuſdem generis ſit, ambigere qniſpiam poſſit, non ſolum, quoniam earum temperamentum temporibus ſingulis non reſpondeat, ſed etiam, quia nec ipſa genera inter ſeſe germinis aut fructus ratione conueniant. Id enim diſſidium eſſe in his tantummodo volumus, & euenire videmus, quæ nulla generis coniunguntur ſocietate. Igitur affectionem hanc proximam dixerim animalium fœtibus, qui præpoſtere concipiuntur. Sed cauſa in illis pateſcit, in his quæritur. Illi enim quia non ſimul ſua principia cœperint, nec forte in eodem loco, iccirco ſimul concipi nequeunt: horum autem germinatio quamobrem ſimul non fiat, haud facile dictu eſt. Quod enim radices non vbique verſus, neque ſimiliter haheantur, aut quod rami non recipiant ſuccum, neque coquant, quibus prima germinatio prouenire poſſit, illud ita fiat, neceſſe eſt. Sed quamobrem hæc ita ſint, cuiuſue rei cauſa, facile dici non poteſt. Vitem enim quam inſanam vocamus, non ſine ratione fortaſſis concepiſſe rurſus exiſtimaueris. Hæc enim, quod minus ſuum excoquit fructum, pleraque fœcundi humoris reſidua continet, quæ aere mitigato mox in lucem emittit. Sicut cæteris quoque arboribus prima germinatio erumpere ſolet. Fraxinus vero, & reliqua eiuſdem generis, perfecte pariunt, atque excoquunt. Quæ cum ita ſint, par[illegible]uidi, & alias alium reddi, abſurdum certe appareat; præſertim cum vnico naturæ impetu [illegible]atur. Ambiguitates igitur hæ fere ſunt.

ΚΕΦ. ΙΒ.

CAP. XII.

Solutio quæſtionis, quare ſemper aliqua generent.

Πρὸς δὲ τὸ τὴν αἰτίαν τοῖς ἀπορουμένοις λέγειν, πρῶτον ληπτέον ὅπερ εἴρηται καὶ πρότερον. ὅτι πᾶν δένδρον ἀρχὰς πολλὰς ἔχει πρὸς τὴν βλάστησιν, καὶ τὴν καρποτοκίαν. τοῦτο δ' ὥσπερ ἐλέχθη τῆς οὐσίας, ὅτι καὶ πολλαχόθεν ζῇ. διὸ καὶ βλαστητικόν. εἰ δ' οἱ πρῶτοι τούτων ἀναγκαιότεροι, ἐκ τῶν ἀρχῶν δὲ τούτων, οὐθ' ὅμοιοι πάντες, οὔτ' ἴσοι οὐθ' ἅμα βλαστάνουσιν οἱ βλαστοί. ἀλλ' ὅταν ἡ πλείων σύῤῥοη καὶ ἰσχυροτέρα, κατὰ ταῦτα θᾶττον καὶ πλεῖον. ἕκαστος γὰρ αὐτῶν ὥσπερ φυτόν ἐστιν ἐν τῷ δένδρῳ, καθάπερ ἐν τῇ γῇ. μὴ ἅμα δὲ τῆς βλαστήσεως οὔσης, μὴ δ' ἴσης τῆς ἰσχύος, εὐλόγως οὐδὲ τῶν καρπῶν ἡ πέψις ἅμα γίνεται πάντων. ἐπεὶ καὶ ἡ θέσις διαφορὰν ποιήσει τῶν μερῶν. οἷον, ἢ πρὸς ἀνατολὰς, ἢ δύσεις, ἢ πρὸς ἄρκτον, ἢ μεσημβρίαν. ὥσπερ γὰρ καὶ ὅλων τῶν δένδρων εἰ ἐν εὐδιεινῷ τόπῳ πρωϊβλαστῆ γὰρ ταῦτα καὶ πρωϊκαρπα. τοιαύτης δὲ τῆς φύσεως οὔσης τῆς κοινῆς, ὅπου μὲν ὁ ἀὴρ μαλακὸς καὶ εὐδιεινὸς, ὀλίγον χρόνον βλαστητικὰ τὰ δένδρα γίνεται.

AD cauſam autem reddendam pro facultate, quæ in his rebus ſuppetat, primo quod ſupra retulimus, accipi decet. Id eſt, quanque arborem permulta habere principia tam ad germinandum quam ad fructificandum. Quod (vt dictum eſt) naturæ arboris propterea damus, quia & permultis ſui corporis partibus viuit, & vim proinde germinandi non paucioribus obtinet. His vero ipſis principijs germina neq; cuncta ſimilia inter ſe, neq; paria, neq; ſimul proueniunt. Sed eo velocius vberiuſq; ſingula coaleſcunt, quo plus pabuli validiuſq; influxerit. Etenim quodq; germen, quaſi planta quædã in arbore, perinde vt in terra eſt. Cum autem germinatio ſimul non fiat, neq; vires pares concurrant, recte nec fructuum concoctio ſimul omniũ agitur. Nam & partium ſitus differentiã ſane faciet. Videlicet cum aut ortum, aut occaſum, aut ſeptentrionẽ, aut meridiem ſpectant. Quemadmodũ & totarum arborum ſitus afferre differentiã poteſt. Vt ſi loca tenent ſerena, & placida: has enim tũ germine, tum fructu præuenire notant. Sed cũ communis omnium natura huiuſcemodi ſit, vbi cælum placidum ſerenumque eſt breue admodum tempus, arbores ſua germina differunt;

καθάπερ καὶ περὶ Αἴγυπτον. ὅπου δὲ χειμέριος καὶ σκληρὸς, πλείω. τὸ γὰρ ὅλον βραχεῖά τις γένοιτο διάλειψις· ἤντε ἐκ τῆς γῆς τροφὴ δαψιλὴς εἴη, καὶ ὁ ἀὴρ εὐκρατής. ἐπεὶ καὶ τὰ μὴ φυλλορροοῦντα παρά τισιν, οἷον συκῆ καὶ ἄμπελος, διὰ τοῦτο οὐ φυλλορροεῖ καθάπερ εἴρηται, διότι διαρκὴς ἡ τροφή. τουτὶ μὲν οὖν κοινὸν ἐπὶ πλειόνων ἐστί. τὰ μὲν γὰρ διὰ τὴν φύσιν, τὰ δὲ, διὰ τὸν τόπον ἔχει ταὐτόν. διῃρημένων δὲ τῶν μὲν φυλλοβόλων, τῶν δὲ ἀειφύλλων, αἰτίας δὲ οὔσης τοῖς ἀειφύλλοις τῆς διαρκείας [τῆς τροφῆς, δι᾽ ὧν τὰ μὲν διὰ τὴν ἰδίαν φύσιν, τὰ δὲ διὰ τὸν τόπον τοιαῦτα, τρίτον δὲ καὶ ὥσπερ ἐφεξῆς τούτοις τὴν ἀειβλάστησιν θετέον. ὅτι τὸ ἀείφυλλον οὐκ ἀειβλαστές. ἀλλ᾽ ἐκεῖνα μὲν ὥσπερ διατηρεῖν μόνον δύνανται τὰ προϋπάρχοντα· ταῦτα δὲ καὶ προσεπιγεννᾶν ἑτέραν διὰ τὴν ἰδίαν δηλονότι φύσιν. τοῦτο δὲ καὶ ἐν ἄλλοις μέχρι τινός. ἐπιβλαστάνει μὲν γὰρ, τὰ μὲν, ἅμα τοῖς ἄστροις, τὰ δὲ καὶ ἀορίστως· ὥσπερ καὶ ἄμπελος. ὃ δὲ τούτοις μέχρι τινὸς, ἐκείνοις δι᾽ ὅλου δέδωκεν ἡ φύσις, ὥστε καὶ καρποφυεῖν. οὔσης δὲ τοιαύτης τῆς οὐσίας, οὐδὲν ἄτοπον ἤδη, τὰ μὲν τελοῦν, τὰ δ᾽ ἀνθεῖν, τὰ δὲ βλαστάνειν, τὰ δὲ, μέλλειν. ἐπείπερ οὐδ᾽ ἐν τοῖς ἄλλοις δένδρεσιν ἅπανθ᾽ ἅμα τὰ μέρη. διαφέρει τε τοῖς χρόνοις, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα παρ᾽ ὀλίγον τῷ ἐφεξῆς. ἀλλ᾽ ἐκεῖνο μᾶλλον ζητητέον, τίς ἢ πόθεν ἡ κρᾶσις καὶ ἡ σύστασις τῶν τοιούτων. ἔοικε δὲ παραπλήσιον πλὴν χαλεπωτέρως, καὶ τίς ἡ τῶν ἀειφύλλων. προσεπειπεῖν γὰρ δεῖ, καὶ διὰ τί τοσαύτην τροφὴν λαμβάνει, καὶ δύναται πέττειν ὥστε γεννᾶν. ἡ γὰρ ἐπιβλάστησις καρποτοκίας γέννησις. ἐπεὶ τότε πλείους ἅμα καρποὺς ἔχειν· τὸν μὲν τέλειον, τὸν δ᾽ ἀτελῆ, τὸν δ᾽ ὑποφυόμενον. συμβαίνει καὶ τῷ ἀρκεύθῳ καὶ ἄλλοις. ὧν βραδεῖά τε ἡ ἔκπεψις, καὶ δυσαπόπτωτος ὁ καρπός. ἡ μὲν οὖν τούτων αἰτία, μέχρι τούτων εἰρήσθω τανῦν.

vt in Ægypto. At vbi frigidum, atque immite, plus prætereat temporis neceſſe eſt. In totum enim breuis quædam intermiſſio fiet, ſi tellus copioſum præbeat alimentum, & cœlum ſe temperatum apte exhibeat. Nam & ea, quæ nonnullis in locis folia nunquam amittunt, vt ficus, & vitis, propterea non amittunt (vt dictum eſt) quia nunquam his nutrimentum, quantum ſufficiat, deeſt. Hoc ergo commune plurimum eſt. Alia enim propter ſuam naturam; alia propter locum, idem aliquid habent. Sed cum in totum ita diuiſa ſint, vt alia fronde perpetua, alia ſint decidua, cauſaque illis ſemper virentibus ſit alimenti vbertas aſſidua, eorundemque, alia propter ſuam naturam, alia propter locum, ſint talia; tertium iam, & quaſi ordine proximum, perpetuam germinationem oportet ponere. Quod enim ſemper frondet, non vt ſemper germinet eſt neceſſe Sed illa quidẽ, quæ ante fuerunt ſeruare tantummodo germina poteſt. Quod autem ad germinandum perpetuo eſt natum, alia ſemper aggenerat etiam germina, vi ſcilicet ſuę peculiaris naturæ. Quod & idem in aliis fieri aliquatenus patet. Germinant enim germinationem alia ſub ortum ſiderum, alia nullo tempore certo, vt etiam vitis. Quod igitur his aliquatenus natura conceſſit, illis perpetua dote largita eſt, vt ſemper germinent, ſemperque fructificent. Cum autem natura talis eorum ſit, nihil jam abſurdi ſit, ſi alia perficiunt, alia florent, alia pariunt, alia ſuperfetant, atque parturiunt. Hæc enim in cæteris arboribus omnes partes ſimul eſſe ſentimus. Sed quærendum potius ſit eorum temperies atque coagmentatio. Quod ſimile eſſe videbitur, vt ſi quæram, quæ temperies ſemper frondentium ſit. Præterquam quod hoc aliam quoque deſideret rationem. Addere nanque oportet, cur tantum alimenti haurire, atque concoquere poſſint, vt nunquam generandi deſit facultas. Enimuero illa addita ratione, germinatio non niſi fructus plures geſtat, alium perfectum, alium imperfectum, alium ſubnaſcentem. Quod & iunipero, alijſque obtingit, quorum concoctio lenta, & abſolui fructus difficulter poteſt. Horum igitur cauſa ſit hactenus in præſentia expoſita.

ΚΕΦ. ΙΓ.

CAP. XIII.

An germinent ſimul ſuprema & inferna plantarum.

Πότερον δ᾽ ἡ βλάστησις καὶ αὔξησις ἅμα τῶν ἄνω τε γίνεται καὶ τῶν ὑπὸ γῆς, ἢ διῃρημέναι τοῖς χρόνοις, ὥσπερ τινές φασι, τὰς μὲν ῥίζας αὐξάνεσθαι μετοπώρου καὶ χειμῶνος, τὰ δὲ στελέχη καὶ τοὺς ἀκρέμονας, ἔαρος καὶ θέρους, καὶ μάλισθ᾽ ὑπὸ τὸ ἄστρον. τοῦτο δὲ κατὰ λόγον οὕτω συμβαίνει· ἐν γὰρ τῇ πρώτῃ γενέσει κατακολουθεῖν. ἐν ἐκείνῃ γὰρ τὴν ῥίζαν πρότερον ἢ τὸν βλαστὸν ἀφιέναι πάντα. προϋπάρχειν γὰρ ἀναγκαῖον, ᾧ τὴν τροφὴν ἐπάξεται. φανερὸν

VTrum autem germinatio & auctio, partium ſuperiorum ac inferiorum, quæ in terra conduntur, ſimul fieri ſolet, an diſtincta eſt tempore, vt inter autores nonnullos conuenit: ſcilicet radices per autumnum, hyememque augeſcere, caudices, & ramos vere ac æſtate, & præcipue ſub ſidus: idque ratione ſic fieri, ſiquidem & in prima generatione ſequi identidem ſoleat? Radicem enim prius ſemper, quam germen produci: vt antecedat namque id, quo alimentum inferatur, eſſe neceſſe,

δὲ καὶ ἐν ταῖς μετοπωριναῖς φυτείαις. τότε γὰρ ῥιζοῦσθαι, οὐ βλαστάνειν δὲ τὰ φυτευόμενα ἢ ἐπὶ βραχύ τι, τὰ δ' ὑπὸ τοῦ ἀέρος ἐπὶ τὸ πολύ. εἰ γὰρ ἦν ἄρριζα, ἐσήπετ' ἄν· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἐπαινοῦσι ταύτην, ὅτι ποιεῖ μᾶλλον τὰς ἀρχὰς ἰσχυροτέρας, ἐξ ὧν καὶ ἡ τοῦ στελέχους καὶ ἡ τῶν ἄλλων γένεσις· τὰ γὰρ εὐθὺς ἀνατρέχοντα πρὸς τὴν βλάστησιν ἀσθενῆ καὶ ἄκαρπα γίνεται, καθάπερ ἐπὶ τῶν σπερμάτων οἱ Ἀδώνιδος κῆποι. πιθανὸς δὲ καὶ ταύτῃ δόξειεν ὁ λόγος, ὅτι τὰ μὲν ἄνω κωλύεται διὰ τὸν πέριξ ἀέρα ψυχρὸν ὄντα· τὰ δὲ κάτω στεγαζόμενα τῇ γῇ, καὶ ἅμα συγκατακλειόμενα ὑπὸ τοῦ θερμοῦ διὰ τὴν ἀντιπερίστασιν, ἔτι τε ὑγρότητα καὶ τροφὴν, προσ[illegible]εται. πάντα γὰρ αὐτοῖς ὑπάρχει, δι' ὧν αὔξησις καὶ ἡ γένεσις. σημεῖον δὲ καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ σίτου συμβαῖνον. ὃς ὑπὸ τοῦ χειμῶνος πιλούμενος, ῥιζοῦται μᾶλλον· ὃ δὴ καρκινοῦσθαι λέγουσιν. ὡς τὴν [illegible] τοῦ ἄνω δύναμιν καὶ τροφὴν εἰς τὰ κάτω τρεπομένην. ταύτῃ μὲν οὖν δόξειεν ἂν μερίζεσθαι τὸ τῆς αὐξήσεως. τῇ δέ γε πάλιν οὐκ ἂν δόξειεν· ἔντε γὰρ τῇ πρώτῃ γενέσει προτερεῖ μὲν ἡ ῥίζα τῶν βλαστῶν· οὐ μὴν τοσοῦτον, ὥστε χρόνου γίνεσθαι πλῆθος· ἀλλὰ βραχύτατον πάντων, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ζώων ἡ καρδία καὶ τὰ περὶ καρδίαν. ἁπλῶς γὰρ ὡς εἰπεῖν ἡ φύσις οὐδὲν καθάπερ ἡ τέχνη ποιεῖ κατὰ μέρος, ἀλλ' ἅπαντ' ἀθρόα καταβάλλεται. συντελεῖ δὲ [illegible]ων ἕτερα πρότερον. εἰ δὲ καὶ ἐν τῇ πρώτῃ γενέσει τοῦτ' ἐπί τινων ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἀλλ' οὔτε γε ἐν τῇ τροφῇ καὶ αὐξήσει, τὰ μὲν πρότερον τρέφεσθαι, τὰ δ' ὕστερον, ὥσπερ οὐδ' ἐπὶ τῶν ζώων· ἀλλ' ἅμα πως μάλιστα πάντων καὶ ὅλος ὄγκος, ὥστε κατὰ συνέχειαν καὶ τρέφεται καὶ ἐπιδίδωσιν· ὃ καὶ κατὰ τὴν αὔξησίν ἐστι φανερόν. ἐπεὶ καὶ ἄτοπόν ἐστιν ἐς τὸ θρεπτικόν, ὃ δὴ διαπλάττει καὶ δίδωσι τροφάς, διαιρεῖν κατὰ μέρη τὴν ἐνέργειαν· ἢ πάλιν ἐπὶ τῶν σωματικῶν τὸ ἐνεργοῦν, οἷον, πνεῦμα, ἢ πῦρ· οὐδὲ γὰρ ταῦτα εἰκός· ἀλλ' ὅταν ἅμα ταῖς ὥραις κινηθῶσιν, ὁμοίως δι' ὅλων διήκειν τῶν φυτῶν. ἓν γάρ τι τὸ γεννῶν, καὶ οὐχ ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς διαιρεῖ καὶ μερίζει, τὴν μὲν γῆν εἰς τὰς ῥίζας, τὸν δ' αἰθέρα, εἰς τοὺς βλαστούς, ὡς ἑκάτερον ἑκατέρου χωριζόμενον, ἀλλ' ἐκ μιᾶς ὕλης, καὶ ὑφ' ἑνὸς αἰτίου γεννῶντος. ὡς ἡ τῶν ὅλων σύστασις μακρά, εἴπερ ἐλάμβανε πρὸς ἕξιν, καὶ κατὰ τὰς τροφὰς καὶ κατὰ τὰς αὐξήσεις. ὥστε δ' ὅλαις χώραις χωρίζειν, μέγα κομιδῇ τὸ διάστημα τῶν χρόνων. ἡ δ' ὑπὸ τοῦ ψύχους κώλυσις τῆς βλαστήσεως, ἀληθὴς μέν, οὐκ ἔτι δὲ ποιεῖ μερισμὸν φυσικόν· ἀλλ' ὥσπερ εἰ συμβαίνει τινὶ προσαυξεστέρας τὰς ῥίζας. ὃ καὶ καθηκούσης ἐνίοτε γίνεσθαι τῆς ὥρας· ὅταν ἀντικόψῃ ὁ χειμών. ἡ μὲν γὰρ βλα-

neceſſe, quod idem vel in cõſitionibus autumni liquere: tunc enim plantas conſitas, radices capeſſere, non germinare niſi paululum. Nam ſi radice carerent, mox putreſcerent atque perirent. Sed iccirco eum ſatum commendant, quod plantarum primordia efficit firmiora, quibus vtique & caudex & reliqua generatio prodit. Etenim quæ protinus ad germinandum excurrunt, debilia, & infœcunda redduntur, quemadmodum in ſeminum genere hortos Adonidis dictos licet proſpicere. Probabilis hæc eadem ratio uel hinc uideri vtique poteſt: partes enim ſupernæ aere frigido impediuntur, infernæ autem obrutæ obſeſſæque vndique terra, a calore, qui fugatus iniuria frigoris ſe ad ima recepit, atque etiam humoris alimentiq; copia refertæ, facile augeſcere poſſunt. Nihil enim his deeſt quod auctionem generationemq; facere valeat. Argumento eſſe poteſt, quod frumentis euenire videmus. Hæc enim hyberno tempore obſtipata perſtrictaque, magis radices capeſſunt, quod ruſtici carcinationem appellant, vtpote cum vires alimentaque de partibus ſuperis ad ima vertantur, regreſſuſque fiat modo inceſſus cancri. His igitur rationibus augmentũ diſtingui tempore dixerim. At illis hoc idem negauerim. In prima enim generatione prouenit quidem radix prius quam germina, ſed non adeo, vt ſpacium quoddam temporis amplum procedat: ſed ita, vt breue admodum intelligi poſſit, quemadmodum in animalium genere cor, quæque circa cor ipſum conſiſtunt. Natura enim (vt ita loquar) nullam penitus rem particulatim, vt ars, facere ſolet, ſed omnia vniuerſa, ſimulque procreat: quamquam alia prius quam alia conficit. Sin autem in prima generatione neceſſarium illud credideris, at in alendo augendoque non alia prius alia poſterius ali requiritur, ſicut neque in animalium genere, ſed ſimul quodammodo omnia tota ſua mole aluntur; ita, vt non alio modo quam per continuationem cuncta ali augerique valeant, quod præcipue in incremento pateſcit. Ad hæc abſurdum, ſi vis illa alendi quæ dirigit per tam multas partes ſuum officiũ, dum format impertitque alimenta, vel ſi quid extrinſecus agit, vt flatus aut ignis, id rem particulatim perficiat. Neque enim hæc ita agere veriſimile eſt, ſed potius cum vna cum temporibus mota ſunt, tunc per totas plantas tranſmeare credendum. Quod enim generat, vnum eſt, non quemadmodum Empedocles diuidit terram radicibus, ætherem germinibus: tanquam alterum ſeiungi ab altero, tribuique uni tantummodo poſſet, nec ex vna materia, & a cauſa vna generationem fieri operteret. Locis autem ſi diuiſeris; magnum admodum temporis ſpacium ſequetur. Germinationis vero impedimentum, quod frigus inferre poteſt, vere quidem aſſeritur: ſed partitionem id naturalem facere nequit. Accidit enim vt radices

στησις κατέχεται. τὸ δὲ τῶν ῥιζῶν οὐ κωλύεται διὰ τὴν ἀλέαν. ὅταν δ' ἤδη προωρμημέναι τύχωσιν, εἰς ἔκφυσιν καὶ αὔξησιν ἔρχονται. ἀλλὰ τοῦτο οὐ τῆς φύσεως θετέον, ὃ διακωλύσει ποτὲ συμβαίνει τῆς τῶν ἐκτός· ἀλλ' ὅσα τῇ ὁρμῇ γίνεται τῇ αὐτῆς. ὡραίων δὲ χειμώνων καὶ εὐδιεινῶν γινομένων, ἅμα τά, τε ἄνω καὶ κάτω λαμβάνει τὰς αὐξήσεις. ἐπεὶ ὅπου ἀὴρ εὐκραὴς καὶ μαλακός, βραχύν τινα χρόνον ὥσπερ εἴρηται διαλείπουσιν αἱ βλαστήσεις. οὐ μερίζομεν οὖν τοὺς χρόνους. τοὺς δὲ χειμῶνας οὐ μόνον τὰς βλαστήσεις καὶ τὰς ῥίζας εὔλογον κατέχειν, εἴπερ ἀπὸ τῆς τοῦ ἡλίου θερμότητος καὶ αἱ τούτων αὐξήσεις καὶ γενέσεις, οὐκ εἰς πλεῖον καταλαμβάνουσι βάθος, ἂν μὴ ὁ ἥλιος ἐφικνῆται· πλὴν ἐὰν που τόπος εὔδιος ᾖ καὶ μανὸς καὶ κενός. μὴ γὰρ τούτου συμβαίνοντος ἀπορήσειεν ἄν τις εὐλόγως, διατί ποτ' οὐκ αὐξάνονται τοῦ χειμῶνος, τροφήν τε λαμβάνοντα καὶ ἀποστέγοντος τοῦ ψύχους. τάχα δὲ καὶ τοῦτο κοινὸν ἀπόρημα καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων μερῶν. ἅπαν μὲν γὰρ ζῶον τρέφεται· τὸ δ' ἐν ὁρμῇ τῆς αὐξήσεως ὄν, οὐκ αὔξεται. τὰ δὲ φυτὰ πανταχῇ, καὶ τὰ νέα καὶ τὰ παλαιά, παρορμᾶ πρὸς αὔξησιν, εἰ μὴ ἄρα συμβαίνει, τότε μὲν αὐξάνεσθαι τοὺς ὅλους ὄγκους, ἅμα δὲ τῇ ὥρᾳ διαγελώσῃ τὰς ἐκβλαστήσεις γίνεσθαι. τοῦτο δὲ οἷον γένεσίς τις ἤδη. διὸ καὶ οὐκ ἄλογον ἐπ' αὐτοῖς ὥσπερ κύοντα κατέχειν ἢ συναθροίζοντα καὶ λαμβάνοντα πρὸς τὴν κύησιν· ἐν οἷς ὄγκος γίνεται καὶ αὔξησις, εἶθ' ἅμα ταῖς ὥραις ἀποτίκτειν. ἔχουσι γὰρ δή τινας οἱ κλάδοι καὶ οἱ ἀκρέμονες ἐν ἑαυτοῖς ἀρχὰς ζωτικάς. αἳ διαθερμαινόμεναι τῇ ὥρᾳ, προΐενται τοὺς βλαστούς, καὶ μὴ ῥιζουμένων τῶν κάτω. τοῦτο δὲ μάλιστα φανερὸν ἐν τοῖς ἀφαιρουμένοις φυτοῖς τῶν ἀμπέλων τε καὶ ἑτέρων καὶ συντιθεμένοις ἐν πίθοις. προβλαστάνουσι γὰρ οἱ βλαστοὶ τῆς ὥρας καθηκούσης. ὁτὲ δὲ καὶ τὰ πηγνύμενα κλήματα, καὶ κράδαι, καὶ χάρακες, ἐκ τῶν ἄνωθεν ἐβλάστησαν ὅσον εἰς ἀρχήν, κάτωθεν δὲ οὐκ ἐρριζώθησαν· ὡς ἔχοντα μὲν ἐν ἑαυτοῖς ἤδη τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς δυνάμεις, τροφῆς δὲ δεόμενα κατὰ τὸν τόκον. ἧς μὴ γινομένης καταξηραίνεται. διὸ καὶ οὐκ ἐοίκασι κακῶς λέγειν, οἱ φάσκοντες εὐθὺς ἀνθεῖν τοὺς νέους καρποὺς ὑπισχνεῖσθαι ἔτι, τῶν ἑτέρων ἐνόντων. τοῦτο γὰρ δηλοῦν τὰς δυνάμεις λέγουσιν. τὰς μὲν οὖν αὐξήσεις, εἴη ἂν ἀμφοτέρως συμβαίνειν. οὐ μὴν ἀλλὰ διὰ ταῦτά γε μᾶλλον ἄν τις ὅλων τῶν δένδρων μεριζομένας ὑπολαμβάνοι γίνεσθαι.

aliquorum increſcant: quod vel tempore omnibus debito nunquam proculdubio euenit, cum frigus retorſerit: ſic enim germinatio inhibetur. Radicis autem incrementum nihilo impediri poteſt, caloris ſcilicet ratione, cum radix ipſa ad eruptionem augmentumque plene turgida eſt. Id igitur tribui naturæ non decet, quod aliquo extrinſecus impedimento ſequatur: ſed quæ impetu naturali aguntur, hæc ſolum naturæ imputari par eſt. Cum vero hyemes tempeſtiuæ ſerenæque ſunt; ſimul & ſupera & infera incrementum capeſſunt. Vbi enim cœlum mite, & germini congruens eſt, breue quoddam tempus (vt diximus) germinationes intermittuntur. Hyeme autem non ſolum germina, ſed etiam radices inhiberi par eſt. Siquidem earum quoque augmenta generationeſque ſolis feruore ſequantur, neceſſe ſit. Altius enim quam ſol attingat, deſcendere nequeunt, præterquam ſi nonnuſquam ſolum expeditum, molle, inaneque ſit: niſi enim hoc ita ſit, quærere ſane quiſpiam ratione optima poſſit, cur hyeme radices augeſcere nequeant, cum neque nutrimentum, neque frigus impediat: & forte communis hæc quæſtio ſit etiam de alijs partibus. Alitur enim vnumquodque quandiu viuit: augetur vero, quod germinandi citetur impetu. Plantæ autem tam nouellæ quam veteres, vndique ſe ad germinandum compellunt. Niſi forte euenit, vt moles quidem tunc tota creſcat: cum vero hilare tempus acceſſerit, germina liceat prodire: quod iam quaſi generatio eſt quædam. Quapropter non temere in ſe veluti prægnantia geſtant, & aggregato præparatoque humore ad generandum, temporibus poſt idoneis partus egerunt. Habent enim in ſe rami tam parui quam grandes principia quædam vitalia, quæ tepefacta temporis indulgentia germina pariunt, etiam ſi nulla innitantur radice. Quod præcipue in plantis pateſcit, quas detractas vitibus alijſque, componunt in dolijs. His enim germina exeunt tempore congruo. Nonnunquam defixi palmites, & rami ficulni, & pali parte ſua ſuperna germinauere, quoad ſcilicet principium illud vitale poſſit intelligi, quanquam ſubtus nulla ſeſe penitus radice firmauerunt: vtpote, quæ principia quidem vireſque haberent, ſed alimento egerent, quo ſuos partus tueri augereque valerent: quod quia deeſt, exſiccantur demum, & pereunt. Quamobrem non male affirmare videntur, qui nouos fructus ſponderi protinus inquiunt, primis nondum ſemotis ab arbore: hoc enim, vires arborum non deficere, ſignificatur. Igitur incrementa vtraque ratione fieri poſſint. Cæterum ob hæc eadem potius arborum fieri totarum credideris.

CAP.

ΚΕΦ. ΙΕ. Cap. XIV.

[illegible] ne ſint prægnantes, vere pariant. Deque ratione, varie-[illegible]que in ſatu, in quatuor anni temporibus.

Ζ[illegible] τῶν μικρῷ πρότερον [illegible] τὰ δένδρα κατὰ χει-[illegible]αν, τοῦ δ' ἦρος ἀπο-[illegible] ἐστι χρόνοις ὡρισ-[illegible], ἢ διὰ τὴν ἔνδειαν [illegible] διὰ τὴν ψυχρότητα τοῦ ἀέρος. εἰ γὰρ ἐν τοῖς εὐδίνοις καὶ μαλακοῖς αἰεὶ βλαστάνουσιν, οὐκ ἂν ἦν τεταγμένη ἐν τοῖς [illegible]οις ἡ κύησις. εἰ δὲ μὴ οὔτιγε ταύταις ταῖς ὥραις, ὡς ὅλον ἅμα βλαστάνειν πάλιν, καὶ εἴ τι τὸ ὀργῶν ἀποτίκτειν. Εἰ δὲ καὶ συνεχῶς ὁ ἀὴρ ἀκολουθοίη τούτοις ἴσως, οὐδὲ τὰ παρὰ τῶν ποιητῶν λεγόμενα, δόξειεν ἀναλόγως ἔχειν, οὐδ' ὡς Ἐμπεδοκλῆς, ἀείφυλλα καὶ ἐμπεδόκαρπα φησὶ θάλλειν, καρπῶν ἀφθονίῃσι κατ' ἠέρα πάντ' ἐνιαυτόν. ὑποτιθέμενος τινὰ τοῦ ἀέρος κρᾶσιν τὴν ἠερινὴν κοινήν. ἐκεῖνο δ' ἄν τις ἴσως ἐν τούτοις ἀπορήσειε, πότερα καὶ πεπάνσεις ὅμοιαι τῶν καρπῶν ἢ ἐνδεέστεραι γίνονται, ἀσθενεστέρου ὄντος τοῦ θερμοῦ καὶ τῆς ὥρας ὑγροτέρας. τοῦτο μὲν οὖν ὡς καθ' ὑπόθεσιν θεωρείσθω. ἐν δὲ τῇ νῦν περιόδῳ τῶν ὡρῶν, ἔοικε τὰ δένδρα κενωθέντα τοῦ θέρους, ἐκ τῆς βλαστήσεως καὶ τῆς καρπογονίας ἀντιπληροῦσθαι πάλιν. εἶτ' ἐκ ταύτης τῆς ἀντιπεριστάσεως ἀποτίκτειν καὶ βλαστάνειν καὶ τοὺς ἱκνουμένους καιροὺς ἔχοντας πως τὴν κύησιν καὶ ἐν τοῖς μέρεσι καὶ ἐν τοῖς ὅλοις. εὐλόγως δὲ καὶ αἱ φυτεῖαι, καὶ αἱ ἐπιβλαστήσεις γίγνονται κατὰ πλείους ὥρας. δοκοῦσι δ' ἐναντία πως εἶναι μετόπωρόν τε καὶ ἔαρ καὶ κυνὸς ἐπιτολή. ἡ γὰρ ἐπὶ τροπαῖς βραχεῖα, ἀλλὰ μετ' Ἀρκτοῦρον ἐπιβλαστάνει πλείω καὶ ὑπὸ κύνα. τὸ μὲν οὖν ἔαρ οὐδὲ θαυμάζεται. ζωτικωτάτη γὰρ ἡ ὥρα καὶ μάλιστα γόνιμος, ὑγρά τις οὖσα καὶ θερμή. τὸ δὲ θέρος ὥσπερ ἐναντίον. ξηρά τε γὰρ καὶ ἐμπυροτάτη, καὶ μάλιστα ὑπὸ τὸ ἄστρον. ἔτι δὲ τὸ μετόπωρον οὐ μόνον ξηρὸν, ἀλλὰ καὶ ψυχρόν· ἤδη μεταβάλλον ἐπιλαμβανούσης τῆς ὥρας, ἐναντιωτάτη δὲ βλαστήσει ψυχρότης καὶ ξηρότης. ἀλογία μὲν γὰρ δή τις φαίνεται διὰ τούτων. οὐ μὴν οὔτε πρὸς τὰς βλαστήσεις ἐναντία ταῦτά ἐστιν, οὔτε αὖ ἀσύμφωνα κατὰ τὰς δυνάμεις, ἀλλ' ἔχοντά τινα ὁμοιότητα. δεῖ γὰρ δὴ τὴν ὥραν ὑγρότητά τινα καὶ θερμότητα ἔχειν. ὥσπερ καὶ τὸ ἔαρ· αὕτη μὲν ὁμολογουμένη μάλιστα πρὸς βλάστησιν.

Sed ex ijs, quæ paulo ante retulimus, quæret forte quiſpiam, Vtrum arbores hyberno tēmpore prægnantes perdurent, verno autem pariant, idque veluti per circuitum agi ſoleat certis temporibus, quemadmodum in animalium genere; an alimenti inopia, rigoreque aeris id eueniat. Etenim ſi ſereno mollique loco germinare aſſidue poſſint, partus certis temporibus tribui haudquaquam oportere appareat: vel ſi id minus, at non ijs temporibus quibus tribui ſolet, vt totum ſimul regerminet, & ſiquid turgeſcit, pariat. Quod ſi cœlum obſequens, miteque aſſidue ſit, ea quoq; fortaſſe, quæ a poetis narrantur, ratione non carere appareant: neque illud abſurdum ſit, quod Empedocles inquit. Perpetuis folijs, & toto fructibus anno, Vbertate vigent. Ad hæc id prorſus ambiguum eſt, vtrum maturitates fructuum ſimiles, an deteriores reddantur, cum calor infirmior, tempuſque humidius ſit. Sed hoc velim per ſuppoſitionem contempleris. Temporum autem circuitu ſolito arbores æſtiuo tempore exinanitæ partim ex germinatione, partim ex fructificatione rurſus repleri, reſtituique videntur. Deinde ex ea ipſa reſtitutione temporibus congruis parere, atque germinare partu geſtato quodammodo, tam in partibus, quam in totis. Recte autem, & ſationes, & aggerminationes pluribus fieri temporibus ſolent: quæ quidem tempora contraria inter ſe quodāmodo eſſe videntur, id eſt, Autemnus, & Ver, & ortus caniculæ. Quod enim aggerminatur ſolſtitijs, minimum eſt, ſed poſt arcturum, & ſub caniculam longe copioſius germē adijcitur. Ver igitur nullam ſui efficit admirationem: eſt enim id tempus omnium viuaciſſimum, fœcundiſſimumque, vtpote, quod humidum, calidumque natura ſit. Aeſtas contraria quaſi Veri accedit: ſicca enim, & feruentiſſima eſt, præcipue cum ſydus exoritur. Item autumnus non ſolum ſiccus, ſed etiam frigidus ſequitur, aere iam immutato temporis hyberni acceſſu. Eſt autem, & frigiditas, & ſiccitas germinationi omnino contraria. Igitur temeritas quædam naturæ in ijs ipſis appareat. Verum neque ad germinandum contraria tempora illa ſunt, neque hercle inter ſe diſſident aliqua ſuarum virium ratione, ſed ſimilitudinem profecto aliquam habent. Tempus enim quod germini accommodetur, humorem aliquem, caloremque habeat opus eſt: vt vernum, & quidem id ad germinandum aptiſſimum proculdubio venit.

ΚΕΦ. ΙΕ. CAP. XV.

Cur ſicca, & feruenti æſtate fructus naſcantur: atque autumno ſicco, & humido itidem.

Ἐν ἀμφοῖν δὲ τοῦτο συμβαίνει, καὶ ἐν τῇ τοῦ κυνὸς ἐπιτολῇ μετ' Ἀρκτοῦρον. ὑπὸ γὰρ αὐτὸ τὸ ἄστρον, καὶ παρόντος ἐμπύρου τοῦ ἀέρος, ὅμως καὶ νότια πνεῖ, καὶ νέφη συνίσταται, καὶ αὐτὰ τὰ δένδρα διυγραίνεται φανερῶς καὶ ὑπὸ τὸν φλοιὸν αὐτῶν διαδίδοταί τις ὑγρότης. ὅθεν καὶ ῥόαι κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν, εἴτ' οὖν συνελαυνομένου τοῦ ὑγροῦ, καὶ ἀντιπεριστάσεως γινομένης, εἴτ' δι' ἄλλην αἰτίαν. πλὴν συμβαίνει γε τοῦτο καὶ τοῖς ἀνθρώποις. διὸ καὶ κοιλίαι μάλιστα λύονται, καὶ πυρετοὶ πολλοὶ γίνονται, καθυγραινομένων τῶν σωμάτων. δοκεῖ δὲ καὶ ἡ γῆ τότε καθυγραίνεσθαι μᾶλλον. ὅθεν καὶ ὑδάτων ἀναδύσεις καὶ ἕτεραι μεταβολαὶ γίνονται πλείους. ἀλλὰ δι' ἣν μὲν αἰτίαν ἕκαστα συμβαίνει τούτων, ἕτερος λόγος. ὅτι δὲ ἐξυγραινομένων τῶν φυτῶν καὶ τοῦ ἔξωθεν ἀέρος οὐκ ἀντιπίπτοντος, ἡ ἐπιβλάστησις οὐκ ἄλογος, φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων. τὸ δὲ μετόπωρον οὐχ, ὥσπερ ἐλέχθη, ξηρὸν καὶ ψυχρόν ἐστιν, ἀλλὰ μᾶλλον θερμόν. ἅμα δὲ ἐν τῇ τοῦ ἄστρου μεταβολῇ ὑγρότης ἐν τῷ ἀέρι γίνεται. διὸ καὶ ὥσπερ μῖξιν τινὰ συμβαίνει γίνεσθαι τοῦ ὑγροῦ καὶ θερμοῦ, καθάπερ καὶ ἐν τῷ ἦρι προσγίνεται τὸ θερμὸν ἀπὸ τῆς ὥρας. ἐνταῦθα δὲ τοῦ θερμοῦ προϋπάρχοντος ὑγρότης ἐπιγίνεται διὰ τὴν πύκνωσιν, καὶ κατάψυξιν τοῦ ἀέρος. εὐλόγως δὲ καὶ τὰ μὴ κάρπιμα, καὶ ὅλως τὰ νέα τῶν πρεσβυτέρων ἐπιβλαστικώτερα. καὶ τὰ ἐν ταῖς ὑγραῖς, καὶ χειμερίοις ὥραις. τὰ μὲν γὰρ κάρπιμα, καὶ πρεσβύτερα, ξηρότερα, τὰ μὲν εἰς τοὺς καρποὺς κατηναλωκότα. τὰ δὲ καὶ τῇ φύσει τοιαῦτα. τὰ δὲ ἄκαρπα, καὶ νέα, καὶ ὑγρότητα ἔχει καὶ θερμότητα πλείω. πάλιν δὲ ὅπου μὲν οἱ τόποι χειμέριοι καὶ ὑγροὶ τυγχάνουσι καὶ ὁ ἀὴρ εὔπνους, ἐνταῦθα καὶ τὰ μετοπωρινὰ γίνεται μακρὰ, καὶ ὑγρὰ, καὶ καλά. πολλάκις δὲ καὶ ὕδατα θερινὰ κατά γε τὰς πλείστας. ὥστ' ὑγροῦ τοῦ ἀέρος ὄντος, ἐπιγινομένου ἑτέρου, εὐβλαστότερα γίνεται, καὶ εὐαυξῆ μᾶλλον. ἐπεὶ καὶ τὰ δοκοῦντα διακαρπεῖν μηλεῶντέ τινα καὶ ἀπίων, ἐν τούτοις μάλιστα γίνεται τοῖς τόποις, ἅτε παρεμπιπτούσης ἐπὶ πολὺ τῆς ὥρας, καὶ ταχὺ τῶν προτέρων ἀφαιρουμένων· ἃ καὶ πρωϊκαρποῦντα, ὅμως διαφέρει. θᾶττον γὰρ πάλιν ἀναπληροῦται. διὸ καὶ χρῶνται τινες αὐτῷ τῶν πρὸς τὴν ἀγορὰν βλεπόντων, καὶ κυΐσκονταί τινες αὐτῶν τῶν πρὸς τὴν ὥραν βλεπόντων. οὐ μὴν ἀλλ' οὐδέν γε ὡς εἰπεῖν τῶν διακαρπούντων ὅμοιον γίνεται τοῖς ἐξ ἀρχῆς. ἀλλ' ὡς ὁρμὴν μόνον τοῦ φυτοῦ λαμβάνοντος,

Reliquis autem ambobus hoc idem ortu caniculæ, & poſt arcturum obtingere ſolet. Etenim ſub ipſo ſidere quanquam plurimum ferueat, tamen & auſtri afflant, & nubes conſiſtunt, & ipſæ arbores manifeſte humeſcunt, & ſub cortice humor quidam expanditur. Quamobrem eo quoque tempore confluuium alimenti citatur, ſiue humore compulſo, & facta circumobſiſtentia quadam, ſeu ob aliam cauſam. Id tamen hominibus etiam accidit: & hinc alui vehementer ſoluuntur, & febres permultæ præ nimia corporum humiditate inuadunt. Terra quoque per idem temporis amplius humeſcere plane videtur, & aquæ proinde emergunt, & aliæ permultæ mutationes eueniunt. Sed quam ob cauſam hæc ſequantur, alias diſputabimus. Quod autem plantis humefactis, & aere nullo extrinſecus obſiſtente germinum germinatio non abſque ratione ijs euenit, quæ ſupra diximus, ſatis patet. Autumnus vero, non quemadmodum dictum eſt, ſiccus, & frigidus eſt, ſed potius calidus: & ſimul ac ſideris facta mutatio ſit, aer humidus ſatis redditur. Quamobrem euenit, vt quaſi miſtio quædam humidi, & calidi fiat, ſicut & tempori verno calor a ſequente æſtate obtingit. Etenim autumnus aliquid a præcedente æſtate retinet caloris. Humiditas autem recens accedit, ſcilicet ob denſitatem, refrigerationemque aeris. Recte & quæ ſterilia ſunt, & omnino quæ iuueneſcũt, quam vetera, fertiliori prouentu ſua germina duplicant. Adde quæ locis humidis, hyberniſque exeant. Sicciora enim quæ fructifera, vetuſtioraque ſunt: quoniam altera humores ſuos ad fructificandum abſumunt; altera natura etiam ſua non niſi ſicca conſtare neceſſe eſt. Sterilia vero, & noua, plus humoris caloriſque poſſident. Rurſus vbi hyberna loca, & humida ſint, flatuſque commodi non deſint; ibi omnia autumnalia longa, humida, bonaque redduntur. Sæpe etiam imbres æſtiui plurimis eiuſmodi locis deſcendunt. Itaque aeris ea ipſa humiditate plenius germinant, augenturque arbores. Nam & ea, quæ bifera eſſe videmus, vt pomorum, pirorumque genera quædam, his in locis potiſſimum exeunt, vtpote cum tempus ſeſe longius protrahat, fructuſque priores celeriter decerpantur, quæ etiam cum fructus celeriter edunt, differunt tamen. Quamprimum enim arbos repletur. Qua de cauſa fructus eadem alios perfectos iam vſui præſtat, alios concipit, parturitque. Cæterum nihil fere ex ijs, quæ ſecundo fructificentur, ſimile primis perficitur. Sed quoniam vna cum plantæ impetu, ſolis quoque, &

aeris

[illegible] ἡλίου καὶ τοῦ ἀέρος. καὶ [illegible] συμβαίνει. προφαίνει γὰρ [illegible] αὐξανόμενος· ἀλλὰ μέχρι [illegible] καὶ βλαστικώτατα, [illegible] εὐαυξῆ τῇ φύσει. [illegible] κωλύεται· καθάπερ ἡ [illegible] ἀμύγδαλος [illegible] πρόγυιος ἡ ἀφαίρεσις τῶν καρπῶν [illegible] ὥρας ἐπιβλάστησιν. [illegible] τὸ μετόπωρον, οὐκ ἄλογον [illegible] ἄλλ' ἄττα τῶν τοιούτων, ὥσπερ [illegible] Δίον φασὶ τῆς Μακεδονίας, [illegible] τῆς πέψεως, χρόνον δὲ λαβόντα ἱκανόν, ἐξέφυε τὸ ἄνθος. ὅλως δὲ ὃ πλεονάκις εἴρηται, μαλακοῦ καὶ ὑγροῦ τοῦ [illegible]έρος καὶ τὸ σύνολον εὐκράτου, αἰεὶ δυνατὸν βλαστάνειν, οὐ πάντα, ἀλλ' ἔνια τῶν δένδρων. τὰ δ' ἐλάττω τούτων, ἔτι μᾶλλον. ὃ καὶ νῦν ἐπί τινων στεφανωμάτων συμβαίνει τόπους ἐχόντων εὐσκεπεῖς καὶ προσηλίους. διατελεῖν γὰρ ἀνθοῦντα δοκεῖ καὶ ἡ οἰνάνθη, καὶ τὸ ἴον τὸ μέλαν, καὶ ἄλλ' ἄττα. θεραπείας δέ τινος προσγενομένης, ἔτι μᾶλλον. ὅτι δὲ μεγάλην ῥοπὴν ὁ τόπος παρέχεται ὑπήλιος ὢν καὶ εὐσκεπής, καὶ αὐτὰ τὰ δένδρα μαρτυρεῖ. φύεται γὰρ ἐν τούτοις ἔνια, κατὰ τὴν ἄλλην χώραν οὐ φυόμενα. καὶ καρποφορεῖ, τῶν ἄλλων οὐ φερόντων, καὶ προανθεῖ καὶ προβλαστάνει πρότερον τῶν λοιπῶν. [illegible] μὲν οὖν τούτων ἱκανῶς εἰρήσθω.

aeris opera non adfuerit, idcirco omnia deteriora redduntur. Quod in alijs longe magis patet. Oſtendit enim & punica fructum ſecundum, & myrtus: ſed augere nullatenus poſſunt. Igitur propenſiora ad ſupergerminandum (vt ita loquar) omnia, quæ ſuapte natura facile affici poſſint. Niſi quid ſiccitatis cauſa nequeant, vt amygdala: aut niſi fructus decerptio proximior ſit, quam vt germinare germina valeat. Igitur ſi autumnus prolixior fuerit, roſas quoque erumpere poſſe, & alia generis ejuſdem, non eſt præter rationem, vt apud Dian Macedoniæ fieri aiunt. Quæ quoniam coctione vehementiore non egeant, tempus adepta quantum ſatis ſit, florem emittunt. Denique (vt ſæpius diximus) cum cœlum mite ac humidum, & in totum commode temperatum eſt, aſſidue germinare arbores poſſunt: quanquam non omnes, ſed aliquæ. Minora autem longe amplius poſſunt. Quod etiam nunc quibuſdam ex coronarijs euenit, quæ locis circumobſeptis, apriciſque continẽtur. Nam & œnantha, & viola nigra, & alia quædam aſſidue florere videntur. Sin autem & cultus adhibeatur, longe amplius. Locum vero valere plurimum, cum apricus eſt ac circum concluſus vel arborum ipſarum teſtimonio patet. Locis enim eiuſmodi pleraque exeunt, quæ naſci alibi nequeunt, & fructum eadem afferunt, cum cætera generis ejuſdem alijs locis afferre non valeant, & præflorent & prægerminant prius, quam reliqua. Sed de his ſatis.

ΚΑΦ. ΙϚʹ.

CAP. XVI.

De ratione biferorum. Tum de floribus, fructibuſque.

Τὸ δ' ἐπὶ τῶν διφερόντων δένδρων, ὅμοιόν τινα τρόπον ἐστὶ τῷ ἐπὶ τῶν προβάτων γενομένῳ. ἐκεῖνα γὰρ εὐτοκήσαντα καὶ εὐγονοῦντα, πάλιν ὁρμᾷ πρὸς κύησιν ἐκποιούσης ἔτι τῆς ὥρας· καὶ τὰ δένδρα παραιρεθέντων τῶν πρώτων καρπῶν, γονεύει πάλιν ἑτέρους. δεῖται δ' ἴσως χώρας τε εὐτρόφου τὰ τοιαῦτα, τῆς τε θεραπείας πλείονος ἢ ἀμφοῖν, καὶ μάλισθ' ὡς εἰπεῖν τῆς τοῦ ἀέρος κράσεως. ὅπως λάβῃ τὸν χρόνον ἱκανὸν εἰς τὴν κύησιν. διὰ τοῦτο γὰρ οὐδὲ ἐάν τις ἀφέλῃ τὸν καρπὸν ἢ ἄνθος, δύναται πάλιν ἕτερα γεννᾶν, διὰ τὸ μὴ λαμβάνειν τὸν τῆς κυήσεως χρόνον. οὐ γὰρ οἷόν τε ἄνευ τοῦ κυῆσαι γεννᾶν, ἐξανηλωμένου τοῦ προϋπάρχοντος. ἅμα δὲ ὥσπερ πηροῦσθαι συμβαίνει τὴν ἀρχὴν διὰ τὴν ἕλκωσιν, ὥστε μὴ βλαστάνειν ἀπὸ τούτου καὶ μὴ καινῆς ἄλλης γινομένης οὐκ ἐκποιεῖ τὸ τῆς ὥρας· τούτων μὲν οὖν οὕτως ταύτας ὑποληπτέον τὰς αἰτίας. αἱ δ' ἀνθήσεις τῶν καρπῶν οὐ κατὰ τὰς βλαστήσεις γίνονται. βλαστάνει γὰρ τά γε πολλὰ σύνεγγυς αὐτοῖς κατὰ μίαν ὡς εἰπεῖν ὥραν·

QVod autem in biferis videmus arboribus, ſimile quodammodo illi eſt, quod in pecore fieri ſolet. Illud enim, cum primi partus bene ſucceſſerint, facultaſque fœtificandi denuo adeſt, rurſus ad concipiendum citatur, dummodo tempus ſuppetat. Arbores quoque decerptis fructibus primis concipere poſſunt alios. Sed ſolo pingui, culturaq; pleniore opus forſitan ſit, in primiſque dixerim cœli temperiem perneceſſariam: vt tempus quantum partui ſatis ſit, nanciſci arbores valeant. Id enim cauſæ eſt, vt etiam ſiquis fructum aut florem decerpſerit, generari iterum alius non poſſit: quoniam tempus ſuffecturum partui nullum ſuperſit. Haud enim fieri poteſt, vt ante pariant quam in vtero ferant, cum primus humor conſumptus jam totus ſit. Accidit præterea vt gignendi principium lædatur illati vulneris cauſa: ita vt nunquam niſi alio denuo effecto principio, germen emergere poſſit: quod quidem præſens tempus nequit efficere. Horũ igitur has eſſe cauſas opinandum. Flores autem rationi germinationis haudquaquã reſpondẽt. Arbores enim magna ex parte eodẽ fere tempore ſua germina edũt.

τοῦ δὲ πεπαίνειν τοὺς καρποὺς πολλοῖς χρόνοις ὕστερον, ἐκείνην τὴν αἰτίαν ὑπολητπέον. ὅτι τὰ τῶν φύλλων καὶ βλαστῶν εὐκινητότερα, καὶ ῥᾴω αὖ σωματικωτέραν ἔχοντα καὶ περιττωματικὴν τὴν ὕλην, οἱ δὲ καρποὶ καθαρωτέραν. καὶ μάλιστα δὴ τοὺς χυλοὺς αὐτούς. αὐτὴ δ᾽ ἡ τῶν καρπῶν πέπανσις, εἰς ἣν πλείονος δεῖται κατεργασίας. ἔτι δὲ μεγάλας εὐθὺς διαφορὰς ἔχουσιν οἱ καρποὶ, τῷ ξυλώδεις ἢ γεώδεις ἢ ξηροὶ ἢ λιπαροὶ τὴν φύσιν εἶναι. δυσκατεργαστότεροι γὰρ οἱ τοιοῦτοι. διὸ καὶ προανθοῦντα ἔνια τὸν καρπὸν ἔχειν πολὺν χρόνον, ὥσπερ ἀμυγδαλῆ. δύσπεπτος γὰρ ὁ ξυλώδης. τὸ δ᾽ ἄνθος ὠθεῖ διὰ τὴν πρότερον λεχθεῖσαν αἰτίαν. ὑπερβάλλοντα δὲ ταῦτα συμμετρίαν τινὰ ἔχει καὶ τάξιν. ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν ἀνθῶν, ὅσα μετὰ τῶν σωματικῶν ὄγκων ὀψιαίτερον γίνεται, καθάπερ τὸ τῆς ῥόας. ἐν γὰρ τῷ κυτίνῳ τὸ ἄνθος.

Sed quamobrem fructus longo poſt tempore matureſcant, cauſam illam reddemus: quod folia, & germina agiliora, facilioraque ſint, vtpote cum ea craſſiore, calloſioreque conſtent materia, fructus purgatiore conſiſtant, ſuccisque ipſis præcipue perficiantur. Quod quidem non aliud, quam maturitas fructuum eſt, ad quam certe ampliori paratu, confectuque eſt. Item fructus magnis inter ſe differentijs diſtant, eo quod aut lignoſi, aut terrei, aut pingues natura ſint. tales enim difficilius confici neceſſe eſt. Qua de cauſa ſunt, quæ cum flore præueniant, fructum tamen diu retineant, ceu amygdala. Erui nanque, qui ligno conſtat, difficile admodum poteſt. Flos celerius exit ob eam, quam ſupra diximus, cauſam: ſi quidem ea omnia modum conuenientem, ordinemque debeant habere. Quin etiam florum ipſorum, qui mole aliqua corporis emergunt, ſerius ſe oſtendunt, vt flos punicæ.

ΚΕΦ. ΙΖ.

CAP. XVII.

Cur culta ſerius proueniant, quam inculta: ſylueſtreſque fructus non maturent, cum ſint vrbanis validiores.

ΤΑ δ᾽ ἀργὰ τῶν εἰργασμένων πρωϊβλαστότερα. καθάπερ ἄμπελος, μηλέα, ἐλαία, συκῆ· τὰ δ᾽ ἄλλα διὰ τὸ κατέχειν ἔνια τὴν θερμότητα μᾶλλον, μὴ ἀνασκαπτομένης τῆς γῆς, μὴ δὲ γυμνουμένων τῶν ῥιζῶν, αὕτη γὰρ ἡ κινοῦσα. καὶ διὰ τὸ μηδεμίαν ἐν τοῖς ἄνω γίνεσθαι πληγὴν, κλωμένων ἢ καρπολογουμένων. ἀφελκούμενα γὰρ πόνον τε παρέχει, καὶ καταψύχει, καὶ εἰς ὀλίγον συστέλλει. τοῖς δὲ πολλοῖς διαδίδοται, καὶ τὰ μικρά. διὸ ταύταις ταῖς ὥραις ὑπακούει. καὶ ἔτι δὲ καὶ μάλισθ᾽ ὡς εἰπεῖν, διὰ τὸ ἀβλάστων ὄντων καὶ ἀκαθάρτων ἐν πολλοῖς εἶναι, καὶ τὰς μικρὰς τὰς μονίμους ἀρχάς. ὧν ἕκαστον διὰ τὴν ὀλιγότητα δεῖται μικρᾶς κινήσεως. καὶ εὐθὺς ποιεῖται τὰς ἐκβλαστήσεις. ὃ καὶ ἐπὶ τῶν ἀπίων ξυμβαίνει. καὶ γὰρ ἐκεῖνα εὐβλαστότερα τῶν ἡμέρων ἐστὶ, διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας. εἰς πλείω γὰρ καὶ κατὰ μικρὰ μεμερισμένων τῶν ἀρχῶν εὐκίνητα γίνεται τῷ περιέχοντι πρὸς βλάστησιν. ἔτι δὲ καὶ ἡ ξηρότης συμβάλλεται. καὶ γὰρ διὰ τοῦτ᾽ ἐλάττων ἡ ὑγρότης. τὸ δὲ ἔλαττον εὐκινητότερον. καλλίων μὲν οὖν καὶ ἀθροωτέρα τῶν εἰργασμένων ἡ βλάστησις καὶ ἡ καρπογονία· προτέρα δὲ, ἐκείνη. αὐτὸ δὲ τοῦτ᾽ ἄν τις ἀπορήσειε, διατί τὰ ἄγρια τῶν ἡμέρων ἰσχυρότερα ὄντα, τοὺς καρποὺς οὐ πεπαίνει. κατὰ γὰρ τὰς δυνάμεις ἐχρῆν καὶ τὰς πέψεις εἶναι· μία μὲν δή τις αἰτία τὸ πλῆθος τῶν καρπῶν. οὐ γὰρ τοσοῦτον ὑπερισχύουσι τῷ ἰσχύϊ, ὅσῳ πλείω τοῦ συμμέτρου τὸν καρπὸν ἴσχουσιν.

INculta prius, quam culta germinare incipiunt, vt vitis, malus, olea, ficus, & reliqua, quoniam calorem amplius valeant retinere, cum non fodiantur, neque radice nudentur. Calor etenim eſt, qui ad generandum mouere arbores poteſt. Adde quod nulla ſuperioribus partibus plaga illata eſt, dum aut rami deputarentur, aut fructus decerperentur, acceptum etenim vulnus facit, vt arbos laboret, frigeat, contrahaturque in exiguum. Ad hæc ratio illa, & (vt ſic dixerim) præcipua, poſſit afferri: quod ſylueſtres arbores, quoniam amputatæ, purgatæque non ſint, ſua germinandi initia minutioribus contineant ſurculis. Quorum quiſque pro exigui corporis ſui ratione motum leuē diſiderat: quo protinus germinare incipiat. Quod vel in piro ſylveſtri perſpicere licet. Hæc enim facilius, quam vrbana ejuſdem prorſus de cauſis germen emittit. Cum enim pluribus, minutiſque internodijs diuidatur, principia illa germinandi agiliora propenſioraque ad germen, opera cœli ambientis redduntur. Nec non & ſiccitas non nihil conferre videtur: ſic enim minus humoris relinquitur. Quod autem minus motu facilius. Melior igitur, pleniorque germinatio & fructificatio cultarum arborum eſt. ſed citior neglectarum. Sed & illud, quare ſylveſtres arbores, cum vrbanis validiores ſint, fructus maturare non valeant, fortaſſe quæres. Pro virium enim ratione coctiones ſequi conſentaneum eſt. Vna igitur cauſa fructuum copia: non enim tantum ſuis præualent viribus, quantum plus æquo fructificant. Ergo

ἅμα δὲ πλῆθος πολύ, καὶ οὐκέτι γίνεται πέψις· διὸ καὶ οἱ γεωργοὶ παραιροῦσιν, ὅταν ὦσι πλείω. ἕτερα δ᾽ ὅτι πυκνότερα, καὶ ξηρότερα, καὶ εἰς αὑτὰ μᾶλλον ἕλκοντα τὸ ὑγρόν. ἡ δὲ τροφή, καὶ ἡ πέψις ἐν πλεονεξίᾳ τῆς ὑγρότητος, ἣν οὐ ῥᾴδιον ἀλλαχόθεν ἑλκομένην λαμβάνειν· ἁπλῶς δ᾽ οὐ τὰ ἰσχυρότερα καὶ τροφιμώτερα, καθάπερ οὐδ᾽ ἐπὶ τῶν ζῴων, ἀλλ᾽ ἑτέρα τις καθ᾽ αὑτὴν πρὸς καρπογονίαν ἰσχὺς καὶ δύναμις. μανὸν γὰρ καὶ εὐδίοδον καὶ ὑγρὸν εἶναι δεῖ τὸ καρποτοκῆσον. ἡ δὲ πυκνότης ἐναντίον. ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν γυναικῶν, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζῴων. ὃ καὶ ἡ γεωργία βούλεται ποιεῖν. ἀφαιροῦσα τε τὰ περιττά, καὶ τροφὴν παρέχουσα, καὶ εὔδηλα, καὶ εὔπνοα ποιοῦσα. προφαίνει μὲν οὖν πλείω καρπόν, διὰ τὸ πρότερον εἰρημένον. τοῦτον δὲ οὐκ ἐκπέττει διὰ ταύτας τὰς αἰτίας.

Ergo magna prouenit copia, cuius maturitatem vires arborum attingere nequeant. Quapropter agricolæ partem auferre, cum plures prodierint, ſolent. Altera cauſa eſt, quod arbores ſylueſtres ſpiſſiores, ſicciorеſque ſint, & ſuccum proinde ad ſe potius trahant. Alimentum autem, & excoctio non niſi humoris incremento perfici poteſt. Quod ſi humor aliunde trahitur, nũquam ab alio capi facile poſſit. Ad ſummam non quæ validiora, altioraque ſunt: hæc amplius ad fructificandum valent. Sicut & in animalibus. Sed alia quædam per ſe eſt ad fructificandum vis & facultas. Solutum enim, laxum, permeabile, & humidum id eſſe oportet, quod fructum large laturum ſit. Spiſſitas vero contrarium eſt, quod etiam in mulieribus, reliquiſque animantium generibus patet. Quod ipſum agricultura quoque efficere conatur, cum ſuperuacua quædã plantis abſcindit, alimentaque ſubminiſtrat, & omnia patefacit, afflatibuſque exponit. Fructum igitur ratione prædicta copioſe producunt: ſed percoquere nequeunt, ob eas quas diximus, cauſas.

ΚΑΦ. ΙΗ.

CAP. XVIII.

De maturitate fructuum, & vſu eorum. Item cur non, vt quæque validiſſima ſunt, ita & ſemine præferantur.

Ἡ δὲ πέψις ἐστὶν ἐν τῷ περικαρπίῳ. τοῦτο δὲ δεῖ γίνεσθαι, καὶ λαβεῖν χυλὸν ἁρμόττοντα πρὸς τὴν ἥμερον φύσιν. ἴσως δ᾽ αὐτὸ τοῦτο πρότερον εὖ ἔχει διελεῖν, ὅ, τι πέψις ἐστίν, ἡ μὲν αὐτῶν περικαρπίων, ἡ δ᾽ αὐτῶν τῶν καρπῶν. καὶ ἡ μὲν πρὸς τὰς ἡμετέρας τροφάς· ἡ δὲ πρὸς γέννησιν, καὶ διαμονὴν τῶν δένδρων. οἱ γὰρ καρποὶ καὶ τὰ σπέρματα τούτων χάριν. ἑκατέρα δέ πως ἐναντιοῦται πρὸς τὴν ἑτέραν. ἅμα γὰρ τὸ ἐπικάρπιον ὑγρότερον, καὶ πλεῖστον, καὶ ὁ καρπὸς ἐλάττων. καὶ ἅμα μείζων οὗτος, καὶ τὸ περικάρπιον ἔλαττον, καὶ σκληρότερον, καὶ δυσχυλότορον. πρὸς ὃ δὴ καὶ ἡ γεωργία μεμηχάνηται, κωλύουσα τὴν τούτων αὔξησιν, καὶ τροφήν. ἅπαν γάρ, ὡς εἰπεῖν, καὶ ἥμερον ἀγρίου, καὶ γεωργούμενον ἀγεωργήτου, καὶ κάλλιον εἰργασμένον τοῦ χείρονος, μικροπυρηνότερον, αὖ ὑγραινόμενόν τε μᾶλλον καὶ τὴν τροφὴν περισπῶν εἰς τὸ περικάρπιον. ἔτι δὲ τοὺς χυλοὺς ἐκπεπαίνον εἰς συμμετρίαν τῆς ἡμετέρας χρείας. αἱ μὲν οὖν πέψεις τοσοῦτον διεστᾶσιν, εἴπερ χρὴ καὶ τὴν μὴ εἰωθυῖαν πέψιν λέγειν. τάχα δ᾽ ἄν τις ἀπορήσειεν ἐκεῖνο καὶ ἀξιώσειεν, ὃ τὰ ἰσχυρότερα καταπρατεῖ, τοῦτο καὶ τὰ ἀσθενέστερα καταπρατεῖν. τὸ δὲ σπέρμα πάντων ἰσχυρότατον. κοινὸν γὰρ τέλος πάντων τῶν φυτῶν ἐστίν. ἐπείπερ ἡ τοῦ ὁμοίου γένεσις τέλος. ἅμα δὲ καὶ ἐν τοῖς ζῴοις δοκεῖ τελειουμένης ἐπιγίνεσθαι τῆς φύσεως. ὅταν δὲ ἐλλείπῃ διὰ τὴν ἡλικίαν, ἢ προάγμασιν διὰ τὸ γῆρας, ἐξαδυνατεῖ τὸ γεννᾶν.

Concoctio in pulpa fructus fieri ſolet, quam ſcilicet confici, & ſuccum, ſaporemque capeſſere cicurorum naturæ congruum neceſſe eſt. Sed forte hoc ipſum prius diſtinxiſſe oportet. Concoctionem aliam pulparum, aliam ſeminum eſſe. Et earum alteram ad cibum hominis accommodatam, alteram ad generationem, perpetuitatemque arborum pertinere. Fructus enim & ſemina earum rerũ cauſa, natura produxit. Vtrunque vero concoquendi genus alteri quodammodo opponi videtur. Cũ enim pulpa humidior, & plenior eſt, fructus minor: cũq; is maior eſt, pulpa minor, durior, ſaporeq; deterior ambit. Cuius rei cauſa agriculturam ingenij excogitauit ſolertia, quæ fructus alimentum, incrementumq; impedire poſſit. Omne enim fere vrbanum, nucleo minori fructificat, quam ſylueſtre, & cultum, quam incultum: & melius cultum, quam deterius: quoniam amplius humeſcunt, & alimentum vberius ad pulpam augendam deducunt: atque etiam ſuccos pro modo noſtro vſui congruente, maturent. Igitur concoctiones ita inter ſe differunt. Siquidem & minus ſolitum illud concoquendi genus addidiſſe conueniat. Sed forte de eo quærat quis, aut etiam ſtatuat, an non quod validiora exuperat, idem etiam debiliora poſſe exuperare. Semen autem omnium eſſe potentiſſimum, vtpote cum hoc finis communis ſit omnium plantarum. Rei namque ſimilis generatio, finis procuIdubio eſt: & quidem in animalibus ſemen non niſi perfecta natura poſſe fieri patet: cumque ob ſenilẽ ætatẽ defecerit, generatio ceſſat.

οὐκ ἀλόγως δ᾽ ἂν οὔτε ἀπορήσειεν, οὔτε ἀξιώσειεν, ἐντελειότητι μὲν γάρ τινι τὸ σπερμοφυεῖν. καὶ τῶν ζώων ὡς ἂν ἡλικίαν λάβοι τις ἄν. οὐ μήν γε οὔτε τὰ ἰσχυρώτατα σπερματικώτατα, ἀλλὰ σχεδὸν ἐναντίως. ἑτέρωθεν μεριζομένης τῆς τροφῆς καὶ δυνάμεως. ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τῶν φυτῶν σημαίνει κατὰ λόγον συμβαῖνον. οὕτω δὲ καὶ τὴν ἀναλογίαν λαμβάνειν. ὡς ὁπότερον ἂν τούτων ὁρμήσῃ, θάτερον ἐλλειπέστερον ἔσται· διαρκεῖν γὰρ οὐ δύναται πρὸς ἄμφω. τοῦτο γὰρ σχεδὸν ἐν ἅπασιν ὁμολογούμενον. ἐν δὲ τοῖς φυτοῖς τρεῖς τινές εἰσιν οἱ μερισμοὶ πρὸς αὐτὸ τὸ δένδρον, καὶ τὴν βλάστησιν ὅπερ ἐναντίον τοῖς καρποῖς, ἐὰν πλεῖον γένηται τοῦ ξυμμέτρου. διὰ τοῦτο γὰρ ἀκαρπία, καὶ πάλιν ἐν αὐτῷ, καὶ τοῖς περικαρπίοις. ἡ γὰρ εἰς τὸ ἕτερον ὁρμὴ, κωλύει τὴν ἑτέραν. ὥσπερ οὖν ἐπ᾽ ἐκείνων οὐκ ἄλογον, οὐδ᾽ ἐπὶ τούτων ἀλλ᾽ ἔχει τὸ ἀνάλογον τὰ γὰρ ἄγρια καὶ εἰς τὴν τροφὴν καὶ εἰς αὐτὴν ὑγρότητα ἄγοντα παρὰ τρία τε τῶν περικαρπίων, ὥστε μείζω γίνεσθαι τὸν καρπόν. τάχα δ᾽ οὐδ᾽ ἄν που δόξειεν ὅλως ἄτοπον εἶναι, τὸ μᾶλλον ἐφικνεῖσθαι τὰ ἄγρια τῶν σπερμάτων, ὥσπερ ὄντα πυκνότερά τε καὶ ξηρότερα τὴν φύσιν. διαθηλύνουσι γὰρ αἱ κατεργασίαι, καὶ αἱ τροφαί. τοῦτο μὲν οὖν ὡς καθ᾽ ὁμοιότητά τινα λεγέσθω, πορρωτέρω κείμενον. τῶν δὲ πεπάνσεων, εἰς μὲν τὴν γένεσιν, αὕτη κυριωτέρα. πρὸς δὲ τὴν ἡμετέραν χρείαν ἡ τῶν περικαρπίων, ἐν ποτέρα δὲ καὶ ὧν τὸ τελειότερον, ἄλλος λόγος. ἐπεὶ οὕτωγε δεῖ θέσθαι ἐν τοῖς φύλλοις μόνον χρώμεθα καὶ ὧν ἐν ταῖς ῥίζαις, ὥσπερ τῶν λαχάνων, αὕτη κυριωτέρα πέψις ἔσται. καίτοι γε τοῦτο τέλος ἐν τοῖς σπέρμασιν, οἷς ἡμεῖς οὐδὲν χρώμεθα πρὸς τὴν τροφήν.

Non abſque cauſa igitur moneri hoc poſſit; ſeminis enim productio, perfectioni prorſus cuidam tribuitur. Et in animalibus pro ratione ætatis. Non tamen quæ vegetiora, robuſtioraque ſint, hæc ſeminis producendi vim præcipue poſſident, Sed e contrario propemodum ſequitur, cum in alterutram partem ſucci vireſque perrexerint. Quod & in genere quoque plantarum euenire rationi conſentaneum eſt. Atque ita portionem etiam illam accedere planum iam eſt: ad vtram enim partem ſuccus influxerit, reliqua ieiunior erit: ambabus enim ſatiſfacere non quit. Hoc exploratum ferme in omnibus eſt. Plantarum autem genus tres quaſdam portiones ſucci habet: ducitur enim ſuccus ad arborem ipſam, eiuſque germinationem, quod quidem fructibus obeſt, ſi plus ſit æquo: hac enim de cauſa fructus plerumque non prodeunt. Item ad fructum, & pulpam fructum ambientem: impetus enim factus ad alterum, ne quis ad reliquum fiat, impedimento eſt. Vt igitur in illis non deeſt ratio, ita nec in his deeſt, portio plane ſua ſeruatur: Sylueſtres enim arbores, tum fructum, tum pulpæ humorem diſtribuunt, ſed plus ad fructum deducunt, ita vt is effici poſſit amplior. Ad hæc nō inepte omnino fortaſſe dixerit, ſylueſtres amplius ſua ſemina augere, quoniam maſculæ quodam modo ſint, & ſpiſſiores, ſiccioreſque natura conſiſtant. Cultura enim alimentorumque copia plantas effœminari veriſimile eſt. Sed hoc argumentum e remoto deducitur, itaque ſimilitudine quadam dicatur id, velim. Inter maturitates autem, ea quæ fructibus datur, primatum ad generationem obtinet: quæ pulpis, hæc ad hominum vſum præualet. Vtra perfectior ſit, alterius intereſt diſputationis indagare. Nam & in folijs, & in radicibus ſic tantummodo vti ſolemus. Sicut olerum ea ipſa excoctio perfectior eſt. Quamquam eorum finis in ſeminibus ſit, quibus ad paſtum nunquam vtimur.

ΚΕΦ. ΙΘ.

CAP. XIX.

Vtrum calidiora ſint ſylueſtria, quam vrbana: debeatque naturæ ratio de ſylueſtribus colligi, an de vrbanis.

Ἔστι δέ τις καὶ οὗτος ὁ λόγος, ὡς διὰ τὴν ψυχρότητα τῶν ἀγρίων οὐ δυναμένων πέττειν. τοὺς δὲ πυρῆνας ἐκ τῆς ξυλώδους καὶ περίττωμα τινῆς γίνεσθαι τροφῆς, ὥσπερ τὰ ἐν τοῖς ζώοις ὀστᾶ. αὐτὸ μὲν τοῦτ᾽ ἴσως οὐ κακῶς, εἰ ὁ πυρὴν ἐκ τοῦ γεώδους καὶ ξυλώδους. ἀλλὰ τὸ σπέρμα οὐκ ἔθ᾽ ὁμοίως, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς ὕλης ἐν τούτῳ. πέφυκε δὲ τὰ θερμὰ μάλιστα σπερμοφυεῖν, εἰ θερμότερα ἂν εἴη. καὶ τόγε τῆς τῶν ἡμέρων θερμότητος ἐκεῖνο φέρεται σημεῖον, ἡ τῶν ὀπῶν δύναμις. ὁ μὲν γὰρ τῆς συκῆς, τὸ γάλα πήγνυσιν· ὁ δὲ τοῦ ἐρινεοῦ, οὐ πήγνυσιν, ἢ κακῶς. πρὸς αὐτὸ δὲ τοῦτο πάλιν ἀντίκειταί τις ἑτέρα καθόλου πίστις

EXplodenda nec illa ratio eſt, quod ex frigiditate arbores ſylueſtres concoquere nequeant. nuclei vero e lignoſo quodam, & purgamentatio alimenti exſiſtunt, quemadmodum animalium oſſa. Ergo hoc ipſum non inepte aſſeritur ſi nucleus ex lignoſo, terrenoque alimento: Verum ſemen non ex eadem, ſed ex puriſſima materia. Quæ autem natura calida, hæc eo copioſius ſemen proferre poſſunt, quo plus caliditatis obtinent. Et vrbanorum caloris indicium vis ipſa ſuccorum eſt. Succus enim ficorum, lac contrahit: caprifici, minime aut praue. Sed huic rurſus alia quædam repugnat generalis de caliditate opinio, quod ſylueſtria durare amplius locis

ὑπὲρ τῆς θερμότητ@ ὅτι τὰ ἄγρια μᾶλλον ἐν τοῖς ψυχροῖς δύναται διαμένειν, καὶ ὅλως δὲ διὰ θερμότητα ἡ ἰσχύς. ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τούτων τάχα καὶ ὕστερον ἂν λεχθείη. πλείων γὰρ ὁ λόγ@ [illegible] ἀπορίαν. ποῖα θερμὰ, καὶ ψυχρὰ, [illegible] ποίοις διοριστέον· καὶ προσέτι τῶν [illegible] μόνον εἴτε μεθ' ἑτέρων. καὶ τίνων δὲ [illegible] δόξειεν ἂν ἔχειν διαίρεσιν, καὶ ἁπλῶς καὶ πρὸς ἡμᾶς. οἷον ὅσα ταῖς δριμύτησι καὶ ὅσα τοῖς φαρμακώδεσι χυλοῖς, ἃ δὴ καὶ ἐσθίουσι, καὶ μάλιστα χρῶνται τοῖς τοιούτοις. ταῦτα μὲν οὖν ὥσπερ ἰδιότης τις φύσεως. πρὸς ἣν δηλονότι καὶ αἱ τροφαὶ καὶ αἱ κατεργασίαι τείνουσιν, ἢ τοὐναντίον αἱ ἀγρίαι, καθάπερ τῷ σιλφίῳ, καὶ τῇ καππάρει. καὶ εἴ τι ἄλλο φεύγει τὴν ἐργασίαν. καὶ εἴ τι πάλιν αὖ διώκει τὴν ξηρὰν, καὶ ὑγρὰν, καὶ χειμερινὴν. ἐξ αὐτοῦ δὲ τούτου τάχ' ἄντις πάλιν ἀπορήσειε κοινὴν τινὰ ἀπορίαν καὶ καθόλου, ποτέρως τὴν φύσιν ἐκ τῶν αὐτομάτων μᾶλλον θεωρητέον, ἢ ἐκ τῶν κατὰ τὰς ἐργασίας. καὶ ἐν ὁποτέροις τὸ κατὰ φύσιν. σχεδὸν δὲ τοῦτο ταὐτὸ. μᾶλλον δὲ μέρ@ τούτου. πότερον ἐκ τῶν ἀγρίων, ἢ ἐκ τῶν ἡμέρων. ἡ μὲν γὰρ φύσις ἐν αὑτῇ τὰς ἀρχὰς ἔχει. καὶ λέγομεν τὸ κατὰ φύσιν, τὸ ἐκ τῶν αὐτομάτων τοιοῦτον. τὸ δ' ἔξωθεν ἄλλως τε καὶ κατὰ τέχνην. ἀφ' ἑτέρας γὰρ ἀρχῆς. οὐδ' ἐν τοῖς ζώοις ὅσα πλάττεται, ἢ καταναγκάζεται πρὸς μικρότητα, καὶ μέγεθ@, καὶ τὸν ὅλον τύπον τῆς μορφῆς, οὐ θετέα ταῦτα κατὰ φύσιν. ἡ δ' ἀεὶ πρὸς τὸ βέλτιστον ὁρμᾷ. καὶ τοῦθ' ὥσπερ ὁμολογούμενόν ἐστι. ταύτῃ δὲ τὰ ἐκ τῆς θεραπείας βοηθεῖ. ἅμα γὰρ τελείωσις γίνεται τῆς φύσεως. ὅταν οὖν ἐλλειπὴς τυγχάνῃ, ταῦτα προσλαμβάνει διὰ τέχνης. οἷον τροφῆς τε πιότητα καὶ ἀφθονίαν. καὶ τῶν ἐμποδιζόντων, καὶ τῶν κωλυόντων ἀφαίρεσιν. ἃ παρέχουσι δηλονότι καὶ οἱ οἰκεῖοι τόποι πρὸς ἕκαστον. ἐν οἷς δὴ φαμὲν δεῖν θεωρεῖν τὰς φύσεις αὐτῶν, ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν μόνον παρέχουσιν, οἷον ἀέρ@, καὶ πνεύματ@, καὶ ἐδάφους, καὶ τροφῆς. ἡ δὲ γεωργία καὶ ἐν αὐτοῖς μετακινεῖ, καὶ μετατίθησιν. ὥστ' εἴπερ ἐκεῖνά γε προσαπαιτεῖ πρὸς τὸ βέλτιον, καὶ ταῦτα προσδέχοιτ' ἂν, ὡς ἂν οἰκεῖα. τοιαύτην τόπων φύσιν καὶ ζητεῖν εὔλογον, ἄλλως τε καὶ ἐκ τούτων ἠρτημένην, καὶ ἐν τούτοις ἔχουσαν τὰς ἀρχάς. ἐπεὶ κἀκεῖνο τοῖς αὐτομάτοις ἄτοπον συμβαίνει, καὶ ὥσπερ παρὰ φύσιν, τὸ ἐκ τῶν σπερμάτων χείρω γενέσθαι, καὶ ὅλως ἐξίστασθαι τοῦ γένους· οὐ δὲ γὰρ δὴ τοῦτο κατὰ φύσιν, ἀλλ' ἀεὶ τὸ ὅμοιον ἀπογεννᾶν. αἱ μὲν οὖν ἀπορίαι σχεδὸν αὗταί τε καὶ τοιαῦται.

frigidis poſſunt, in totumque robur non niſi caloris ratione obtingit. Sed de his poſt hæc forſitan diſſerendum ſit. Prolixiore nanque opus eſt diſputatione. Tum & illud quæri oportet, quæ nam calida, quæue frigida ſint, quibuſque rebus determinari hæc deceat: atque etiam quæ nam eorum cauſa ſit ſiue ſola, ſiue cum alijs. Tum quorum excoctio diuiſionem poſſit recipere tum ſimpliciter, tum noſtri reſpectu, quæ acrimonia, vel ſucco medico differunt. Quæ quidem medica; & comeduntur, & uſui potiſſimo ſunt. Hæc igitur quaſi proprietas quædam naturæ animaduertitur, ad quam ſcilicet, & alimenta, & culturæ, aut contra neglectus, confert. Vt de Laſere, & Inturi ferunt, & ſiquid aliud cultum aſpernetur: aut ē diuerſo ſiquid ſiccam, vel humidā, & hybernam tellurem amare ſoleat. Ex hoc autem ipſo quæret fortaſſis iterū quiſpiam communum quādam ac generalem proponens quæſtionem, Vtrum naturam ex ijs, quæ ſponte proueniunt, contemplari potius deceat: an in ijs, quæ cultu hominis proueniant, atque adoleſcunt. Et utri generi potius ratio naturæ tribui debeat. Et quod idem fere eſt, vel potius pars quæſtionis illius, Vtrum in genere ſylueſtrium, an in vrbano ſit natura inueſtiganda. Natura enim in ſe principia tenet, & id ſecundum naturam eſſe cenſemus, quod in ſe principium motus poſſidet, & quietis: cuius generis illud profecto eſt, quod ſponte proueniat ; non quod opera hominis, præſertim cum arte quicquam conſtiterit, namque ab alienis principijs id producitur. Sic & in animalium genere, ea quæ finguntur, aut ad paruitatem, magnitudinemue, in totumque ad effigiem quandam formæ, vi perducuntur, facta ſecundū naturam minime cenſere debemus. Natura enim ſemper id ſpectat, quod optimum ſit: vt inter omnes conuenit autores: cultus vero, & huiuſmodi adhibita cura, naturæ auxiliatur: quo perfectius ſuum exequitur officium. Dum igitur natura ſatis ſibi non eſt, hæc per artem aſſumit, ceu copiam alimenti, pinguitudinemque: tum impedimentorum ablationem. Quæ ſcilicet loca etiam apta, & ad ſingula accommodata præſtare poſſunt, in quibus naturam contemplari dignius eſſe putamus. Sed illa rerum externarum tantummodo ratione opitulantur: ceu aeris, flatus, ſoli, alimenti. Agricultura vero in ijs ipſis pleraque immutat, diſponitque. Quod ſi illa hæc exigant, quo melius ſuccedere poſſint, hæc quoque illa diſiderent, neceſſe eſt præſertim cum agricultura ab ijs ipſis dependeat, atque in his ſua ſortiatur principia. Nam illud quoque ijs, quæ ſponte naſcuntur, abſurde, & quaſi præter naturam euenire videmus, vt ex ſeminibus deteriora reddantur, atque omnino degenerent. Neque enim id ſecundum naturam eſt, ſed vt ſimile ſemper generetur. Igitur ambiguitates hæ, taleſque occurrūt.

ΚΕΦ. Κ. CAP. XX.

Solutio quæſtionis, quemadmodum conſideranda ſit in vrbanis, & ſylueſtribus naturæ ratio: ac de maturitate, & varia fructuum concoctione.

Φαίνεται δὲ καὶ ἐκ τούτων πρότερον εἶναι δηλονότι διαιρετέον τὰς φύσεις, ὥσπερ καὶ τὰς πέψεις λέγομεν. τοῖς μὲν γὰρ ἡ αὐτόματος ἐστὶν οἰκειοτέρα, τοῖς δ' ἡ τῆς θεραπείας καὶ γεωργίας, ἔνια δ' ἀμφοτέρως. ἐξ ὧν καὶ θεωρητέον ὥσπερ καὶ ἡ φύσις διῄρηται ἡμέροις καὶ ἀγρίοις, ὁμοίως ἐν τοῖς ζώοις καὶ φυτοῖς. ἑκατέροις γάρ ἐστι αἴτια φυσικὰ καὶ οἰκεῖα, καὶ πρὸς σωτηρίαν, καὶ πρὸς διαμονὴν, καὶ πρὸς αὔξησιν, καὶ βλάστησιν, καὶ πρὸς τὴν τῶν καρπῶν γέννησιν. ἴσως δὲ καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς καρπίμοις πάλιν ἄν τις διέλοι, τὰ μὲν εἰς τὸ αὐτόματον ἀφιεὶς τὰ δ' εἰς ἐπιμέλειαν καὶ κατεργασίαν μόνον. ἀλλὰ γὰρ τούτων μὲν ἐνταῦθ' ὁ διορισμός. περὶ δὲ τῆς πέψεως, ὅθεν ὁ λόγος ἐξέβη, πάλιν τὰ ἐπίλοιπα λεκτέον, ὡς ἐπὶ τὸ πᾶν. ὧν μὲν ὁ καρπὸς ὑγρὸς, καὶ γυμνὸς, ἢ λεπτὸν ἔχων περὶ αὐτὸν κέλυφος, ταῦτα μὲν πρωίκαρπα, καθάπερ ἄμπελος, καὶ συκῆ, μάλιστα δὲ συκάμινος. αὕτη μὲν γὰρ γυμνὸν ἔχει τὸν καρπόν. ὥσθ' ὅσον ἂν ὁ ἥλιος ἐπιθῇ ταχὺ προηλλοίωσε, βραχείας δεόμενος θερμότητος. ἅμα δὲ καὶ ἐν αὐτῷ συνεργάζεται δύναμις ἰσχυρὰ καὶ ἀθρόως ἐπιοῦσα, καθάπερ καὶ πρὸς τὴν βλάστησιν· ἡ γὰρ ὀψιότης ἐποίησεν ἀθροισμόν. ὅθεν αἵ τε βλαστήσεις ἀθρόοι, καὶ μετὰ φορᾶς γίνονται νεανικῆς, ὥστε καὶ ψόφον ποιεῖν· καθάπερ τινές φασι, καὶ πέψεις ταχεῖς. παρόμοιον γὰρ τὸ συμβαῖνον, ὥσπερ καὶ τοῖς σίτοις ὑπὸ τῶν χειμώνων κατεχομένοις. ἀναθέντες γὰρ οὗτοι ταχείας ποιοῦνται τὰς αὐξήσεις, ὥστε μὴ πολὺ καθυστερεῖν, εἰ μὴ κατὰ λόγον τοῖς εὐδιινοῖς. ἔτι δὲ καὶ ταύτῃ συμβαίνει τὸ μὴ ἀθρόον ἀλλὰ κατὰ μέρος πέττειν. διὸ καὶ πολὺν διαμένει χρόνον, καὶ ἐπὶ πλεῖον δὴ τούτοις ἡ ὑγρότης λεπτὴ καὶ ὑδατώδης.

SEd his quoque diſtinguere naturas quemadmodum concoquendi genera, prius oportere, planum profecto eſt. Alijs enim natura ſpontanea coniunctior eſt, alijs cultura, ſolertiaque accommodatior: nonnullis vtraque ratio congruit. Quas ob res omnino videndum eſt, quemadmodum natura in ſylueſtria diuiſerit ſe & vrbana pariter in animalium, & plantarum generibus. Quippe tam ſylueſtribus, quam vrbanis, cauſas aptiſſimas & ad conſeruationem, & ad perennitatem, & ad auctionem, & ad fructuũ generationem, largita eſt. Fructiferas item ipſas diuidere fortaſſe oporteat, vt aliæ ſint, quæ ſponte fructificent: aliæ cultura tantum, & hominis opera ferãt. Horum igitur determinatio petenda hinc eſt. De concoctione autem, vnde digreſſi ſumus, reliqua ſubiungamus. Omnia fere, quibus fructus humidus, aut tenui intectus putamine; celeriter ſuos fructus perficiunt, vt ficus, vitis: ſed præcipue morus. Hæc enim fructum nudum penitus habet, vt quantumcumq; ſol tepefecerit, citiſſime fructus immutari poſſit: vtpote, qui minimo egeat calore. Vna enim vis quædam prævalida, vniuerſaque excurrere ſolita, fructum conficit atque percoquit: ſicuti & in germinando fieri ſolet. Longa etenim prorogatio germinis, collectum maximum facit. Vnde & germina congeſta magno cum impetu prorumpunt adeo, vt vel ſonitum edunt, quod quidam affirmant: & concoctiones perfici celerrime poſſint. Namque ſimile euenit, atque in frumentis, quæ hyems diu retinuit. Cum enim laxata ſint, velociter augeſcunt adeo, vt non multo ſerius poſteriora perfici poſſint. Adde, quod etiam morus non ſummatim, ſed particulatim fructum percoquere ſoleat. Vnde & diutiſſime perſeuerat, nec humoris tenuitas, aut aquoſitas amittenda eſt.

ΚΕΦ. ΚΑ. CAP. XXI.

Cur morus cito percoquat, cum ſero germinet: ficuſque, & vitis ſerotinæ ſint. Cur item aliquæ arbores ſint præcoques. Quodque in Ægypto arbor quædam centeſimo anno fructificet.

Ἡ μὲν οὖν τῆς συκαμίνου, διὰ τοῦτο πρώϊος. ὡς δὲ Μενέστωρ φησὶν, ἡ μὲν βλάστησις αὐτῆς ὀψία, διὰ τῆς ψυχρότητος τοῦ τόπου. ἡ δὲ πέψις ταχεῖα διὰ τὴν ἀσθένειαν. ἡ δὲ τῆς ἀμπέλου καὶ τῆς συκῆς ὀψιαίτεροι. ὅτι καὶ τὰ κελύφη περίκειται, καὶ ὑγρότης πλείων καὶ παχυτέρα. καὶ τὸ μὲν σῦκον, μεῖζον τῷ ὄγκῳ, καὶ

FRuctus mori his de cauſis velociter matureſcere poteſt: ſed vt Meneſtor autor eſt, germinat ſero hæc arbor, propter loci frigiditatem: excoquit cito propter ſuam debilitatem. Vitis autem, ficique fructus, ſeriores ſunt: quoniam & putamine obtegantur, & ſuccum ampliorem, craſſioremque gerant. Ad hæc ficus mole ampliore conſiſtunt, &

ſumma-

ἀθροώτερα [illegible] αὐτῶν. οἱ δὲ βότρυες καὶ τῷ [illegible] ὡς πρὸς τὴν δύναμιν, καὶ ἐν τ[illegible] καρπὸς καὶ οὐ διειλημμένος. ἔτι δὲ [illegible] καὶ οὐχ ὁμοίως ὑπαίθριος· [illegible] γὰρ τὸ δένδρον φί-[illegible] τὰ γλυκέα βραχυτέ-ρ[illegible] ἔχει δέ τις καὶ πρὸς [illegible] καὶ τὰς ἀφαιρέσεις, ἔτι μᾶλλον [illegible] σχεδὸν ἐν τούτοις αἱ αἰτίαι [illegible]ρον. οὐ μὴν καθόλου τῶν δένδρων [illegible]ον. πολλαὶ γὰρ διαφοραὶ καὶ [illegible] καὶ συκῶν. ὥστ' ἐνίων πόρρω πάνυ [illegible]αι. διόπερ ἴσως τὰς καθόλου λεκτέον αἰτίας. πρώϊκαρπα μὲν γὰρ ὅσα μήτε κάθυγρα μήτε ψυχρὰ καὶ τοῖς ὀποῖς. ἔτι δὲ γυμνὰ ἢ λεπτοῖς ὑμέσι περιεχόμενα, καὶ τὴν πέψιν ἔχοντα τῶν χυλῶν ὑδαρῆ καὶ μὴ παχεῖαν. ὀψίκαρπα δὲ τ' ἀνάντια τούτων. ὅσα κάθυγρα καὶ ψυχρὰ τοῖς καρποῖς, ἢ τοῖς περικαρπίοις, ξυλώδη καὶ ξηρά. καὶ ὧν αἱ περιοχαὶ τοιαῦται, καὶ ἅμα πλείους· ἔτι δὲ ὧν οἱ χυλοὶ καὶ πρὸς τὰς πέψεις λιπαροί, καὶ ἄλλην τινὰ ἔχοντες παραπλησίαν δύναμιν. ἐὰν ξηροί τε καὶ ὀλίγην ἔχοντες ἅμα καὶ τοιαύτην ὑγρότητα πρὸς τὴν πέψιν. ἅπαντα γὰρ ταῦτα κωλυτικὰ τῶν πέψεων. ἐκ δὲ τῶν καθ' ἕκαστα θεωροῦσι σύμφωνος ὁ λόγος τῶν γινομένων. τῶν γὰρ ἀειφύλλων ἅπανθ' ὡς εἰπεῖν ὀψίκαρπα. ξυλώδεις δὲ καὶ οἱ καρποὶ καὶ τὰ περικάρπια. καθάπερ πεύκης πίτυος κυπαρίττου. τούτων δὲ ξηροὶ ἢ γλισχρότητά τινα ἔχοντες. ὥσπερ ὁ τῆς κέδρου, καὶ τῆς ἰξύας. διὸ καὶ οὐκ ὄντες μεγάλοι, δυσκατέργαστοι τῷ εἶναι τοιοῦτοι. καὶ ἅμα διὰ τὴν πυκνότητα, μικρὰ καὶ ἡ ἐπιρροὴ καὶ ἡ ἐπίσπασις ὅλη. τῶν δὲ μὴ ἀειφύλλων, ὅσα κάθυγρά τε καὶ ψυχρά. καὶ ὅσα γεώδη, καὶ γὰρ ἡ ψυχρότης καὶ τὸ πλῆθος, δυσέργαστον, καὶ τὸ γεῶδες· καὶ ἡ ξηρότης. ὥσπερ τῶν ἀχράδων, καὶ τῶν βαλάνων. ὅσα δὲ κέκραται ἐν τούτοις καὶ ἱκανῶς, καὶ ἐν θερμασίᾳ τυγχάνει καὶ μανά, ταῦτα καὶ πρωϊβλαστῆ καὶ πρωΐκαρπα, συμμετρίαν ἔχοντα τῆς μίξεως καὶ ἐν αὐτοῖς καὶ πρὸς τὸ περιέχον. χρὴ δὲ λαμβάνειν ἕκαστα ὥσπερ τῶν εἰρημένων, ἐὰν μή τις ᾖ κώλυσις. οὐδὲν γὰρ ἐν τούτῳ κύριον ἐπενεγκεῖν, οὔτε πρωϊκαρπίαν οὔτε ὀψικαρπίαν, οὐδέ γε πλείω πάντα, ἐὰν ἕτερα ἄττα ἐναντιώματα. λέγω δ' οἷον ἔνια γυμνόκαρπα μέν, ὄψια δέ, καθάπερ σμίλαξ, καὶ ἄλλ' ἄττα βοτρυώδη. τὰ δέ, πρὸς τῷ ὀψίῳ καὶ κατὰ μέρος πεπαίνεται. καθάπερ ὁ βάτος. τούτων γὰρ τὰ μὲν ψυχρά, τὰ τῇ φύσει ὀψίκαρπα καὶ ὀψιβλαστῆ. ὅσα δὲ γυμνὰ καὶ ἀκέλυφα, οὐχ ἱκανὰ περιλαμβανόμενα τῇ ὥρᾳ. τὰ δὲ ὅτι ξηρὰ τῇ

ſummatim quodammodo matureſcunt. Vuæ autem, & numeroſiores proueniunt, quam vt breui excoqui poſſint, & congeſtis acinis coaceruantur, nec aliquo interuallo diſcernuntur. Item vmbroſæ ſunt, nec perinde ſubdiuales dependent. Humore exuberant: vitis enim aquæ præauida eſt. Denique omnia dulcia breuiori tempore matureſcunt. At ſiquis etiam pro noſtro vſu velit decerpere: longe amplius. Horum igitur cauſæ cur prius, cur ve poſterius perficiantur, his fere conſtant. Non tamen cunctæ arbores, generis cujuſque præcoques ſunt. Vites enim, & fici permultis inter ſe diſcriminibus diſtant: ita, vt nonnullis fructus ſero admodum matureſcere queat. Qua propter vt cauſas in vniuerſum reddamus, fortaſſe præſtat. Ergo præcoques illæ arbores ſunt, quæ non præhumidæ, nec ſucco frigidæ conſtant: quæque fructum nudum, aut membranis intectum prætenuibus gerunt: cocturamque ſuccorum aquoſam, non craſſam conficiunt. Serotinæ vero, quæ modo contrario ſe habent, hoc eſt, quæ præhumidæ, frigidæ, & fructu, aut pulpa fructus lignoſæ, prædurǽque: quibuſque fructus lignoſo ſepto, numeroſoque continentur putamine. Ad hæc quibus ſucci pingues, & aliquam eiuſmodi habent potentiam: aut quibus fructus ſicci, parumque humoris habentes, idque pingue, vel ejuſmodi aliquid. Hæc enim omnia coctionem vehementer impediunt, quod in ſingulis etiam percipi licet. Quæ enim perpetuo virét, omnes prope fructum ſero perficiunt, ligno autem tam fructus, quam fructum ambientia, conſtant, ſicut piceæ, larici, cupreſſo. Sicci alij ſunt, aut pingues, aut lentitia quadam gliſcentes, vt cedro. Vnde quamuis non magni, confici tamen difficile poſſunt: quoniam tales ſunt. Ad hæc ſpiſſitatis cauſa parum alimenti influere poteſt, totuſque acceſſus parciſſime agitur. Inter eas vero quibus frons decidua data eſt, quæ perhumidæ, frigidæ, terrenæ: ſero maturant. Frigiditas enim & ſiccitas, & multitudo, & terrena concretio, confici & matureſcere quam difficillime poſſunt, vt pirorum ſylueſtrium, & glandium. Quæ autem media temperie conſtant, & ſatis calidæ, ſolutæque ſunt, hæ tam germine, quam fructu præueniunt, vtpote quæ admiſtionis ratione percongrua, cum ſibi, tum etiam cœlo ambienti conſiſtant. Verum ſingula non niſi ſemoto omni impedimento ſic accipienda cenſemus. Nulla enim propria in ijs reddi poteſt cauſa, neque maturus, neque ſerotinus fructus, ſiqua ſint quæ aduerſentur. Exempli gratia, quædam quanquam nudum afferant fructum, ſero maturant, ceu ſmilax, & quædam alia racematim fructificantia: alia non ſolum ſero, ſed particulatim etiam matureſcunt, vt rubus. Hoc enim in genere, quod quædam natura frigida ſint, ſerotina tam fructu, quam germine conſiſtunt: quod alia nuda, & ſine vllo putamine pateant, ſufficere ſibi nequeunt, cum

tempus

φύσει. πᾶν δὲ τὸ ξηρὸν ἰκμάδος δεῖται καὶ πρὸς τροφὴν καὶ πρὸς πέψιν. ὡς δὲ ὁ βλαστὸς ἀμφοτέρων μετέχει τῶν ὡρῶν, ἐπὶ πολὺν χρόνον παρεκτείνων. ἀλλ' ὥστε τύπῳ εἰπεῖν ταύτας ὑποληπτέον εἶναι τὰς αἰτίας. ἐπεὶ καθ' ἡλικίαν ὀψικαρπότερα, καὶ μὴ κατὰ τὰς ἐνιαυσίους ὥρας. οἷον τὰ νέα τῶν φυτῶν διὰ πλῆθος ὑγρότητος καὶ τὸ ὅλον τροφῆς ὀψίκαρπα. τὰ δ' αὖ πάλιν ὡς ὀψίφορα πόῤῥω τῆς ἡλικίας ὄντα, καθάπερ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ λεγόμενον δένδρον. ὃ ἑκτοστῷ ἔτει μυθολογοῦσι φέρειν καρπόν. ἡ δ' αὖ συκάμινος οὐ δὲ πέττειν δύναται, δι' εὐτροφίαν καὶ πλῆθος ὑγρότητος, μὴ ἐπικνισθέντων καὶ ἐπαλειφθέντων ἐλαίῳ τῶν καρπῶν. οὐ μόνον δὲ τὸ πλῆθος ὀψικαρπεῖν ποιεῖ τῆς τροφῆς, ἀλλὰ καὶ ἀκαρπεῖν ἔνια. καθάπερ ἐπί τε τῶν ἀμπέλων εἴρηται καὶ ἐπὶ τῶν ἀμυγδάλων, καὶ ὅλως τῶν διατιτραινομένων καὶ κολαζομένων. ἅπαντα γὰρ ὅταν τοῦτο πάθωσι, τῆς ὑγρότητος ἀπελαθείσης, τὰ μὲν ἐξ ἀκάρπων κάρπιμα, τὰ δὲ καλλικαρπότερα καὶ εὐχυλότερα γίνεται. τῆς δὲ ἀμυγδαλῆς ἐάν τις ἐκκόψας τὸν πάτταλον ἐπικαθάρῃ τὴν ἐπιῤῥοὴν τῆς ὑγρότητος, ἐπὶ ἔτη δύο ἢ τρία, καὶ γλυκεῖαν ἐκ πικρᾶς γίγνεσθαί φασι. δοκεῖ δὲ καὶ ἡ συκῆ ῥιζοτομηθεῖσα καὶ κατασχισθεῖσα, εὔφορός τε ἐξ ἀφόρου γίγνεσθαι, καὶ πολυκαρπεῖν μᾶλλον. σχεδὸν δὲ καὶ περὶ τὰς ἀμπέλους τὰς τραγώσας ὅμοιόν ἐστι. καὶ γὰρ τούτων ἀφελεῖν δεῖ καὶ ἀντισπᾶσαι τὴν βλάστησιν καὶ ὁρμήν, ὅπως καρποτοκῶσιν.

tempus occuparit incommodum. Alia quod ſiccam naturam habeant diu immatura perſiſtunt. Quod etenim ſiccum, humorem deſiderat, quo & nutriri poſſit & coqui. Germen autem prout temporis particeps vtriuſque eſt, ita ſeſe tueri longius atque protelare poteſt. Verum vt breuiter dicam, has eorum cauſas dixerim. Namque ratione ætatis, ſero maturеve fructus pro tempore perficiuntur: vt plantæ nouellæ ex nimio humore, & in totum copia nutrimenti tarde ſuos fructus perficiunt. Veteres autem ceſſant, quod effœtas iam eas longa ætas reddiderit: quemadmodum arbos illa in Ægypto quæ anno centeſimo fructificare narratur. Ficus autem regionis eiuſdem, nunquam niſi ſchalptis fructibus oleoque perunctis concoquere poteſt, ex humorum ſcilicet vbertate, nimiaque alimentorum copia. Nec ſolum fructum ſero reddi, ſed etiam ſterileſcere quædam, nutrimenti copia facit: quemadmodum de vitibus, amygdalis, denique omnibus, quæ perforatione caſtigantur, retulimus. Omnia namque illo nimio liberata humore, aut ex ſterilibus infructifera, aut in melioris ſuauioriſque fructus fertilia trãſeunt. Amygdalæ ſi paxillo deciſo, humorem influentem abſtergas, idque biennio aut triennio facias, dulcem ex amara efficies. Quin & ficum reſectis radicibus, & trunco præfixo, fertilem ex ſterili longeque feraciorem reddi affirmant. Simile fere perſpici in hirculatis vitibus licet. Etenim earum quoque impetũ reuocare quantumque ſuperfluat auferre oportet, vt fructum parere valeant.

ΚΕΦ. ΚΒ.

CAP. XXII.

Quare arbores melius proueniant ſolo non pingui. Et quod ſolum aptum ſit frumento. Atque in eodem genere aliqua mature, ſero aliqua parere.

Ἐν τῷ αὐτῷ δέ πως γένει τῆς αἰτίας ἐστὶ, καὶ τὸ μὴ τὴν ἀρίστην καὶ πίειραν καὶ βαθύγειον ἀρίστην εἶναι τοῖς δένδροις, ἀλλὰ τὴν δευτέραν. τῷ δὲ σίτῳ ἐκείνην. ἐν μὲν γὰρ τῇ κατὰ βάθος ἰούσης τῆς ῥίζης, καὶ τῆς χώρας εὐτρεφοῦς, πλείω τῆς συμμέτρου τροφὴν ἐπισπῶνται. ἐν δὲ τῇ λεπτογείῳ καὶ μὴ βαθείᾳ, τὰς ῥίζας ἀναγκαῖον ἐπιπολαιοτέρας εἶναι· καὶ τροφὴν ἐλάττω καὶ σύμμετρον. ἐπεὶ καὶ ἐν ταῖς ψαφαραῖς καὶ ταῖς πετρώδεσι δύνανται λαμβάνειν ἱκανὴν καθιέμενα καὶ βιαζόμενα ταῖς ῥίζαις. ἔτι δὲ καὶ καταψύχειν τὰς ῥίζας, εἴγε πετρώδης ὁ τόπος δοκεῖ μᾶλλον, ὅπερ ἐπιζητεῖ τὰ δένδρα. ὁ δὲ σῖτος, ἐν μὲν ταῖς ἀγαθαῖς συλλαμβάνει μὲν πλείω, διὰ τὸ κατὰ βάθους ἰέναι τὰς ῥίζας. ἐν δὲ ταῖς μοχθηραῖς, καὶ καταξηραίνεται, διὰ τὸ μὴ ἔχειν πολλάς. καταψύξεως δ' οὐ δεῖται, διὰ τὸ μὴ κατὰ βάθους εἶναι. ὅταν δὲ

Eiuſdem prope generis & illa cauſa eſt, quamobrem non pingue, altum, lætumque ſolum arboribus commodum ſit: ſed quod deterius ſit. Frumentis autem illud vehementer conueniat. Radix etenim arboris alte in eo ſolo deſcendens, imaque ſubiens ſuccoſa, æquo plus alimenti attrahit: quod non in gracili minuſque alta tellure facere poteſt. Hac enim radices per ſumma adhærent: minuſque alimenti, & quantum competat, hauriunt. Nam & in arenaceis, ſabuloſis, ſaxoſiſque terris quantum ſatis ſit, capere arbores poſſunt. Nituntur enim, & in diſiecta tellure radices nimirum ſuas demittunt. Ad hæc ſolo eiuſmodi vtpote ſaxoſo radices amplius refrigerari conſentaneum eſt: quod vehementer arbores quærunt. Frumentum autem radices plures ſolo vtiq; frugali capeſſit, quoniam non alte deſcendit. Vitioſo plerumque etiam exareſcit radicum inopia: refrigerationem ergo deſiderat, quia radix alte infixa non eſt. Cum

vero

[illegible] καὶ πολὺς ὁ διασωζόμε-[illegible] καὶ οἱ τῶν δένδρων καρ-[illegible] τῷ πλήθει τῆς τροφῆς, [illegible] ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον. [illegible] τὸ τῶν ὁμογενῶν ἔνια, τὰ μὲν [illegible] τὰ δ' ὄψιμα· καθάπερ συκαῖ τε [illegible] καὶ μηλέαι, καὶ ἄπιοι, καὶ τἆλλα [illegible] οὐδὲν τοιοῦτο, πλὴν κυνὸς [illegible] τὰς κυήσεις καὶ τὰς ἐκτροφάς. [illegible] παραλλάττει ταῖς ὥραις κατὰ τὰς [illegible] μάλιστά γε ξυνανθρωπευόμενα. τάχα μὲν οὖν καὶ αἱ βλαστήσεις ἐνίων ὕστεραι, καὶ [illegible] τὸ ἀνάλογον. οὐ μὴν ἀλλ' ἐφ' ὧν τοῦτο μή ἐστιν, ἔοικεν ὥσπερ ἐν ὁμωνυμίᾳ γίνεσθαι τὸ ἀπόρημα. ἔστι γὰρ εὐθὺ τῇ φύσει καὶ τοῖς ζῴοις καὶ [illegible]τοῖς, ὥσπερ τὰ ἥμερα καὶ τὰ ἄγρια, τὰ μὲν πολύκαρπα, τὰ δ' ὀλιγόκαρπα, τὰ δ' ὅλως ἄκαρπα· τὰ γὰρ τῶν ἐρινεῶν, ἕτερον γένος, οὐ δυνάμενον πέττειν, οὐδὲ ἀφικνεῖσθαι πρὸς τὴν τελείωσιν· ἕτερον δὲ τὸ τῶν ἀμπέλων τῶν μαινομένων καλουμένων· αἳ οὐ μόνον βλαστάνουσιν, ἀλλὰ καὶ πέττουσι καὶ ἀνθοῦσι καὶ βοτρυοῦνται, καὶ οὐ δύνανται τελειοῦν. ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν ῥόων. καὶ εἴ τι ἄλλο μέχρι τοῦ ἄνθους ἀφικνεῖται μόνον. ἐν γὰρ τῇ ἰδίᾳ φύσει τὰς διαφορὰς ἕκαστα τούτων ἔχοντα, δικαίως ἕτερα ἂν λέγοιντο κατὰ τὸ εἶδος. ὅσα δὲ δύνανται πεπαίνειν καὶ βλαστάνειν καὶ ἀνθεῖν, καὶ τὰ ἄλλα μέρη, καθάπερ ἡ μηδικὴ μηλέα, ταῦτα μείζω τινὰ ἔχει καὶ ἰδιωτέραν δύναμιν ἐν ἑαυτοῖς. εἴπερ ἀεὶ διὰ τέλους τοῦτο ἐργᾶ. παρόμοιον γὰρ τὸ συμβαῖνον, ὥσπερ ἐν τῷ ἀέρι, ὡς πρότερον ἐλέχθη, τῷ μαλακῷ καὶ εὐκράτῳ. καθ' ὃν ἡ καρποφορία καὶ ἡ βλάστησις. πλὴν ἐκείνων μὲν ὁ ἀὴρ αἴτιος. διὸ καὶ πᾶσι κοινός· ἐνταῦθα δὲ ἡ τοῦ δένδρου φύσις καὶ δύναμις, εὔκρατος πρὸς ἁπάσας τὰς ὥρας.

vero imbres crebri acceſſerint, deterius præ alimento nimio reddi credendum eſt. Nam & arborum fructus iccirco degenerant, quia alimenti copia deuincuntur, vt ſuperius dictum eſt. Sed abſurdum profecto putaueris, quod inter ea, quæ generis ſocietatem habent, animaduertimus: hoc eſt, alia matura, alia ſerotina eſſe: vt fici quædam, & vites, & piri, & alia. Enimuero inter animalia genus nullum eiuſmodi eſt, cane excepto, ſed omnia pari tempore, & ferunt in vtero, & alunt, cum pepererunt. Quanquam tempora pro locorum natura ſæpe permutant: & præcipue quæ cum hominibus viuunt. Igitur germinationes quoque aliquorum poſteriores forſitan veniunt, atque ita proportionem abſoluunt. Cæterum in quibus id deſit, quæſtio iſta quaſi per æquiuocationem fit. Nam & in animalibus, & plantis natura id effecit, vt alia vrbana, alia ſilueſtria ſint, quæ nullum fructum gignere valeant. Nam ea, quæ caprifici ferunt, ſui generis ſunt: quippe quæ nunquam matureſcere, neque perfectionem vllam attingere poſſunt. Vites quoque inſanæ vocatæ, ſui generis ſunt. Quæ non ſolum germinant, ſed coquunt, & florent, & racemantur. Et ſiquid aliud ad florem vſque tantummodo veniat. Sua enim natura quodque differentiam habens, diuerſi generis eſſe iure exiſtimetur. Quæ autem percoquere, germinare, florereque ſimul, alijs tamen atque alijs partibus poſſunt, vt malus medica, hæc pleniorem quandam & peculiarem certe habent potentiam: ſiquidem id agere poſſint perpetuo. Simile enim euenit, atque in aere placido, beneque temperato, quo ſcilicet germinatio & fructificatio factitari aſſidue poteſt: vt ſupra retulimus. Ibi tamen aer cauſa eſt, & omnibus communis proinde: at hic natura viſque arbori ſua, vt pote quæ ſe omnibus temporibus exhibere bene temperatam poſſit.

ΚΕΦ. ΚΓ. — CAP. XXIII.

Differentia inter pulpam fructus, & ſemen in pulpa incluſum, quo plus temporis perduret. Ac de copia, & bonitate olei.

Ἐπεὶ δ' ἕτερον τὸ περικάρπιον (τοῦτο γὰρ πρὸς τὴν χρῆσιν ἡμῶν) ἀνάγκη μὲν τούτων ὅρον τινὰ τὸν χρόνον εἶναι. τὸν δὲ ὑπερβάλλονται, λυμαίνεσθαι, χειμώνων τε καὶ ὑδάτων καταλαμβανόντων. τὸν δὲ καρπὸν μὴ εἶναι. συγκαταῤῥέουσι γὰρ τούτοις, τινὲς δὲ προσεκπηδῶσιν, ὥσπερ οἱ τῆς πιτυώδους πεύκης, καὶ ὅλως τῶν κωνοφόρων. προσηρτημένων γὰρ ἔτι τῶν κώνων, ἐκπηδᾷ τὰ κάρυα, καὶ καταλείπονται κενοί· ταὐτὸ δὲ συμβαίνει τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν κυπαρίττων

Sed cum pulpa, quæ ſemen complectitur, diuerſa per ſe ſit (hanc enim natura vſui hominis accommodauit) terminum eius tempuſque definitum eſſe neceſſe eſt. Quod vbi præterit, noxam utique poſſint imbres, tempeſtates, hyemeſque inferre. Seminum vero ipſorum nullus terminus eſt: vna enim cum pulpis hæc defluunt, proſiliunt alia: vt pini picoſæ, & ad ſummam omnium coniferarum. Conis enim adhuc pendentibus, hæc exiliunt, vaſaque ipſa relinquunt inania. quod idem etiam cupreſſis euenire nullum dubium eſt.

ἀλλ' ἔνθα μὲν τὸ σπέρμα καρυῶδες, ἔνθα δὲ ὑμενῶδες καὶ ἀμβλινόν. ὅσα μὲν οὖν ξυλώδεσιν ἢ δερματικοῖς τισι περιέχεται, καθάπερ τά τε κάρυα καὶ βάλανοι, ταῦτα μὲν περιστεγόμενα διατηρεῖται πρὸς τὴν τῆς βλαστήσεως ὥραν. ὧν δὲ σαρκώδη τὰ περικάρπια, ταῦτα δὲ σηπομένων καὶ περιρρεόντων, αὐτὰ καθ' αὑτὰ σώζεται τὰ μένοντα ξυλώδη· καθάπερ τὸ γίγαρτον καὶ τὸ τοῦ φοίνικος, καὶ ὁ τῆς ἰτέας πυρήν. τὰ δέ, ἐν ὑμέσι καὶ χιτῶσι περιεχόμενα πλείοσι. τὰ δὲ καὶ ἀλλήλοις πως συνημμένα, καὶ κοινὴν περιοχὴν ἔχοντα, καθάπερ καὶ τὰ τῶν ἀπίων καὶ μήλων. ἅπαντα γὰρ ταῦθ' ὡς εἰπεῖν ἐν μείζοσι περικαρπίοις, ἵνα πλείω διαμένῃ χρόνον. τῶν μὲν οὖν καρπῶν, αὕτη φυλακὴ καὶ σωτηρία πρὸς τὴν γένεσιν. ἡ δὲ τῶν περικαρπίων ὁμοίως ὅρον τινὰ ἔχει καθάπερ ἐλέχθη πρὸς τὴν χρείαν. ἐπεὶ καὶ οἱ χυλοὶ χρονιζόμενοι καὶ αὐχμαινόμενοι, χείρους γίνονται· τῶν δέ, οὐδὲ πλείους, οὐδὲ ἀπό τινος ὥρας, ὥσπερ οὐδὲ τῶν ἐλαιῶν ἀπ' ἀρκτούρου. μέχρι τούτου γὰρ τὸ ἔλαιον ἐγγίνεσθαι δοκεῖ. κατὰ δὲ τοῦτο τῆς σαρκὸς ἡ αὔξησις. καὶ ἐάν γε δὴ πλείω ποιῇ ὕδατα, καὶ χεῖρον γίνεσθαι τὸ ἔλαιον, ἀμόργην λαμβάνον πλείω. πολλάκις δὲ καὶ σηπομένου τοῦ καρποῦ, περιμένουσι δὲ πέπανσιν, καὶ οὐκ εὐθὺς ἀφαιροῦσιν, ὅτι καὶ ἡ κατεργασία καὶ ἡ ἀφαίρεσις χαλεπωτέρα. καὶ ἔτι τὰ δένδρα λυμαίνονται αὖ ῥαβδιζόμενα. φαίνεται δ' οὖν εἴπερ τοῦτ' ἀληθές, ἡ τοῦ θερμοῦ φύσις, δημιουργεῖν τὸ ἔλαιον καὶ τὴν λιπαρότητα τοῦ χυλοῦ, συμμετρίαν ἔχουσα πρὸς τὸ ὑποκείμενον. ἡ δὲ πλείων ὥσπερ ἀλλοτρία καὶ ἐπίθετος πρὸς περίττωμα χωρεῖ, οἷον ἀντισπῶσα μᾶλλον εἰς τὴν σάρκα τὴν τοῦ χυλοῦ δύναμιν. ὃ καὶ τοῦ θέρους καὶ τοῦ χειμῶνος συμβαίνει, γινομένων ὑδάτων ἐκ Διός, καὶ βρεχομένων τοῖς ναματίοις, ἐν ὁρμῇ τῆς αὐξήσεως οὔσης. ἐκσαρκοῦνται γὰρ καὶ ἀπολλύουσι τὸ ἔλαιον, διὰ τὴν πολυτροφίαν. ἂν μὴ μετὰ ταῦτα αἰθρίαι γινόμεναι καταξηραίνωσιν. οὕτω δὲ σώζεται καὶ πληθύνει μᾶλλον. ὅπερ ἤδη καὶ πρότερον πολλάκις γέγονε. καὶ τὸ τελευταῖον ἤδη ἐπ' ἄρχοντος Νικοδώρου. διὸ καὶ ἡ ῥύσις ἐγένετο καλλίων. ἐκ γὰρ τῶν ἡμίσεων ἡ αὐτή. τὰς μὲν πέψεις, ὅτι πρὸς τὴν χρείαν τὴν ἡμετέραν εὑρίσκομεν, ἐκ τούτων καὶ ἐκ τῶν πρότερον δῆλον, ἐν οἷς ὑπὲρ τῶν ἀγρίων εἴπομεν.

Sed illis ſemen nuceum, h[illegible] exile eſt. Quæ igitur [illegible] pelliculari quopiam am[illegible] glandes; hæc ſois [illegible] minandi vſque tempora, ill[illegible] poſſunt. Quibus autem c[illegible] ne conſiſtit, hæc externa [illegible] facta labefactaque, per[illegible] ipſa [illegible] per-durant: vt vina[illegible] & pa[illegible]s. Alia membranæ ac tunicæ complures [illegible]tur. Nonnulla inter[illegible] modo quodam deuincta, & vaſculo communi circumcluſa, vigore indomito permanent, vt pirorum malorumque ſemina. Hæc enim omnia fere pulpis plenioribus includuntur: quo plus temporis valeant perdurare. Cuſtodia & ad generandum conſervatio fructuum, hæc eſt. Carnis autem fructus ipſos ambientis terminus quidam ſtatutus eſt ad hominis vſum: vt dictum eſt. Nam & ſucci cum diu manſerint atq; maduerint, deteriores redduntur. Nonnullis quodam tempore poſt copia largior datur, vt olivis poſt arcturi exortum. Ad id enim temporis vſque oleum augeſcere creditur. poſtea carnis incrementum ſuccedit, & ſi imbres copioſe acceſſere, oleum in amurca deterius redditur: & ſæpe fructu ob eandem cauſam putreſcente, itidem accidit. Expectatur oliuarum maturitas, nec ſtatim decerpuntur: quoniam ſic confectio, & decerptio difficilior fiat: atque etiam arbores dum perticis percutiuntur, detrimentum nimirum capiant. Ergo ſi id verum ſit, caloris naturæ datum omnino eſt, vt oleum ac ſucci pinguedinem large poſſit præſtare: ſcilicet cum ſe congrue ad rem ſubjectam accommodauerit. Enimuero ſi calor vehementior ſit, non eodem fungi officio poteſt, ſed velut alienus & adjectitius quidam deficit: vimque omnem ſucci impellens ad carnem, corpus tantummodo increſcere cogit. Quod etiam æſtate ac hyeme imbrium acceſſu, & aquis ſcaturientibus accidit, tempore incrementi. Caro enim excreſcit, atque ita oleum alimenti nimietate abſumitur: niſi ſecuta ſerenitas corpus exſiccet, atque attenuet. Sic enim ſeruari ampliuſque exuberare poteſt. Quod cum alias ſæpe, tum magiſtratu Nicodori obtigiſſe memoriæ proditum eſt. Quamobrem olei profluuium longe melius extitit. Tantundem enim ex dimidiatis portionibus fluxerat. Sed modos coquendi deſtinatos eſſe a natura hominum vſui, ex his, cæteriſque ſupradictis, quibus de ſilveſtribus diſſeruimus, dilucide intelligi poteſt.

CAP.

Κ[illegible] ΙΔ.

CAP. XXIIII.

[illegible] quæ nouello fructificent. Tum palma in ſpica ad frumenti ſimi-[illegible] ita. Necnon cur arbores aliquæ alternis annis fructificent.

Φ[illegible] καρποφορεῖ τὰ μὲν, ἐκ τῶν ἕνων, τὰ δὲ [illegible] ἐκ τῶν νέων βλαστῶν, διεστῶτα ταῖς φύσεσιν [illegible] κράσεις. ὅσα μὲν ξηρὰ [illegible] καὶ [illegible], ταῦτα μὲν ἐκ τῶν ἕνων, [illegible] βραχείας οὔσης τῆς ἐπιρροῆς. ἅμα δὲ καὶ ὁ βλαστὸς ἀσθενής, ὥστε μήτε μετενεγκεῖν δύνασθαι μήτε κατασχεῖν· ὥσπερ ὁ τῆς ἐλαίας. ὅσα δὲ ὑγρὰ καὶ μανὰ καὶ τὸ ὅλον εὔτραφῆ, ταῦτα ἐκ τῶν νέων βλαστῶν καρποφορεῖ, ὅτι ἀθρόως τε ἡ ὁρμὴ καὶ πολλή. διὸ ἄμφω δύναται ποιεῖν ἅμα τόντε βλαστὸν καὶ τὸν καρπόν. [illegible] ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἕνων φέρουσ' ἀποβλάστημά τι ποιεῖται μικρόν· καὶ οὐκ εὐθὺς ἐκ τοῦ ξυλώδους ὁ καρπός. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ πέφυκεν, αἲ μή τι παράλογον. ἰδιωτάτη δὲ καὶ πρὸς τὰ ἄλλα καὶ πρὸς αὐτὰ τὰ ξυλώδη τῶν καρπῶν ἡ γένεσις τοῦ φοίνικος. οὐ γὰρ φέρει ἀπό τινων ἕνων ἢ νέων, ἀλλὰ τῶν κυουμένων πρότερον· ὥσπερ τὰ σταχυηρὰ τῶν σπερμάτων ἐκφαίνει. ἐκ γὰρ τῶν ὁμογενῶν ἐκφαίνεται καθάπερ στάχυς ἡ ῥάβδος, ἔχουσα πρὸς ἑαυτῇ τὸν καρπόν. αἰτιάσαιτο δ' ἄν τις τὴν ξηρότητα τοῦ δένδρου καὶ τὴν ὅλην μορφήν. ἐπεὶ γὰρ φυλακῆς οἱ καρποὶ δέονται, καὶ ἔξω συνιστάμενοι, καὶ ἐξ αὐτῶν προφαινόμενοι, τοῖς μὲν ἄλλοις, τὰ φύλλα τοσαῦτα ποιεῖ, καθάπερ εἴρηται· τούτου δὲ ἐπείπερ οὐ παρὰ τὸ φύλλον ὁ καρπὸς, ἀναγκαῖον ἐν τούτῳ πως τὴν σύστασιν γενέσθαι, ὅπως ἰσχύον ἤδη καὶ μεμορφωμένον ἀποδοθῇ τῷ ἀέρι. διόπερ ἐν τῷ συγγενεῖ καὶ οἰκείῳ τὴν κύησιν ἐξέθηκεν· ἴσως δὲ εἴπερ ὅμοιον τῷ σταχυοβολεῖν. τοῦτο δὲ πλειόνων ἐστί. καὶ τὴν αἰτίαν κοινήν τινα λεκτέον. ἀλλ' εἰ ἄρα μόνον τῶν δένδρων τῷ φοίνικι τοῦτο συμβαίνει. τὸ γὰρ ἴδιον ἐν τοῖς ὁμοιογενέσι θαυμάζεται. περὶ μὲν οὖν τούτου σκεπτέον. παρενιαυτόφορα δὲ καὶ οὐκ ἐπετειόφορα τῶν δένδρων, ὡς τύπῳ λαβεῖν, τὰ ξηρὰ καὶ ξυλώδη, καὶ ὅσα μὴ ἐκ τῶν νέων ἀλλ' ἐκ τῶν ἕνων φέρει τοὺς καρπούς. οἷον γὰρ προσυλλέξαι δεῖ καὶ προγεννῆσαι τὸ γεννῶν. οὐ δύναται δ' ἅμα ταῦτα διὰ τὴν πρότερον λεχθεῖσαν αἰτίαν, ὥσπερ τὰ εὔξυλα καὶ εὔτροφα. μάλιστα δ' ἐπιδήλως ἐν ἐλαίᾳ τοιοῦτο. καὶ γὰρ ἀσθενέστατον καὶ ἐπικηρότατον. καὶ ἅμα ῥαβδιζομένη πονεῖ καὶ κατακεκομμένη τὰς θαλλίας. ἐπεὶ καὶ ὅσοι γε μὴ οὕτω συλλέγουσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτομάτως ἀεὶ τὴν ἀπορρέουσαν ἀποσείοντες ἐπετειοφορεῖν φασι μᾶλλον. μέγα δὲ καὶ αἱ χῶραι διαφέρουσιν.

FRuctificant autem alia ex anniculis, alia ex nouellis germinibus. Quæ quidem naturarum diſcrimine pro ratione ſuorum temperamentorum plane inter ſe differunt. Etenim quæ ſiccæ, denſæ, lignoſæque ſunt, hæ germine annotino fructificant: vtpote cum in his parce influat, & germen adeo debile ſit, vt neque transducere neque retinere humorem valeat tanquam germen oleæ. Quæ autem humidæ, ſolutæ, plenæque ſint: hæ fructum nouellis germinibus pariunt. Vehementi enim impetu aguntur. Quamobrem ſimul, & germen & fructum effundere queunt. Cæterum & cum ex annotinis fructificant, puſillo quodam emiſſo germine ferent, nec protinus ex lignoſo illo antecedente fructus emergit. Quoniam nec vllo pacto aptum id ſit fructum parere, niſi temere quicquam fiat. Sed peculiaris maxime, tum præ cæteris generibus [illegible]inum, tum præ ijs ipſis quæ ligno conſtant, palmæ generatio eſt. Non enim annotinis quibuſdam aut nouellis hæc ferre ſolet, ſed ijs, quæ prægnans geſtat, modo ſpicati ſeminis fructum condit. Virga enim quæ fructum gerit, quemadmodum ſpica erumpit: cauſam vero ſiccitatem, formamque vniuerſam arboris dixerim. Cum enim cuſtodiam fructus deſideret, ſiue extra conſiſtant, ſiue intus formati demum erumpant, cæteris cuſtodiam illam folia præſtant, vt retulimus. Palmæ quoniam fructus non apud folium hæreant, concreſcant intra arborem neceſſe eſt: vt validi, formatique tandem reddantur aeri. Quapropter in vtero parentis natura partum ſeruauit, quod ſimiliter atque in frugibus inſpicandis agitur. Spicatio autem quia communis plurium ſit, cauſam quoque communem quandam animaduerti neceſſe eſt. Sed mirum quod ex omni arborũ genere, palmæ tantummodo frondibus id eueniat. Proprium enim ſiquid in ijs fit, quæ generis ſocietate iunguntur, iure admiratione dignetur. Verum de hoc amplius cogitare par eſt. Arbores autem quæ alternis annis fructificent, nec ſingulis poſſunt, vt hic obiter dicamus, omnes ſiccæ, præduræque ſunt. Adde eas, quæ fructum non ex nouellis, ſed annotinis ferunt germinibus. Vt enim prius colligatur, generetur que opus eſt. Quæ ſimul hæc facere, quemadmodum quæ probe materiatæ altæque ſunt, minime queunt. Quod maxime in oleæ patet. Hæc enim infirmiſſima & fragiliſſima omnium eſt: & decuſſa perticis, aut præciſa vehementer laborat. Qui enim oliuas non ita legunt, ſed aut ſponte decidentes, aut manu concuſſas, propius ad fructificandum annuatim oleas accedere aiunt. Regiones quoque plurimum inter ſe differunt.

Itaque

ἐν γοῦν τῇ Ἀληθείᾳ φασὶν ὡς αἰεί τι καρποφορεῖ. παραλλαγὴν δὲ ποιοῦνται κατὰ τελείαν ὅσα ἰσχυρότερα τῶν ἐκ τῶν νέων φερόντων. ταῦτα γὰρ οἵας ἂν ὁ θεὸς ἄγῃ τὰς ὥρας, οὕτως καὶ τὰ τῶν καρπῶν ἀποδιδόασιν, ὥσπερ καὶ τὰ ἐκ τῶν νέων καρποφοροῦντα. καὶ γὰρ ταῦτα συνακολουθεῖ ταῖς ὥραις καὶ τῇ κράσει τοῦ ἀέρος.

Itaque in Alethea fruc[illegible] aſſidue ferunt: quamquam anno terti[illegible] parti[illegible]. Quæ validiores ſunt i[illegible] genere, quæ ramis annoticis fructif[illegible] Deus tempora induxit, ita fr[illegible] reddere conſueuerunt, quemadmodũ qu[illegible] depromunt ramulis. N[illegible] rationem cœlique ſtatu[illegible]

ΚΑΦ. ΚΕ. — CAP. [illegible]

Cur quæ bene germinauerint, male fructificent. Et quod prius, [illegible] gignatur. Præterea aerem, ſolem, & proprietatem arborum, in fructuum generationumque ratione differentias conſtituere.

Συμβαίνει δὲ ὅταν μὲν εὐβλαστῶσιν ἄγαν, ἀκαρπεῖν μᾶλλον· ὅταν δ' εὐκαρπῶσιν, ἀβλαστεῖν, ὡς οὐ δυναμένης εἰς ἄμφω διήκειν τῆς φύσεως, ἀλλὰ καὶ καταναλισκούσης θάτερον πρὸς θάτερον. ἴδιον δὲ τὸ ἐπὶ τῆς συκῆς καὶ τῶν λευκῶν ἀμπέλων ὥς τινές φασι συμβαῖνον. ταῦτα γὰρ ὅταν εὐβλαστῶσι, τότε μάλιστα εὐκαρπεῖν. εἰ δὲ τοῦτό ἐστι, καὶ τὸ πρότερον εἰρημένον ἀληθές. ἡ γὰρ εὐβλαστία ἀφαιρεῖται τοὺς καρπούς. γίνεσθαι δὲ τοῦτο μάλιστα, χώρας ἀρετῇ καὶ ἰσχύι τῶν δένδρων. ἐν τῇ μὲν γὰρ ἄφθονα, τὰ δὲ, ἑλκύσαι δεινὰ διὰ τὴν ἰσχὺν, ὥσπερ ἡ ἀμυγδαλῆ καὶ ἡ ῥόα. δῆλον δὲ ὡς ὅσα τὴν φύσιν ἀσθενῆ, ταῦθ' ἥκιστα ὑπερβλαστάνει, ἀλλὰ σύμμετρος αὐτῶν ἡ εὐβλαστία πρὸς τὴν καρπογονίαν. δεῖ γὰρ μήθ' ὑπέρβλαστες μήτε κακόβλαστες εἶναι τὸ καρποτοκῆσον. ἡ δὲ συκῆ καὶ ἡ ἄμπελος ἡ τοιαύτη, μάλιστα λαμβάνει τὸ ξύμμετρον διὰ τὴν ἀσθένειαν. δεῖ δὲ ἴσως καὶ χώραν εἶναι μὴ ἀγαθὴν, ἵνα μὴ δ' ἐκ ταύτης ἡ ὑπερβολή. διόπερ εἰς τὰς νήσους τὰ τοιαῦτα μᾶλλον ξυμβαίνει. κοινὸς δὲ ὁ λόγος περὶ πάντων τῶν ἀσθενῶν. τούτου μὲν οὖν ἐνταῦθα τοῦτο αἴτιον ὑποληπτέον. ἐν ἅπασιν δὲ τοῖς καρποῖς τὸ περικάρπιον πρότερον μᾶλλον, ἢ αὐτοῦ γε ὁ καρπὸς καὶ τὸ σπέρμα γίνεται. τοῦτο δ' οὐ μόνον ὅτι ξυλώδη καὶ πυρηνώδη γίνεται τὰ πολλὰ τῶν σπερμάτων, τὰ δὲ τοιαῦτα συνίσταται βραδύτερον· ἀλλὰ καὶ ὅτι τέλος ὥσπερ ἐλέχθη τὸ σπέρμα. δεῖ δὲ τὸ ἕνεκα ἄλλου πρότερον, ἢ ἐκείνου γε εἶναι. ἐν προϋπάρχοντι γὰρ ἡ τῶν τοιούτων γένεσις. διὸ οὐχ ἅπαντα ἐνίων τὰ περικάρπια σπερμοφόρα, καθάπερ τῶν βοτρύων μικραὶ ῥάγες, ὡς οὐκέτι δυναμένης τελειῶσαι τῆς φύσεως ταύτας. γλυκεῖαι δ' οὐδὲν ἧττον τῶν μεγάλων. καὶ δῆλον ὡς ἀραιὸν ἐκπέψαι τὸ περικάρπιον ἔοικεν ὥσπερ ὑπὸ τοῦ ἀέρος καὶ τῆς ὥρας συνέψεσθαι. τὸ δὲ σπέρμα τῆς φύσεως ἰδιώτερον εἶναι. πρὸς ἡμᾶς δὲ τὰ μὲν, οὐδέν, τὰ δὲ, ἐν ἐλάττο-

EVenit vt cum oleæ bene germinant, male fructificent: cumque bene fructificant, male germinent: tanquam natura vtrique ſatiſfacere parti non valeat, ſed neceſſe habeat abſumere alteram, vt alteram faciat. Peculiare quod fico, & vitibus euenire quidam narrant. Hæc enim cum egregie germinant, tum maxime fructificare dicuntur. Quod ſi verum ſit, ſupradictum quoque verum eſſe neceſſe eſt. Fructum enim copioſa germinatio facile detrahere poteſt: quod virtute loci & bonis viribus arborum fieri potiſſimũ ſolet. Telluris enim eiuſmodi alimenti larga copia eſt: & arbos quæ valida ſit, facile ſuo robore attrahere poſſit, ceu amygdala, atque punica. Quamobrem in arbores debiles germinum laſciuia minime cadit: ſed modice apteque ad fructificandum his germina prodeunt. Quod enim ſatis fructuum præſtiturum ſit, id neque excedere, neque deficere in germinando oportet. Ficus autem vitiſque, præcipue candida, modice vliginem attrahunt: ratione ſuæ infirmitatis. Solum quoque vt minus frugale ſit, opus fortaſſe eſt, vt ne ſoli quidem cauſa exceſſus poſſit vllus accedere. Quapropter in inſulis hæc amplius euenire videmus. Verum rationẽ illam communem de omnibus debilibus reddi melius eſt. Huius igitur cauſam hinc petere omnino debemus. In cunctis autem fructibus pulpa, & pars exterior, prius quam ſemen gignitur: quod ita fit, non ſolum quia ſemina magna ex parte lignoſa, nucleoſaque ſint, lentiuſque proinde conſiſtant: verum etiam, quia ſemen finis fructificandi eſt, quemadmodum diximus. Quod autem alicuius gratia eſt, id prius quam illud eſſe neceſſe eſt. Rerum eiuſcemodi generatio non niſi præcondito aliquo, & veluti iacto quodã fundamento, fieri poteſt. Qua de cauſa non deſunt, quibus non ſinguli fructus ſemẽ gerant, vt in vuis acinos minutos videre licet: tanquam eos natura perficere minus potuerit. Quamquam non minus dulcedinis his paruulis, quam magnis illis conceſſit. Ex quo plane intelligi poteſt, quam rara aptaque excoqui pulpa fructus ſit. Siquidem a ſole, & aere, & tempore ipſo percoqui,

atque

[illegible] χρεία. διὸ καὶ τὰ πύ- [illegible] ἐφ᾽ ὅσον δυνάμεθα [illegible] τοὺς βότρυς τοὺς ἀγι- [illegible]ις δῆλον ὡς ἀμφοῖν [illegible] μέτρον. ὁπότερον δ᾽ [illegible]ον. τοῦτο δὲ τῶν μὲν, δι᾽ [illegible] ἀτροφίαν γίνεται. διὸ [illegible] συμπονεῖν· τῶν δὲ διὰ [illegible] τὸ ὅλον ἀτροφίαν. καὶ [illegible] τελείωσιν καὶ πέψιν, τάχα δὲ καὶ [illegible] γένεσιν ὅλως καὶ πρωϊβλαστίαν, ἅπαντα τὰ τοιαῦτα, τήν τε τοῦ ἀέρος καὶ τοῦ ἡλίου δύναμιν αἰτιατέον, καὶ τὰς ἰδίας ἑκάστων φύσεις· εἴτ᾽ οὖν ὑγρότητι καὶ ξηρότητι καὶ μανότητι καὶ τοῖς τοιούτοις διαφερούσας, εἴτε θερμότητι καὶ ψυχρότητι. καὶ γὰρ ταῦτα τῆς φύσεως. τούτων δὲ τὰ μὲν ἄλλα σχεδὸν τῇ αἰσθήσει φανερά. τὸ δὲ θερμὸν καὶ ψυχρὸν, διαμφισβητεῖται καὶ ἀντιλέγεται, καθάπερ τὰ ἄλλα τὰ τῷ λόγῳ κρινόμενα. περὶ ὧν καλῶς ἔχει διορίσασθαι πως ἄλλως. ἐπεὶ καὶ πολλὰ πρὸς ταύτας ἀνάγεται τὰς ἀρχάς. ἀνάγκη δὲ ἐκ τῶν συμβεβηκότων ἅπαντα τὰ τοιαῦτα σκοπεῖν. ἐκ τούτων γὰρ κρίνομεν καὶ θεωροῦμεν τὰς δυνάμεις.

atque dulceſcere poſſit, quamquã ſemen opus naturæ proximius ſit. Sed hominibus non æque omnia ſemina vſui ſunt: ſed alia nulli, alia minimo. Quamobrem fructus, qui nucleo vacant, præcipue quærimus, & quoad poſſimus, tales vt fiant, operam damus: vt cum uuas ſine vinaceis naſci molimur. At natura tam pulpæ quam ſemini modum præſcribere procul dubio vult. Vtrum tamen exuberauerit, reliquum minus conſiſtit. Quæ quidẽ res partim humoris, & ad ſummam alimenti copia fit, (& hinc agriculturam quoque unice auxiliari dicimus) partim ſiccitatis ſpiſſitatiſque, in totumque alimentorum inopiæ ratione. Atque perfectionis, coctioniſque eorum, ac forte plantarum etiam omnium generationis germinumque prouentus celeris, cauſas illas exiſtimari non abſurdum eſt: videlicet aeris, ſoliſque potentiam, & proprias rerum ſingularum naturas. Siue humiditate, raritate, & id genus alijs differant, ſeu etiam caliditate, frigiditateque (nam ea quoque ſunt naturæ) Quarum rerum cæteræ proprie ſenſu plane occurrunt. Calor autem & frigiditas, quia non ſenſu ſed ratione percipi poſſint, controuertuntur, & de ijs diſputatur. ſcilicet quemadmodum cætera, quæ ratione ſolummodo diiudicare poſſumus. De quibus alia quadam ratione determinandum erit. Quando etiam permultæ res aliæ ſint, quæ ad ea ipſa principia redigi debeant. Sed eiuſmodi omnia ex ijs quæ accidunt conſiderentur neceſſe eſt. His enim ipſis iudicare contemplarique rerum facultates valemus.

ΚΕΦ. Κϛ΄. — CAP. XXVI.

De quinque frigidorum & calidorum cauſis.

Μία μὲν οὖν αἰτία λέγεται τῶν θερμῶν καὶ ψυχρῶν, ἡ εἰς τὸ κάρπιμον ἀνάγουσα καὶ ἄκαρπον. ὡς τῶν μὲν θερμῶν καρπίμων ὄντων. καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ζώων τῶν γονίμων καὶ ἀγόνων, καὶ τῶν ζωοτόκων καὶ ᾠοτόκων. ἑτέρα δὲ κατὰ τὰς χώρας. οἷον ψυχρὰν. τὰ γὰρ ἐναντία ἐν ταῖς ἐναντίαις δύνασθαι διαμένειν. τὰ μὲν θερμὰ ἐν ταῖς θερμαῖς, τὰ δὲ ψυχρὰ ἐν ταῖς ψυχραῖς. οὕτω γὰρ εὐθὺς καὶ τὴν φύσιν γεννᾶν, ὡς ὑπὸ μὲν τοῦ ὁμοίου φθειρομένων διὰ τὴν ὑπερβολὴν, ὑπὸ δὲ τοῦ ἐναντίου σωζομένων, οἷον εὐκρασίας τινὸς γενομένης· ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς λέγει περὶ τῶν ζώων. τὰ γὰρ ὑπέρπυρα τὴν φύσιν ἄγειν εἰς τὸ ὑγρόν. συνηκολούθηκε δὲ ταύτῃ τῇ δόξῃ καὶ Μενέστωρ, οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ζώων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν φυτῶν. θερμότερα γὰρ εἶναί φησι τὰ μάλιστα ἔνυγρα. οἷον, σχοῖνον, κάλαμον, κύπειρον. διὸ καὶ ὑπὸ τῶν χειμώνων οὐκ ἐκπήγνυσθαι. καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα μάλιστα ἐν τοῖς ψυχροῖς δύνασθαι διαμένειν. οἷον, ἐλάτην, πεύκην, κέδρον, ἄρκευθον, κιττόν· ἐπὶ τούτου γὰρ οὐδὲ τὴν χιόνα τῇ θερμό-

Ergo cauſa calidorum frigidorumque prima redditur, quæ fructiferum ſterileque genus attingat: quaſi quæ calida ſunt, fructifera eſſe poſſint. Vt etiam in animalium genere, tam animantes quam oua gignentium licet intelligi. Secunda pro regionum natura, hoc eſt ratione frigiditatis. Contraria enim, locis contrarijs poſſe perdurare cenſetur: calida frigidis, frigida calidis. Sic enim principio naturam etiam ipſam generaſſe omnia volunt: quaſi res a ſuo ſimili, per exceſſum perire, a contrario ſeruari maxime poſſint: velut medio quodam exultante temperamẽto, ſicuti & Empedocles de animalibus inquit. Quæ enim calida ſunt, hæc humidis in locis collocaſſe naturam aſſerit. Quam eandem opinionem Meneſtor quoque non ſolum in animalibus, ſed etiam in plantis vniverſis ſecutus eſt. Iudicat enim calidiora, quæ maxime ſint aquatilia, vt juncum, arundinem, gladiolum. A gelu proinde torpere hæc eadem minime poſſe. Et inter reliqua, quæ locis algentibus valeant perdurare, hæc plus caloris ſortiri: vt abietem, pinum, cedrum, iuniperum, ederam. In his enim nec niuem poſſe durare au-

τῇ ἐπιμένειν. ἔτι δὲ σκολιὸν εἶναι διὰ τὴν ἐντεριώνην θερμὴν οὖσαν καὶ διαστρέφειν. τρίτην δ᾽ αἰτίαν λέγειν, τοῦ πρωϊβλαστῆ καὶ πρωϊκαρπα εἶναι. φύσει γὰρ καὶ ὁ ὀπὸς αὐτὸς ὢν θερμὸς, καὶ βλαστάνειν πρωϊποιεῖ, καὶ πέττει τοὺς καρπούς. σημεῖον δὲ ποιεῖ καὶ τούτου τόν τε κιττὸν καὶ ἕτερα ἄττα. τετάρτη δὲ ἡ τῶν ἀειφύλλων. διὰ γὰρ θερμότητα καὶ ταῦτα οἴεται διατηρεῖν. τὰ δὲ, ἐνδείᾳ τοῦ θερμοῦ φυλλοβολεῖν. προσεπιλέγειν δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ τὰ τοιαῦτα, σημειούμενος, ὅτι τὰ πυρεῖα ἄριστα καὶ κάλλιστα ἐκπυροῦται καὶ τῶν δένδρων. ὡς ἀεὶ τὰ τοῦ πυρὸς ὄντα, τάχιστα ἐκπυρούμενα. καὶ τὰ μὲν ὑπὲρ τῆς πλεῖον, ἔχοντα θερμότητος λεγόμενα, σχεδὸν ταῦτ᾽ ἐστιν.

tumat: ſcilicet ratione caloris. Item tortuoſa hæc eadem eſſe, peruertique ob calorem medullæ aſſerit. Tertia cauſa celerem prouentum germinis fructuſque declarat. Cum enim ſuccus etiã ipſe natura calidus ſit, fit vt & germina reddant, & fructus concoqui celerius poſſint. Argumentum huius quoque ederam & quædam alia capit. Quarta eorum eſt quæ fronde virent perpetua. Nam ea quoque ratione caloris ſeruari exiſtimat. Quæ autem calorem deſiderant, hæc frondem amittere. Ad hæc ignaria optime celerrimeque exardeſcere notat, quæ ex plantis aquatilibus fuerint: tanquam celerius ignem edere illa poſſint, quorum natura plus in ſe caloris contineat. Hæc fere de caloris ratione dicuntur.

ΚΕΦ. ΚΖ.

CAP. XXVII.

An calidiora, quæ fœcundiora. Canem ac ſuem ex calidioribus partu numeroſo notari. An contraria in contrarijs maneant. Tum quid inepte Empedocles. Item non videri argumentum caloris quod mature aliqua proueniant, aut perpetua fronde vireant. Non eſſe præterea indicium caliditatis ignaria. Quæque potiſſimum argumenta caloris intelligantur.

Ἔχει δ᾽ ἀπορίαν εὐθὺς ἐπὶ τοῦ πρώτου λεχθέντος, ὡς οὐκ ἔστι τὰ καρπιμώτερα θερμότερα. τὰ γὰρ θήλεα τῶν δένδρων πολικαρπιμώτερα μὲν, ἧττον δὲ θερμὰ τῶν ἀρρένων. ὥσπερ ἐκ τῆς τῶν ζώων ὁμοιότητος ληπτέον καὶ μὴ ὁμώνυμον. ἔτι δὲ τὰ ζῶα τὰ πολυγονώτερα, θερμότερα. καὶ καθάπερ σαρκοφάγα καὶ λαίμαργα. μόνα γὰρ τῶν θερμῶν δοκεῖ, κύων καὶ ὗς πολυτοκεῖν. αὐτῶν δὲ τῶν ὁμογενῶν τὰ ὁμοιοδέστερα πολυγονώτερα. καθάπερ ἐπὶ τῶν ὀρνίθων. ἡ γὰρ θερμότης ἐξαύξειν φαίνεται καὶ διαρθροῦν τὰ μέλη καὶ σκληρύνειν. ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν ζωογονίαν καὶ εἰς τὴν καρποτοκίαν καὶ πέπανσιν, συμμετρίας τινὸς δεῖ τοῦ θερμοῦ καὶ οὐχ ὑπερβολῆς. εἴπερ αὕτη μὲν ξηραίνει καὶ πυκνοῖ μᾶλλον. ὥστε ταῦτα μὲν ἐν ἀμφιδόξῳ. προσδεόμενα δέ τινος διορισμοῦ. περὶ τῶν ἐνύδρων ῥᾴων ἡ ἀμφισβήτησις. οὐ γὰρ οὔτε γεννᾶν, οὔτε εὖ τρέφειν, οὔτε σώζειν πέφυκε τὸ ἐναντίον, ἀλλὰ τὸ ὅμοιον. ἐπεὶ καὶ Ἐμπεδοκλεῖ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτ᾽ ἄτοπον, ὅπερ καὶ ἐν ἑτέροις εἴρηται, τὸ γεννήσασαν τῷ ξηρῷ τὴν φύσιν μεταίρειν εἰς τὸ ὑγρόν. πῶς γὰρ ἂν διέμεινε, καὶ πῶς οἷόν τε καὶ διαμένειν ὁντινοῦν χρόνον, εἴπερ ἦν ὅμοια τοῖς νῦν· ἔτι δ᾽ αὐτὸ τὸ συμβαῖνον κατὰ τὴν νῦν γένησιν ἀποσημαίνει. ἅπαντα γὰρ φαίνεται τὰ ζῶα καὶ τὰ φυτὰ καὶ διαμένοντα καὶ γεννώμενα ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις, ὁμοίως ἔνυδρα καὶ χερσαῖα, καὶ εἴτις ἄλλη τοιαύτη διαφορά. διὸ καὶ ἀπαθῆ

Sed protinus de primo ambigitur: an calidiora ſint, quæ fœcundiora. Etenim in arborum genere fœminas longe fœcundiores videmus: quamquam minus calidæ, quam maſculæ ſunt Quod non cognatione nominis, ſed ſimilitudine animalium ſumere oportet. Item animalia quamuis quæ fœcundiora ſunt, calidiora intelligantur; tamen non e contrario, quæ minus fœcũda, frigidiora: vt quæ carniuora guloſaque ſunt. Sola enim ex omni calidorum genere canis & ſus partu numeroſo notantur. Ipſorum autem vnigenerum, quæ ſpeciem ſimilem expreſſius gerunt, fœcundiora cernuntur, vt in auium genere. Calor enim immodice augere, coarctare, indurareque membra videtur. Eſt autem opus tam ad animalium partum, quam ad fructuum prouentum, excoctionemque, non exceſſu ſed mediocritate quadam caloris: ſiquidem calor nimius exſiccet, maioremque in modum condenſet, neceſſe ſit. Quamobrem hæc in ancipitem cadunt opinionem: ac determinationem quampiam deſiderare videntur De aquatilibus vero quæſtio facilior eſt. Res enim contraria, neque alere, neque ſeruare apta eſt, ſed ſimilis. Vnde Empedocles inepte illud quoque aſſeruit, naturam ſcilicet ad locum humoris tranſtuliſſe, quæ in arido generauit. Quo enim pacto animantes aquarum incolæ, vel quantumlibet temporis perſiſtere in arido potuiſſent: ſi modo his noſtri temporis ſimiles fuerint. Item quod noſtris temporibus in generatione euenire ſentimus, rem plene declarat. Nam vniuerſum animalium plantarumque genus, tum generari, tum permanere ſuo tantum in loco poſſe videmus. Quocirca ſuo quoque loco affici nequeunt, contrario & adverſo affectio-

μὲν ὑπὸ τούτων, [illegible] δ' ὑπὸ τῶν ἐναν- [illegible] τῆς μεταβολῆς γινομένης. [illegible] πρὸς αὐτάς, ὅταν ἅμα [illegible] ἢ καὶ καρπιμώτερα. [illegible] ἐνύδρων. καὶ πάλιν [illegible] καρπα, καὶ τὰ ἀεί- [illegible] ὰ λέγουσιν. ὀψικαρ- [illegible] ὰ ἀείφυλλα. καὶ τὸ [illegible] ται πρωϊβλαστῆ καὶ [illegible] ἔνια δὲ καὶ συμπαρακολουθεῖ βλαστάνοντα καὶ ἀνθοῦντα πλείω χρόνον. ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἐπετείοις ὁ ἠριγέρων, ἔχει δηλονότι συμμετρίαν τινὰ κατὰ τὴν ἐπιρροὴν τῆς τροφῆς. ὃ δὲ προσεπιλέγει περὶ τῶν πυρείων, οὐκ ἄν τις ἴσως φαίη θερμότητος ἀλλ' ἀνθηρότητος εἶναι σημεῖον. ἡ γὰρ τρίψις ἐστὶν ἡ ποιοῦσα τὸ πῦρ. σφοδροτέρα δὲ ἐν τούτοις ἢ καὶ μᾶλλον ἐξαεροῦν δυναμένη τὸ ὑγρόν. ἀλλὰ δὴ μάλιστα ἐκεῖνα φαίνεται καὶ κατὰ τὴν αἴσθησιν θερμά. καὶ τὰ κατὰ λόγον, τὰ λιπαρά τε καὶ τὰ δριμέα καὶ εὔοσμα οὕτως ἔχει. πάντα γὰρ ταῦτα ἐν θερμότητι δοκεῖ εἶναι. διὸ καὶ ξηρά τε ὄντα καὶ ὡς ἐπίπαν πυκνὰ καὶ ἄσαπῆ, καὶ τοὺς χυλοὺς ἔχοντα λιπαροὺς καὶ δριμεῖς. ὅθεν τέ ἐστι καὶ ἄφρων. καὶ ἡ πεύκη θερμὴ καὶ εὐπύρωτός ἐστιν. οὐ μὴν μόνα γε ταῦτα, ἀλλὰ καὶ ἄλλα δοκεῖ θερμὰ εἶναι, καθάπερ καὶ φιλύρα. καὶ ὅλως ὅσα τὴν τοῦ σιδήρου βαφὴν ἀνίησι. χρὴ δὲ καὶ ταῖς τοιαύταις δυνάμεσιν ἀθρεῖν τὰ θερμὰ καὶ ἐπικρίνειν. οἷον, ὅσα κατὰ τὰς προσφορὰς τοῖς σώμασι θερμότητάς τινας ἐμποιεῖ καὶ πέψεις, ἢ συντήξεις, ἢ καὶ τὸ ὅλον κατὰ τὴν ἁφὴν καὶ τὴν γεῦσιν διαδιδῶσι τὴν αἴσθησιν τῆς θερμότητος. οὐ γὰρ ἔτι ταῦτα λόγου δεῖται πρὸς τὴν πίστιν, ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν ἰατρῶν χρεία μαρτυρεῖ, καὶ ἡ αἴσθησις. ὡς δ' ἐπὶ τὸ πᾶν πλείω ταῦτα ἐν τοῖς θερμοῖς ἢ ψυχροῖς ἢ οὐκ ἐλάττω γίνεται. διὸ καὶ πρὸς τοῖς ἐναντίοις γένεσι καὶ τοῦτ' ἀμφισβητεῖται. τὸ μέν τοι παρέπεσθαί τινα τροφὴν εἰς τὸ διαμένειν ἐν τοῖς ψυχροῖς ἔνια τῶν θερμῶν, τάχ' ἄν τις συγχωρήσειεν. ἀλλὰ τὰ ποῖα καὶ πῶς τοῦτο πειρατέον διορίζειν, εἰ μὴ ἄρα ἁπλῶς ἰσχύϊ τινὶ μᾶλλον ἢ ῥιζῶν ἢ τῶν ὅλων σωμάτων ἡ διαμονή· καθάπερ καὶ τῆς ἀπίου, καὶ τῆς ἀχράδος, καὶ τῆς ἀμυγδαλῆς. καὶ δὴ τοσοῦτον ψῦχος ἀνέχονται, ὥστε ἥκιστα ἐμπήγνυσθαι. καὶ περὶ μὲν θερμότητος ἐκ τούτων ληπτέος ὁ διορισμός.

affectionibus patent, vtpote cum diſtractio & permutatio magna ita accedat. Præterea opiniones illæ minime inter ſe conſentiunt. Aquatilia namque calidiora ſimul & fœcundiora inquiunt eſſe: cum permulta in aquatilium genere ſterilia penitus eſſe conſtat. Rurſus quæ germine fructuue præueniunt, quæque ſemper fructificant, ſemperque frondent, calida iudicant: cum maxime (vt ita dixerim) omnium ſero ea fructificent, quæ frondem perpetuam gerunt: atque in totum, (vt ſupra retulimus) cum germinent fructificentue celerius ratione infirmitatis. Nonnulla etiam in germinando florendoque plus temporis protrahunt, vt & in annuorum genere ſenecio ea ſcilicet de cauſa, quod mediocritatem quandam alimenti obtineat. Quod autem de ignarijs notat, id forſitan non caloris, ſed vehementis conflictus potius indicium eſſe quiſpiam dixerit: attritus etenim eſt qui ignem efficiat. Quod ſi in huiuſmodi lignis humor magis extenuari conuertique in aerem facilius poſſit: id contritus vehementiæ, non caloris inſiti rationi tribui debet. Illa vero potiſſimũ. calida tam ſenſu, quam ratione percipi poſſunt, quæ pinguia, acria, odorataque ſunt: hæc enim caliditatem procul dubio habere videntur. Quare cum ſicca fuerint, ſpiſſa & putredine immunia durant, & ſuccum pinguem acremque retinent: vnde pinus quoque calida & facile ignem concipit. Cæterum non ſolum hæc, ſed etiam alia pleraque calida eſſe videntur, vt tilia, & ad ſummam quæ ferri aciem hebetant. Quin & eiuſmodi virium ratione ſcrutari calida iudicareque decet: videlicet cum admota corporibus, calorem cocturamque aliquam, vel tabem induxerint: aut etiam tactu guſtuue ſenſum caloris indiderint. Hæc enim nulla penitus egent ratione vt fidem amplius faciant, quæ cum medicinæ vſu tum ſenſus teſtimonio latiſſime patent. Parte autem fere tota, plura ex eo genere locis calidis, quam frigidis, aut certe non pauciora proueniunt. Quamobrem contrarijs generibus id quoque ambiguitatis adiungitur. Sequi tamen alimentum quoddam quo nonnulla ex calidis, frigidis in locis valeant edurare, haud quiſquam fortaſſe negauerit. Sed quæ ipſa ſint, & quo nam modo ſic ſe habeant diffiniendum ſane erit: niſi forte virium beneficio potius quodam, vel radicis, vel totius corporis polleant perdurare, vt pirus, atque amygdala: & hinc etiam rigori adeo reſiſtere queant, vt minime concreſcere poſſint. Ac de caloris ratione ex his petenda determinatio eſt.

THEOPHRASTI DE CAVSIS PLANTARVM LIBER SECVNDVS.

ΠΕρὶ δὲ τὰς βλαστήσεις καὶ καρποτοκίας τῶν δένδρων καὶ ἁπλῶς τῶν φυτῶν, ὅσα μὴ πρότερον εἴρηται, πειρατέον ὁμοίως ἀποδοῦναι, διαιροῦντας χωρὶς ἕκαστα, τά τε κατὰ τὰς ἐνιαυσίους ὥρας γινόμενα, καὶ ὅσα κατὰ τὰς γεωργικὰς θεραπείας. δύο γὰρ δὴ μέρη ταῦτ᾽ ἐστί. τὸ μὲν, ὥσπερ φυσικὸν καὶ αὐτόματον· τὸ δὲ, τέχνης καὶ παρασκευῆς δεόμενον εἰς τὸ εἶναι. ὁ λόγος δ᾽ ἀμφοῖν ἐστιν οὐχ ὁ αὐτός· ἀλλ᾽ ὁ μὲν, οἷον φυσικὸς, ὁ δὲ, ἐπινοητικός. οὔτε γὰρ ἡ φύσις οὐδὲν μάτην ποιεῖ, ἥ τε διάνοια, βοηθεῖν θέλει τῇ φύσει. ἐπεὶ δὲ πρότερα τὰ τῆς φύσεως, ὑπὲρ τούτων καὶ ῥητέον πρότερον.

QVæ de germinatione, fructificationeque arborum, atque ex toto plantarum, nondum expoſuimus, reddere nunc pari ratione tentandum eſt, ſingula ſecernendo, tam ea, quæ certis anni temporibus ſponte proueniunt, quam illa, quæ agricultura parit, & auget. Quippe duo illa genera intelligimus, quorum alterum velut naturale atq; ſpontaneum eſt: alterum arte, & præparatione, quo eſſe poſſit, deſiderat. Ratio autẽ amborum non eſt eadem, ſed altera naturæ, altera ingenio redditur. Nec enim natura fruſtra agere quicquam poteſt: & ingenium hominis, naturæ auxiliari contendit. Sed cum ea priora ſint, quæ natura producit, de his diſſerere prius, iure debemus.

ΚΕΦ. Α. — CAP. I.

Quemadmodum ſilveſtria germinent, fructificentque.

ΜΕγιστον μὲν οὖν ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν παντὶ δένδρῳ καὶ ἡμέρῳ καὶ ἀγρίῳ, καὶ ὅλως δὲ φυτῶν παντὶ πρὸς εὐβλαστίαν καὶ εὐκαρπίαν, τὸ χειμασθῆναι χειμῶσιν ὡραίοις καὶ καλοῖς. οὕτω γὰρ αἱ βλαστήσεις κάλλισται καὶ αἱ καρποτοκίαι γίνονται. καλὸς δὲ χειμὼν, ἐὰν πολυϋδρίαν τε ἔχῃ βόρειον, καὶ χιόνος πλῆθος, καὶ τὸ ὅλον ψύχη χωρὶς πάγου· δεῖ γὰρ κεκενωμένα τὰ δένδρα μετὰ τοὺς καρποὺς, ἀντιπληρωθῆναι πάλιν τῆς τροφῆς, καὶ ταύτην πέψαι καὶ κατασχεῖν, εἴπερ εὐβλαστῆ καὶ εὔκαρπα μέλλει γενήσεσθαι. τροφῆς μὲν οὖν πλῆθος ἐν ὄμβρου πλήθει. τὸ δὲ κατασχεῖν καὶ πέψαι ταύτην, ἐὰν ὁ χειμὼν πιέσῃ καὶ μὴ εὐθὺς ἡ ἐνδρομὴ γένηται. τὰς γὰρ ῥίζας ὀρεγομένας ἀφθόνου τροφῆς, διαδιδόναι δεῖ παντὶ τῷ δένδρῳ. καὶ ταύτην ὥσπερ κυουμένην καὶ πεττομένην χρόνον λαμβάνειν σύμμετρον· οὐκ ἔσται δὲ τοῦτο ἐὰν μὴ κατάσχῃ τὰ ψύχη. ταχὺ γὰρ ἡ μαλακότης τοῦ ἀέρος ἐκκαλεῖται τὴν βλάστησιν· διὸ τούς τε ὄμβρους συμφέρει βορείους μὴ νοτίους εἶναι, καὶ πλῆθος χιόνος. ὅπως τηκομένη κατὰ μικρὸν διαδύηται πρὸς τὸ ἔδαφος, καὶ μὴ ἀθρόον τὸ ὑγρὸν ἀπορρυῇ προσπεσόν. ἅμα τε καὶ τὴν γῆν ἀναζυμοῖ συγκατακλείουσαν καὶ ἐναπολαμβάνουσαν τὸ θερμόν· ὃ καὶ τοῖς σπέρμασι συμφέρει. ῥιζωθέντα γὰρ, καὶ

ERgo (vt ſimpliciter dicam) præcipuum omnibus arboribus tam ſilueſtribus, quam vrbanis, & in totum omni plantarum generi, ad proſperam germinationem, fructificationemque cenſetur: cum tempeſtiuam, probamque hyemen ſenſerunt. Sic enim germinationes fructificationeſque fieri poſſunt egregiæ. Hyems illa probatur, quæ imbrium aquiloniorum copiam, & niuis frequentiam, & in totum frigora ſine gelu habet. Cum enim arbores poſt partum fructuum, exinanitæ penitus ſint, vt repleantur alimento, idq; retineant, atque concoquant, opus omnino eſt: ſiquidem probe germinaturæ fructificaturæque iterum ſint. Copiam igitur alimenti, imbrium largitur frequentia: retineri vt poſſint, ac percoqui, hyems ſane facit, cum diu oppreſſerit. Radices enim quæ alimentũ vberius appetunt; per totam arborem, quod ceperint, expandant, neceſſe eſt. Sed non prius id expedit, quam ipſum alimentum coquatur, & quaſi in vtero geſtetur ſpatio temporis, quantum abunde ſit: quod nunquam fieri poſſit, niſi frigus vehementius diutiuſque adiuuerit: mox enim aeris in dulgentia germina euocat. Quamobrem aquilonios imbres, non auſtrinos accedere iuuat. Et multitudo niuis magnopere prodeſt, vt paulatim colliqueſcens ſubeat ſolum: nec vniuerſus humor influxu corruens vnico dilabatur. Ita enim & terra fermentari optime

poteſt

ἐξισχύσαντα τῇ πιλήσει καὶ τῇ καταπιέσει τοῦ ψύχους, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ διαγελώσῃ, ταχείας ποιεῖ καὶ ἀθρόας τὰς ἀναδόσεις. ἀλλὰ τὰ μὲν σπέρματα προσδεῖται καὶ τοὺς ὀρεινοὺς ὑετοὺς μᾶλλον κατὰ μικρὸν καὶ πλείους γινομένους, διὰ τὴν ἀσθένειαν καὶ τὸ ἐπιπόλαιον τῶν ῥιζῶν. ταχὺ γὰρ ἀναξηραίνεται, καὶ ταχὺ πάλιν δεύονται. τὰ δὲ δένδρα, καὶ ἰσχυρότερα καὶ βαθυρριζότερα, καὶ ἅμα διάπλεα τροφῆς ἐν ἑαυτοῖς. ὥστε τρόπον τινὰ μᾶλλον τοῦ συνεργήσαντος δεῖσθαι πρὸς τὴν πέψιν καὶ τὴν βλάστησιν. σημεῖον δέ, τὸ μὴ βλαστάνειν πρὸ τοῦ ἦρος.

poteſt calorecircum cluſo, atque coercito. Quod etiam ſeminibus vehementer conducit. Fibris enim ſubnixa, & conſtipatione firmata compreſſuque frigoris, ſimulac miteſcere tempus inceperit, celeriter atque vniuerſa erumpunt. Verum ſemina imbres quoque æſtiuos, qui paulatim, crebroque accedant, magis requirunt, quia infirma ſunt, per ſummamque telluris adhærent. Hac enim de cauſa mox ſiccari, moxque madeſcere queunt. At arbores, & validiores ſunt, & radicem altius agunt, & alimento refertæ ſunt. Quapropter eam rem potius deſiderare videntur, quæ ad percoquendũ, germinandumq; valeat auxiliari. Cui argumento illud eſſe poteſt argumentum, quod nunquam ante ver datur germinandi facultas.

ΚΕΦ. Β. — CAP. II.

Aquarum copiam prodeſſe arboribus.

ΟΤι δὲ πολυϋδρία συμφέρει τοῖς δένδροις, κἀκεῖθεν φανερόν. ἐν γὰρ ταῖς ἐπομβρίαις ἅπαντ᾽ ὡς εἰπεῖν εὐσθενῆ μᾶλλον. ἀλλ᾽ ὅταν μὲν ὦσι νότιαι, διυγραίνονται καὶ ἀσθενέστερα γίνονται. βορείων δ᾽ οὐσῶν, ἰσχυρά τε καὶ ἐκπεπτὰ μᾶλλον. ἅτε τῆς μὲν γῆς διακόρου οὔσης, αὐτά τε ξυνεστῶτα καὶ ἐναπειληφότα οἰκεῖον θερμόν. ὅπου γὰρ ἀεὶ μαλακὸς ὁ ἀήρ, ἐνταῦθ᾽ ἡ εὐβλαστία καὶ εὐκαρπία γίνεται τῶν δένδρων. ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ, διά τε τὴν ἀτροφίαν, καὶ διὰ τὸ μηδὲν ἀντικόπτειν τῶν ἔξωθεν· ἀφθόνου γὰρ τῆς τροφῆς οὔσης, καὶ τοῦ ἀέρος εὐτρόφου, εὐλόγως ἡ εὐβλαστία, καὶ ἡ εὐκαρπία. πρὸς δὲ τὸ ποιοῦν αὐτῶν, ἢ πάντων, ἢ τινῶν δεῖταί τινος ἴσως ἑτέρας κράσεως. ἐνταῦθα δὲ ἐὰν μὴ καθ᾽ ὥραν ἔτους αἱ βλαστήσεις ὦσιν, ἀλλὰ προεκδράμωσι δι᾽ εὐτροφίαν καὶ ἄνεσιν τοῦ ἀέρος, ἐπιγινόμενα ψύχη διελυμήνατο, καὶ ἐπέκαυσε. διὸ καὶ οἱ ὄπισθεν χειμῶνες χαλεποὶ τοῖς δένδροις. ὅταν γὰρ ἅπαξ ἐκτέκωσιν, εὐθὺς οἱ καρποὶ μαλακοῦ τινος ἀέρος δέονται καὶ εὐμενοῦς εἰς τὴν ἐκτροφήν. καὶ μάλιστ᾽ ἐν ταῖς ἀρχαῖς. τότε γὰρ ἀσθενέστατοι. τὸ δὲ ἀσθενές, οἷον τιθηνήσεως δεῖται. καὶ γὰρ ὅλως πᾶσα μεταβολὴ καὶ γένεσις δεῖται τῆς τοιαύτης εὐκρασίας. μεταβολαὶ δ᾽ ἅμα καὶ ὥσπερ γενέσεις τινές, ἥ τε βλάστησις καὶ ἡ ἄνθησις, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον. ἐν αἷς καὶ πλεῖσται φθοραὶ γίνονται τῶν καρπῶν ἐρυσιβουμένων τε καὶ ἀποκεκομμένων καὶ ἀποπιπτόντων, καὶ τὸ ὅλον χειμαζομένων· ἐπεὶ καὶ τὰ ἄγρια μάλιστα συμβαίνει πονεῖν, ὅταν μάλιστα ἀρτιβλαστῶν ὄντων ἐπιγίνηταί τι πνεῦμα ψυχρὸν ἄγαν καὶ θερμόν. ἀπορρεῖ γὰρ ἄμφω καὶ ἀπόλλυσιν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς καθ᾽ ἕκαστα δεῖ θεωρεῖν. ἡ δ᾽ ὅλη διάθεσις καὶ κατάστασις τοῦ ἀέρος εἰς τὴν τῶν δένδρων εὐσθένειαν. ὅτι δὲ ταύτῃ ξυμφέρει, φανερόν ἐστιν, διὰ τῶν εἰρημένων.

AQuarum autem copiam prodeſſe arboribus hic etiam intelligi poteſt. Cum enim imbres copioſe acceſſerint, omnis fere melius vigent, verum auſtrinis humeſcunt, atque imbecilliores redduntur: aquilonijs validiores, & ad concoquendum aptiores euadunt: vtpote quæ ſibi conſtent, & ſuum calorem incluſum retineant. Vbi enim cœlum perpetue placidum, arbores probe germinare, fructificareque valent: vt in Ægypto, tum bonitate alimentorum, tum etiam quod extrinſecus nihil impediat. Cum enim alimenti adeſt vbertas, & cœli clementia, probe germinari, fructificarique non eſt mirum. Ad rem tamen, quæ omnia hæc, vel aliqua ex his faciat; alia quadam conditione forſitan opus eſt. At apud nos, ſi non tempeſtiue germina exeant, ſed copia alimenti, cœlique indulgentia præcurrant: frigus ſubſecutum officit, atque adurit. Quamobrem hyemes poſteriores arbores vehementer infeſtant. Fructus etenim recens editi, aerem mitem, atque benignum deſiderant, quo adoleſcere poſſint, maximeque inter ſua initia: tunc enim infirmiſſimi ſunt. Quod autem eſt infirmum, tutelam, & quaſi officium nutricis deſiderat. Quippe vnaquæque mutatio, generatioque temperiem huiuſce modi omnia depoſcit. Germinis autem floriſque ipſe prouentus, & quicquid eiuſmodi, mutationes ac generationes quædam exiſtunt. Et quidem plurimæ in his iacturæ eueniunt, cum fructus aut rubigine infeſtantur, aut præciduntur, ac decidunt ad ſummam hyeme, tempeſtateue pereunt. Nam & ſylueſtres tunc vehementer laborant, cum nuper germinibus editis flatus vel frigidus, vel calidus nimis occurrit: enimuero vterque partus labefacit, atque interimit. Sed hæc in ſingulis contemplari præſtat. Totum autem habitum, ſtatumque cœli ad arborum proſperitatem hunc in modum conducere ex prædictis pateſcit.

ΚΕΦ. Γ.

CAP. III.

Qui imbres arboribus maxime tempeſtiui, intempeſtiuique accidant.

Ἑπόμενον δέ πως τούτοις ἐστὶ περὶ τῶν ὡραίων ὑδάτων εἰπεῖν. ὡραιότατα μὲν γὰρ τὰ χειμερινὰ διὰ τὰς λεχθείσας αἰτίας, δεύτερα δὲ τὰ πρὸ τῆς βλαστήσεως. οὕτω γὰρ ἀθροωτέρα τε, καὶ καλλίων ἡ βλάστησις, ἐκπληρωθέντων πάντων ταῖς τροφαῖς. εἰ δὲ μή, ἀβλαστεῖς καὶ ἄμπελοι γίνονται, καὶ τ' ἄλλα. τῶν μὲν ἐχόντων, τῶν δὲ πεττομένων. τρίτα δὲ μετὰ τὴν ἀπάνθησιν, ἃ πρὸς τὴν τροφὴν ἤδη καὶ τελείωσίν ἐστι. ταῦτα δὲ μὴ εὐθύς. ἀλλ' ὅταν ὁ καρπὸς ἰσχύσῃ. εἰ δὲ μή, συμβαίνει τὰ μὲν ἄλλα καὶ ἀπορρεῖν, κἂν μὴ τοῦτο πάθῃ διυγραινόμενα χείρω, καὶ ἀσθενέστερα γίνεσθαι. τὴν δ' ἐλαίαν καὶ ἐπιβλαστοῦσαν ἀποβάλλειν, ἅτε τῆς τροφῆς ἰούσης εἰς τὸν βλαστόν. ἄωρα μὲν οὖν ταῦτα. χείριστα δὲ, καὶ παρακαιρότατα περὶ τὰς ἀνθήσεις ἑκάστων. ἅπαντα γὰρ ἀσθενῆ, καὶ πάνθ' ὡς εἰπεῖν ἢ τά γε πλεῖστα ἀπόλλυται, καὶ ἀποπίπτει, τὰ μὲν ἐρυσιβούμενα, τὰ δὲ ὑγραινόμενα, τὰ δὲ ἐπιμένοντα χεῖρον ἀνθεῖ. πλὴν εἴτινων ὀλίγων· καὶ τοῦτ' οὐχ' ἧττόν ἐστιν ἐν τοῖς φρυγανικοῖς καὶ ποώδεσιν. οἷον, τὰ στεφανωτικὰ, καὶ ὅλως τὰ ἄγρια, καὶ αὐτόματα τῶν ἀνθῶν. ἔτι δὲ τῶν ποωδῶν ἔνια, καὶ τῶν ἡμέρων σπερμάτων τὰ χεδροπά. ταῦτα δὲ διαμένει, δυεῖν θάτερον. ἢ δι' ἰσχὺν ἑαυτῶν τε καὶ τῶν προσφύσεων, καθάπερ καὶ τὸ ῥόδον, καὶ τὸ κρίνον, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τούτοις ὅμοια, ἢ διὰ ξηρότητα τῆς ὅλης φύσεως, ἀναλαμβανόντων τὸ ὑγρόν. ἐπικρατεῖ γὰρ οὕτω· τὸ δὲ κρατοῦν, ἀπαθές. ὧν δὲ οἱ καρποὶ χρονιώτεροι, καὶ πλείονος δεόμενοι τροφῆς, καὶ πέψεως, τούτοις ὡραῖα καὶ τὰ ὀψιαίτερα. καθάπερ ἀμπέλῳ, ῥόᾳ, ἐλαίᾳ, τοῖς ἄλλοις. ἁπλῶς δὲ ἑκάστοις πρὸς τὴν ἑαυτοῦ τελείωσιν. διὸ καὶ οὐχ ὁ αὐτὸς ἅπασι καιρὸς, ὥσπερ ὁ τοῦ χειμῶνος πρὸς τὴν βλάστησιν. ἀλλ' ἕτερος ὁ τοῖς ὀψικάρποις, καὶ πρωϊκάρποις. ὥσπερ καὶ τῶν σπερμάτων τοῖς τριμήνοις, καὶ ἁπλῶς τοῖς ὀψίοις καὶ πρωΐοις, ἁπλῶς δ' αἰεὶ τὰ βόρεια βελτίω τῶν νοτίων· καὶ γὰρ ψυχρότερα. καὶ τὴν ἀπόλαυσιν ποιεῖ πλείω, ξυνεστηκότων καὶ ἰσχυόντων καὶ τῶν καρπῶν καὶ τῶν δένδρων ἔτι δὲ ἀφαιρεῖ τὸ περιττὸν, καὶ ἀποξηραίνει καὶ οὐκ ἐᾷ προσκαθήμενον διυγραίνειν, οὐδ' ὑπὸ τοῦ ἡλίου συνεψόμενον λυμαίνεσθαι. διὸ καὶ τὰ ἐπιγινόμενα πνεύματα ὠφελεῖ, καὶ μάλιστα ἐὰν ᾖ βόρεια. περιαιρεῖ γὰρ ταῦτα καὶ ἀπόλαυσιν ποιεῖ πλείω· διὰ ταῦτα γὰρ καὶ τὰ παραπλήσια, καὶ τὰ νυκτερινὰ βελτίω τῶν ἡμερινῶν. ἀπόλαυσίς τε γὰρ γίνεται πλείων, μὴ εὐθὺς ἀφαιρουμένου τοῦ ἡλίου. καὶ τῶν ἄλλων ἀκινδυνώτερα.

SEquitur vt de imbribus tempeſtiuis dicamus. Tempeſtiui omnium maxime hyberni notantur. Quas autem ob cauſas, expoſuimus. Mox qui germinationem antecedunt, tempeſtiui habiti ſunt: his enim plenius, ac lætius germinatio agitur, cum ſcilicet plene omnia ſuas formas receperint. Alioquin vites probe nequeunt germinare. Tertium obtinent locum, qui poſtquam arbores defloruerunt acceſſerint: pabulum enim conſummationemque fructibus præſtare incipiunt, cum non confeſtim ſecuti ſunt, ſed vbi fructus coaluerunt: alioquin cæteri quidẽ fructus, aut defluunt, aut certe deteriores, infirmioreſque præ nimia humiditate redduntur. Oliuæ autem germinibus omnino intereunt, cum alimentum deducatur ad germen. Igitur intempeſtiui imbres ſunt peſſimi, atque ex toto inopportuni: qui circa floris exortum acceſſerint. Omnia namque imbecillia redduntur, & omnia ferme aut certe plurima pereunt, deciduntque, partim rubigine, partim nimio humore. Quæ autem reſiſtere potuerunt, deterius florent, paucis exceptis. Quod in fruticum, herbarumque genere non minus animaduertere licet, vt in iis, quæ coronaria vocitamus: & ad ſummam in agreſtibus, ſponteque exurgentibus floſculis. Item ex ſatiuorum ſeminum numero in leguminibus. Quæ permanere alterutro ex his vtique poſſunt. Aut enim ſoliditate tum ſibi ipſis, tum ſuo retinaculo indita, vt etiam roſa, & lilium, & reliqua generis eiuſdem. Aut quod ſiccitate totius natura humorem præcipiant, atque abſumant. Sic enim euincere poſſunt. Quod autem vincit, id nunquam affici poteſt. Quibus vero fructus diuturniores, pluſque alimenti, coctioniſque deſiderantes, his ſeriores etiam imbres tempeſtiui accedunt, vt viti, punicæ, oleæ, cæteriſque. Ad ſummam ſingulis pro ratione perfectionis tempeſtiuitas data eſt. Quamobrem non idem omnibus tempus ſtatuitur, vt hyems ad germinandũ, ſed aliud ſerotinis, aliud præcocibus, vt etiam in frugibus trimeſtrium generi: & ad ſummam omnibus ſerotinis, atque præcocibus. Omnino imbres aquilonii ſemper auſtrinis commodiores ſunt. Etenim frigidiores ſunt, & faciunt vt plantæ amplius humore ſibi oblato potiantur, cum & fructus, & plantæ ipſæ melius conſtent, ac valeãt omnes. Item ſeperuacuum detrahunt, atque aſſiccant, neque diu id inſidens humefacere patiuntur, neque æſtu ſolis concoctum afficere ſinunt. Quocirca flatus etiam qui conſequantur iuuãt, & maxime ſi aquilonii ſint: detergunt enim, & quo potiri amplius ſit, efficere poſſunt. Quas ob cauſas nocturni quoque imbres præſtant diurnis: fit enim ut plantæ humore potiri amplius valeant, cum ſol non protinus illum conſumat. Et tutius quoque ſic agi nullum dubium eſt.

Qui venti commodiores ſint, & quando: tum qualis ager arboribus competat: hinc de perſica Ægyptia.

Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, καὶ τῶν πνευμάτων τὰ βόρεια τῶν νοτίων βελτίω, καὶ τὰ πόντια τῶν ἀπογείων, ὅτι ψυχρότερα, καὶ τὰ ἀπὸ δυσμῶν, τῶν ἀπὸ ἕω. καθόλου γὰρ ὡς εἰπεῖν τὰ ψυχρὰ τῶν θερμῶν, ἐὰν μὴ ἀρτιβλαστῇ ἢ καὶ ἐν ἀνθήσει λαμβάνῃ. τότε γὰρ ἀποκάει τὰ ψυχρὰ, καθάπερ εἴρηται. βελτίω δὲ καὶ τὰ ζεφύρια, καὶ αἱ τροπαί. καὶ ὅλως αἱ αὖραι τῶν σκληρῶν καὶ διατόνων. τὸ μὲν γὰρ τρέφει, θάτερον δὲ πιλοῖ καὶ κωλύει τὰς αὐξήσεις. ἰσχύει δ' ἕκαστον κατὰ τὴν θέσιν τῆς χώρας. ἄλλα γὰρ ἄλλοις τοιαῦτα. καθάπερ ἐλέχθη καὶ πρότερον. διὸ καὶ ὡς ἐπίπαν εἰπεῖν, βελτίω τὰ βόρεια τῶν νοτίων. οὐ μὴν ἀλλ' ἐπείπερ αἱ παραλλαγαὶ καὶ τῆς χώρας ποιοῦσι τὰς δυνάμεις, καὶ δεῖ τοῦ μὲν χειμῶνος εἶναι θερμὰ, τοῦ δὲ θέρους ψυχρά. βοηθεῖ γὰρ οὕτως ἑκάτερα πρὸς τὰς ὥρας, ὥσπερ εἴπομεν· ἐὰν δὲ ὅμοια, βλάπτει. ποιεῖ γὰρ ὑπερβολήν. εὔλογον δ' ἤδη μὴ τὰ αὐτὰ πᾶσιν εὔτροφα καὶ ὠφέλιμα καὶ βλαβερὰ γίνεσθαι. διὸ τοῖς μὲν νότος ἐπισινὴς, τοῖς δ' ὠφέλιμος. ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ ζέφυρος· καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος. ἅπασι δὲ χαλεπὰ καθάπερ εἴρηται κατὰ τὴν βλάστησιν εὐθὺς, ἢ θερμὰ λίαν ἢ ψυχρὰ πνέοντα. διαφθείρει γὰρ ἄμφω διὰ τὴν ἀσθένειαν. ὡς δὲ τὸ σύνολον εἰπεῖν, εὔπνουν εἶναι χρὴ τὸν τόπον. ἕτερος δ' ὁ εὔπνους καὶ ὅλως ὁ προσήνεμος ἀναυξής. σχεδὸν δ' ὁμολογουμένη τις καὶ ἡ τοῦ ἀέρος διάθεσίς ἐστι. τούτοις γὰρ ὁ εὐκρατὴς ἀὴρ, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἄριστος τοῖς δένδροις. συμβλαστὴς ὢν καὶ εὔκαρπος. οἱ δὲ περισκελεῖς ἐφ' ἑκάτερα διαφθείρουσιν. οἱ μὲν τοὺς καρπούς· οἱ δ' ὅλως καὶ τὰ δένδρα. πλὴν ὅσα πέφυκεν οἰκεῖα τούτοις. ἔνια γὰρ δὴ ταῖς ὑπερβολαῖς χαίρει. καὶ τὰ μέν ἐστι φιλόθερμα, καθάπερ φοῖνιξ. τὰ φιλόψυχρα μᾶλλον, ὥσπερ ὁ κιττὸς, καὶ ἡ ἐλάτη. ταῦτα γὰρ ὅλως ἐν τοῖς ἐμπύροις οὐ φύεται. χαλεπῶς δὲ καὶ πύξος καὶ φιλύρα, καθάπερ ἐν ταῖς ἱστορίαις εἴπομεν. αἴτιον δὲ ἡ θερμότης καὶ ἡ ξηρότης· οἷον γὰρ πῦρ ἐπὶ πῦρ γίνεται. συμμετρίας δέ τινος δεῖται καὶ τὸ ὅμοιον· ὡσαύτως δὲ οὐδ' ἐν τοῖς ψυχροῖς ἔνια φύεται τῶν ψυχρῶν, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. ἔστι δὲ καὶ τῶν ἐναντίων δηλονότι συμμετρία τις πρὸς ἄλληλα, ὥστε τὰ μὲν δύνασθαι βλαστάνειν. ἀεὶ γὰρ δῆλον τινὰ ἔχειν τὴν κρᾶσιν τῆς φύσεως πρὸς τὸ περιέχον. ἔοικε δὲ κοινὸν εἶναι τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ζώων· καὶ γὰρ τὰ ζῶα καθ' ἑκάτερον τῶν τόπων ἴδια τυγχάνει, τὰ μὲν δεχόμενα, τὰ δ' οὐ δεχόμενα τὴν τοῦ ἀέρος διάθεσιν.

Ratio eadem, vt & flatus aquilonij commodiores ſint auſtrinis: & pelagici terrenis: & occidui exortiuis quia frigidiores. Ex toto enim prope flatus frigidi commodiores calidis ſunt: niſi germina nuper edita ſint: aut flores prouenire inceperint: nunc enim frigidi adurunt, vt dictum eſt. Præſtant item fauonij, & ſolſtitiales: & in totum, auræ duris flatibus, atq; intentis. Alteri enim alunt: alteri ſtipant, & incrementa impediunt, ſed magis, minusue quiſque pro ſitu regionis vires capeſſit. Alij enim alijs tales occurrunt, vt antea dictum eſt: quamobrem ex toto fere aquilonij commodiores ſunt auſtrinis. Cæterum, cum vires agrorum quoque diſcrimina indere poſſint, vt hyeme calidi, æſtate vt frigidi ſint, eſt opus. Hoc enim modo contra temporum iniuriam ſubuenitur, vt diximus: nocent vero, ſi temporum qualitati ſimiles ſint. Exceſſum enim ſic ſequi neceſſe eſt. Efficitur inde ratione ſane optima, vt non ijdem omnibus vtiles, noxijue ſint. Quapropter alijs Auſter officit, alijs prodeſt: pari ratione & Fauonius, & quiſque ex reliquis. Omnia vero vehementer infeſtant, qui cum germinant, continuo calidi, aut frigidi inceſſerint. His enim germina facile ſuam ob debilitatem intereunt. Omnino locum compotem flatus commodi eſſe oportet. Qui enim aut nullum ſentit afflatum aut iniuriæ ventorum expoſitus eſt, hic certe incremẽti laudem nullam aſſequi poteſt. Quin etiam cœli habitus ijs ipſis ferme reſpondet. Aer enim qui media conſtat temperie, omnibus prope arboribus percommodus eſt: nam & ad germinandum, & ad fructificandum plurimum iuuat. Qui vero in alterutram partẽ exceſſerint, partim fructus interimunt, partim etiam totas arbores necant, præterquam ſiquæ ſint, quibus aer talis conueniat: non enim deſunt, quæ exceſſu lætentur aeris. Et aliæ quæ caloris auidæ ſint, vt palma: aliæ frigus potius adament, vt edera, vt pinus: has enim locis feruidis prouenire non poſſe nullum dubium eſt. Buxus quoque, & tilia locis eiuſmodi difficillime prodeunt, vt inter hiſtorias dictum eſt. Ratio non niſi ex calore petenda eſt: ignis enim quodammodo igni adijcitur ſine moderatione, quam ſimile etiam deſiderat. Eadem ratione locis frigidis prouenire frigidę quædam nequeunt. Contrariorum quoque copulandorũ modus ſtatuitur ita, vt alia germinare queant, alia nequeãt: ſemper enim conuenientiã quandam naturæ ad cœlum, quod ambit, eam eſſe oportet: quod quidem & in animaliũ genere commune animaduertemus. Etenim animalia natura loco vtriq; propria delegauit. Itaq; alia pati qualitatem aeris poſſunt, alia nequeunt.

ὅτι δὲ καὶ τροφὰς οὐκ ἔχοντα τὰς οἰκείας. ἐνδέχεται γὰρ καὶ τοῦτο κωλύειν ὁμοίως καὶ τὰ ζῶα καὶ τὰ φυτά. τάχα δὲ καὶ ἑτέρας πλείους αἰτίας, αἳ πρὸς τὰς ἰδίας φύσεις εἰσὶν ἐναντίαι. μεγίστη δ᾽ οὖν διαφορὰ, κατὰ τὰ ἔνυδρα καὶ χερσαῖα ζῶα καὶ φυτά. περὶ ὧν οὐδὲ ζητοῦμεν λόγον ὡς εἰπεῖν. πλὴν ὑπὲρ τοῦ, πότερα θερμότερα καὶ ψυχρότερα. τοῦτο γὰρ ἀμφισβητεῖται. καὶ ἄλλα δὲ οὐ συγκεχωρημένα τῇ φύσει τίθεται. καίτοι τὰ καθόλου καὶ κοινὰ πρῶτα ἔδει ζητεῖν· εὑρεθέντων γὰρ τούτων, καὶ τὰ κατὰ μέρος φανερά. τοῦτο μὲν ἴσως κωλύοι τ᾽. αὖ οὖν διὰ τὸ χαλεπὸν, εἴτε πλείους αἰτίαι τυγχάνουσιν, εἴτε μία. περὶ δὲ τῶν ἐν τοῖς καθ᾽ ἕκαστα μᾶλλον εὐποροῦμεν. ἡ γὰρ αἴσθησις δίδωσιν ἀρχὰς ἐπ᾽ ἄμφω. καὶ ἔτι μᾶλλον πλείους ἐπὶ τῶν φυτῶν. ἐμφανέστατα γὰρ τὰ συμβαίνοντα περὶ αὐτά. μεγίστη δὲ διαίρεσις κατά γε τὸν αὐτὸν τόπον τοῖς ἡμέροις καὶ ἀγρίοις. ἀεὶ γάρ τε μαλακωτέρους καὶ ὑγροτέρους ζητεῖ τοὺς ἀέρας. οὐ μὴν ἀλλ᾽ ἔνιά γε καὶ τῶν ἡμέρων ἀδυνατεῖ βλαστάνειν ἐν τοῖς θερμοῖς καὶ ψυχροῖς. οὐ μόνον διὰ τὴν ἀσθένειαν ἢ τὴν κρᾶσιν, ἀλλὰ δι᾽ ἕτερ᾽ ἄλλα, καθάπερ ἡ ἐλαία καὶ θερμὸν καὶ πυκνὸν ἐν τοῖς φυτοῖς, διὰ τὸ μετέωρον τῶν ῥιζῶν· ἐμπήγνυται γάρ· ἡ δὲ ἀχρὰς ἐν τοῖς σφόδρα θερμοῖς· ὥσπερ περὶ Αἴγυπτον. μοχθηραὶ δὲ καὶ αἱ ἄπιοι καὶ μηλέαι, καὶ σπάνιαι. τὴν δ᾽ αἰτίαν σκεπτέον. ἐπεὶ οὐκ αὖ θερμὰ δόξειεν εἶναι. τὰ μὲν οὖν ὅλως οὐδὲ βλαστάνειν ἐνιαχοῦ δύναται. τὰ δὲ βλαστάνει μὲν, ἄκαρπα δὲ γίνεται. καθάπερ ἡ περσέα ἡ Αἰγυπτία περὶ Ῥόδον. προϊόντι δὲ χρόνῳ, φέρει μὲν, ὀλίγον δέ· καὶ καλλικαρπεῖ καὶ γλυκυκαρπεῖ ἐκεῖ μόνον. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ φοῖνιξ. καὶ ἔτι μᾶλλον ἐν τοῖς περὶ Βαβυλῶνα καὶ Συρίαν καλλίκαρπος. ὁ γὰρ ἀὴρ διὰ ψυχρότητα μὲν ὅλως οὐ δέχεται. τὰ δὲ ὅσον εἰς βλάστησιν, ἔνια εἰς καρπόν. ὁ δὲ οἰκεῖος ἤδη διὰ τελειότητα τῆς φύσεως. διὰ τὴν αὐτὴν δὲ αἰτίαν οὐδὲ αἱ συκαῖ περὶ Αἴγυπτον, οὐδ᾽ ὅλως ἐκείνοις τοῖς τόποις χρησταί· θερμὸς γὰρ ὢν ἄγαν ὁ ἀὴρ, περικαίει καὶ οὐ ποιεῖ πέψιν. ἀλλ᾽ ἡ ἐκ τῆς γῆς εὐτροφία διυγραίνει μόνον ἄπεπτος οὖσα. διὸ καὶ τοῖς μεγέθεσι γίνεται μικρά. τοὐναντίον δὲ ὁ ψυχρός. ἐξαιρεῖ γὰρ τὴν ὑγρότητα. τὴν δὲ, οὐ δύναται πρὸς τὴν οἰκείαν πέψιν ἀγαγεῖν. ὥσπερ ἐν ταῖς ἐλαίαις. διὸ καὶ αἱ μὲν, ἄσαρκοι πάμπαν, μεγαλόρριζοι δὲ τῶν ἐν τοῖς ψυχροῖς. αἱ δὲ σαρκώδεις μὲν, ἀνέλαιοι δέ. πλείονος γὰρ τοῦτο θερμότητος δεῖται πρὸς τὴν πέψιν. αἱ μὲν οὖν τοῦ ἀέρος κράσεις καὶ διαθέσεις, τοιαύτας τινὰς παρέχονται δυνάμεις.

Interdum etiam pabuli conuenientis inopia deficiunt: nam id quoque tam animalibus, quam plantis eſſe poteſt impedimento. Forſitan & alias complures cauſas aſſignare poſſumus, quæ diuerſæ ſint proprijs naturis. Sed ſummam differentiam in aquatilibus atque terreſtribus, tam animalibus quam plantis certe videmus. De quibus nec rationem fere vllam quærimus, niſi vtra nam ſint calidiora frigidioraue. Hoc enim tãtum ambigitur: cætera tanquam naturæ ratione conceſſa ponuntur. Quanquam perpetua cómuniaque prius indagare cõgruum ſit: his enim compertis, ſingula quoque poſſint noteſcere. Sed hoc forſitan difficultas prohibeat, ſiue plures cauſæ ſint, ſiue vna. In ſingularibus autẽ plus facultatis diſſerendi habetur. Senſus enim in vtramque partẽ principia præbet: & longe amplius in plantarum generibus. Quæ namque in his eueniunt, latiſſime patent. Summam vero diuiſionem eodẽ in loco ſilueſtribus atque ſatiuis animaduertimus: quod ſatiua ſemper molliorem humidioremque aerem quærant. Cæterum non deſunt, quæ in hoc etiam genere locis calidis frigidisue nequeãt germinare: non modo propter ſuam debilitatem vel habitum, ſed etiam alijs quibuſdam de cauſis. Vt olea, quia per ſumma terræ radice cohæret. Facile namq; gelu concreſcit. Pirus ſilueſtris locis feruidis, vt in Ægypto, germen nequit emittere. Quin & piri ſatiuæ & mali, hoc eodem in agro paucæ admodum, vitiatæque ſunt. Cuius rei cauſa requirenda eſt: quippe cum eas calidas eſſe nullus exiſtimet. Quædam igitur ne germinare quidem poſſunt locis quibuſdam: quædam germinare quidem, ſed fructum nullum parere queũt. ceu perſica Ægyptia in Rhodo: procedente autem tempore, fructificare quidem eam comperies, ſed parciſſime, nec alibi quam in Ægypto large ſuauiterque fructum progenerat. Pari modo & palmam animaduertere licet: atque etiam magis circa Babylonem, ac Syriam fructu præcellit. Cœlum enim ſuam ob frigiditatem alia recipere penitus nequit, alia euſque poteſt, vt germinandum tantummodo ſit: quædam etiam ad fructificandum vſq; euenire patitur: ſed fructum perfici maturarique nunquam ſinit. Hac eadem de cauſa fici in Ægypto, & omnino tractibus illis, frugis bonæ non ſunt: æſtus enim perurit, vt fieri percoctio nequeat, ſed terra ſuo duntaxat alimento crudo humefacit. Quamobrem nec iuſtam magnitudinem poma capiunt. Contra frigiditas partim tollit humorẽ: partim ad conuenientem cocturam perducere nequit. Quod in oleis pateſcit. Hinc enim aliæ fructum nulla carne, ſed oleo refertum profundunt: aliæ carnoſum ſine oleo præſtant: plus enim caloris ad oleum concoquendum requiritur. Cœli ergo conditiones qualitateſque, vires huiuſmodi præbent.

ΚΕΦ. Ε. CAP. V.

De ſoli differentijs. Quodque ſolum cuique commendetur.

Ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ ἐδάφη μεγάλας ἔχει διαφορὰς, λεκτέον καὶ περὶ τούτων. καὶ γὰρ αὐτὰ τῆς φύσεως. ἔτι δὲ εὐβλαστῆ ἄμφω γίνεται καὶ διὰ τὸν ἀέρα καὶ διὰ τὴν γῆν πολλάκις. ὅτε μὲν γὰρ τὰ κάτω χρηστότατα, τὰ δ' ὑπὲρ γῆς φαῦλα. καθάπερ ὅταν ἀμμώδης ἢ κεραμὶς ἢ κατακεκαυμένη τις τυγχάνῃ. ῥιζοῦσι γὰρ, καὶ τροφὴν οὐδεμίαν τῶν τοιούτων ἔχει. καὶ σχεδὸν αἱ μὲν ἀβλαστεῖς εἰσιν αὗται· καὶ εἴ τις ἀεραδίυγρος ὅλως ἢ πηλώδης, βλαστητικῶν καὶ ἀκάρπων. οὐ κακῶς δὴ ἡ διαίρεσις ἡ πρὸς τὰ σπέρματα καὶ τὰ δένδρα λέγεται, τῷ τὴν μὲν πίειραν, ἀμείνω σιτοφόρον, τὴν δὲ λεπτοτέραν δενδροφόρον εἶναι. λαμβάνει γὰρ, ὥσπερ καὶ πρότερον εἴπομεν, ὁ σῖτος καὶ ἁπλῶς τὰ ἐπέτεια, τὴν ἐπιπολῆς τροφήν. ἣν δεῖ μὴ ὀλίγην μὴ δ' εὐξήραντον εἶναι. καθάπερ ἐν ταῖς λεπταῖς τὰ δένδρα, διὰ τὸ μεγάλας καὶ ἰσχυρὰς ἔχειν τὰς ῥίζας καὶ τὴν ἐκ βάθους τροφὴν ἐπισπᾶσθαι. αὕτη δὲ ἐν μὲν τῇ πιείρᾳ, λευκὴ λίαν οὖσα, βλάστην μὲν ποιεῖ καλὴν καὶ μέγεθος τοῖς δένδροις, καρπὸν δ' οὐ ποιεῖ διὰ τὸ μὴ ἐκπέττειν. ἐν δὲ τῇ λεπτοτέρᾳ, σύμμετρος γίνεται πρὸς ἄμφω, καὶ κρατοῦντα τὰ δένδρα δύναται καρποτοκεῖν. ἡ δὲ πίειρα παμπίων, οὐδενὶ ξυμφέρει φυτῶν· ξηραίνει γὰρ μᾶλλον τοῦ δέοντος, ὥσπερ καὶ Μενέστωρ φησί. τοιαύτην δ' εἶναι τὴν πλυντρίδα, χρῶμα δ' ὑπόλευκον. ἀρίστη δὲ δῆλον ὡς ἡ ἄριστα κεκραμένη, καὶ ὅλως μανή τις οὖσα καὶ μὴ ψυχρὰ καὶ ἔνικμος. καὶ εὔδιοδος γὰρ οὕτω ταῖς ῥίζαις ἐστὶ καὶ εὔτροφος. ὅπερ βούλονται καὶ αἱ ἡμερώσεις καὶ αἱ κατεργασίαι καὶ κοπρίσεις ποιεῖν. ἄλλη δὲ πρὸς ἄλλα τῶν δένδρων ἁρμόττει μᾶλλον, ὥσπερ καὶ διαιροῦσιν. οἷον ἡ σπιλὰς, καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ λευκόγειος ἐλαιοφόρος. ἰκμάδα τε γὰρ ἔχει καὶ πνεῦμα πολύ. δεῖται δὲ καὶ ἀμφοῖν. ἡ δὲ λειμονία καὶ ἔφαμμος, ἀμπελοφόρος ἀγαθή. καὶ ὅλως ἥτις αὐτὴ μανὴ καὶ κούφη καὶ λεπτὴ καὶ ἔφυδρος οὕτως, ὥστε τὸ οὐράνιον ὕδωρ συγκινεῖσθαι πρὸς τὸ ἐν αὐτῇ. τροφῆς γὰρ πολλῆς ἡ ἄμπελος δεῖται· διὰ τὸ θερμὴ, καὶ μανὴ, καὶ ὑγρὰ, καὶ πολύκαρπος εἶναι. τάχα δὲ καὶ δι' αὐτὰ ταῦτα καὶ πολύκαρπος. ἔτι δὲ οὐκ εὔσηπτοι τῶν ὑγρῶν αἱ ῥίζαι καθάπερ αἱ τῶν ξηρῶν, ὥστε δύνασθαι καὶ ἐπισπᾶσθαι καὶ ἀντέχειν καὶ διαδύναι. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστοις ἐστί τις οἰκεία πρὸς τὴν φύσιν, καὶ ἡ αὐτὴ τοῖς μὲν μᾶλλον, τοῖς δ' ἧττον.

Sed cum ſolum etiam magnas recipiat differentias, de eo quoque dicendum eſt. Enimvero ſoli ratio naturæ tribuitur. Sed & frequenter rei vtriuſque tum cœli tum ſoli occaſio feliciter germen educit. Ergo quibuſdam in locis, arborum pars ima, optima eſt: ſuperior vitioſa eſt. Quod fieri ſolet cum ſolum arenoſum, vel toſoſum, vel aduſtum ſubeſt: his enim radices modum excedunt, & alimentum nullum ad ſuperiora trãſmittitur. Et his ferme ſoli generibus, germen negatum eſt, & ſi quod vliginoſum penitus, limoſumue ſit. Ea vero quæ vires quidem obtinent germinandi, ſed fructificare non poſſunt, non ſine cauſa frugum atque arborum ratione diſcernuntur: vt pingue frumentis aptius ſit, tenue arboribus. Frumentum enim & omnino quæ annua ſunt, alimentum id capiunt quod ſumma telluris miniſtrãt, vt prius retulimus: quod neque exiguum, neque exſiccatu facile eſſe debet. Arbores contra proficiunt tenui ſolo, quia radices magnas robuſtaſque agunt, quibus alimentum ex imis queant haurire. Quod etiam in ſolo pingui facere illæ poſſunt: tamen alimenti copiam adeo largam attrahunt, vt optime germinare, magnitudinemque ampliſſimam accipere poſſint, ſed fructum parere nequeant, quoniam non coquunt, quantum abunde ſit: quod in tenuiori non euenit, ſed modice tam ad germinandum, quam ad fructificandum hauritur. Atque ita arbores, vt pote robuſtiores, quam vt oblata copia vinci poſſint, plene concoquunt fructumque gignunt. Solum tamen, quod pingue admodum eſt, nulli plantæ conducit: exſiccat enim plus, quam commodum ſit, vt & Meneſtor author eſt. Tale genus terræ illud affirmant, quod ad abſtergendum maculas vſui eſt, coloreque albicat. Optimum ſcilicet quod optimo conſtat temperamento. Et ad ſummam, quod ſolutum humectumque ſit, nec frigore torpeat: hoc enim radicibus aditum facilem præſtat, alimentumque laudatiſſimum ſubminiſtrat. Quam quidem rem & mitigationes, & agitationes, & ſtercorationes volunt efficere. Sed aliud ſolum alijs arboribus conuenientius eſt: vt & diuidere ſolent. Argilaceum enim atque etiam magis candidum, fertile oleis notatur: id enim multum vaporis flatuſque continet, quod natura olearum deſiderat. Pratenſe, & arenaceum, vitibus percommodum eſt: & ad ſummam quod ſolutum, leue, tenue, atque humidum, ita vt aqua cœleſtis inteſtino humori valeat permiſceri. Vitis namque largam copiã alimenti deſiderat: quia calida, laxa, humida, & fœcundiſſima eſt: forſitan & ob hæc eadem fœcundiſſima. Ad hæc radices humidarum plantarum haud facile putreſcere poſſunt, quemadmodum illarum, quæ ſuapte natura ſicceſcunt: itaque & attrahere & reſiſtere, & tranſmittere nimirum valent. Eodem modo reliquis quoque omnibus, ſolum pro naturæ ratione idoneum redditur. Idemque alijs magis, alijs minus congruum.

ΚΕΦ. ϛʹ. — CAP. VI.

Solum pingue parte plurima plantis nocere. Et quod ſolum optimum.

Ὡς δ᾽ ἁπλῶς εἰπεῖν τοῖς μὲν πλείοσιν οὐ συμφέρει ἡ πίειρα. δοκεῖ γὰρ καταξηραίνειν μᾶλλον τοῦ μετρίου. διὸ καὶ λυμαίνεσθαι καὶ νοσεῖν. ὅσα δὲ λυπρὰ, τούτοις ξυμφέρει. σημεῖον δὲ ὅτι τὰ λάχανα, καὶ ὁ δημήτρειος καρπὸς ἐν ταῖς τοιαύταις εὐθενεῖ. πάντα δὲ ταῦτα λυπρὰ τῇ φύσει. τὰ γὰρ φύσει λυπρὰ πιοτέρας τροφῆς δέονται. δηλοῦν δὲ οἴονται καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων τοιαύτην φύσιν. τοὺς γὰρ ἐκλίμους, καὶ χαίρειν μάλιστα ταύτῃ καὶ ἐπιδιδόναι πρὸς εὔχροιαν καὶ ἰσχύν. ὑγρὰ γὰρ ὄντα τὰ σώματα δεῖσθαι τροφῆς πολλῆς καὶ πιείρας. ὑπὸ δὲ τῶν ξηρῶν καὶ λυπρῶν οὐδὲν ὠφελεῖσθαι, διὰ τὸ μὴ ἀπολαύειν. ἀλλὰ καὶ ἐπικίνδυνα εἶναι πρὸς νόσους ἄλλας τε, καὶ μάλιστα δὲ τὰς τῆς κοιλίας. ὁμοίως δέ καὶ ἐπὶ τῶν δένδρων ἔχει τοῦτο πλὴν ταῦτα μὲν ὅμοια, διατελεῖ. τὸ δὲ σῶμα, ὅταν ἀνακομισθῇ, μεταβαίνει εἰς τὴν τετραμμένην ἕξιν καὶ ἀντίον οὗτος μὲν οὖν καθόλου τις διορισμός. διαφοραὶ δὲ πολλαὶ καὶ τῆς γῆς καὶ τῶν δένδρων, ὥσπερ καὶ τῶν ἀμπέλων, ταῖς μὲν, ἡ πεδινὴ, ταῖς δ᾽ ἡ ὀρεινὴ μᾶλλον ἁρμόττει. καὶ ἐν αὐταῖς ταύταις αἱ τοιαίδε ταῖς τοιαῖσδε. μικραὶ δὲ παραλλαγαὶ φαινόμεναι, μεγάλας ποιοῦσι ῥοπὰς εἰς τὴν φύσιν. τὸ δ᾽ ἁπλοῦν, ῥάδιον εἰπεῖν ὥσπερ καὶ κελεύουσι, τὰ μὲν στερεὰ καὶ πυκνὰ φυτεύειν ἐν ξηροῖς τὰ δ᾽ ἀραιὰ καὶ ὑγρὰ ἐν τοῖς μαλακωτέροις καὶ ἐφυγροτέροις. ἑκατέροις γὰρ οὕτως. αἱ τροφαὶ δὲ δηλονότι σύμμετροι, τοῖς μὲν, πολλῶν δεομένοις, τοῖς δ᾽ ὀλίγων καὶ τὸ καθόλου λεχθὲν ὑπὲρ πάντων ἴσως τῶν δένδρων ἀληθές. ὅτι καθ᾽ ἑκατέρας τὰς χώρας ἑκάτερα δεῖται τῶν δένδρων φυτεύειν. ἀλλ᾽ ἐν τοῖς καθ᾽ ἕκαστα τὸ ἀκριβὲς μᾶλλον ἴσως αἰσθητικῆς δεῖται συνέσεως. λόγῳ δὲ οὐκ εὐμαρὲς ἀφορίσαι. ἐπεὶ καὶ ταῖς πρὸς ἥλιον διαφοραῖς, οἷον ἀνίοντα, ἢ δυόμενον, ἢ μεσοῦντα, ἤ πως ἄλλως ἔχοντα, δεῖ μὴ ἀγνοεῖν, ποῖος τῶν φυτῶν οἰκεῖος. καὶ ὅλως τῶν ὁμογενῶν. ὅπερ οἵ γ᾽ ἀμπελουργοὶ πειρῶνται διαιρεῖν. ὅταν συνάγκειάν τινα λαβόντες φυτεύσωσιν. οὐ γὰρ τ᾽ αὐτὰ τιθέασιν εἰς ἑκάτερον τὸ μέρος, ἀλλὰ διαιροῦσι. καὶ ποιοῦσι μεγάλην διαφορὰν οὕτω τε φυτευθέντες καὶ ἀνάπαλιν. ὁμοίως δὲ τοῦτ᾽ ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν. ἀλλ᾽ ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον, αἰσθητικῆς ταῦτα δεῖται συνέσεως ὡς δ᾽ ἁπλῶς εἰπεῖν ἡ μέσην ἔχουσα τῶν ἐναντίων κρᾶσιν, πυκνοῦ καὶ ἀραιοῦ, καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ, καὶ κούφου καὶ βαρέος. ἔτι δὲ τὰ ἄνω πρὸς τὰ κάτω σύμμετρα τούτοις, πα-

Verum, (vt ſimplicius loquar) parti maiori ſolum pingue incommodum eſt: exſiccat enim ſupra modum, & hac de cauſa plantas offendi, atque ægreſcere creditur. Prodeſt tamen ijs, quæ macilenta, triſti ieiunaq; conſtant natura. Argumentum quod olera, frugeſque ſolo tali exuberent, quæ quidem naturæ eiuſmodi ſunt: ieiuna enim alimentum pinguius deſiderant. Quod vel hominum naturam indicare abunde exiſtimant. Homines enim macilentos, ieiunoſque pingui maxime cibo delectari, eoque in colore, viribuſque proficere. Sicca etenim corpora largum, ac pingue alimentum deſiderant: ſicco autem, macroque nihil vtilitatis accipiunt, quoniã humor non adſit, quo per frui valeant, quinimo periculum eſt, ne morbi inuadant, cum alij, tum maxime, qui aluum infeſtant. Hoc & in arborum genere pari modo animaduertemus, niſi quod arbores ſibi ſimiles conſtent: corpus autem recreatum, ad contrariũ & diſſimilem habitum tranſeat. Hæc ergo generalis quædam determinatio redditur. Differentiæ vero tam agri, quam arborum, permultæ intelliguntur, quod etiam in vitium genere patet. Alijs enim plana, alijs montana loca magis conueniunt: & in his ipſis aliud alijs competit. Quamuis enim exigua quædam diuerſitas ſit, tamen ſummis momentis poteſt immutare naturam. Verum ſimplex illud aſſerere facile eſt, vt & præcipere ſolent. Solidas ſpiſſaſque locis ſitientibus ſerere oportere: ſolutas vero, & humidas mollioribus, atque humectioribus. Sic enim vtriſque alimenta modice ſuggerentur: cum alteræ multum, alteræ parum deſiderent. Et quod in vniuerſum de arboribus diximus, verum fortaſſe eſt, videlicet pro vtrarumque arborum natura genus vtrumque arborum ſerere oportere. Verum in ſingulis exquiſita animaduerſio, ſenſus potius notionem deſiderat. Enim vero ratione determinare in his haudquaquam facile eſt. Nam & differentias ratione ſolis vel aſcendentis, vel occidentis, vel medium cœlum tenentis, vel quodammodo ſe habentis, ſcire oportet, vt loca plantis apte diſtribuantur, tam ex toto, quam ijs, quæ genus idem conſortiuntur. Quemadmodum vinitores diſtinguere tentãt, cum in conualle aliqua ſerunt. Non enim eadem ſemina loco vtroque deponunt, ſed diuidunt. Et quidem plurimum intereſt ad hunc modum depoſuiſſe. Pari ratione de reliquis quoque arbitrandum eſt. Quamobrem hæc, (vt ſuperius diximus) ſenſus dijudicationem deſiderant. Verum (vt ſimplicius aſſeram) ſolum, quod mediam obtinet contrariorũ mixturam, id eſt ſoluti, & ſpiſſi, ſicci, & humidi, leuis & ponderoſi: atque etiam ſuperiora modice inferio-

στῶν ἀρίστη. πρὸς ἅπαντα ὡς εἰπεῖν δένδρα τε καὶ σπέρματα. φαίνεται γὰρ ὁμοιότητα ἔχειν τῷ ἀέρι πρὸς τὰς ἄλλας χώρας· ἐν μὴν ἀλλ᾽ αὐτῶν γε τούτων ἡ πρὸς θάτερον μέρος ἀποκλίνουσα τῆς ἐναντιώσεως κρείττων. ἣν καὶ ἁπλῶς τίθενταί τινες ἀρίστην, οἷον τὴν κούφην, καὶ μανήν, καὶ ἔνικμον. ἔχει τε γὰρ τροφὴν ἐν ἑαυτῇ, καὶ εὐδίοδός ἐστι ταῖς ῥίζαις, ἡ δὲ πυκνή, καὶ βαρεῖα καὶ ξηρά, δῆλον ὡς ἐναντίαι. κατὰ δὲ τὰς παραλλαγὰς τῶν ἀντιθέσεων, καὶ τὰς πρὸς ἕκαστον ἔχουσιν ἤδη διαφοράς. οἷον, ἐὰν ἡ μανὴ μὲν καὶ λεπτή, βαθύγεως δὲ καὶ ξηρά, καὶ ἄνυδρος, δενδροφόρος μὲν ἀγαθή, σιτοφόρος δὲ κακή. διὰ γὰρ τὴν μανότητα δίεισιν εἰς βάθος τὸ χειμερινὸν ὕδωρ. ὥστε τὸν μὲν σῖτον μὴ ἐφικνεῖσθαι διὰ τὸ ἐπιπολῆς εἶναι· τὰ δένδρα δ᾽ εἰς βάθος καθιέντα τὰς ῥίζας ἐφικνεῖσθαι καὶ ἕλκειν· ὡσαύτως δὲ καὶ εἴτις ἄλλη τοιαύτη διαφορά, τὸ γὰρ πρόσφορον ἀποδώσει τινὶ γένει διὰ τὴν παραλλαγήν. οὐκ ἀειδῶς δὲ οὐδ᾽ ὅσοι ταύτην ἀρίστην ὑπολαμβάνουσιν, ἥτις ἂν ᾖ θερμή τε, καὶ ἔνικμος. ἄμφω γὰρ ἔχειν ἃ δεῖ, τροφήν τε καὶ τὸ κατεργαζόμενον. εὐλόγως δὲ καὶ μετὰ τὸ πρῶτον ὕδωρ ἀτμίζειν. ἀλλὰ τὴν μὲν ἔνικμον αὐτῆς εἶναι, τὴν δὲ, ξηράν. τὴν μὲν οὖν ἔνικμον σιτοφόρον ἀγαθήν. ἱκανὸν γὰρ ἔχει πρὸς τὴν ἐκτροφὴν ὑγρὸν τῷ σίτῳ. τοῖς δὲ δένδροις ἔλαττον. τὴν δὲ ξηράν, σιτοφόρον φαύλην, διὰ τὸ μὴ ἔχειν μηδὲ τούτῳ τροφὴν ἀρκοῦσαν. ἔπειτ᾽ αὐτὸ δέ πως φέρονται, καὶ ὅσοι φασὶ δεῖν πιεῖραν τὸ εἶναι, καὶ μὴ παγώδη, μηδὲ πυκνήν, μηδ᾽ ἁλμυράν, ἀλλὰ ποτὲ μὲν καὶ ψαθυράν. τροφή τε γὰρ οἴονται δεῖν ἔχειν καὶ θερμότητα, καὶ ἔτι ταῖς ῥίζαις εὐδίοδον εἶναι. πάντα δὲ ταῦτα οἰκεῖα πρὸς αὔξησιν καὶ καρποτοκίαν. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ τὴν μελάγγεων ἐπαινοῦντες, ὥσπερ Λεωφάνης. εὐθὺς γὰρ ἀποδιδόναι πειρᾶται τὰς αἰτίας· ὅτι δύναται καὶ ὄμβρον καὶ αὐχμὸν φέρειν, δοχὸς οὖσα καὶ τοῦ ὑγροῦ, καὶ τοῦ θερμοῦ. τὴν μὲν οὖν ἀρετὴν τῆς χώρας, σχεδὸν ὥσπερ εἴρηται, διὰ τῶν αὐτῶν, πῶς καὶ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐστι λαβεῖν. ἐν οἷς καὶ ἀποδιδόασι πάντες. αἱ διαφοραὶ δ᾽ ἐπεὶ πλείους εἰσὶ καὶ ταύτης, καὶ τῶν φυτῶν, πειρατέον πρὸς ἕκαστον λαμβάνειν, καὶ θεωρεῖν.

inferioribus reſpondentia, in his ipſis ſortitur: hoc omnium optimum omnibus ferme arboribus, atque frugibus eſt. Id enim ad aeris habitum propius quodammodo, quam cætera videtur accedere. Cæterum inter hæc ipſa, quod ad alteram partem vergit, melius eſt: quod & ſimpliciter quidam optimum aſſerunt; vt quod ſolutum, leue, atque humectum eſt. Id enim alimentum in ſe continet, & radicibus meatum facilem præbet. Spiſſum autem, aut ponderoſum, ac ſitiens eſſe incommodum conſtat. Diſcrimen vero ad ſingula pro diuerſitate oppoſitionem recipiunt. Verbi gratia, ſolum rarum, & tenue, altum, ſiccumq; ſit, arboribus commodum, frumentis incommodũ eſt. Facit enim raritas, vt imbres hyberni poſſint alte deſcendere. Itaque frumentum humorem attingere nequit, quoniam per ſumma ſuam agat radicem: arbores vero dimiſſis in profundum radicibus attingere, atque attrahere poſſunt. Pari modo & ſiqua differentia eiuſmodi alia ſit, reddet alicui generi commodum, quod alijs incommodum foret: ratione diuerſitatis. Sed nec illi imperite dijudicant, qui ſolum eſſe optimum arbitrantur, quod calidum, humectumque eſt: ambo enim obtinet ea, quibus opus omnino eſt, id eſt alimentum, & quo alimentum poteſt conficere. Recte etiam poſt primum imbrem id vaporem emittere aiunt. Sed huius generis aliud humectum eſſe, aliud ſiccum. Humectum frumentis habile. Humorẽ enim ſatis id ad alendas fruges habere; ad arbores autem minus. Siccum vero frumentale, minime bonum eſſe, quia id quoque pabulo careat, quod ſufficiat. Eiuſdem ferme ſententiæ ſunt, & qui ſolum pingue, nec rigidum, neque denſum, neque ſalſum eſſe oportere autumant. Alimentum enim caloremque adeſſe neceſſarium putant: atque etiam facilem radicibus tranſitum exhiberi. Quæ quidem omnia ad incrementum, fructificationemque aptiſſima ſunt. Hoc idem illi etiam ſentiunt, qui ſolum nigrum commendant, vt Leophanes. Cauſas enim continuo tentat reddere: quod & imbrẽ, & ſqualorem genus id certe tolerare facile poſſit, vt pote quod capax tam caloris, quam humoris ſit. Ergo virtutem agri prope (vt ante iam diximus) per eadem quodammodo, atque in eiſdem intelligere licet, quibus omnes exponere ſolent. Differentiæ vero cum plures ſint tam agri, quam generis plantarum, conuenienter ſingulis capere, atque contemplari tentandum eſt.

ΚΕΦ. Ζ.

CAP. VII.

Quæ aquæ e terreſtribus probentur improbenturue ad plantarum vſum. Item quæ ſalſugine proficiant.

Τὰς δὲ τῶν ὑδάτων διαφορὰς τῶν ἐπιγείων (καὶ γὰρ ταῦτα οὐ μικρὰν ἔχει μερίδα πρὸς αὔξησιν καὶ τροφήν) ὁμοίως τούτοις ληπτέον. ὅσα

AQuarum autem terreſtrium differentias (nam eas quoque non parum conferre ad incrementum, alimentumque ſimiliter arbitramur, atque ſupradicta) decet ſtatuere. Ergo

μὲν οὖν θερμὰ καὶ νιτρώδη, καὶ στυπτηριώδη, καὶ εἴ τις ἄλλος τοιοῦτος χυλὸς, ἄτροφα καὶ ἄγονα φυτῶν, ὡς ἁπλῶς ἐστιν εἰπεῖν. πλὴν ἔτι συγγενὲς αὐτοῖς ἐκτρέφειν δύνασθαι. καθάπερ καὶ ἡ θάλαττα. βραχὺ δ' ἔτι τοῦτο ἢ οὐδὲν ὡς εἰπεῖν ἐστιν. ἐνιαχοῦ δὲ ποτίμων πλείστων ὄντων ἡ ἐκτροφὴ γίνεται. καθάπερ τοῖς ἐν Θρᾴκῃ θερμοῖς. καθ' αὑτὰ δ' ὥσπερ καὶ ζώων καὶ φυτῶν ἄγονα. ἡ δὲ θάλαττα πολλὰ καὶ παντοῖα φύει. καὶ ἔστιν ὥσπερ ζώων τι γένος ἐν αὐτῇ καὶ φυτῶν. ὅσα δ' ἐν τῇ ἀμπώτιδι δένδρα μέγεθος ἔχοντα καὶ καρπὸν τυγχάνει, περὶ τούτων οὐκ ἄν τις ἴσως ἀποδοίη τῇ θαλάττῃ τὴν τροφήν. ἀλλ' ἐνδέχεσθαι πότιμον ἕλκειν ἐν τῇ γῇ τὰς ῥίζας. τὴν δὲ θάλατταν ἀβλαβῆ περιέχουσαν εἶναι, καθάπερ καὶ τὸ ὕδωρ τοῖς ἐνύδροις. ἀλλὰ τούτων μὲν πέρι, λόγος ἕτερος. καὶ ὅσα δὴ πρὸς αὐτῇ τῇ θαλάσσῃ φύεται, χρῆταί πως τῇ ἁλμυρίδι πρὸς εὐσθένειαν καὶ τροφήν. ἔοικε γὰρ καὶ τοῦτο ἴδιόν τι γένος εἶναι. καθάπερ τὰ εἰρημένα, καθάπερ ἀνὰ μέσον ὄντα. τὰ δ' ἁλικὰ τῶν ὑδάτων ὕδατα, τρέφει μὲν καὶ τὰ ἔγγεια. χεῖρον δὲ τῶν γλυκέων. ἀναυξῆ γὰρ ποιεῖ, καὶ ἐπικάει. τὸ δ' ἀλυπότερα τοῖς δένδροις ἢ τοῖς λαχανώδεσιν ἢ ὅλως ἐπετείοις εἶναι, καθάπερ τινές φασιν, οὐκ ἄλογον, ὅσωπερ ἰσχυρότερα. τάχα γὰρ ἄν τις προσφορὰ τὸ ὅλον, ὥσπερ τοῖς φοίνιξιν. εἴπερ καὶ οἱ ἅλες παραβαλλόμενοι, παραπλήσιος γὰρ ὁ αὐτὸς χυλός. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν λαχανωδῶν ἐστί τισι τὰ ἁλικὰ πρόσφορα. καθάπερ ῥαφάνῳ, τευτλίῳ, πηγάνῳ, εὐζώμῳ. βελτίω γὰρ γίνεται τοῖς ἁλυκοῖς ἀρδόμενα ταῦτα. διὸ πρός γε τὴν ῥάφανον νίτρον τινὲς παραμιγνύουσιν ἐν τῷ βρέχειν. ὥσπερ οἱ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ γίνεται πολλῷ γλυκυτέρα, καὶ ἁπαλωτέρα. καθάπερ καὶ ἡ ἑψομένη. τοῦτο δὲ συμβαίνει. καὶ ὅλως ἡ ἁλυκότης πρόσφορος. ὅτι πικρότητά τινα ἔχουσα ἐν τῇ φύσει. ταύτην δὲ διαδυόμενον καὶ ὥσπερ ἀναστομοῦν τὸ ἁλυκὸν ἐξάγει. διὸ καὶ ἐν ταῖς ἁλμυρίσιν ἡ ῥάφανος ἀρίστη τὸ δὲ πικρὸν ἄτροφόν τε καὶ δύσχυλον. ὥστε ἐξαγομένου τούτου, καὶ γλυκύτερα, καὶ ἁπαλώτερα, καὶ εὐαυξέστερα γίνεται. τὰ δ' ἄλλα χείρω. διὰ τὸ μὴ ἐξάγειν τὸ ἀλλότριον, ἀλλὰ τὸ οἰκεῖον, ἐπικάουσα. δῆλον δ' ὅτι καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν πικρῶν ὁμοίως ἂν ἔχοι. καθάπερ καὶ ὁ κορωνόπους παρὰ τὰ κιχώρια τοῖς δριμέσιν, οἷον κρομμύῳ, σκορόδῳ, τοῖς ἄλλοις, οὐκέτι πρόσφορον. οὐ γὰρ ἀφαιρεῖ τὴν δριμύτητα, διὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν χυλῶν. τὸ γὰρ ὅμοιον ἐπὶ τὸ ὅμοιον φέρεται. καὶ εἰς τοὺς πόρους ἐνδύεται, καθάπερ ἐπὶ τῶν καθαιρόντων καὶ ἐξαγόντων τὰς ἐπιχρίσεις. καὶ τὰ μὲν ἁλυκὰ τοῖς τοιούτοις πρόσφορα διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν, εἰ δὲ ἀληθὲς ὃ ἔλεγεν Ἀνδροσθένης,

Ergo in genere aquarum, quæ nitrum, vel alumen, vel aliquid eiuſmodi ſapiunt, plantas neque alere, neque gignere poſſunt. Scilicet quo ad ſummatim ſit explicare: præterquam ſiqua familiare quicquam ac ſibi cognatum valeant enutrire, quemadmodum mare. Sed hoc minimum, & propemodum nihil eſt. Quibuſdam tamen in locis aquarum dulcium copia permiſta plantas progenerat, atque enutrit: vt in aquis Thraciæ feruidis licet perſpicere. Per ſe autem, nullius fere ſtirpis, ſicut nec animalis, fœcundæ intelliguntur. Mare multa & varia gignit: & eſt genus quoddam ſicut animalium, ita etiam plantarum, quod niſi in mari viuere nequit. Arbores tamen in æſtu marino magnæ, frugiferæque exurgunt, alimentum ex mari capere fortaſſe quiſquam negabit: dulcemque humorem radices poſſe ex terra trahere credet, mareque ipſum ſine offenſa circumuenire, quemadmodum aqua ſtirpes ſuas incolas tutiſſime ambit. Sed de his alia ſane hebenda diſputatio eſt: necnon de illis, quæ iuxta mare ipſum naſcentia, ſalſugine quodammodo ad ſe nutrienda, corroborandaque vtuntur: nam ea quoque ſui generis eſſe animaduertimus, vt præter cætera ſupradicta, quaſi medium ſtatum hæc adepta ſtatuere valeamus. Salſæ autem aquæ nutrire quidem plantas quoque terrenas queunt, ſed deterius, quam dulces: adurunt enim augerique prohibent. Minus vero his arbores infeſtari, quam olera, quamq; omnino annua (vt quidem affirmant) rationi conſentaneum eſt: arbores enim longe robuſtiores conſiſtunt. Et forte non deſunt, quæ commodius ali eiuſmodi humoribus poſſint, vt palmæ: ſiquidem his ſal aggeratus vnice proſit. Cæterum ſunt etiam in olerum genere, quæ ab humoribus ſalſis iuuantur, vt braſſica, beta, ruta, eruca. Hæc enim cum aquis ſalſis rigantur, longe meliora euadunt. Quamobrem nonnulli nitro aquæ permiſto aſpergunt braſſicam, vt Ægyptij. Atque ita multo dulcior, teneriorque efficitur: ſicut & ſi prius quam coquatur, ſale commaceretur. Omnino ſalſugo commoda huic eſt: habet enim amaritudinem quamdam, quam ſalſus humor ſubiens, ac veluti ora aperiens educere poteſt. Qua de cauſa locis ſalſis braſſica optima eſt. Amaritudo quippe non nutrit, prauumq; ſuccum gignit. Itaque ea ſublata dulcior, tenerior, altiorque braſſica redditur: ſed cæteris in rebus deterior, quoniam nihil educitur alienum, ſed hoc aduritur, quod eius familiare nimirum eſt. Itidem ergo vel in reliquis eſſe amaris ratio docet, vt in ſelagine, atque vniuerſo genere intuborum. At acribus, vt allijs, cepis, ac reliquis generis eiuſdem, nihil ſalſilago conducit: acrimoniam enim auferre non poteſt, propter ſaporis ſimilitudinem. Quippe cum ſimile feratur ad ſimile, meatusque adeat omnes: vt in ijs fieri ſolet, quæ maculas detergunt, ac detrahunt. Aqua ſalſa ob eam cauſam amaris cõmoda eſt.

Si vero

ὑπὲρ τῶν ἐν Τύλῳ τῇ νήσῳ τῇ περὶ [illegible] ἐρυθρὰν θάλατταν, ὅτι τὰ ναμάτια [illegible] συμφέρει τῶν οὐρανίων, ἁλυκὰ ὄντα τοῖς [illegible] καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις. διὸ καὶ ὅταν ὕ[illegible] εἰωθότας ἐγχωρίους ἀποβρέχειν. αἰτί[illegible] τὴν συνήθειαν. τὸ γὰρ ἔθος ὥσ[illegible] γέγονε. συμβαίνει δὲ τὰ μὲν οὐράνια σπάνι[illegible]. τούτοις δ' ἐκ τρέφεσθαι καὶ τὰ [illegible] τὸν σῖτον καὶ τ' ἄλλα. διὸ καὶ ταῦ[illegible] ἐπάρουσι. ταῦτα μὲν οὖν ὡς ἐξ ὑποθέσεως εἰρήσθω.

Si vero Androſthenes vere de Tylo inſula rubri maris narrauit, aquas ſalſas fluentes, pluſquam cœleſtes iuuare tam arbores, quam reliquum omne genus plantarum, & hinc agricolas loci illius, ſtatim poſt imbrem riuis eiuſmodi abluere ſata ſolere, conſuetudinem eſſe; Cauſam dixerim hanc, quod hæc velut natura facta in illis eſt. Pluuia namque raro illic aqua deſcendit, ſed defluens enutrit & arbores & fruges, & reliqua: vnde fit, vt & omnibus temporibus commode inſeratur. Sed hæc per ſuppoſitionem ſint dicta.

ΚΕΦ. Η.

CAP. VIII.

De utilitate aquarum frigidarum in plantis. Quodque dulces aquæ, non dulcibus præferantur. Et cur dulcis aqua, & idonea potui, alere vel omnia nequeat, vel non perfecte fungatur officio.

Τῶν δὲ ποτίμων τὰ ψυχρὰ βέλτιστα. καὶ γὰρ πέψιν ποιεῖ μάλιστα, διὰ τὴν ἀντιπερίστασιν τοῦ θερμοῦ, καὶ κατάψυξιν ταῖς ῥίζαις. δέονται δὲ τὰ δένδρα ταύτης. ὅτι δὲ βέλτιω, σημεῖον τὸ γλυκύτερα γίνεσθαι καὶ εὐχυλότερα τοῖς ψυχροῖς ἀρδευόμενα, καὶ λάχανα καὶ ῥίζας καὶ καρποὺς καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως. ἔοικε δὲ κατὰ λόγον ἔχειν ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν διὸς ὑδάτων τὰ νυκτερινὰ καὶ τὰ βόρεια. καὶ ἐπ' αὐτῶν δὲ τῶν πνευμάτων, ὅταν τὰ βόρεια καὶ μὴ νότια. ὅλως ὅταν ψυχρὰ καὶ μὴ θερμά. τὴν γὰρ αὐτὴν ὄνησιν ταῦτα ἔχει. καὶ διὰ τὰς αὐτὰς ἀνάγκας τὰ θερμὰ διαχεῖ καὶ ἀνυγραίνει. καὶ ἀσθενὲς ποιεῖ τὸ σύμφυτον θερμόν. ὑπερβολὴ δέ τίς ἐστιν ἴσως καὶ τοῦ ψυχροῦ καὶ πρὸς τροφὴν καὶ πρὸς γένεσιν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ζῴων. εἴπερ ἀφαιρεῖται τὴν τοῦ θερμοῦ δύναμιν, ἀφαιρεῖται τὴν τροφήν. ἀφαιρεῖται γὰρ τὴν ζωήν. οὐ μὴν πολλή γε, οὐδὲ ἐν πολλοῖς, ἐὰν μή τινα καὶ ἄλλον ἔχῃ χυλὸν ἀλλότριον. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ὅμοιον καὶ ἐπὶ τῶν ζῴων ἐστὶ τῶν ἐν αὐτοῖς. ἐκεῖνα μὲν γὰρ ὅλως ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ περιέχονται, καὶ ἐν τούτῳ ξυνίστανται. ταῦτα δ' ἐν τῇ γῇ καὶ ἐν τῷ ἀέρι. μιγνυμένου δὲ τοῦ ὕδατος τούτοις, οὔτε τὴν ἐκ τῆς γῆς οὔτε τὴν οἰκείαν ἀφαιρεῖται θερμότητα· πλὴν γ' εἴπου καὶ ὁ ἀὴρ ὅλος, τοιοῦτος. οὗτος γὰρ ἀβλαστὴς, καὶ ἄγονος ἡ γῆ τὸ ὅλον. τὰ μὲν οὖν ψυχρὰ διὰ ταῦτα βελτίω. τὰ δὲ πότιμα τῶν ἀπότων, ὅτι τροφιμώτερα. μιγνυμένη γὰρ ἡ ἁλμυρὶς, καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος χυλὸς, οὐ μόνον ἀτροφίας, ἀλλὰ καὶ ἄλλας βλάβας ἐμποιεῖ, καθάπερ ἐπὶ τῶν σωμάτων, ἡ δὲ μίξις τῶν ὑδάτων ἡ τοσαύτη χρήσιμος. ὅταν τὸ μὲν ἄγαν σκληρὸν ᾖ καὶ ὥσπερ ἄπεπτον καὶ ὠμόν. τὸ δὲ θῆλυ καὶ μαλακὸν ᾖ, καὶ ἕνα τινὰ γεώδη συνεπιφέρῃ χυλόν. ὅπερ ἔχει τὰ θολερὰ καὶ κοπριώδη. καὶ γὰρ τῆς τοιαύτης δέονται τροφῆς.

AQuæ autem, quæ inter potari idoneas frigidæ ſunt, principatum non dubie obtinent. Percoquere enim hæ potiſſimum queunt propter caloris coarctationem contrariam, atque refrigerationem radicum, quam deſiderant arbores. Tales vero aquas eſſe commodiores, argumentum eſt, quod olera, & radices, & fructus, & reliqua æque omnia frigidis adaquata meliora euadunt. Quod fieri ratione videtur, quemadmodum & inter aquas cœleſtes, nocturnæ, & aquiloniæ præſtant: ſicut etiam inter ipſos afflatus, aquilonij, & omnino, qui frigidi veniant. Eandem enim vtilitatem hæc omnia præbent. Et ob eaſdem cauſas aquæ, flatuſue calidi diffundunt, & humefaciunt, & inſitum calorem debilitant. Sed forſitam frigidi quoque exceſſus tam in alendo, quam in generando ſtatui poteſt, vt etiam in animalium genere: ſiquidem alimentum, vireſque caloris demat, ſine quibus ſeruari vita non poteſt. Non tamen frequenter in multis detrimentum id euenit, niſi alia quoque cauſa damnoſa accedat: neque enim id in his, quod in animalibus agitur aquatilibus. Illa enim humore undique continentur, atque in humore conſiſtunt: plantæ in terra, & aere ſtant: Quamobrem cum his aqua ſeſe miſcet, nunquam terræ, vel plantarum tollit calorem: præterquam ſicubi aer etiam totus frigidus ſit. Sic enim germine viduam, ac penitus ſterilem terram eſſe neceſſe eſt. Aquas frigidas præſtantiores eſſe his de cauſis iudicamus. Dulces autem, cæteras quæ potari nequeant, antecedunt: quia plus alere poſſint. Admiſta enim ſalſugine, vel aliquo huiuſcemodi ſapore contracto, non modo nutriri plantæ non poſſunt, verum etiam alijs quoque detrimentis afficiuntur: vt etiam in animalibus evenit. Aquarum miſtura vtilis eſt, cum altera dura admodum, & quaſi incocta, crudaque eſt: altera mollis, & placida: vel etiam cum aliquem terrenum ſaporem ſecum alterutra affert, vti in turbulentis, ſtercoroſiſque videmus humoribus.

διὸ πολλάκις ἐναρμόσειε λεπτὸν καὶ καθαρὸν μὴ καθαρῷ καὶ παχεῖ, καὶ φρεατιαῖον ναματιαίῳ, καὶ ῥυτὸν ὀμβρίῳ καὶ ἐναντίον, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν ἐναντίῳ. θαυμασιώτερον δ' ἂν δόξειεν, εἴ τι γλυκὺ καὶ ἀπότιμον ἢ ὅλως ἄτροφον, εἰ μὴ τελεσφόρον ἐστίν. ὥσπερ καὶ ἐπὶ τὸ περὶ τὴν Πυραίαν. ὃ καὶ ἐν ταῖς ἱστορίαις εἴρηται. τὴν δ' αἰτίαν ἔνδυσιν ἄν τις λάβοι τούτων. ἢ ὅτι πάντως ἀσθενές, ὅπερ οὐκ ἔοικεν· ἐπεὶ καὶ ὁ ἀὴρ δοκεῖ τρέφειν· ἢ ὅτι χυλόν τινα ἔχει κακοποιὸν, ὃς λανθάνει τὴν γεῦσιν. ὅπερ ἐκδηλούμενον φαίνεται καὶ ἐπὶ τούτου τοῦ ὕδατος. καὶ γὰρ ἄνθρωποι λουόμενοι λεπροὶ γίνονται, καὶ τὰ φυτὰ παραπλησίαν τινὰ λαμβάνει διάθεσιν. οὐ γὰρ δὴ τό γε ἄγαν τρόφιμον εἶναι λεκτέον, ὡς διὰ τὸ μὴ δύνασθαι κρατεῖν ἀτροφῇ καὶ χείρω γίνεται. περὶ μὲν οὖν τούτων ἱκανῶς εἰρήσθω.

Genus enim plantarum tale alimentum omnino deſiderat. Qua de cauſa ſæpe tenuis puraque, craſſæ impuræque congruere poteſt: & putealis manantí, & fluens pluuiæ aptiſſime conſocietur. Sed mirabilius certe videtur, aqua dulcis, & potari idonea, vel omnino alere nequeat, vel non perfecte hoc fungatur officio: vt in aqua Pyræi agri perſentitur, quod etiam inter hiſtorias dictum eſt. Cauſam vero ex duobus aliquis petet. Aut enim ex debilitate fieri ita credet, quod minus verum videtur: quando aer quoque alere poſſe putatur: aut quod ſaporem aliquem noxium habeat, qui in guſtando hominem latet. Quod etiam in prædicta aqua poteſt intelligi. Homines enim qui ea lauantur, leproſi efficiuntur. Et plantæ quoque proximum quendam accipiunt habitum. Haud enim recte cauſam in illo eſſe credideris, quod genus id aquæ nimis alere poſſit & proinde plantæ laborent ieiunio, redanturq; deteriores: vtpote quæ obductam pabuli copiam nequeant ſuperare. Sed de his ſatis.

ΚΕΦ. Θ.

CAP. IX.

Arbores ſuis quaſque locis gaudere.

ΤΟὺς δὲ τόπους ζητεῖ τοὺς οἰκείους οὐ μόνον τὰ περιττὰ καὶ ἴδια τῶν δένδρων, ὥσπερ εἴπομεν, ἀλλὰ καὶ τὰ κοινότερα γινόμενα. τὰ μὲν γὰρ φιλεῖ ξηροὺς, τὰ δὲ ἐνύδρους, τὰ δὲ χειμερινοὺς, τὰ δὲ προσηλίους. τὰ δὲ, παλισκίους. καὶ ὅλως, τὰ μὲν ὀρεινοὺς, τὰ δὲ, ἑλώδεις, ὥσπερ καὶ διαιροῦσιν. οὐκ ἀεὶ δὲ πάντας τοὺς αὐτοὺς ἴσως, οὐ δὲ διὰ μίαν αἰτίαν, ἀλλὰ διὰ πλείους, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς πρότερον ἐλέχθη. καὶ παρὰ τὸ συγγενὲς τῆς φύσεως ἕκαστον ἄγει πρὸς τὸν οἰκεῖον, ἐν ὥσπερ καὶ τὰ αὐτόματα φύεται. τὸ δ' αὐτόματον μηνύει τὴν φύσιν. ὥσπερ ἐκ τῶν αὐτῶν αἱ τροφαὶ καὶ αἱ γενέσεις, καὶ αἱ καθ' ἕκαστον διαιρέσεις. οἷον ἡ θερμότης, καὶ ἡ ψυχρότης, καὶ ἡ ξηρότης, καὶ ἡ ὑγρότης ζητεῖ γὰρ τὰ πρόσφορα κατὰ τὴν κρᾶσιν. ἔτι δὲ τὰ ἀσθενῆ, καὶ ἰσχυρὰ, καὶ βαθύρριζα, καὶ ἐπιπολαιόρριζα, καὶ εἴ τις ἄλλη διαφορὰ κατὰ τὰ μέρη. πολλάκις δὲ καὶ διὰ πλείω τούτων. καὶ ἐνίοτε τὰ μὲν ἔχοντα, τὰ δὲ, οὐκ ἔχοντα. πάντα γὰρ ταῦτα, ἔτι δὲ τὰ ὅμοια ζητεῖ τὸ ὅμοιον, καὶ τὰ ἀνόμοια μὴ τὸν αὐτὸν, ὅταν ᾖ τις παραλλαγὴ τῆς φύσεως ἐν οἷς καὶ τὰ περὶ τὴν ἐλάτην καὶ πεύκην ἐστίν. ἡ μὲν γὰρ χαίρει παλισκίοις. ἡ δὲ πεύκη, τοῖς προσηλίοις. ἐν ἐκείνοις δὲ οὐ φύεται πᾶν, ἢ κακῶς. θερμὰ μὲν ἴσως ἄμφω. καθάπερ φασιν. ἀλλ' ἡ μὲν ἐλάτη, ξηρόν· ἡ δὲ πεύκη, ὑγρόν. σημεῖον δὲ καὶ ἡ τῆς πεύκης γένεσις. ἅμα δ' ὑγρότητος πλῆθος, καὶ ὁ πρόσηλος τόπος οἰκεῖος. πέψις γὰρ οὕτω μᾶλλον.

LOca autem ſibi accommoda arbores quæritant non ſolum illæ, quas operoſo quodam peculiarique habitu natura creauit (vt ante iam diximus) ſed etiam quæ communi, vulgarique prouentu habentur. Quippe cum alia ſitientes adament tractus: aliæ humidos: aliæ hybernos cupiant: aliæ ſoli expoſitos: & aliæ opacis, aliæ apertis gaudeant: & aliæ in totum paluſtribus, aliæ montoſis lætentur: vt & diuidere autores conſuere. Sed forte non ſemper eadem appetunt loca: nec vna de cauſa, ſed varia quadam ratione (vt ſuperiori libro retulimus) quanquam naturæ cognatione quodque ad locum proprium, ducitur: quemadmodum ea, quæ ſua ſponte proueniunt. Spontaneus autem ortus expreſſius naturam oſtendit, ſiquidem ex eiſdem generationes, & nutritiones, & ſingulorum diuiſiones agantur, neceſſe ſit: videlicet caliditate, frigiditate, ſiccitate, humiditate. Quærunt etenim omnia, quod ſibi pro ſuo temperamento commodum eſt. Item quæ infirma, aut robuſta ſint: quæque ima telluris radice ſubeunt, aut per ſumma augentur, aut aliqua differentia partium diſcrepent: hæc pro ſuo diſcrimine locum appetunt. Sæpe etiam plures ex his cauſæ in eadem planta intelliguntur: & plerumque quod alia habeant, alia non habeant, in cauſa eſt. Addo etiam quod ſimiles locum exigant ſimilem: & diſſimiles diſſimilē• cū ſcilicet naturæ aliqua diuerſitas adeſt. Quo in genere abies, pinuſque collocantur. Altera enim opacis gaudet, altera, id eſt pinus, apricis. Opacis enim aut nullo modo aut praue exurgit. Ergo calidæ quidem ambæ, vt aiunt: ſed abies ſicca, pinus humida eſt. Argumentum vel ex generatione piceæ duci vtique poteſt. Tum etiam vbertati humoris locus ſoli expoſitus conuenit: ſic enim excoctio fieri magis poteſt.

Semper

ἀεὶ δὲ κατὰ τὸ ὑπερβάλλον ἡ ὄρεξις· καὶ δῆλον ὡς ἐν τοῖς δοκοῦσι [illegible] τῶν ὁμογενῶν ἀεί τινα ζητητέον τοιαύτην διαφοράν [illegible] ὁμογενῆ τὸν [illegible] καθάπερ ὁ κιττός· καὶ τὰ πάρυδρα καὶ [illegible] ὁ μὲν γὰρ θερμὸς καὶ ξηρός· τοῖς δὲ, ἡ φύσις ὅμως συγγενής. ἔνια δὲ καὶ [illegible] τὰς καθ' ἕκαστα διαφορὰς ἔδειξε τὴν αἰτίαν· ὁμοίως δὲ καὶ ὅσα φυλλόσκεπα τυγχάνει καὶ τῶν ἀγρίων καὶ τῶν ἡμέρων. ὥσπερ ἡ ῥοιὰ καὶ ἡ μυρρίνη· ἡ μὲν πυκνὸς ὢν καὶ ξηρός· [illegible] ξηρά· τὸν μὲν γὰρ καρπὸν ἀμφότερα [illegible] καὶ οὐχ ὑγρὸν ἔχει· τῷ μὲν γὰρ [illegible] ταχὺ καταξηραίνεται· σκιαζόμενος δὲ καὶ μετρίως εἰσλαμπόμενος ἡλίῳ, σώζει τὴν οἰκείαν ὑγρότητα καὶ πεπαίνει. διὸ καὶ τὰς ῥοὰς πυκνὰς φυτεύουσι καὶ τὰς μυρρίνας, ἵνα συσκεπάζωσιν ἀλληλα, καὶ περιβάλλωσιν ἔχωσι τοῦ ἡλίου. ἅμα δὲ καὶ τῷ μὴ πολύρριζα συγγενεῖν, οὐκ ἐνοχλοῦνται κατὰ τὰς τροφάς. εἰ γὰρ αὖ τἀναντία τις οὕτω φυτεύσει, καθάπερ ἄμπελον καὶ συκῆν, οὐκ ἂν ὁμοίως εὔκαρποι. ἔνυγρα γὰρ ὄντα, καὶ πέψεως δεῖται πλείονος. αἱ μὲν οὖν τῶν τόπων παραλλαγαί, διὰ τοιαύτας τινάς εἰσιν αἰτίας, ὅπου μὴ καὶ ἄλλο τι συμβαίνει κώλυμα καὶ σίνος πρὸς εὐκαρπίαν, ὥσπερ περὶ Τάραντα τῆς ἐλαίας. ἡ γὰρ ἄπνοια κατὰ τὴν αὔθησιν ἀπόλλυσιν. ἀποκαίεται γὰρ πολλά, καὶ ὅταν πνέῃ τοιοῦτόν τι πνεῦμα πόντιον, ἡ τῇ ἅλμῃ τῇ ἐπιφερομένῃ καλεσθίει καὶ λυμαίνεται τὰ ἄνθη. δοκεῖ δὲ καὶ ὁμίχλη τις ἄνευ πνοῆς ἐκβαίνειν. ἣ ὅταν ἅψηται τῶν ἀνθῶν ἀποκαίει. διὸ καὶ μάντεις θύουσιν, ὥστε μὴ ἐκβῆναι, καὶ φασὶ κωλύειν. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἔτι πάλιν σωτήριον, ἢ μὴ πρόσφορον ἐστὶ τοῦ ἀέρος. ἐνίοτε γὰρ τῶν ἐδαφῶν ὄντων φαύλων, ὁ ἀὴρ ἐκτρέφει τῇ εὐκρασίᾳ, καθάπερ ἐλέχθη, καὶ τοῖς οἰκείοις πνεύμασιν.

Semper autem rei excellentis ratione appetentia ſequitur. Ex quo illud etiam conſtat, quod inter congenera, quæ mutuo differre videntur, diſcrimen eiuſmodi quoddam quærendum ſit. Nam quæ genere diſſociata, locum tamen petunt eundem, vt edera, & quæ aquis appoſita ſunt, quæque nemoribus gaudent, facile ſuam rationem aperiunt. Edera nanque ſicca, & calida eſt. Reliqua vero naturæ penitus cognatione loca eiuſmodi concupiſcunt. Nonnulla ex his cauſam vel in ſingulorum differentijs explicant. Pari modo & quæ niſi frondibus obſepta poſſint ſeruari, tum in agreſti, tum in vrbano genere: vt punica, & myrtus, quarum altera ſicca, ſpiſſaque eſt, altera, id eſt punica, raro nec ſicco corpore conſtat. Fructum enim vtraque nucleoſum nec humidum gerit. Itaque ſoli expoſitus mox obareſcit: in vmbra coaleſcens, & ſolem modice ſentiens, humorem ſuum ſeruare, atque coquere poteſt. Quamobrem & punicas, & myrtos breui interuallo conſerere ſolent, vt ſe contectu operiant mutuo, atque ſolis nimios æſtus fugere poſſunt. Tum etiam quod radice numeroſa non ſint, nullo alimenti raptu mutuo infeſtantur. At ſi quæ his contraria ſint natura hunc in modum ſeueris, ceu vitem, & ficum; nunquam fructificare tantundem valeant. Hæc enim quia humida ſint, cocturam certe ampliorem deſiderant. Locorum diuerſitatem cauſis hiſce tribuimus: vbi nihil aliud impedimento, detrimentoque acciderit: vt apud Tarentum oleæ accidere ferunt. Silens etenim ſpiritus, ſenſu conſpicuus eſt: quippe pleraque aduruntur, & conflatus ex mari talis occurrit, vt inuecta ſalſugine corrodantur flores, ac pereant. Caligo quoque ſine vllo flatu egredi quædam videtur: quæ vbi flores tetigerit, exurit. Quamobrem Vates ne caligo egrediatur, ſacrificare conſueuerunt: & vetari ſæpe ſacrificijs referunt. Eadem ratio eſt etiam, ſi quod commodum vel incommodum ex aere veniat. Interdum enim quamuis ſolum ſit vitioſum, aer tamen bonitate ſui temperamenti ſuiſq; flatibus edicare ea poteſt: vt dictum eſt.

ΚΕΦ. Ι. CAP. X.

Duabus ex cauſis fructus matureſcere.

Εἰ δέ γε ἡ πέψις τῶν καρπῶν, τοῖς μὲν ὑπὸ θερμοῦ δοκεῖ, τοῖς δ' ὑπὸ ψυχροῦ γίνεσθαι, κατὰ συμβεβηκὸς ἥ γε ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ γινομένη. τὸ γὰρ θερμὸν ἐν ἀμφοῖς πέττει. καὶ μία τις ἡ αἰτία. φανερὸν δὲ οὐχ ὁμοίως διὰ τὴν ἀντιπερίστασιν. ὅλως γὰρ πάντως τῶν τοιούτων τὰς αὐτὰς δυνάμεις ὑποληπτέον αἰτίας εἶναι. ξυμβαίνει δὲ δὴ τοῖς ὀψικάρποις ὑπὸ τοῦ χειμῶνος πεπαίνεσθαι, περικαταλαμβανομένοις τῇ ὥρᾳ· ὀψίκαρπα δ' ὥσπερ ἐλέχθη διὰ πλείους αἰτίας.

Fructuum autem cōcoctio, partim caliditate, partim frigiditate perfici creditur. Quæ tamen ex frigiditate fit, per euentum fiat, neceſſe eſt. Color enim vtrobique vim obtinet concoquendi. Et ſimplex quædam cocturæ ratio eſt, ſed non æque percipi poteſt, propter coarctationem contrariam caloris. Omnium enim eiuſcemodi rerum cauſas ab eiſdem viribus proficiſci putandum eſt. Verum euenit, vt fructus, qui ſero perficiuntur, maturitatem hyberni temporis opera capere videant: quoniam ante quam perficiantur, hyems occupet. Sero autem fructus perfici quoſdam multis de cauſis euenit, vt ante iam diximus.

ὅσα μὲν οὖν ὑγρὰ τῇ φύσει, συντονωτέρων δεῖται τῶν ψυχρῶν, ὥσπερ ἡ ἄμπελος· οὕτω γὰρ μᾶλλον ἡ πέπανσις. ὅσα δὲ ξηροκαρπότερα καθάπερ ὁ μύρρινος· καὶ γὰρ τοῦτο τῶν ὀψικάρπων, ἐλαφροτέρων. ἀποξηραίνει γὰρ καὶ ἀποστίφει τὸ ἄγαν. ἡ δὲ εὐκρασία καὶ ὁ ὑγρότερος, καὶ ὁ ὑπὸ νότον ἀὴρ, εὐτροφώτατος· ἐπεὶ οὐδὲ τὰ ὑγρότερα τῇ φύσει πέττουσιν αἱ ὑπερβολαὶ τῶν χειμώνων. ἀλλὰ τὰ μὲν ὅλως ἀναξηραίνουσι, τῶν δ' ἐξαιροῦνται τὸν οἰκεῖον χυλὸν, ὥσπερ τῶν συκῶν. ἀντέχει δὲ μάλιστα καὶ δύναται, τά, τε ἐν ὑγρότητι μᾶλλον πλείονι, καθάπερ τῶν ὑγρῶν, τὰ μιμαίκυλα. καὶ ἔνια γεώδη, καὶ στρυφνὰ, καὶ ἰσχυρὰ τὴν φύσιν, οἷον βάλανος, ἀχρὰς, οὖον. ὀψὲ γὰρ ταῦτά γε λαμβάνει τὴν οἰκείαν ὑγρότητα. τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ μέσπιλα, καὶ τὰ μῆλα τὰ ἄγρια, καὶ πάνθ' ὅλως ἃ πεπαίνεσθαι δύναται ἀφαιρεθέντα. καθάπερ ἡ ἀχρὰς, καὶ τὸ οὖον τὴν αὐτὴν μὲν πέπανσιν, ἥνπερ ἐπὶ τῷ δένδρῳ τὴν φυσικὴν, ἔχουσαν δέ τινα γλυκύτητα τὴν ποιοῦσαν ἐδώδιμον. εἴτ' οὖν σῆψιν αὐτὴν χρὴ λέγειν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν δρυπετῶν ἐλαιῶν φασιν, εἴτε καὶ ἄλλην τινὰ διάθεσιν ἥνπερ οὖν. οὐ μὴν ἀλλ' ἴσως οὐθὲν αὖ κωλύῃ καὶ τῇ ἔξωθεν θερμότητι πέττεσθαι, καθάπερ τὰ οὖα, πεπαυμένης ἤδη τῆς ἐπιῤῥοῆς ἐκ τῶν δένδρων· τότε μὲν γὰρ αἰεί τινος ἐπιούσης οὐκ ἐκράτει, κωλυόμενον ἅμα διὰ τὰ ψύχη. μὴ προσγινομένης δ' ἑτέρας, ἅμα δὲ καὶ τοῦ θερμοῦ συγκατακλειομένου, δι' ἄμφω πέττεται καὶ λαμβάνει τὴν μεταβολήν. ἐπεὶ καὶ οἱ ἐπὶ τῶν δένδρων καρποὶ πεπαινόμενοι, καθάπερ οἱ βότρυες, ἀφαιρεθέντες γλυκύτεροι γίνονται, τοῦ ὑδατώδους ὑπὸ τοῦ ἡλίου καταξηραινομένου. καὶ ἐπ' αὐτῶν δὲ τῶν ἀμπέλων ὅταν ἐπιστρέφωσι, ἢ καὶ γηράσαντες ἀποσαφιδωθῶσι. σχεδὸν δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις γίνεταί τις τοιαύτη μεταβολὴ, τῶν μὲν ἐπ' ἔλαττον, τῶν δ' ἐπὶ πλεῖον. ἔνια δ' ἐναντίως. καὶ γὰρ ἐπ' αὐτῶν τῶν δένδρων ἐν τόποις θερμοῖς καὶ οἰκείοις ἀπέπαντα, ἐπικνισθέντα δὲ καὶ ἐπαλειφθέντα ἐλαίῳ, καθάπερ καὶ πρότερον ἐλέχθη, διὰ τὴν εὐτροφίαν. ὥσπερ τὰ ἐν Αἰγύπτῳ συκάμινα πεπαίνεται. τοῦτο δὲ παθόντα καὶ πέρασίν τινα ἔλαβεν ὑγροῦ καὶ πνεύματος, καὶ τὸ θερμὸν εἰς δέχεται. τῶν δὲ λαχανωδῶν ἔνια καὶ τὸ ὅλον ἀπέπαντα καὶ ἀμετάβλητα, καθάπερ ἡ κολοκύνθη. πέψεως μὲν οὖν καὶ ἀπεψίας καὶ ἁπλῶς τῶν γινομένων μεταβολῶν, ἐν τούτοις ἡ αἰτία.

Quæ enim natura humidæ ſunt, frigiditatem vehementiorem deſiderant, ceu vitis: ſic enim longe melius. Quæ autem fructum pariunt ſicciorem, vt myrtus (nam ea quoque arido ſuum perficit fructum) leuiorem temperiem requirunt. Nimia enim exſiccat, exacerbatque: media vero temperies, & auſtrini ac humidi ſpiritus commodiſſime alunt. Neq; enim fructus natura humidiores, exceſſus frigorum poſſunt percoquere: ſed alios penitus reſiccant, alios inſipidos reddunt, ceu ficus. Reſiſtere tamen illi maxime poſſunt, qui plus habent humoris, vt poma arbuti: quique terreni, acerbi, ſolidique natura ſunt, vt glans, pirum ſylueſtre, ſorbum. Hæc enim humorem, ſaporemque ſuum ſero recipiunt. Adde hoc in genere meſpila, & mala ſylueſtria, & omnino, quæ arboribus decerpta matureſcere poſſint, vt pirum agreſte, & ſorbũ: & ſi non eadem maturitate, qua arbor, tamen ita aliquid dulcedinis capiant, ciboque reddantur idonea, ſiue putredinem genus hoc maturitatis deceat appellare, vt in drupis oliuis, ſeu etiam alium quempiam habitum naturalem. Cæterum nihil fortaſſe prohibeant, quo minus externo quoque calore fructus coquatur: vt ſorba, cum alimenti influxus ceſſauerit. Prius enim aſſidue aliquo influente humore fructus exſuperare non poterat, præſertim cum frigora impedirent. Poſtea vero cum amplius nihil accedit, & calor in ipſis fructibus coercetur, vtraque de cauſa coctionem iam immutationemque admittunt. Nam & qui in arboribus maturеſcere fructus ſolent, vt vuæ, decerpti, dulciores efficiuntur: ſcilicet quod pars humoris diluta, ſole abſumpta eſt. Hoc idẽ in ipſis euenit vitibus, cum vuæ humorem haurire deſierint: vel cum ſeneſcentes in paſſas mutentur. Quin etiam in cæteris fructibus talis fere quædam mutatio euenit, alijs magis, alijs minus. Nonnulli e contrario maturitatem accipiunt. Etenim in ipſis arboribus, locis feruidis, atque aptiſſimis, immaturi perſiſtunt: ſcalpti autem, & oleo illiti, (vt dictum eſt) incipiunt matureſcere, vt ficus Ægyptiæ. Illis enim ad hunc modum tractatis, humoris, ac ſpiritus aliquid effluit, & calor admitti amplius poteſt. In olerum autem genere vel ex toto immatura, atque incommutabilia permanent, vt cucurbita. Ergo coctionis, cruditatiſue ad ſummam commutationum, quæ fieri aſſolent, ratio in his eſt.

ΚΕΦ. ΙΑ. CAP. XI.

De incremento, & proceritate arborum. Tum quæ fructus amittant ante maturitatem.

Τῶν δὲ δένδρων αὐτῶν ἀεὶ τὰ ἐν τοῖς ἀπνόοις, καὶ παλισκίοις ὀρθὰ καὶ ἀστραβῆ, καὶ λειότερα καὶ εὐμηκέστερα γίνεται. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ πυκνὰ τυγχάνη πεφυκότα, τὰ δ' ἐν τοῖς εὐπνόοις καὶ προσηνέμοις καὶ εὐηλίοις, ἔτι δὲ μανὰ καὶ πεφυκότα, ἧττον. ἥ τε γὰρ εἰς βάθος αὔξησις κωλύεται τάχει καὶ τὰ πνεύματα τραχύνει, καὶ ὄζους ἐμποιεῖ, καθάπερ ἐλέχθη, διὰ τὴν ἐπίστασιν. ἐκείνοις δὲ ἀφῃρημένων τούτων, ἡ εἰς τὸ μῆκος αὔξησις μόνη γίνεται. διὸ καὶ τὰ μὴ ὁμοίως ὀρθοφυῆ, μηδ' εὐμήκη, τὴν αὐτὴν διάθεσιν λαμβάνει τοῖς ὀρθοφυέσι καὶ μακροῖς, ὅταν ἐν τόποις γένηται τοιούτοις, ὥσπερ αἱ δρῦς. λεῖαι γὰρ καὶ εὐθεῖαι, καὶ σχεδὸν ἰσομήκεις γίνονται ταῖς ἐλάταις, καθάπερ φασὶ καὶ περὶ τὸν Αἷμον. ἅμα δὲ μανότερα, καὶ ὑγρὰ, καὶ ἀσθενέστερα τὰ τοιαῦτα γίνεται. διὰ τὸ μήτε ὑπὸ τοῦ ἡλίου, μήτε ὑπὸ τῶν πνευμάτων, καὶ τοῦ ψύχους λαμβάνειν πύκνωσιν. ἀποβλητικὰ δὲ μάλιστα τῶν καρπῶν πρὶν πεπᾶναι, συκῆ, καὶ φοῖνιξ, καὶ ἀμυγδαλῆ. καὶ διὰ τὴν ἐναπόληψιν ὑγρότητός τε τινος, καὶ πνεύματος, ὥσπερ συκαῖ. τὰ δὲ, τῷ τὴν προσάρτησιν ἔχειν ἀσθενῆ, τοὺς δ' ὄγκους μείζους. ὥσπερ ἡ ἀμυγδαλῆ, καὶ μηλέα, καὶ ἄπιος. ἱκανὸν γὰρ καὶ ὁτιοῦν διυγρᾶναι καὶ ἀσθενὲς ποιῆσαι. καὶ ἅμα τούτοις γε καὶ πνευμάτων ἐπιγίνεται μέγεθος. ἡ δὲ ῥόα τοῖς μὲν ἄνθεσιν εὐκατάπτωτος. ἀσθενὴς γὰρ αὐτῶν ἡ πρόσφυσις. ὡς δ' ὅταν ψεκάδια καὶ δρόσοι πέσωσιν, εἰς δυόμενα κατὰ τὸ ἄνθος, ἀνυγραίνει, καὶ ποιεῖ τὴν βολήν. διὸ καὶ κατάγουσι τὰ δένδρα, καὶ οὐκ ἀφιᾶσιν εἰς ὕψος. ὅπως οἱ κύτινοι μὴ ὀρθοὶ γινόμενοι δέχωνται τὸ ὑγρόν. οἱ δὲ, καὶ ἀνάπαλιν κελεύουσι φυτεύειν τὰς ῥάβδους. τούτου χάριν ὅπως εὐθὺ κατανεύσωσιν. ὅτι δ' ὑγρότης αἰτία τῆς ἀποβολῆς, κἀκεῖθεν δῆλον. αἱ γὰρ ἄπιοι, καὶ ἀμυγδαλαῖ, κἂν μὴ βρέχῃ, νότιος δὲ ᾖ ὁ ἀὴρ καὶ ἐπινεφὴς, ἀποβάλλουσι καὶ τὰ ἄνθη, καὶ τοὺς πρώτους καρποὺς, ἐὰν εὐθὺς μετὰ τὴν ἀπάνθησιν ᾖ. καὶ τούτων μὲν καὶ τῶν τοιούτων ἐν τῇ προσαρτήσει καὶ τοῖς ὄγκοις ἡ αἰτία.

Arborum autem ipſarum, ſemper quæ locis opacis, & afflatu ſilentibus ſunt, proceræ, laues, atque excelſiores exurgunt: nec non ſi breui ſitæ ſint interuallo, modo eodem adoleſcunt. Contra quæ locis, flatibus, ac vento expoſitis, atque apricis, vel raris, ſolutiſque exeunt, minus tales euadunt. Incrementum enim, profunditatis altitudinem vetat, & flatus exaſperant, nodoſque faciunt, (vt retulimus) retorſionis, & conſiſtentiæ cauſa, quæ cum illis abluta penitus ſint, incrementum longitudinis tantummodo capiunt. Quamobrem illa etiam, quæ non æque erecta & excelſa, neque ſurgere apta ſunt, eiuſdem naturæ habitum accipiunt, quem erecta excelſaque habent: cum locis huiuſcemodi naſcuntur, vt quercus. Læues etenim, rectæque, & prope abietibus æquales euadunt: vt apud Aemum montem fieri referunt. Tum etiam ſolutiora, humidiora, imbecillioraque his locis efficiuntur, quia neque ex ſole, neque ex flatibus, vel frigoribus denſitatem poſſint ſuſcipere. Amittunt maxime ſuos fructus ante, quam maturauerint, ficus, palma, atque amygdala: quod accidit aut alicuius intercluſi humoris cauſa, vt ficus amittit: aut quod nexu infirmo fructus dependeat, qui mole grandiuſcula eſt, vt amygdalæ, mala, pira: nam quodlibet humefacere, atque debilitare eos facile poteſt. Tum etiam flatus interdum vehementes inuadunt, vt nihil reſiſtere valeant. Punica flores facile amittit, quia nexus eorum debiliſſimus eſt. Itaque cum guttæ pluuiæ, aut rores in eos deciderint, ſubeuntes quoquo verſus humectant, labefactantque. Qua de cauſa deducere arbores ſolent, nec in excelſum eas excurrere ſinunt: flores in erectum formati humorem ſuſcipiant. Quidam etiam virgas e contrario ſeri præcipiunt, vt ſe ſubinde valeant inclinare. Humorem iacturæ cauſam eſſe, hinc etiam intelligi poteſt. Piri enim, atque amygdalæ, etiam ſi non pluat, dummodo aer auſtrinus, nubiluſque ſit, amittunt & flores & primos fructus, ſi continuo poſtquam defloruere, illud acciderit. Sed horum, cæterorumque ſimilium ratio in nexu, moleque eſt.

ΚΕΦ. ΙΒ. CAP. XIII.

De caprificandi ratione, & culicibus. Item arbores ſerotinas fructus ſuos non perdere.

ΚΑὶ δὲ συκῶν καὶ τῶν φοινίκων, οὐκ ἐν τούτοις ἐςὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ αὐτῶν διαθέσει. διὸ καὶ ἐρινάζουσι τὰς συκᾶς. τοῦτο δὲ ποιοῦσιν, ὅπως οἱ ψῆνες οἱ ἐκ τῶν ἐρινῶν τῶν ἐπικρεμαννυμένων γινόμενοι, διοίγωσι τὰ ἐπὶ τῆς συκῆς. ἡ μὲν γὰρ γένεσις ἐξ ἐκείνων, ζητοῦντες δὲ τὴν ὁμοίαν τροφὴν, ἐκπέτονται καὶ προσίπτανται τῶν ἐπὶ τῆς συκῆς ἐρινῶν· συμβαίνει δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἐριναζομένων, ὅταν ἐπ᾽ αὐτῶν τῶν συκῶν ἐπιγίνωνται. διὸ καὶ παραφυτεύουσι ταῖς συκαῖς ἐρινοὺς ἐπὶ τῶν ἄκρων. ὅπως καὶ ἀνέμου ἡ πτῶσις οὐρία γίνεται, ταῖς μὲν πρωΐαις, πρωΐους, ταῖς δ᾽ ὀψίαις, ὀψίους, ταῖς δὲ μέσαις, μέσους. ἵνα κατὰ τὴν οἰκείαν ὥραν ἑκάστοις ὁ ἐρινασμὸς ᾖ. διοιχθέντος δὲ τοῦ μέσου τὴν ὑγρότητα ἐκβόσκονται τὴν πλείω, καὶ τῷ ἔξωθεν ἀέρι δίοδον διδόασι, καὶ τὸ ὅλον εὐπνούστερα ποιοῦσι. συμβαίνει γὰρ ἅμα τῇ θερμότητι τῇ κατειργασμένῃ, συγκατακλείεσθαί τι πνεῦμα, καθάπερ τοῖς ἑψομένοις. οὗ χωρισθέντος ἅμα τῇ ὑγρότητι καὶ διεκπνεύσαντος, ἐπιμένει. τὰ γὰρ αἴτια τοῦ ἀποβάλλειν ταῦτ᾽ ἐςίν. εὐλόγως δὲ καὶ γίνονται καὶ εἰσδύονται πάλιν οἱ ψῆνες εἰς τὰ ἐρινεά. γίνονται μὲν γὰρ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι πεπαίνειν, μηδὲ τελειουργεῖν τοὺς ἐρινεούς. ὥσπερ γὰρ καὶ τῶν ἄλλων σηπομένων καὶ ἐν τούτοις ζωοποιὸς ἡ φύσις. οὐκ ἔχοντες δὲ τροφὴν, ζητοῦντες δὲ τὴν οἰκείαν, φέρονται πρὸς τὸ ὅμοιον. ἡ γὰρ ἐπιθυμία πᾶσι τοῦ συγγενοῦς, ὥσπερ τοῖς φθειρσὶν αἵματος. ἐξ οὗ διαφθαρέντος γένεσις. εὐλόγως δὲ καὶ ἐν ταῖς λεπτογείοις καὶ καταβορείοις οὐκ ἐπιζητοῦσι τὸν ἐρινισμόν. ξηρὰ γὰρ γίνονται τῇ φύσει δι᾽ ὀλιγότητα τῆς τροφῆς. οὐ δὲ δὴ εἴτις ἑτέρα χώρα τοιαύτην ἔχει τὴν κρᾶσιν ὥστε σύμμετρον ἐκδιδόναι τὴν τροφήν. ἡ γὰρ ἀποβολὴ δι᾽ ἀπεψίαν καὶ τὸ μὴ κρατεῖν. ὡσαύτως δὲ καὶ ὅπου κονιορτὸς πολύς. ἀναξηραίνει γὰρ καὶ οὗτος. ἄτοπον δ᾽ ἂν δόξειεν, ὅτι βορείοις ἀποβάλλουσι μᾶλλον ἢ νοτίοις, ξηροτέρων ὄντων. αἴτιον δὲ ὅτι πυκνούμενα μᾶλλον τὰ ἐρινεὰ κωλύεται διεκπνεῖν, ἅμα δ᾽ ἴσως καὶ πῆξίς τις γίνεται τοῦ ὀποῦ. ταύτην γὰρ καὶ τῆς φυλλοβολίας αἰτίαν φέρουσί τινες, ὥσπερ εἴπομεν. ὅσα δ᾽ ὄψια πάμπαν τῶν γενῶν οὐκ ἀποβάλλει. διὰ τὴν ὀψιότητα τῆς βλαςήσεως. οὐ γὰρ ἔτι συμβαίνει κατακλείεσθαι καὶ ἐναπολαμβάνεσθαι τὸ πνεῦμα διὰ τὴν ὥραν. ἀλλ᾽ ἐπικρατεῖ ἀντιπεριςάμενον τὸ θερμόν. ἅμα δὲ καὶ φύσει ξηρά πως ἐςὶ, καὶ ὀψὲ διῦ-

FIcorum autem & palmarum non ſolum in his; ſed etiam in [illegible] animaduertitur. Quapropter ficos caprificant: quod ea de cauſa faciunt, vt culices nati, qui ex caprificis appenſis naſcuntur, poma fici aperiant. Generantur enim ex putreſcentibus illis, ſed ſimile alimentum quærentes euolant, atque grandibus groſſis aſſident. Quod idem plerumque euenit, & ſi non caprificus appendantur, modo caprificus ipſa propinqua ſit, in qua culices fuerint procreati. Ideoque caprificus in extremo ficis conſeritur: maturis, matura: ſerotinis, ſerotina: medijs media: vt pro ſuo tempore ſingulæ caprificationem obtineant. Atque ita caprifici adijcitur ſatus, vt culicum aduolatus ſecundo vento effici poſſit. Cum autem morſu crebro culices ora ficuum aperuerint, humorem abſumunt ſuperuacuum: & aditum liberum auris præbent: & omnino poma ſpirantia efficiunt. Euenit enim, vt cum calore illo conficiente, ſpiritus quoque aliquid interſeratur: vt in his euenit, quæ igne coquuntur, quo ſpiritu ſemoto vna cum humore, exactoque, fructus permanent. Cauſa namque amittendi hæ ſunt. Culices autem, & gigni ex caprificubus, & rurſus eaſdem ſubire ratio eſt. Gignuntur enim, quia caprifici maturare, atque perficere nequeant. Vt enim in cæteris putreſcentibus genus aliquod animalis concreſcit: ita etiam in his viuifica quædam natura eſt. Sed cum alimento careant, quærantque quod ſibi conueniat; feruntur ad id auide quod ſimile eſt. Omnibus enim rei cognatæ deſiderium natura inijcit: quemadmodum & pediculis ſanguinis; ex quo putrefacto, naſcuntur. At ſolo macro, & aquilonio, caprificatio haud quaquam deſideratur: quia propter alimenti exiguitatem ſponte poma ſiccentur. Nec vbi ſolum ita ſit temperatum, vt modice alere poſſit, vſus caprificandi eſt (lactura enim non niſi ex cruditate ſequitur, cum vis coquendi ſuperare non poteſt) nec vbi multus puluis, nam vis ſiccandi pulueri quoque poſita eſt. Sed abſurdum videatur, quod flatibus aquilonijs potius, quam auſtrinis, fici fructus amittunt: cum longe ſicciores ſint aquilonij. Ratio vero quod ficus plus condenſatæ nequeant exhalare: tum etiam ſuccus fortaſſe intus concreſcit: hanc enim & foliorum profluuio cauſam nonnulli aſſignant, vt dictum eſt. Quæ autem ſerotinæ admodum ſunt, fructus nunquam amittunt, quia ſero germinare incipiant. Fit etenim temporis ratione, vt ſpiritus non amplius intercludi, coercerique poſſit. Calor enim ſe colligens, atque reſiſtens exſuperat, tum etiam genus id ſiccum

[illegible]γίνεται. [illegible] καὶ τὴν ἄρδευσιν αἱ τοιαῦται ζητοῦσι καὶ δέχονται μᾶλλον. ἔοικε δ' ὥσπερ ἡ ἄνοιξις ποι[illegible] εὔπνοιάν γε καὶ ἀπε[illegible] [illegible] παραπλησίως τρόπον τινὰ [illegible] Αἰγυπτίᾳ συκαμίνῳ.

ſiccum natura quodammodo eſt, ſeroque proinde humeſcit. Quamobrem & adaquari hoc exigit, & aquam ſuſtinet magis. Quòd ſi reſeratio faciat, vt ſpiritu exacto, admiſſoue, & humore aſſumpto poma valeant perdurare, ſimiliter atque in Ægyptia fico euenire quodam [illegible] acciderit.

Cap. XIII.

Vtrum caprificatio inuenta ſit, vt ficus ſe comprimat, an vt reſeretur. Item eſſe ficus, quæ caprificatione no egeant.

Ἀλλὰ τοῦτο διαμφισβητοῦσί τινες, ὡς ἄρ' οὐκ ἀνοίγουσιν οἱ ψῆνες, ἀλλὰ συμμύειν ποιοῦσιν, ὅταν εἰσδύωσιν. ὅθεν καὶ τὴν αἰτίαν ἐστὶν ἐκ τοῦ ἐναντίου φέρειν, ὡς τούτου χάριν ἐρινα-ζομένων· ἐὰν γὰρ συμμύωσιν, οὔθ' ἡ δρόσος, οὔτε τὰ ψεκάδια δύναται παραφέρειν, ὑφ' ὧν ἀποπίπτουσι διαθερμαινομένων, ὥσπερ καὶ οἱ κύτινοι τῶν ῥοῶν. ὅτι δὲ τοῦτο τὸ αἴτιον, μηνύει τὸ συμβαῖνον. ἀποβάλλουσι γὰρ μᾶλλον ὑδάτων ἐπιγινομένων. σημεῖον δ' ὅτι κἀκεῖνό ἐστι τοῦ συμμύειν χάριν. ἐὰν γὰρ μὴ ἔχωσι [illegible], τῇ ἄμμῳ ἐπιπάττουσιν, ἵνα συμμύσῃ· καὶ ὁ κονιορτὸς δὲ ποιεῖ διὰ τοῦτο ἐπιμένειν, ὅτι συμμύει κεκονιορτωμένα: τὰ δὲ τῶν ὀψίων, οὐ διοίγεται κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ἀλλὰ συμμύει. διὸ καὶ ἐπιμένει. καὶ οὐδὲ ὅλως θαυμασμοῦ δέονται μετὰ ταῦτα ἰσχύοντα· καὶ ἅμα τῆς ὥρας μεταβεβληκυίας, ἀνοίγεταί τε καὶ οὐκ ἀποπίπτει. τὴν μὲν οὖν αἰτίαν ἀμφοτέρως λαβεῖν ἐνδέχεται. τάχα δ' ἄν τις φαίη ταῦτά γε οὐδὲν ἐπεναντιοῦσθαι. καὶ γὰρ ὑδάτων ἐπιγινομένων, ἀσθενέστερα τὰ ἐρινεὰ καὶ πλείων ὑγρότης γίνεται. δι' ἣν ἐκπνευματουμένων ἡ ἀποβολή. καὶ τῇ ἄμμῳ πάττειν ἀποξηραίνειν βουλομένους. διὸ καὶ τὸν κονιορτὸν ὠφελεῖν. ἐξαιρεῖν γὰρ τὸ ὑγρὸν τὸ τῆς ἀποβολῆς αἴτιον. εἰ μὲν οὖν μηθὲν ἀντιλέγει, δῆλον ὡς ἐν ἐκείνῳ τὸ αἴτιον. εἰ δὲ ἐναντιοῦται, συμβαίνει ἂν ἐκείνως μὲν ἀπὸ τῶν ἐντὸς εἶναι τὴν ἀρχήν. καὶ ἔτι δ' ἂν πρὸς ἐπιγίνοιτο τῶν ἐκτός. οὕτως δ' ἀπὸ τῆς ἔξωθεν ὑγρότητος, ὑφ' ἧς μάλιστ' ἂν ἀποπίπτῃ τὰ ὀρθὰ πεφυκότα καὶ μὴ κατακλίνῃ· καθάπερ οἱ κύτινοι. πιθανὸν δὲ καὶ ἐξ αὐτῶν τινὰς αἰτίας εἶναι τῆς ἀποβολῆς, ὥσπερ νοσησάντων. πλὴν ἡ μὲν νόσος ἴσως κοινὴ πάντων τῶν καρπῶν. τοῦ δὲ συμμύειν ὅταν εἰσδύωσιν οἱ ψῆνες, ἀνάγκη τινὰ λέγειν αἰτίαν. ἐπεὶ τόγ' ἐμβόσκεσθαι τὴν ὑγρότητα τὴν ἐνυπάρχουσαν οἰκείαν οὖσαν, ἀληθές. διόπερ πρὸς τὴν ἐπιμονὴν χρήσιμον· τὰ μέντοι σῦκα χείρω ποιεῖ. κενωθέντα γὰρ τὰ ἐρινεὰ, μᾶλλον ἐπισπᾶται καὶ πλείω τὸν ὀπόν. ὅθεν ἔνιοί γ' οὐδ' ἐρινάζουσιν. ἀλλὰ καὶ πωλοῦντες κηρύττουσιν, ὡς ἀνερίναστα. καὶ

VErum id apud nónullos ambigitur: quaſi culices, cum groſſos ſubierint, non reſerent, ſed potius comprimant. Itaque cauſam e contrario inferendam exiſtimant, tanquam ea ipſa de cauſa caprificare oporteat. Nam ſi comprimantur, neque rores, neque vllæ pluuiæ guttæ poſſint admitti, quibus feruefactis iactura ſequetur, ſicut & flores punicæ decidunt. Cauſam hanc eſſe, vel inde ſignificari abunde credunt. Amittunt etenim magis, cum imbres ſenſerunt. Argumentum vero, quod caprificatio comprimendi gratia adhibeatur, inde accipi poteſt. Enimuero ſi caprificubus carent, quas arboribus inijciant, arenam inſpergunt, vt ſe fructus comprimere valeant. Puluis etiam idcirco iuuat, ad perdurãdum, quia puluere aſperſo, protinus comprimuntur. Quæ autem ſero fructificentur, non illo eodem tempore aperiuntur, ſed ſe comprimunt, atque poſſunt durare, nec vllo modo caprificationem deſiderant, cum iam vires cõceperint: tum etiã temporis immutatione ſeſe aperiunt, nec amplius decidere poſſunt. Cauſa igitur vtroque modo accipi poteſt. Sed hæc nihil inter ſe inuicem repugnare quiſpiam fortaſſe putauerit. Cum enim imbres acceſſerint, groſſi infirmiores redduntur, pluſque humoris contrahunt: quo tandem inflato, iactura continuo ſequitur: & arena adſpargunt, vt humorem poſſint abſumere. Ob id & puluerem iuuare exiſtimant. Hoc enim humorem poſſe abſumi, qui cauſa eſt, vt groſſi decidant. Ergo ſi nulla in his contradictio ſit, cauſa in illo proculdubio eſt. Si vero contraria hæc inter ſe ſint, eueniet porro vt altera quidem ratione rei principium intrinſecus ſit, altera autem extrinſecus, ſcilicet illa humore, quo ea maxime decidunt, quæ non prona, ſed erecta conſiſtunt, vt flores punicæ. Quinetiam ex his ipſis cauſas oriri aliquas laborantibus morbo veriſimile eſt. Sed morbus commune fortaſſe vitium omnium fructuum eſt. Comprimendi autem cauſam, cum ſubeant culices, aliquam reddamus neceſſe eſt: nam humorem inteſtinum depaſci a culicibus, vtpote pabulum aptiſſimum illis, verum eſt. Quamobrem ad perdurandum plurimum: quanquam ficus reddat deteriores. Quippe cum paſtu culicum illo

δοκεῖ πολὺ διαφέρειν. ἔτι δ' ἐχρῆν τοῖς βορείοις ἧττον ἀποπίπτειν. συμμύει γὰρ μᾶλλον, εἰ μὴ ἄρα τῷ ξηραίνεσθαι διαχάσκει. φαίνεται δ' οὖν πλείους ἀντιλογίας ἔχειν τὸ πρότερον. εἰ μὴ ἄρ' ἀμφοτέρως συμβαίνει καὶ ἐνδέχεται. τὸ δ' ἐνίους τόπους μὴ δεῖσθαι τῶν ἐρινασμῶν, οὐκ ἄτοπον, ὥσπερ ἐλέχθη. συμμετρίαν ἔχοντας ἅμα τῆς ἐκ τροφῆς τοῦ ἀέρος. ἐπεὶ ὅτι γε ἡ ὑγρότης πολλὴ καθ' ὅλον τὸ γένος, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἀγρίων δῆλον. καὶ γὰρ ἡ ἀπεψία διὰ τοῦτο γίνεται. καὶ ἐρινάζουσι κἀκείνους ὅπως ἐπιμένωσι, διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας· καὶ διφοροῦσιν. ἔνιοι δὲ καὶ τριφοροῦσιν αὐτῶν διὰ πλῆθος τροφῆς· ἀφαιρουμένων γὰρ τῶν πρώτων, ῥᾳδίως ἕτερα φύουσι. καὶ πάλιν τούτων ἕτερα, πληθύοντές τε τῇ ὑγρότητι καὶ μέχρι τούτου κρατοῦντες. ἐπὶ πλεῖον δὲ οὐ δυνάμενοι διὰ τὴν ὑπερβολήν. μόνον γὰρ δὴ τοῦτο τῶν ἀγρίων ἢ μετ' ὀλίγων ἀτελῆ φέρει τὸν καρπὸν, εἰ μὴ ἄρα ἐνταῦθα αὐτῶν ἦν τὸ τέλος. φύεται γοῦν καὶ αὐτόματος. ἡ δὲ τῶν αὐτομάτων γένεσις, ἐκ σπέρματος. καὶ ὅσα δὴ διὰ σῆψίν τινα, μᾶλλον δ' ἀλλοίωσιν γίνεται τῆς γῆς. ὥστε καὶ τοῦτο ὠλεσίκαρπον ἄν τις ἔφη, καθάπερ ὁ ποιητὴς τὴν ἰτέαν. ἐπεὶ τ' ἄλλα κἂν ἀβρώτως ἔχῃ πᾶσι τοὺς καρποὺς, ὅμως ἐκτελεῖ καὶ πεπαίνει κατὰ τὴν τῆς φύσεως ὁρμήν. ἀλλὰ γὰρ αὕτη μὲν ἰδιότης ἄν τις εἴη πρὸς τὰ ἄλλα. τὸ δ' ἐπὶ τῶν φοινίκων συμβαῖνον, οὐ ταὐτὸν μὲν, ἔχει δέ τινα ὁμοιότητα τούτῳ. διὸ καλοῦσιν ὀλυνθάζειν αὐτούς. τὸ γὰρ ἀπὸ τῆς ἄρρενος ἄνθος, καὶ ὁ κονιορτὸς καὶ χνοῦς συγκαταπαττόμενος, ποιοῦσί τινα τῇ θερμότητι καὶ τῇ ἄλλῃ δυνάμει ξηρότητα καὶ εὔπνοιαν. διὰ τούτων δὲ ἡ ἐπιμονή· φαίνεται δὲ τρόπον τινὰ ὅμοιον τούτῳ καὶ ἐπὶ τῶν ἰχθύων συμβαῖνον. ὅταν ὁ ἄρρην ἐπιρραίνῃ τοῖς ᾠοῖς ἀποτικτομένοις τὸν θορόν· ἀλλὰ τὰς μὲν ὁμοιότητας, καὶ ἐκ τῶν ἀπηρτημένων ἐστὶ λαμβάνειν.

illo exinanito, humorem lacteum amplius trahant. Quapropter ſunt, qui caprificandum, non cenſent: immo vero cum vendunt, clamitant, ficus ſe venundare non caprificatas, & plurimum id referre putatur. Item flatibus aquilonijs minus poſſe decidere oportet: his enim magis ſe cumprimunt: niſi forte quod his ſiccetur, dehiſcere arbitrandum ſit. Plures igitur obiectiones primum illud recipere poſſe apparet, niſi forte ratione vtraque res fieri poſſit. Eſſe autem quæ caprificatione non egeant, abſurdum non eſt (vt ante iam diximus) cum modus aeris, alimentiq; adſit. Nam humorem per totum hoc genus nimium eſſe, vel ex ipſis erraticis conſtat. Cruditas enim illa non niſi ea de cauſa fieri intelligitur, & eas quoque ſolent caprificare, vt valeant permanere. His eiſdem de cauſis, bis, terque nonnullæ fructificant, ſcilicet alimenti nimietate. Primis enim decerptis ficubus, aliæ facilę prodeunt: & his rurſus detractis, aliæ ſubnaſcuntur: quia humoris non deſit vbertas: atque eatenus facultas procreandi accedit. Vlterius vero non præualet propter exceſſum. Solum enim hoc genus ex ſylueſtrium numero aut certe cum pauciſſimis fructum ſuum nequit perficere, niſi forte finem eius hactenus natura deſcripſerat. Sponte quoque naturæ id poteſt conſiſtere. Sponte autem naſcentium generatio non ſemine modo agitur, ſed aliqua etiam putrefactione, vel potius terræ alteratione: quamobrem id etiam genus frugiperdum quis nuncupauerit, vt ſalicem Homerus cognominat. Nam cætera, tametſi edi non poſſint, tamen perficiunt, & maturant: prout natura ſua pergere apta ſit. Sed enim hæc proprietas quædam dirimens illa a reliquis poſſit intelligi. Quod autem palmarum generi euenit, non idem eſt. Habet tamen huius rei ſimilitudinem quandam: quapropter caprificari illas quoque dicere ſolent. Flore enim a maſculo, & puluere, & lanugine cum fructus inſperguntur, ſicciatatem ex caliditate, ac reliqua poteſtate concipiunt, atque odoratiores redduntur: quibus cauſis uis perdurandi acquititur. Huic quadammodo ſimile in piſcium quoque genere euenit: cum mas editis ouis vitale ſuum ſemen aſpergit. Verum ſimilitudines vel ex remotis generibus petere poſſumus.

ΚΕΦ. ΙΔ.

CAP. XIV.

Cur in ſylueſtribus eiuſdem generis aliæ ſteriles, aliæ fructiferæ habeantur. Deque vitis & ficus amplitudine.

Τῶν δὲ ὁμογενῶν, ἐν οἷς τὰ μὲν ἄκαρπα, τὰ δὲ, κάρπιμα τῶν ἀγρίων, ἃ δὲ θήλεα, τὰ δ' ἄρρενα καλοῦσιν, ἐν ἐκείνῃ τῇ αἰτίᾳ περιλαμβάνεται τῇ καὶ πρότερον εἰρημένῃ περὶ τῶν καρπῶν· ὅτι διὰ πυκνότητα καὶ ἰσχὺν καὶ εὐτροφίαν ἄκαρπα γίνεται. συμβαίνει γὰρ ἅπαντα εἰς ἑαυτὰ καταναλίσκειν. ἡ δὲ καρποτοκία, δεῖται μὲν τῆς φυσικῆς περιττώσεως. ἐκ ταύτης γὰρ ὁ

QVamobrem autem inter congeneres agreſtis ordinis aliæ ſteriles, alię fructiferæ ſint, quæ quidē fœminæ, mariſue ſexu appellantur, illa profecto cauſa redditur, quam prius de ſterilibus expoſuimus: quod propter ſpiſſitatē, & virium bonitatem, & molis totius largam nutritionem, infœcundæ reddantur. Euenit namque, vt eiuſmodi arbores omne alimentum ad ſe nutriendas abſumant. Cum

enim

[illegible] καὶ τοῖς ζώοις τὸ σπέρμα. τρεπομένης δὲ [illegible] καὶ ἀναλισκομένης, ἀφαιρεῖσθαι [illegible] γὰρ φύσις διαρκὴς εἰς ἀμφότερα [illegible]. οἷς μὲν οὖν [illegible] ἄκαρπα γίνεται. οἷς δ' εὐθὺς [illegible] φύσεως, ὅλως ἄκαρπα. [illegible] ταὐτ' ἐν τοῖς ὁμογενέσιν [illegible] καὶ πυκνότερα καὶ ὡς ἐπὶ τὸ [illegible] εὐτροφίαν. ἐπεὶ καὶ [illegible] πολὺ μείζω, καὶ τὰ εἰς μέγεθος [illegible] ποτέρα· καθάπερ καὶ ἡ Ἰνδικὴ συκῆ καλουμένη. θαυμαστὴ γὰρ οὖσα τῷ μεγέθει [illegible] φύσει σφόδρα τὸ καρπὸν καὶ ὀλίγον. ὥσπερ εἰς τὴν βλάστησιν ἐξαναλίσκουσα πᾶσαν τὴν τροφήν. καὶ γὰρ σφόδρα μεγαλόφυλλον. ἀφ' ὧν ἔοικε διὰ τὴν εὐβοσίαν καὶ ἡ τῶν ῥιζῶν καθιεμένων εἶναι γένεσις. ἴσως δ' ἀνάπαλιν. ὅτι καὶ εἰς ταῦτα καταμερίζεται. διὰ τοῦτο οὖν ἀσθενέστερός ἐστι καὶ ἐλάττων ὁ καρπός. ὑπὲρ δὲ τῶν ῥιζῶν ἐν ἑτέροις εἴρηται· μόνα δὲ καὶ μάλιστα τῶν μονοκάρπων αὔξησιν λαμβάνει μεγίστην, ἄμπελος καὶ συκῆ. διατείνεται γὰρ ἡ μὲν, ἐφ' ὁπονοῦν ἀφικνεῖσθαι κληματουμένη [illegible] καὶ ἔδαφος ἔγγειον ἔχουσα καὶ εὔτροφον. ἡ δὲ συκῆ εἰς ὕψος αἴρεσθαι. καὶ πολύκλαδος γινομένη, πολὺν καταλαμβάνει τόπον.

enim fructificatio partem ſuperuacuam aliméti deſideret (hac enim fructus exoritur, ſicut in animalium genere ſemen effici ſolet) ſi ſe aliorſum aſſidue pars illa conuertat, abſumaturq;, tolli generationem neceſſe eſt. Haud enim natura vtrique parti ſatisfacere poteſt: cum alimentum, quantum ſuffecturum ſit, capere nequeat. Quibus igitur hoc interdum eueniat: hæc tantiſper infœcunda redduntur. Quibus autem natura protinus ad fructificandum pertenderit: hæc fructum egregie pariunt. Quãobrem & inter agreſtes non deſunt, quæ quamuis eodem in genere contineantur, tamé modo ſupradicto ſe habent: quæ ſcilicet robuſtiores, ſpiſſiores, atque maiores fere ſemper alimenti vbertate efficiuntur. Omnes enim pene quæ ampliore magnitudine ſe attollunt, minorem generant fructum: vt ficus Indica vocitata. Hæc enim cum mira quadam magnitudine ſit, fructum exiguum admodum, eundemq; paucum ferat: vt quæ ad germinandum totum abſumat alimentum. Etenim folio ampliſſimo eſt, & radicum ab eius folijs demiſſarum generatio nutriméti copia videtur accedere. Sed forte e diuerſo, vt quoniam in ea quoq; pabulum diſpéſatur, icirco fructus exilius, atq; parcius proueniat. De radicibus abunde alibi diſſeruimus. Inter eas vero, quæ ſolutum fructum progenerant, ſola vitis, & ficus incrementum ampliſſime capiũt. Vitis enim nó putata, in quamcunque partem diffundere ſe ſolet. modo ſolum obtineat probum, ac fertile. Ficus autem ſe in altum attollit, & ramoſo admodum corpore ampliſſimum occupat locum.

ΚΕΦ. ΙΕ. — CAP. XV.

De vitæ longitudine, breuitateque, & fructuum ratione.

Εὐλόγως δὲ καὶ μακροβιώτερα τὰ ἄκαρπα τῶν καρπίμων, καὶ τὰ ὀλιγόκαρπα τῶν πολυκάρπων. ὅσα μὴ δι' ἀσθένειαν ἢ ὑγρότητα ἢ δι' ἄλλην τινὰ αἰτίαν ἄκαρπα, ἢ ὀλιγόκαρπα. καθάπερ τά τε πάρυδρα καὶ ἀλσώδη, καὶ ὅσα μανὰ καὶ εὔσηπτα, καθάπερ ἡ δάφνη. ταῦτα μὲν καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἄλλο, διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας· ἡ δὲ καρποτοκία πολὺ τῆς φύσεως ἀφαιρεῖ καὶ τὸ κυριώτατον. ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ζώων συμβαίνει. τὰ γὰρ πολυτοκώτατα καὶ γηράσκει τάχιστα καὶ ἀπόλλυται. φανερὸν δὲ ἀμέλει καὶ ἐπ' αὐτῶν ἐστι τῶν δένδρων. ὅσα γὰρ πολύφορα καὶ πολύκαρπα, ταῦτα καὶ ὅλως καταγηρᾷ θᾶττον. καὶ ἐν τοῖς ὁμογενέσιν, οἷον ἀμπέλοις, συκαῖς, τοῖς ἄλλοις· τὰ δὲ στέριφα καὶ ὀλιγόκαρπα χρονιώτερα ὡς εἰπεῖν δήποτε. μᾶλλον δὲ πολλάκις ὑπερκαρπήσαντα τὰ δένδρα, δι' ἀσθένειαν ἀφαυαίνεται. καὶ μάλιστα τοῦθ' αἱ ἄμπελοι πάσχουσι. καὶ τἄλλα δὲ τὰ πολύκαρπα. διὰ τὸ ἐξαναλοῦσθαι τὴν φύσιν εἰς τοὺς καρπούς. καὶ τοῖς στερροῖς σπέρμασι, καὶ ὅλως τοῖς ἐπετείοις συμβαίνει, διὸ καὶ ἐπέτεια. συνεξαυαίνονται γὰρ εὐθὺς αἱ ῥίζαι τελειουμένων τῶν καρπῶν. διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας ἐκ διδομένης πάσης τῆς φύσεως.

Vitã quoq; longioré arbores infœcundas, quã fœcundas: & pauciferas, quã multiferas ſortiri ratio eſt: ſcilicet cũ nó imbecillitate, aut humiditate, aut aliqua eiuſmodi cauſa ſteriles, vel pauciferæ ſunt: vt quæ aquis appoſitæ viuere conſueuere, quæq; nemoroſa, vel ſolutæ, proximæq; putredini ſunt, ceu laurus. Hæc enim, & quicquid eiuſmodi, redigi ad prędictas rationes oportet. Fructificatio vero magnã, atq; potiſſimam partem naturæ detrahit: quod etiã in animaliũ genere patet. Enimuero quæ plurima pariũt, celerrime conſeneſcunt, ac pereunt. Porro vel in his ipſis arboribus latiſſime identidem liquet. Quæ namq; feraciſſimæ, atq; fœcũdiſſimæ ſunt, citius omnino ſeneſcũt: nec ſecus inter cógeneres, vt vites, ficos, & reliquas euenire ſentimus. Quæ auté ſteriles, vel paucis fertiles ſunt, hæ fere omnes perẽniores notantur. Fit ergo interdũ, vel potius frequenter, vt arbores ex vberrima fructificatione langueſcentes areſcant: quod vitibus potiſſimum accidit. Quanquã & reliquæ omnes multiferæ idẽ ſentiunt, quoniã vis tota naturæ cõſumpta in fructibus ſit, & frugibus. Et omnino annuis hoc idem euenire videmus. Et cauſa hæc eſt, vt annua cõſtent natura. Cum enim fructus perficiuntur, radices protinus exareſcunt: quoniam vis naturæ tota conſumpta eiſdem de cauſis ſit.

τὰ δὲ δένδρα παραχρῆμα μὲν ἢ οὐ πάσχει τοῦτο, ἢ οὐ φανερὰ γίνεται. περιϊσταμένης δὲ τῆς ὥρας ἐξεδήλωσεν. ἐὰν δέ τι ἐπιγένηται τοιοῦτον ἐκ τοῦ ἀέρος, ὥστε πιέσαι καὶ κακῶσαι καὶ θᾶττον. οὐ μόνον δὲ οὕτω τὰ ὑπερκαρπήσαντα. ἀλλὰ καὶ τὰ πολυκαρπήσαντα, πονεῖ πολλάκις ἢ καὶ φθείρεται. κενωθὲν γὰρ ἅπαν ἀσθενές. ἐνασθενεῖ δὲ καὶ τὸ μὴ ἰσχυρόν. διὰ τοῦτο καὶ τὰ γεωργούμενα, τῶν ἀγεωργήτων θᾶττον γηράσκει, καὶ τὰ βελτίω τῶν χειρόνων, καὶ τὰ ἥμερα ὅλως τῶν ἀγρίων. καίτοι τάχ᾽ ἂν δόξειεν ἄτοπον, τὰ μᾶλλον τυγχάνοντα θεραπείας. ἀλλ᾽ ἡ θεραπεία πρὸς καρπογονίαν, οὐ πρὸς ἰσχύν. αὕτη δ᾽ ἀναιρεῖ. τὸ δὲ μακρόβιον ἐν τῷ ἰσχύειν. ἰσχυρὸν δὲ τὸ πυκνὸν καὶ στέριφον. ὅθεν καὶ Θάσιοι τὰς γεωργίας ἀπομισθοῦντες, οὐ φροντίζουσι τῶν ἄλλων ἐτῶν, ἀλλὰ καὶ βούλονται κακουργεῖν. ὑπὲρ δὲ τοῦ τελευταίου συγγράφονται πρὸς τὴν αὐτῶν κατάλειψιν. συμβαίνει δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ζώων. καὶ γὰρ τὰ ὅλως εὔτοκα, βραχύβια. καὶ τὰ ὑπερτοκήσαντα πολλάκις ἀπόλλυται, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν τε συνανθρωπευομένων αἱ ὄρνιθες. αὕτη τε δὴ βραχυβιότητος αἰτία. καὶ ἡ ἐναντία δηλονότι μακροβιότητος ὥσπερ εἴρηται. καὶ ὅσα δι᾽ ἀσθένειαν εὔφθαρτα, μὴ πάντως ὄντα πολύκαρπα. ἀλλ᾽ ἔνια καὶ ἄκαρπα καθάπερ ἐν τοῖς ἐπετείοις, ὡς ἡ σικύα. περὶ ἧς καὶ πρότερον ἐλέχθη. ταῦτα γὰρ οὐδ᾽ εἰς τελείωσιν ἀφικνεῖσθαι δύναται τῆς φύσεως. ἔνια δὲ καὶ τῶν δένδρων εὔφθαρτα διὰ μανότητα καὶ ἀσθένειαν οὐκ ὄντα πολύκαρπα. καθάπερ ἡ δάφνη. ταύτης γάρ ἐστιν, ἡ καὶ ἄκαρπος, ὥσπερ ἡ βρυοφόρος.

Arbores autem aut non tam cito [illegible], aut certe non ita, vt vitium deprendi poſſit. At cum tempus vernum extiterit, res conſpicua fit: & celerius certe, ſiquid ex aere tale acceſſerit, vt opprimantur, affligantur[illegible] arbores. Nec ſolum quæ ad hunc modum exuberauerint, ſed etiam quæ large fructificauerint, laborant ſæpe, atque intereunt. Quod enim exinanitum, effœtumque; imbecille eſt. Imbecilli autem etiam quod minus validum ſit, officere poteſt. Quamobrem culta celerius, quam inculta ſeneſcunt: & meliora, quam deteriora: & ad ſummam vrbana, quam ſyluestria. Quanquam abſurdum fortaſſe videatur, ſi quæ magis coluntur, celerius occidant: verum cultura non vires auget, ſed partum fructuum, qui arbores necat. Vitæ autem longitudo virium ratione conſiſtit. Valet autem viribus, quod ſpiſſum atque ſterile eſt. Quapropter Thaſij, cum agros mercede ſibi conducunt, de cæteris quidem annis minime curant: immo fraudare conantur, de vltimo vero diligentiſſime literis notant, vt relinquatur. Idem & in animalium genere patet: quæ enim fœcũdiſſima ſunt, his vita ſpatio breui deſcribitur: quæq; plura, quam ſolent pepererunt, ſæpe intereunt: & potiſſimum gallinæ; ſcilicet inter ea, quæ cum hominibus victitant. Igitur breuitatis vitæ ratio hæc eſt. Contraria vero longitudini videlicet dantur, vt dictum eſt. Adde quæ quamuis non large fructificent, immo pleraque infœcunda penitus ſint, tamen ſua imbecillitate facile pereunt: quemadmodum in annuis patet, ceu cucumis, de qua prius quoque retulimus: hæc enim ne ad naturæ quidem ſuæ perfectionem accedere poſſunt. Porro etiam in arborum genere non deſunt quæ ob raritatem infirmitatemque facile pereant: quamuis non copioſe fructificent, ceu laurus. Hoc enim in genere, illa quoque muſci fertilis eſt, fructu vidua.

ΚΕΦ. ΙϚʹ. — CAP. XVI.

Quæ in arboribus partes primum intereant. Item Democriti opinio de arborum ætate: atque de earum vita contra eundem.

Πλὴν οὐχ ἁπλῶς ταύτῃ γε ἀλλὰ κατὰ μέρος καὶ ἡ φθορὰ καὶ τὸ γῆρας. εἰ γὰρ τὸ μάλιστα παχυνόμενον, ὡς εἰπεῖν, σήπεται καὶ φθείρεται, παραβλαστήσεις δὲ ἔχει πολλάς, ὡς ὅμοιον εἶναι τρόπον τινὰ τοῖς ἀφαυαινομένοις ἀκρέμοσιν ἐπὶ τῶν δένδρων, ἀλλ᾽ ἡ διαφορὰ τοῖς μὲν, ὅτι τὸ κυριώτατον. τοῖς δὲ τῶν ἀπηρτημένων τι μορίων. ἀλλ᾽ ὅτι ἡ παραβλάστησις ἀπὸ τῶν αὐτῶν, διὰ τοῦτο ταὐτὸ δοκεῖ καὶ τὸ δένδρον εἶναι περὶ οὗ καὶ διηπορήθη πρότερον. ἀρχαὶ δὲ φθορᾶς τοῖς ἀσθενέσι, καὶ ἀπὸ πληγῆς, καὶ ἀπὸ πνευμάτων μεγέθους, καὶ ἀφ᾽ ἑτέρων τινῶν τοιούτων. ἐκ πολλῶν γὰρ εὐκίνητον τὸ ἀσθενές. ἐὰν δὲ πρὸς τούτῳ καὶ πολύκαρπον ᾖ, καθάπερ ἡ ῥόα καὶ μηλέα ἡ ἐαρινή, καὶ μᾶλλον. ἐξ

Verum non ſimul cunctis ſuis partibus occidit: ſed particulatim, tam corruptio, quam ſenecta occurrit. Pars enim propemodum, quæ maxime craſſeſcit; putreſcit, ac perit: nepotes tamen complures exurgunt, vt res quodammodo proxima ſit ramis arborum, qui exareſcunt. Sed intereſt quod his pars principalis intereat, illis vero ex ijs aliquid, quæ dependent. Verum quoniam regerminatio ab eadem ducatur origine, idcirco arborem quoque eandem eſſe cenſemus, qua de re ante iam diſſeruimus. Arboribus vero inualidis, corruptionis initia, vel iniuria ictus, & flatuum vehementia, & alijs eiuſmodi cauſis reddere poſſumus. Quod enim debile eſt, ex multis cõmoueri facile poteſt. Et ſi ſuper debilitatẽ fertiliſſima quoq; natura ſit arbor, vt punica, & malus verna, magis quoq; ita fiat neceſſe eſt: quippe cũ ex vtraq; ratione noxæ oriantur principia.

Et ma-

[illegible] ταχὺ δ᾽ ἐκ παλαιῶν [illegible] [illegible] καὶ σκωληκόβρωτα ταχέως [illegible] καὶ [illegible] ἀλλὰ καὶ [illegible] τῆς φύ[illegible] ὥσπερ ἄγριαί τινες καὶ [illegible] δὲ καὶ αἱ ἀ[illegible] μαλακοπυρή[illegible] πυρήνων δὲ τῶν ἀλ[illegible] τῆς φύσεως καὶ τὸ [illegible] καὶ [illegible]ότερα ταῦτα διὰ [illegible] θᾶττον γὰρ ἢ ῥᾶον [illegible] ἀσθενές. ὡς δὲ Δημόκριτός φησι, [illegible] εὐθέα τῶν σκολιῶν βραχυβιώτερα καὶ πρωϊβλαστότερα διὰ τὰς αἰτίας εἶναι. τοῖς μὲν γὰρ [illegible] διαπέμπεσθαι τὴν τροφὴν, ἀφ᾽ ἧς ἡ βλάστησις καὶ οἱ καρποί. τοῖς δὲ, βραδέως, διὰ τὸ μὴ [illegible] εὔρουν τὸ ὑπὲρ γῆς ἀλλ᾽ αὐτὰς τὰς ῥίζας ἀπολαύειν· καὶ γὰρ μακρόρριζα ταῦτα εἶναι καὶ παχύρριζα. δόξειε δ᾽ ἂν οὐ καλῶς λέγειν. ἢ γὰρ τὰς ῥίζας ἀσθενεῖς φησιν εἶναι τῶν εὐθέων, ἐξ ὧν ἀμφοτέρων θᾶττον γίνεσθαι τὴν φθοράν. ταχὺ γὰρ ἐκ τοῦ ἄνω διιέναι, καὶ τὸ ψῦχος καὶ τὴν ἀλέαν ἐπὶ τὰς ῥίζας διὰ τὴν εὐθυπορίαν· ἀσθενεῖς δ᾽ οὔσας οὐχ ὑπομένειν. ὅλως δὲ τὰ πολλὰ τῶν τοιούτων κάτωθεν ἄρχεσθαι γηράσκειν, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν ῥιζῶν. ἔτι δὲ τὰ ὑπὲρ γῆς διὰ τὴν λεπτότητα, καμπτόμενα ὑπὸ τῶν πνευμάτων, κινεῖν τὰς ῥίζας· τούτου δὲ συμβαινόντος, ἀπορρήγνυσθαι καὶ πυροῦσθαι. καὶ ἀπὸ τούτων τῷ ὅλῳ δένδρῳ πήγνυσθαι τὴν φθοράν. ἃ μὲν οὖν λέγει, ταῦτά ἐστιν. οὐ μὴν δόξειέ γ᾽ ἂν ὥσπερ εἴρηται καλῶς λέγειν· οὔτε γὰρ τὸ τῶν ῥιζῶν ἐστιν ἀληθὲς, ὥσπερ καὶ πρότερον ἐλέχθη· τὸ τῶν μακροβίων εἶναι μακρὰς καὶ παχείας. οὐ γὰρ μακρόβιον, οὔθ᾽ ἡ συκῆ οὔθ᾽ ἕτερα τῶν μακρορρίζων καὶ παχυρρίζων, οὔτε τὰ εὐθέα καὶ τὰ ὀρθὰ βραχύβια· οἷον ἐλάτη, φοῖνιξ, κυπάριττος. οὐδ᾽ εὐαυξῆ δὲ ταῦτα, οὐδὲ πρωϊκάρπα· καίτοι καὶ ταῦτα ἐχρῆν εὐθὺς τοιούτων γε τῶν πόρων ὄντων, καὶ τῶν ῥιζῶν μὴ μακρῶν. ὅσα γὰρ ἀπὸ τῆς αὐτῆς αἰτίας, ἅπαντα δεῖ συνακολουθεῖν τοῖς αὐτοῖς. ἀλλὰ μή ποτε οὐ τοῦτο τὸ αἴτιον, ἀλλὰ τὰ προειρημένα πρότερον. ἐν οἷς καὶ τὸ δυσφυὲς ὅλως καὶ μικρόκαρπον καὶ ὀλιγόκαρπον καὶ ὅλως τὸ ἰσχυρόν ἐστιν. ἡ γὰρ πυκνότης, καὶ ἡ ξηρότης, καὶ ἡ στερεότης, καὶ ἡ λιπαρότης, ἐν οἷς ὑπάρχει καὶ μακροβιότης καὶ πάντων τῶν τοιούτων, τὰ δ᾽ ἐναντία τῶν ἐναντίων. ὅσα δὲ πολυκαρποῦντα, μὴ βραχύβια, μὴ δὲ ταχὺ γηράσκει· καθάπερ ἄπιος, ἀμυγδαλῆ, δρῦς. καὶ πρεσβύτερα γινόμενα, καρπιμώτερα καθάπερ ἐλέχθη·

Et malos quidem vermiculari etiam celerrime contingit: & celerius dulces hanc offenſam [illegible] & omnino ſeneſcunt. Nec ſolum mali, ſed etiam punicæ: abſumitur enim pabulum, quod natura commodiſſimum præſtat: tum etiam alteræ earum, velut agreſtes, alteræ vrbanæ ſunt. Nucleo quoque vacantes celerius, quam nucleatæ, & quæ molli nucleo ſunt, celerius quam quæ duro. Et in myrtis, cæteriſque pari ratione intelligendum: plus enim naturæ detrahitur, Et in totum iſtæ debiliores, ſolutioreſque ſunt: unde fit, vt & fructificare maturius valeant: quod enim debile eſt, ocyus ampliuſque moribus cœli obtemperat. At quod Democrito placet, recta & minus viuere, quam tortili corpore vibrata, & maturius germinare eiſdem poſſe cauſis (alteris enim celeriter alimentum tranſmitti, quo germina, fructuſque proueniunt: alteris vero germina, fructuſque proueniunt: alteris vero pigre: quoniam per partem eminentem expedire non poſſit, ſed ab radicibus nutrimenti omnis conſumatur copia: hæc enim radice prolixa, craſſaque inhærere) haud recte dici planum eſt. Radices enim rectarum arborum imbecilles affirmat, atque ratione vtraque fieri, vt celerius pereant: deſuper enim ad radices, cum frigus tum calorem cauſa recti tramitis ſine mora deſcendere: eaſdemque radices neutrum poſſe ſufferre, ratione ſuæ infirmitatis. Omnino autem arbores huiuſcemodi magna ex parte ſubtus ſenectam ſentire incipere, propter radicum imbecillitatem. Item partes, quæ ſuper terram extant, cum afflatibus debilitatæ flectuntur, radices funditus commouere. Quo facto diſrumpi, atque ferueſcere: ita arborem totam perire. Hæc Democritus. Sed minus recte ita ſenſiſſe videri poſſit, vt dictum iam eſt. Neque enim quod de radicibus inquit, verum eſt, vt ſuperius propoſuimus. Videlicet arbores vitæ perennis prolixa, craſſaque firmari radice. Nec enim ficus, nec cæteræ, quæ prolixa, craſſaque innituntur, vitam obtinent longam, neque directæ, erectæque breuem habent vitam, ceu abies, palma, cupreſſus, nec amplius augeſcere, maturiuſue fructificare has conſtat eaſdem. Atqui hæc etiam ſequi protinus oporteret, cum ſint tales meatus, & radice nō prolixe agantur. Quicquid enim ab eadem dependet cauſa, eaſdem res ſequi neceſſe eſt. Igitur neſcio an id cauſæ ſit, nec potius, quæ ante iam diximus. Quibus etiam difficultas naſcendi, & exiguitas, atque paucitas fructuum, & omnino firmitas plantarum dignoſcitur. Denſitatem, ſiccitatem, ſoliditatem, atque pinguitudinem cauſas dixerim, quibus & vitæ perennitas, & aliqua omnia generis eiuſdem debeant aſſignari. Contraria vero his ipſis, ex contrarijs oriri neceſſe eſt. Quæ autem vberius fructificant, non tamen breui tempore viuunt, nec cito ſeneſcunt, ceu pirus, amygdala, quercus: Eademque iam grandiore ætate fœcundiora redduntur, vt dictum eſt.

παραιρουμένης γὰρ τῆς ἰσχύος, παραιρεῖται τὸ πλῆθος τῆς τροφῆς. ὥστε ῥάδιον καταπέττειν τὴν λοιπήν. ἅμα δ᾽ ἴσως συμβάλλεται καὶ τὸ μὴ ἐνδελεχὲς, ἢ πᾶσιν, ἢ τισίν. ἡ γὰρ ἄπιος καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ ἀμυγδαλῆ προφαίνουσι πολύν. οὐκ ἐκτρέφουσι δὲ πολλάκις τοῦτον. ἔστι δὲ ἐν τῇ τελειώσει ὁ πόνος καὶ ἡ ἀπέρεισις. ἡ δὲ συκάμινος ἐλαφρόν τινα καὶ ὑδαλώδη καὶ μικρὸν, ὡς πρὸς τὸ μέγεθος ἔχει τοῦ δένδρου τὸν καρπόν· ἀλλὰ γὰρ περὶ μὲν μακροβιότητος ἐν τούτοις ἔστωσαν αἱ αἰτίαι. περὶ δὲ πολυκαρπίας τῶν δένδρων εἴρηται πρότερον. ὅτι τὰ θερμὰ καὶ μανὰ καὶ ὑγρά.

Viribus enim detractis, alimenti creſcere nimia vbertas detrahitur. Atque ita reliquum pabulum percoqui, diſpenſarique facile poteſt. Tum etiam intermiſſio fortaſſe aliquid confert, aut omnibus, aut certe aliquibus. Pirus enim atque etiam magis amygdala, prima quidem ſpecie fructum gerunt abunde: ſed ſæpenumero educare, quæ progenerauerint, nequeunt: quippe enim in perficiendo ſit potiſſimus labor, ac difficultas. Morus autem leuem quendam, dilutumque fructum, & minime pro ſua magnitudine amplum creat. Sed vitæ arborum diuturnæ hæc pro cauſis habeantur. De fertilitate autem dictum iam eſt, quod calidæ, ſolutæ, humidæque fortiliores.

ΚΕΦ. ΙΖ.

CAP. XVII.

Cur ſemina, quo minora, eo feraciora inueniantur.

Τῶν δὲ σπερμάτων, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, τὰ ἐλάττω πολυχουστερα. καὶ γὰρ τὰ ἐλάχιστα, μάλιστα. καθάπερ κέγχρος, σήσαμον, ἐρύσιμον, μήκων, κύμινον. αἴτιον δὲ δοκεῖ καθόλου μὲν καὶ κοινῶς εἰπεῖν, ὅτι τὰ ἐλάττω, ῥᾶον ἐπιτελεῖ. ἐν δὲ τῷ ῥαδίῳ τὸ πλῆθος. ὥστε ἐγγυτέρω ὅτι πάντα τὰ τοιαῦτα, εὐβλαστότερα καὶ θᾶττον ὑπακούει τῷ ἀέρι. σημεῖον δὲ καὶ ἡ ὀλιγοχρονιότης τῆς τελειώσεως. ἐπεὶ καὶ τὰ σπέρματα διὰ τοῦθ᾽, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, πολυκαρπότερα τῶν δένδρων. καὶ αὐτῶν τούτων τὰ χεδροπὰ τῶν σιτωδῶν. θᾶττον γὰρ ἡ τελείωσις καὶ ἡ ἄδρυνσις. ἔτι δ᾽ οἱ καυλοὶ τῶν πλείστων ἰσχυροὶ, καὶ οὐ ξυλώδεις καὶ οὐ μονοφυεῖς, ἀλλὰ πλείους καὶ ἀκρεμονικοί. πολλῶν δὲ καὶ ἰσχυρῶν ὄντων, εὔλογον ἤδη καὶ τὸ τοῦ καρποῦ πλῆθος. ἄλλωστε κἂν αἱ ῥίζαι μὴ ἀντισπῶσιν. ὥσπερ τῶν ναρθηκωδῶν καὶ κεφαλορρίζων, ἀλλ᾽ ἀεὶ διαδιδῶσιν ὧν ἂν λαμβάνωσιν, ὅπερ ἐπὶ τῶν χεδροπῶν ἐστι, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν πλείστων. μονόρριζα γὰρ καὶ οὐ παχύρριζα. ἀλλ᾽ εἰς τὰ ἄνω φερόμενα τῇ ὁρμῇ καὶ μάλιστα, ὡς εἰπεῖν, τὸ κύμινον. μικρὰ γάρ τις ἡ ῥίζα τούτων πάμπαν. ὅσα δὲ ἰσχυρόρριζα τούτων (ἔνια γὰρ τοιαῦτα καθάπερ ὁ κέγχρος καὶ ὁ μήλινος) ταῦτα δὲ κατὰ λόγον ἀποδιδῶσι τοὺς καυλοὺς ἀπ᾽ ἰσχυρῶν ἰσχυροὺς καὶ πολυσχιδεῖς. ὥσθ᾽ ὅταν ἀπὸ μικρᾶς ἀρχῆς πολλοὶ γένωνται, κατὰ λόγον ἤδη καὶ τὸν καρπὸν εἶναι πολύν. ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν πυρῶν καὶ κριθῶν, ὅταν ἐξ ἑνὸς πλείονες ἐκβλαστῶσι κάλαμοι. πλείους γὰρ οἱ στάχυς. ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν λαχανηρῶν ἐστιν, ὅτι πολύσπερμα καὶ ἰσχυρόρριζα τυγχάνει. τὰ μὲν γὰρ πλείστους καυλοὺς ἀφιᾶσι. τὰ δ᾽ ἀπὸ τοῦ ἑνὸς ἀκρέμονας πλείους. ἅπαντα γὰρ ἀποδενδροῦται τῇ ὄψει διακαυλίζοντα. πανταχόθεν δὲ καὶ ἐκ πολλῶν

SEmina vero (vt ſimplici tranſigam ratione) quo minora, eo fertiliora. Etenim quæ minima ſunt, maxime fructificare videmus, ceu milium, eryſimum, papauer, cuminum. Ratio (vt in vniuerſum dicamus) quod facilius minora affici poſſunt. Copia autem facilitati adiudicanda eſt, vel (vt e propiori ſumatur) quod eiuſmodi omnia facilius augeſcant, celeriuſque aeris qualitati obtemperent. Argumento quoque temporis quo perficiuntur eſſe breuitas poteſt. Nam & ſemina ipſa (vt ſummatim aſſeram) hac eadem de cauſa fertiliora, quam arbores ſunt, & inter ea magis legumina, quam frumenta: ocyus enim craſſantur, perficiunturque. Item eorum caules magna ex parte validi ſunt, nec ligno conſtant, nec ſimplices proſiliunt, ſed pluſculi, atque in ramos diffuſi. Quas ob res rationi conſentaneum eſt, vt & fructus large ſequatur, præſertim ſi radices non ſuccum auocent, vt in genere ferulaceo capitatove agitur: ſed aſſidue quod ceperint, ſurſum tranſmittant. Quod & in leguminibus, & in alijs pluribus fieri ſolet. Hæc enim radice ſingula figuntur, nec deorſum latent, ſed ſuperiora viribus omnibus petunt. Verum maxime (vt ita dixerim) omnium cuminum: huic enim radix exigua penitus eſt. Quæ tamen ex his radicem validam agunt (non enim deſunt, quæ ita ſe habeant, ceu milium, panicum) hæc pro ſuę radicis modo caules reddunt, videlicet a validis validos, atque multiplices. Quapropter cum a principio exiguo, multi prouenerint caules, fructum quoque abunde vt profundant eſt veriſimile. Sicut & in ordei, atque tritici genere, cum ex vno plures culmi prodierint: ſic enim plures ſpicas emergere neceſſe eſt. Hoc idem & in oleribus patet, cum ſeminis copiam ſerant, & radice valida ſint. Alia enim caules pluriſmos edunt, alia caule vno edito in ramos ſparguntur: omnia enim poſt vbi ſuos emiſerint caules, in arboris ſpeciem tranſeunt. Vndique vero, atque ex multis multum colligi fructum,

πο[illegible] ἐν γῇ τῷ ἀέρ[illegible] εὔδιος [illegible] γὰρ ἤδη καὶ ἀχρείωτ[illegible] τοῖς [illegible] εἰς τὰ ἄνω μᾶλλον [illegible] τῶν [illegible], ἀλλὰ συνεργῇ [illegible] κατὰ λόγον.

fructum, æquum eſt. Cum ergo ita contigerit, vt & cœlum placidum ſit, & natura ſurſum nitatur, nec radices euocent quicquam, ſed iuuent, atque ſolum rarum ſolutumque adſit, hæc cæteris fœcundiora euadant neceſſe eſt.

Cap. XVIII.

Fabam imbecill[illegible] eſſe. Item purgationes arborum, & tonſuras conferre ad [illegible]: & cur mutatio contingat in fructibus.

Κ[illegible] πολυκαρπ[illegible] γίνεται τῶν ἄλλων [illegible] καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλο μὴ πολυ[illegible] ὀλιγόκαρπον. διὸ δὴ καὶ πρωϊσπ[illegible] προλαμβάνον τῶν τοῦ χειμῶνος εἰς τὴν ῥίζωσιν. ἔστι δὲ ἐπίκηρον ἐν πολλοῖς καὶ πολλάκις, ὥστε ἂν καὶ πρωϊφανῇ μὴ δύνασθαι τελειοῦν. ἡ δὲ ἀσθένεια, καὶ τῇ αἰσθήσει φανερά· μανὸν γὰρ καὶ κενὸν καὶ οὐ πολύρριζον· ὥστε εὐδίοδον τὸ κακοποιοῦν. τοῦ μὲν πολυκαρπεῖν ἐν τούτοις αἰτίαι καὶ τοῖς ἐπετείοις καὶ τοῖς χρονιωτέροις· ἐπεὶ καὶ αἱ διακαθάρσεις τῶν δένδρων καὶ αἱ καταικοπαὶ, ποιοῦσι πολυκαρπεῖν· ὅτι τὰ μὲν ἄλλα κωλύει τὰ δ' αὐτὰ λαμβάνει τὰς τροφάς. τούτων οὖν ἀφαιρεθέντων, εἰς τὸν καρπὸν ἡ ὁρμή· καὶ διὰ τοῦτο τὰς ἡρακλεωτικὰς καρύας θαμνώδεις ποιοῦσι κατακόπτοντες. ἐξαναλίσκουσι γὰρ ἀποδενδρούμεναι πᾶσαν τὴν τροφήν. αἱ δὲ μεταβολαὶ τῶν καρπῶν κατὰ τὰς χώρας, δηλονότι κατὰ τὸν ἀέρα καὶ τὰ ἐδάφη γίνονται. διὰ τούτων γὰρ καὶ ἐκ τούτων αἱ τροφαὶ πᾶσιν. ἰσχυρὸν δ' ἡ τροφὴ πρὸς ὁμοίωσιν, εἴγε καὶ ἐν τοῖς ζώοις οὕτως ἡ ἐν τοῖς θήλεσιν ὁμοιότης. φαίνεται δὲ οὐ μόνον τὰ σπέρματα καὶ τὰ φυτὰ δένδρα μεταβάλλειν. ἀλλὰ καὶ τὰ ζῶα καὶ τρόπον τινὰ μᾶλλον ταῦτα. καὶ γὰρ τὰς μορφὰς ἐξομοιοῦται κατὰ τοὺς τόπους. ἐν δὲ τοῖς καρποῖς οὐχ ὁμοίως τοῦτο ἐπίδηλον. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα γίνεται καὶ μάλιστα ἐκδήλως κατὰ τὰ χρώματα, καὶ τὰ μεγέθη καὶ τοὺς χυλούς. χρώματα μὲν οἷον τὰ σπέρματα. λευκὰ γὰρ ἐκ μελάνων, καὶ μέλανα ἐκ λευκῶν μεταβάλλει χυλοὺς δὲ καὶ οἱ καρποί. τὸ δ' ἐκ τῶν χρωμάτων ἢ οὐκ ἐμφανὲς, ἢ οὐχ ὁμοίως συμβαίνει. πλὴν ἐὰν ὅλον μεταστῇ τὸ δένδρον, ὥστε ἐκ μέλανος γίνεσθαι λευκὸν, ὅπερ ἐνίοτε συμβαίνει τοῖς ἐκ σπέρματος φυομένοις. κοινοῦ δὲ τοῦ πάθους ὄντος ὁμοίως ζώων τε καὶ φυτῶν, κοινήν τινα δεῖ καὶ τὴν αἰτίαν ζητεῖν. ἐπεὶ κἀκεῖνο ὅμοιον ἔνιε τοῖς σπέρμασι καὶ ἐν τοῖς ζώοις, ὥστε μὴ εὐθὺς ἀλλὰ τριγονήσαντα μεταβάλλειν· ἅπαντα γὰρ κατὰ μικρὸν ἐξαλλοιοῦται καὶ μεθίσταται· τὰ δ' ἐπὶ τῶν δένδρων ἀνάπαλιν εὐλόγως. ἀσθενέστατα γὰρ ἐν ἀρχῇ καὶ μάλιστα ὅταν ἐκ σπέρματος. ἀπο-

SI vero faba, & aliud quicquam in leguminibus minus fructificet, im becillitati certe tribuendum hoc eſt. Qua de cauſa maturius hec ſerere ſolent, vt prius quam hyems ſit, radices concipere valeant. Faba tamen adeo detrimentis multis frequenterque obnoxia, vt quamuis mature prouenerit, tamen perfici plerumque non poſſit. Imbecillitatem eius vel ſenſu percipere licet: eſt enim corpore ſoluto, eualido, nec radice numeroſa ſubnititur: quas ob res a quauis cauſa offenſa, tranſigi facile poteſt. Cauſas copioſæ fructificationis tum annuis, quam diuturnioribus plantis, his rebus determinare oportet. Nam & purgationes, præciſioneſque arborum fructus copiam præparant, cum ſuperuacua, & excreſcentia illa partim fructum prohibeant, partim alimenta abſumāt. Itaq; his detractis libere ad fructificandum natura ſuum impetū facit. Qua de cauſa nuces auellanas tondentes, reſecāteſque, fructicoſas efficiunt: alimentum enim totum ad incrementa conſumunt, cum arboreſcunt. Mutationes autem fructuum cœli ſoliqué ratione fieri conſtat. Quippe per hæc, atque ex his alimenta omnibus ſuppeditantur. Alimentum vero plurimum ad conficiendam ſimilitudinem valet: ſiquidem & in animalium genere, partus fœminæ ſimilis hac ratione reddatur. Nec ſolum ſemina, plantæque mutari videntur, ſed etiam animalia: & quodammodo magis hæc, quam genus plantarum: quamdoquidem formas pro locorum habitu capiant. In fructibus tamen non æque id percipi poteſt. Cæterum hi quoque mutantur & maxime in colore, magnitudine, atque ſapore. In colore, vt ſemina: nigra enim in candida tranſeunt, & candida in nigra. In ſapore, vt arborum fructus. Coloris enim mutatio vel nulla conſpicua, vel certe non æque his euenit, niſi tota arbos mutata ſit, vt ex nigra in candidam tranſeat, quod interdum his euenit, quæ ſemine prodierunt. Sed cum defectio iſta communis æque animalium, plantarumque ſit, cauſam quoque communem aliquam quæramus, oportet. Nam illud etiam commune animalia cum ſeminibus habent, vt non protinus, ſed tertio partu mutentur. Etenim omnia paulatim, ſenſimque alterantur, a ſuaque natura diſcedunt. At in arborum genere contra fieri, rationi conſentaneum eſt. Hæ namque principio infirmiſſimæ ſunt, & præcipue,

τελευταῖον δὲ καὶ θαυμάζεται μάλιστα ἐπὶ τῶν δένδρων ἡ εἰς τὸ βέλτιον μεταβολή. καθάπερ ἐν Αἰγύπτῳ τε καὶ ἔτι μᾶλλον ἐν Κιλικίᾳ τῶν ῥοῶν. ἔτι δ' ἡ μυῤῥίνης περὶ Αἴγυπτον εὐωδία. τὰς γὰρ ἐπὶ τὸ χεῖρον καὶ πολλὰς ὁρῶμεν καὶ πανταχοῦ. διὸ καὶ οὐ θαυμάζομεν. ἔστιν οὖν δηλονότι καὶ ἐπὶ τῶν σπερμάτων συμβαῖνον. ὅταν εἰς τὸ βέλτιον ἢ σχεδὸν ὅμοιον. ἐν τούτῳ γὰρ ἡ διαφορά, τῷ τότε μὲν ἀεὶ τόγε τοῦτο μένειν ὅταν φυτευθῇ, τὸ δ' ἄλλο μεταβάλλειν. ἐπεὶ τόγε γινόμενον ταὐτό. παραιρεῖται γὰρ ἀεὶ τῆς φύσεως ἐπικρατοῦν ὡσαύτως ἀμφοῖν. ξυμβαίνει γὰρ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ζώων· ἐκ μελαίνων γὰρ λευκὰ γίνεται, καὶ ἐκ τραχέων μαλακά. αἴτιον δὲ ἐνταῦθα δοκεῖ τῶν μὲν φανερῶν εἶναι τὸ ὕδωρ. τῶν δὲ καὶ ὅλως αἱ τροφαὶ καὶ ὁ ἀήρ. ὥστε κἀκεῖ χρὴ νομίζειν, καὶ εἴπου ἄλλοθι τοιοῦτόν τι συμβαίνει, τὰς αὐτὰς εἶναι καὶ παραπλησίας ἀνάγκας. τὰ δὲ καθ' ἕκαστα μᾶλλον. ἴσως δὲ καὶ μόνως ἄν τις δοθείη, τὴν ἐμπειρίαν προσλαβὼν, χώρας καὶ τόπου διὰ τὰς ἱστορίας.

quæ prouenerint ſemine. Sed abſurdiſſima, mirandaque omnium maxime in arboribus mutatio in melius videri poſſit, vt in Ægypto. Atque etiam magis in Cilicia punicæ meliores euadunt, & myrtus ſuauem odorem circa Ægyptum acquirit. Mutatio enim in partem deteriorem, numeroſa & vbique gentium perſpicua eſt. Quocirca illud vehementer miramur. Fit ergo vel in ſeminum genere, vt in melius tranſeant, cum melius ipſum quaſi ſimile eſt. In hoc enim diſcrimen eſt, quod euenit, idem eſt. Detrahitur enim aliquid naturæ aſſidue a vi, quæ genus vtrumque pari ratione deuincit. Hoc enim animalium generi etiam euenit, quippe cum ex candidis tranſeant in nigra, & ex aſperis mollia redduntur. Sed cum in his cauſam partim aqua habeat partim cœlum, & ad ſummam qualitates alimenti, in illis quoque & vbicunque aliquid tale eueniat, proximam, eandemque neceſſitatem arbitrari par eſt. Singula verò tunc magis, & forte tantummodo noſſe aliquis valeat, cum & agros, & loca expertus ſtudio commentandi peragrandique fuerit.

ΚΕΦ. ΙΘ.

CAP. XIX.

Cultura immutari vim naturamque plantarum. Deque mutatione arborum, quæ radicum occaſione vitioue contingat.

Ὅμοιον γοῦν τούτῳ καὶ παραπλήσιον φαίνεται, καὶ ὅσα διὰ τῆς θεραπείας ἀλλοιοῦται. πρῶτον μὲν καὶ καθόλου πᾶσιν εἰπεῖν ἡμερούμενα. δεύτερον δὲ ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ. βέλτιον γὰρ χαίρει γεωργούμενα· καὶ γὰρ τοὺς πυρῆνας, ὥσπερ εἴπομεν, ἐλάττους ἔχει καὶ βελτίονα γίνεται. ἔτι δήπου ὑδρεία γλυκαίνει τε τὰς ῥοὰς καὶ μαλακωτέρας ποιεῖ. δεῖται γὰρ ἡ στρυφνότης τοιαύτης καὶ ἡ σκληρότης ἐπικουρίας. καὶ γὰρ τὸ ἐνδεὲς δεῖται βοηθείας. μόνον γὰρ δὴ τοῦτο διχῶς. ἢ πρόσθεσίν τινα λαμβάνον, ἢ ἀφαιρέσεως θατέρου γινομένης. καθάπερ ἐπὶ τῶν ἀμυγδαλῶν ἐλέχθη, τῶν κολαζομένων καὶ περιαιρουμένων τὰς ῥίζας. καὶ ἐπὶ τῶν συκῶν τῶν κατασχιζομένων. ἀφαιρεθέντος γὰρ τοῦ πλήθους τῆς τροφῆς, ἰσχύει μᾶλλον τὸ σύμφυτον θερμὸν εἰς τὸ κατάλοιπον. ἰδιωτάτη δ' ἂν δόξειεν ἡ ἀπὸ τῆς τῶν ῥιζῶν εἶναι θεραπεία. τῆς τε κόπρου τῆς ὑείας ταῖς ῥόαις παραβαλλομένης, καὶ εἴτις ἄλλη τοιαύτη τινὶ δίδοται τροφὴ, δι' ἧς γλυκαίνει τὸν χυλόν. λέγεται δὲ καὶ ὡς ἡ πολυϋδρεία καὶ ψυχροϋδρεία ποιεῖ τινα μεταβολήν. καὶ ἐμφανέστατα δὴ καὶ μάλιστα αἱ τῶν ἐδαφῶν ἐνίων καὶ τοῦ ἀέρος φύσεις. ὥσπερ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἐν Κιλικίᾳ. ἐν τούτοις γὰρ καὶ ζητεῖν ὅλως δεῖ τὰς ἀλλοιώσεις καὶ μεταβολὰς, ἐδάφει, καὶ ὕδατι, καὶ ἀέρι, ἡ ἐργασία. καὶ γὰρ ἁπλῶς ἡ γεωργία μεθίστησιν, ἐξημεροῦσα τὰ δένδρα καὶ τοὺς καρπούς.

PRoximum ſane huic videtur, quod ex cultura mutari poteſt. In primis quidem, & vt in vniuerſum dicam, cum miteſcit, mox vero cum eodem in loco melioreſcit. Quippe cultura lætantur, cum minori nucleo reddantur (vt dictum eſt) & omnino meliora euadant. Prorſus granata dulciora, mollioraque aquatio facit. Acerbitas enim, atque duritia tale deſiderant auxilium. Quod enim indigum eſt, iuuari deſiderat, atque id ſolum bifarie agitur. Aut enim per additionem quandam, aut per detractionem alterius, ſicuti dictum de amygdalis eſt, quæ caſtigantur, ablaqueanturque, & de ficis, quæ perfiſſo caudice melioreſcunt. Sublata enim nimia alimenti copia, calor inſitus amplius in reliquo valet. Sed peculiaris in primis quæ radicibus exhibetur, cultura eſſe videatur. Stercus enim ſuillum, vel quod vim proximam illi obtinet, radicibus punicarum ſuperiniectum, dulcem efficit ſuccum. Quinetiam copia, & frigiditate aquæ mutationem afferri aliquam dicitur, ſed omnium maxime, euidentiſſimeque locorum quorundam, atque cœli natura mutationis cauſam habere notantur, vt in Ægypto, atque Cilicia. Nam & illis certe in rebus alterationes, mutationeſque perquirendæ omnino ſunt, ſolo, aqua, cœlo, cultura. Denique agricolatio arbores fructuſque mitigans; mutare valet. Ergo de reli-

ὑπὲρ μὲν [illegible] λοιπῶν ἕτεραί τινες αἰτίαι· ὑπὲρ δὲ τῆς [illegible] ῥιζῶν μεταβολῆς, ὑπὲρ ἧς ταῦτα ὁ λόγος, [illegible] λαβεῖν· ὅτι καθά- [illegible] τῶν δένδρων. ἀκολου- θεῖν [illegible]. διὸ καὶ ἐπὶ τῶν [illegible] βρεχομένων ἐν γάλακτι [illegible] κράτῳ, γλυ- κύτεροι [illegible] δὲ καὶ τὴν τροφὴν [illegible] μεταβάλλουσι· καὶ αὗται με[illegible] μεταβάλλειν ποιοῦσι καὶ τὸ δένδρον [illegible] ἡ διάδοσις. ἐπεὶ καὶ αἱ πολυϋ[illegible] καὶ τὰ ἐδάφη καὶ αἱ κατερ- γασίαι [illegible] ἀπὸ τούτων ἄρ- χονται. [illegible] πρὸς ἕτερα δ' ἴσως καὶ ἑτέραι [illegible], οἷον αἱ σχά- σεις συκῶν, καὶ [illegible] ἀμπέλων, καὶ αἱ κο- λούσεις τῶν ἀμυγδαλῶν, ἢ πληγαί, ἢ διαπερόντων τοὺς πατάλους. ἀπορρεούσης γὰρ τῆς ὑγρότητος, ἡ καταλειπομένη ῥᾷον ἐκπέττεται γλυκύτης. τὰς δὲ ὀφθαλμιζομένας οὐ πέφυκε μεταβάλ- λειν. ὅτι καθάπερ ἀρχή τις ἑτέρα τούτων ἐστίν, ἧς οὐκέτι δύναται καταχρατεῖν. ὥσπερ γὰρ γῇ χρῆται τῷ ὑποκειμένῳ τὸ ἐμφυτευόμενον ἢ ἐνο- φθαλμιζόμενον, ὥσπερ ἐλέχθη. καὶ εἰσὶν αὗται δύο μεταβολαὶ καὶ ἀπὸ δυοῖν, ἥτε ἀπὸ τῶν ῥιζῶν καὶ ἀπὸ τῶν ὀφθαλμιζομένων ἢ ἐγκεντριζομένων ἢ ἐμφυτευομένων. ἡ μὲν αὐτῶν τῶν ὑποκειμένων ἀλλοιουμένων· ἡ δὲ ἑτέρων τινῶν ἐμβαλλομένων· διὸ καὶ ἧττον ἐπὶ ταύτης τὸ θαυμαστόν. διὰ τί δ' ἡ ῥόα μάλιστα μὲν μεταβάλλει τὴν μανότητα καὶ τὴν ἀσθένειαν, αἰτιάται τ' ἄν τις. εὐκινητότατα γὰρ τὰ τοιαῦτα πρὸς μεταβολήν. ἐπισκεπτέον δὲ καὶ εἴτις ἄλλη τῆς φύσεως ἰδιότης.

de reliquis alias quaſdam reddere rationes oportet. De mutatione autem, quam radix impertiat, cuius gratia hoc in loco diſſerimus, accipiendum illud cenſemus, radices tanquam elementa quædam eſſe arborum, elementorum autem conditionem cætera omnia ſectari neceſſarium eſſe. Quamobrem de cucumeribus dictum eſt, quod ſeminibus in lacte mulſoue maceratis, dulciores redduntur. Addo etiam alimentum coctius a radicibus accipi, mutatiſque ipſis fieri, vt tota quoque arbos mutetur. Ab his enim alimentum omne tranſmittitur, diſpenſaturque. Nam & aquæ copia, & ſolum, & culturæ, radices primum attingunt, factoque hinc principio cætera ſubinde immutant. Fieri tamen poteſt, vt alia valeant alijs auxiliari, vt diſciſſio ficis, & amputatio vitibus, & diminutio amygdalis, vel ictus paxillo adacto. Humore namque ſuperuacuo defluente, reliquus facilius coqui atque dulceſcere poteſt. Inoculatas autem arbores mutari non dicimus: quoniam aliud illæ principium habeant, quod euincere nequeunt. Surculus enim, qui vel inſeritur, vel inoculatur, truncum ſubditum loco telluris vſurpat, vt ante iam diximus. Atque ita duplex mutationis ratio intelligi poteſt, id eſt, quæ radicibus, quæque inoculatis, inſitiſue truncis tribuitur. Altera per alterationem partis ſubditæ: altera per aliquorum adiectionem. Quamobrem hæc minus miranda eſt. Sed cur punica maxime immutetur, cauſam raritati imbecillitatique recte dederis. Quæ namque huiuſmodi ſunt, facillime mutationem accipiunt. Cogitandum tamen, an aliam quoque naturæ aliquam proprietatem aſſignari eis liceat.

ΚΕΦ. Κ. — CAP. XX.

Primum cauſam mutationis in deteriorem partem, eſſe negligentiam. Tum quæ diminuta meliorescant.

Εἰς δὲ τὸ χεῖρον μεταβολαὶ δῆλον ὡς ἐναν- τίαι. καὶ ἐμφανεστάτη γε κοινοτάτη πᾶσιν ἀγεωργησία· πάντα γάρ, ὡς εἰπεῖν, ἀπαγριοῦ- ται. ἐνίοτε δὲ καὶ οἱονεὶ πηρώσει τινὶ μεταβάλλου- σιν εἰς τὸ χεῖρον, κολουόμενα κατὰ τὴν πρώτην γένεσιν τὰ φυτά· καθάπερ ἡ ἀμυγδάλη, πι- κρὰ γὰρ ἐκ γλυκείας γίνεται, καὶ ἐκ μαλακῆς σκληρά. τὰ δ' ἄλλα οὐκ ἔστιν ἐπίδηλα μεταβάλ- λοντα. καί τοι τά γε τῆς ἀμπέλου φυτὰ καὶ ἀπόλ- λυται πονοῦντα. τὰ δὲ καὶ μεταβάλλειν εἰκὸς μᾶλλον ἦν. τῇ γὰρ ἀμυγδαλῇ καὶ τὸ ὅλον φαί- νεται παράλογον. ἰσχυρότερον γὰρ τὸ δένδρον· ἔνια δὲ καὶ βελτίω κολουόμενά φασι γίνεσθαι, καὶ καθάπερ οἱ Χῖοι τὴν ἄπιον τὴν Φωκίδα. τὸ μὲν οὖν ἰσχυρὸν τῆς ἀμυγδαλῆς οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ λαμ-

Mvtationum autem in partem deteriorem cauſas prædictis eſſe contrarias conſtat. Sed euidentiſſima & communiſſima omnium negligentia eſt. Omnia namque fere neglecta agreſtia fiunt. Interdum etiam fit vt quaſi manca, læſaque fuerint, in deterius tranſeant. cum ſcilicet principio naſcens quicquam diminuitur ceu amygdala. Hæc enim amara ex dulci, & dura ex molli ſic redditur. Cætera mutationem manifeſtam nullam ſuſcipiunt, quanquam plantæ quidem vitium adeo interdum laborant, vt omnino pereundum ſit. Quocirca mutari quoque illas magis debere veriſimilius eſſe videtur. Amygdalam enim poſſe mutari vel ex toto, procul abhorrere a ratione videatur: eſt enim arbor ſatis robuſta. Non tamen deſunt, quæ diminuta poſſe melioreſcere dicant, vt de piro Phocide Chij referunt. Amygdalæ igitur vires non in eadem arbore accipi

βαίνεται δένδρῳ. κολουθεῖσα μὲν γὰρ ἰσχυρά. φυομένη δὲ ἀσθενής. ἄλλως τε καὶ ἀπὸ σπέρματος· ἐπεὶ καὶ μὴ κολουθεῖσαι, πικραὶ γίνονται καὶ σκληραί, καθάπερ ἐν τοῖς πρότερον ἐλέχθη. πᾶν γὰρ ὅλως ἀπὸ σπέρματος ἐξαλλοιοῦται πρὸς τὸ χεῖρον. κινηθείσης δὲ τῆς φυσικῆς ὁρμῆς, εἰκὸς ἔτι μᾶλλον. οἷον γὰρ ἄλλη καὶ ἀσθενεστέρα γέγονεν. ἐπεὶ καὶ τὰ ἑψόμενα κωλύεται μὴ ἐν καιρῷ κινούμενα, καὶ ἡ γῆ δυσδιάδεκτος ἀκαίρως βρεχομένη. ὃ δὲ ἐν ἀρχῇ μέγα, καὶ διατελὲς πρὸς τὴν τελείωσιν. ἐπὶ μόνης δὲ ταύτης μάλιστ' ἔνδηλον εἶναι τὴν μεταβολὴν, οὐκ ἄτοπον καὶ διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας, καὶ διότι τῆς μὲν ἀμπέλου καὶ τῶν ἄλλων οὐθενὸς ὁ καρπὸς τελειούμενος, πικρὸς ἢ ὀξύς. ἀλλ' ἤτοι γλυκὺς, ἢ οὐκ ἐπέφθη. ταύτης δὲ οὐχ ὑπάρχει τοιοῦτος εὐθὺς ἐν τοῖς τελείοις καὶ εὐκαρποῦσι. τάχα δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἔστι τις καὶ εἰς τὸ στρυφνότερον, ἢ ὑδαρέστερον, ἢ μὴ ὁμοίως γλυκύ. λανθάνει δὲ τὴν ἡμετέραν αἴσθησιν· καὶ γὰρ αὐτῶν τῶν ὁμογενῶν, αἱ μὲν μᾶλλον, αἱ δ' ἧττον τοιαῦται. συμβαίνει δὲ ταῖς κολουθείσαις, αἳ πρεσβύτεραι γινόμεναι πάλιν ἐπικόπτωνται καὶ διακαθαίρωνται, γλυκύτεραι γενέσθαι, καὶ τέλος ἀποκαθίστασθαι πρὸς τὴν φύσιν. αἴτιον δὲ ἔτι πρὸς τῷ εἰρημένῳ, διότι ἡ μὲν κόλουσις κωλύσασα τὴν εἰς τὸν ὄγκον βλάστην καθίμησε τὴν ὑγρότητα, καὶ χείρω εἰς τὸν καρπὸν, βελτίω ἐποίησε. πλείονος δὲ οὔσης, ἄπεπτος. ὥστε πικρός. καὶ κατακοπτομένη δὲ λαμβάνει τινὰ ἀποπνοὴν καὶ ἀφαίρεσιν. ὥσπερ καὶ ὅταν οἱ σφῆνες διακρουσθῶσιν ἐλάττονος δὲ γινομένης, καὶ αὐτὸ μᾶλλον ἰσχύον διὰ τὴν εὐσθένειαν, ἐκπέττει τε μᾶλλον καὶ ἀποκαθίσταται ταύτης μὲν οὖν ὥσπερ ἀνασώζεται πάλιν ἡ φύσις. ἔνια δὲ ἐὰν μὴ κολουθῇ, τὸν καρπὸν οὐ πέττει· καθάπερ ἡ ἄμπελος ἡ κανθαρέος καλουμένη. διὸ καὶ κολούουσιν ἄκρον τὸν βότρυν. εἰ δὲ μή, σήπει καὶ διαφθείρει. δῆλον οὖν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅτι ἀφαιρέσεως δεῖται τῆς ὑγρότητος. ἡ δὲ φωκὶς καλουμένη, βελτίων πρὸς δένδρωσιν, οὐ πρὸς εὐκαρπίαν. ἐκτρέφει γὰρ ἄγαν μὴ κολουθεῖσα, καὶ γίνεται μονόκολος ἢ ἀσθενής. εἰ δὲ μή, παραβλαστάνουσα δενδροῦται. τάχα δ' ἄν τις συμβάλοιτο τοῦτο πρὸς εὐκαρπίαν. ἰσχυροτέρας γὰρ γινομένης, ἡ πέψις καλλίων. τῶν δὲ λαχανωδῶν ἢ ποωδῶν ὅσα κανούμενα καὶ κειρόμενα, βελτίω. καθάπερ τά, τε πράσα καὶ ἡ ῥάφανος, ἣν πάλιν βλαστήσῃ, καὶ ἡ μηδική, καὶ ἡ θρίδαξ, καὶ τὸ ὤκιμον. ἅπαντα ταῦτα τῇ ἁπαλότητι καὶ εὐτροφίᾳ βελτίω καὶ εὐχυλότερα γίνεται. παραιρεῖται γὰρ ἡ δριμύτης, καὶ ἡ ξηρότης, καὶ εἰ ἔνι, τὸ ὀπῶδες ὑπὸ τούτων. ἁπαλὰ δὲ καὶ εὐτραφῆ γίνεται, διὰ τὸ τὰς ῥίζας ἰσχυροτέρας εἶναι.

accipi dedent. Diminuta etenim validiſ, naſcens inualida eſt: præſertim ſi ſemine prodeat. Quippe cum ſæpe etiam non deminutæ, amaræ duræque efficiantur, vt ante iam diximus. Omnino enim omne, quod prouenerit ſemine, degenerat deterioreſcitq; : & ſi eius impetus naturalis motu aliquo immutatus ſit, magis magiſque ita fiat veriſimile eſt: quippe alius quaſi, atque imbecillior redditur. Nam & quæ in aqua coquuntur, ſi importune moueantur, quo minus percoqui poſſint, impediũtur. Et terra quoque eadem de cauſa ægre quicquam admittit ſi intempeſtiue rigetur. Quod autem initio eſt, magnum ad perfectionẽ continuo fertur. Nec abſurdum ſola in ea maxime mutationem patere, tum propter rationes prędictas, tum quia neque vitis, neque alicuius ex cæteris fructus dum perficitur, amarus, vel acidus ſit: ſed aut dulcis, aut non dum percoctus eſt. At eius fructus talis non eſt, quanquam in perfectis & recte fructificantibus. Sed forte non deeſt, quod etiam inter cæteros ad ſaporẽ acerbũ, vel dilutum, vel nõ æque dulcem perueniat, dum perfectionem ſuam acquirit, quanquam noſtrum lateat ſenſum. Quippe vnigenerum ipſorum alia magis, alia minus eſſe huiuſmodi certum eſt. Euenit ijs, quæ fuerint diminutæ, vt ſi ætate confectæ iam recidantur purgenturque, dulciores euadant, demumque ad naturam priſtinam redeant. Ratio, præter id quod retulimus, eſt, quod diminutio facultate germinandi prohibita, humorem haurit, deterioremque ad fructificandum meliorem efficit, qui cum æquo largior ſit, percoqui nequit, itaque amarus relinquitur. Tum præciſa vero facultatem quandam ſpirandi recipit: ac ſubleuatur: ſicuti cum adacti cunei fuerint. Ergo caſtigato humore, facta iam arbos validior, vtpote onere leuata, cõcoquere melius, & redire ad naturam priſtinam poteſt. Huius igitur natura quaſi reſtituitur denuo. Quædam vero niſi diminuantur, fructum percoquere nequeunt: vt vitis, quam cantharam vocitant. Qua de cauſa ſumma vuarum detrahere ſolent. Alioquin putreſcunt, & pereunt. Conſtat igitur (vt ſimplicius loquar) genus id vitis humoris diminutionem deſiderare. Phocis autem appellata, ſi diminuatur, melius arboris ſpeciem capeſſit, ſed non probe fructificat. Quippe quæ diminuta nimium generet, & ſimplex infirmaque exurgat: non diminuta vero, ſpargat ſeſe in ramos, ac tranſeat in arboris ſpeciem. Quod forte nonnihil ad probe fructificandum conferre valeat. Vires enim adepta meliores, melius concoquere poteſt. Olera vero & herbæ, quæ diminutæ tonſæque meliores redduntur: ceu porrum, braſſica, medica, lactuca, ocimum. Quæ omnia teneritatis, alimentique probi ratione, meliora ſapidioraque euadunt. Tollitur etenim acrimonia & ſiccitas: & ſiqua humoris lactuoſi quatilas ſit. Eadem autem molliora, vegetioraque fiunt, quia radices validiores redduntur. Et omnino

quo

καὶ ὅλως αὐξανομένου ἔτι μᾶλλον κολουομένων ἰσχύος· αἱ δὲ καὶ ἐπισπῶνται πλείω, καὶ κα[illegible] μᾶλλον. ἔτι δὲ ἀφαιρουμένων τῶν ξυ[illegible] ἡ ἐπίδοσις πλείων μηδενὸς [illegible] βλάστησις ἐξ ἀσθε[illegible] χείρων. αὗται μὲν οὖν τοῖς χυλοῖς αἱ μ[illegible]

quo amplius diminuantur,eo magis vires concipiunt. Quædam etiam plus pabuli trahunt, & melius concoquere poſſunt. Duris item atque lignoſis ſublatis, proficiunt amplius: vtpote cum nihil impediat. Quippe germinatio prima ex debiliori pergens, origine deterior eſt. Et ſaporum quidem reddere has mutationes poſſumus.

ΚΕΦ. ΚΑ.

CAP. XXI.

Quamobrem odores fructuum immutentur. Quæ præterea plantæ ab vna ſpecie in aliam tranſeant.

Γίνεται δὲ καὶ κατὰ τὰς ὀσμὰς μάλιστα μὲν [illegible]ματος διὰ τὸν ἀέρα καὶ τὴν χώραν. εὐοσμότερα γὰρ ὡς ἐπὶ πᾶσιν αἱ ξηραὶ ποιοῦσι. καὶ ὁ ἀὴρ τοιοῦτος· δι' ὃ καὶ τὰ ἄγρια εὐοσμότερα. τάχα δὲ οὐ πάντως, οὐδ' ὀσμωδέστερα. δριμύτερα γάρ. ἀρίστη δὲ ἡ μέση καὶ ὁ μέσος. ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ ὑδαρῆ καὶ ἄοσμα. καὶ περὶ μὲν ὀσμῶν καὶ χυλῶν, αὐτὰ καθ' αὑτὰ δεῖ θεωρεῖν ἐπὶ πλεῖον ἐν τοῖς ὕστερον. αἱ δὲ μεταβολαί, διότι καὶ ἐν τούτοις γίνονται καὶ φυσικῶς καὶ ἐκ θεραπείας, φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων. ἔνιαι δὲ δοκοῦσιν ὅλον τῶν δένδρων καὶ φυτῶν αὐτόματοί τινες εἶναι μεταβολαί. καθάπερ τὴν λεύκην ἐξαιγειροῦσθαί φασι, καὶ φύλλοις καὶ τῇ ὅλῃ περιστροφῇ. καὶ τὸ σισύμβριον, εἰς μίνθον μεταβάλλειν, μὴ κατεχόμενον ταῖς ἐργασίαις, καὶ μεταφυτευόμενον πολλάκις. ἔτι δὲ καὶ τὸν πυρὸν ἐξαιροῦσθαι, καὶ τὸ λίνον. αὕτη μὲν οὖν εἴπερ ἀληθὴς ὥσπερ φθορά τις ἔοικεν εἶναι, διὰ πλῆθος ὕδατος. γίνεται γὰρ δι' ἐπομβρίαν. ἀλλοιωθείσης δὲ τῆς ἀρχῆς, ἀλλοῖον τὸ ἀναβλαστάνον. ἡ δ' αἶρα φίλυδρον. ἥ, τε τῆς λεύκης, εἰ ἄρα ἐστὶ μεταβολὴ γινομένη τις αὖ εἴη παχυνομένου τοῦ δένδρου μᾶλλον. ὃ συμβαίνει διὰ τὴν ἡλικίαν. εἰς βάθος γὰρ ἡ αὔξησις ἀπογηρασκόντων. ἐν ᾧπερ οἵ, τε φλοιοὶ παχύτεροι, καὶ οἱ ἀκρέμονες μείζους καὶ πλείους.

Sed oritur odoris quoque immutatio, & quidẽ præcipue cœli pro agriq; ſtatu. Loca enim tota fere parte ſicca,& cœlum eiuſmodi odoratiora efficiunt. Quamobrem agreſtia odoratiora ſentimus. Sed forte non in vniuerſum, nec plenius odorata ſunt. Etenim acriora. Quapropter ſolum cœlumque quod media eſt temperie, optimum eſſe cenſendum. Nam quæ terra vliginoſa proueniunt, aquam ſapiunt atque inolida ſunt. Sed de odore atque ſapore, ſeorſum poſthac latius erit diſſerendum. Nunc mutationes etiã in his fieri poſſe, tam natura quam cultu late ex prædictis pateſcit. Quædam totius arboris plantæue mutationes ſponte exoriri videntur. Vt populum candidam tranſire in nigram, tum fronde, tum etiam tota ſpecie aiunt: & ſiſymbrium in mentam mutari, niſi cultu retineatur ſæpeque transferatur: triticum item linumque lolij capeſſere ſpeciẽ. Hæc ergo mutatio ſi verum dicunt, quædam propter humoris abundantiam corruptio eſſe videatur. Fit enim cum imbres inceſſerunt. Mutato autem principio, diuerſum eſt, quod inde erumpit. Lolium vero aquam vehementiſſime amat. Populi ſi eiuſmodi mutatio fiet, tunc fiet profecto, cum amplius craſſeſcere arbos inceperit. quod euenire ætatis cauſa ſolet. Augeſcit enim arbor in profundum cum ſeneſcit. Itaq; frons craſſior, & rami ampliores pluresque conficiuntur.

ΚΕΦ. ΚΒ.

CAP. XXII.

Folia cur in eadem arbore immutentur. Deque Siſymbrio in mentam mutato. Atque agri duplicem intelligi debere commoditatem.

Ὁ δὲ τῶν φύλλων μετασχηματισμός, καὶ ἑτέρων κοινός. ἐπεὶ καὶ τὰ τοῦ κρότωνος, ἔνια περιφερῆ φυόμενα τὴν ἀρχήν, ὕστερον ἀπογωνιοῦται, καθάπερ ἀναδιαρθρούμενα. τοῦτο δέ, ὅτι ῥᾴδιον τὸ ἁπλοῦν ἢ τὸ πολυειδές. ἀσθενὴς δ' ἡ ἀρχή. τὸ δὲ σισύμβριον εἰς μίνθην κατὰ τὴν ὀσμήν, εἴπερ ἄρα μεταβάλλει, μόνον ἀπολῦον τὴν οἰκείαν, ἐξαμαυρούμενον διὰ τὴν ἀργίαν. ἐκείνης δὲ μορφὴν οὐ λαμβάνον, ἀλλ' ὥσπερ ὅμοιον ταῖς καλαμίνθαις γινόμενον.

Foliorum autẽ mutatio communis & aliorũ percipitur. Nam & Crotonis nonnulla,cum rotunda principio prouenerint,in angulum deinde ſe colligunt: quaſi formam iſtam ſuæ perfectionis demum capeſſere debeant. Quod ita fit, quia res ſimplex facilior eſt, quã multiformis: & principiũ rem difficilẽ peragere nequit,quia debile eſt. Siſymbriũ,ſi tranſit in mẽtam,odorem tantummodo mentæ recipit proprio amiſſo, quia cultura caruerit: ſpeciẽ vero non recipit, ſed quaſi nepetæ redditur ſimile.

ἡ γὰρ μεταβολὴ πᾶσιν εἰς ὅμοιόν τι, καὶ οὐ πόρρω τελέως φθειρομένων. ἡ δὲ θεραπεία καὶ ἡ μεταφυτεία κατέχει καὶ σώζει τὴν φύσιν. σημεῖον δὲ ὅτι καὶ τὸ ἄγριον τοιοῦτον τῇ ὀσμῇ. καὶ γὰρ δὴ κἀκεῖνο τὸ τῆς φύσεως ἐναντίον. ἡ μὲν γὰρ μίνθη βαθύρριζον, τὸ δὲ σισύμβριον ἐπιπολῆς, καὶ οὐχ ὁμοίως πολύρριζον. ὥστε μᾶλλον ἔοικεν ἐπί γε τῶν τοιούτων κατὰ φαντασίαν ἡ μεταβολὴ γίνεσθαι· καὶ ὡς περὶ τὸ ἥμερον εἰς τὸ ἄγριον. οὐδετέρως δ᾽ ἄτοπον. ἐπείγε καὶ οἱ τόποι μεταβάλλουσιν. εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ζώων τοῦτο συμβαίνει, καθάπερ φασὶν ἐπὶ τῶν ὀρνίθων καὶ χρώμασι, καὶ σχήμασι, καὶ δυνάμεσι, καὶ τοῦτο καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν οὐκ ἐν πλήθει χρόνου πλείονι, κἂν θαυμάσειεν αὖτις μᾶλλον, εἰ μήτι συμβαίνει καὶ ἐνταῦθα τοιοῦτον. ἀτακτοτέραν γὰρ καὶ μᾶλλον ξυγκεχυμένην εἰκὸς εἶναι ταύτην τὴν φύσιν· τάχα δ᾽ ἰσχυροτέραν. διὸ καὶ μεταβάλλειν. οὔτε χρώμασιν οὔτε ἐν τοῖς ἄλλοις φθειρομένην. καὶ τοῦτο ἐν ὀλίγοις, ὥστε εἰς ἄλλο γε μεταλλάττεσθαι φυτόν. οὔτε γὰρ κατὰ τὴν γένεσιν οὐδὲν μεταβάλλει τὰς μορφὰς, ὥσπερ ἔνια τῶν ζώων, ἀλλ᾽ ἁπλῆ τις ἡ φύσις πάντων. ἀλλ᾽ αἱ μεταβολαὶ γίνονται καθάπερ πολλάκις λέγεται, τοῖς τε χυλοῖς μάλιστα καὶ ταῖς ὀσμαῖς καὶ τοῖς μεγέθεσιν, αὐτῶν τε τῶν καρπῶν καὶ τῶν φύλλων· καὶ γὰρ τὰ στενόφυλλα, πλατυφυλλότερα γίνεται καὶ ὅλων τῶν δένδρων τούτων. διὰ τοῦτο καὶ ζητεῖ τόπον ἕκαστον οἰκεῖον. οἰκεῖος δὲ ἐν ᾧπερ εὐσθενεῖ. διόπερ καὶ οὐ πᾶσιν ἄριστος. ἀλλ᾽ ἔνια λεπτὴν καὶ λυπρὰν χώραν φιλεῖ· τὰ δ᾽ ὕφαμμον. ἔνια δὲ καὶ ἀμμώδη τινὰ, καθάπερ ἡ ῥάφανος. διττὸν δὲ καὶ τὸ τῆς χώρας πρόσφορον. ἢ γὰρ τὸ οἰκεῖον τῆς φύσεως, ἢ τὸ πρὸς ἰσχὺν καὶ δύναμιν ἁρμόττον· οἷον ταῖς ἀμυγδαλαῖς ἡ λεπτὴ γῆ. βαθείας γὰρ οὔσης καὶ πιείρας, ἐξυβρίσασαι διὰ τὴν εὐτροφίαν, ἀκαρποῦσι. καθόλου δὲ περὶ τῶν δένδρων. ἀλλὰ δὴ τὸ μὲν περὶ τὰς ἀλλοιώσεις καὶ μεταβολὰς ἄχρι τούτων διωρίσθω.

Omnia namque in quiddam ſibi ſimile mutantur, non in remotum penitus tranſeunt. Cultus autem & tranſlatio naturam propriam retinet atque ſeruat. Argumento ſit, quod & agreſte ſiſymbriũ talem reddit odorem. Etenim illud quoq; naturæ aduerſũ eſt, mentam radice alta firmari, ſiſymbriũ per ſumma ceſpitũ cohærere, nec tam numeroſam radicẽ habere. Quamobrẽ in his quidẽ mutationẽ potius imaginariã quandã fieri dixerim: & vrbanũ quaſi in agreſte tranſire. Nec abſurde ſic agi, quãdoquidem loca etiam ipſa immutantur. Sin autem in animaliũ quoq; genere id euenit ipſum, vt auiũ immutari & colorẽ, & figuram, & vires aiunt: id quoq; non longi temporis ſpatio, ſed annis ſingulis fieri, mirari quiſpiã potius debeat, ſi non his quoq; poſſit eiuſmodi quicquã accidere. Neque enim minus conditam minuſque diſtinctam naturam hanc eſſe conſentaneum eſt, ſed validiorem etiam eſſe credendum forſitan eſt, atque proinde mutari poſſe ſine vlla coloris vel alicuius corruptione. Idque in paucis fieri vt in plantam aliam tranſeant. Quippe cum neque in generatione ſuam aliquid formam amittat, ſicut animalia quædam: ſed omnium plantarum ſimplex quædam natura ſit. Mutationes vero (vt ſupra diximus) in ſapore maxime, & odore, & magnitudine tam ipſarum plantarum, quam fructuum, foliorumque fieri ſolent. Folia enim anguſtiora, latiora redduntur: & ad ſummam, plantæ ipſæ ad hunc modum diuerſæ efficiuntur. Quapropter locum vnumquodq; ſibi conuenientem quærit. Conuenit autem is quo vigere maxime valeat. Quamobrem non omnibus ſolum idem aptiſſimum eſt, ſed alia gracile macrumque amant: alia arenaceum, quædam etiam ſabuloſum; vt braſſica. Sed agri commoditas duplex certe putari debet. Aut enim quæ naturæ conueniat, aut quæ viribus roborique congrua ſit: ſicut amygdalis, ſolum gracile commodum eſt. Quoniam ſi altum ſit atque pingue, nimia pabuli vbertate laſciuientes ſterilitate afficiuntur: vt in vniuerſum de arboribus ante retulimus. Sed de alteratione mutationeque hactenus.

ΚΕΦ. ΚΓ. — Cap. XXIII.

Quod quædam non in terra, ſed in arbore pullulant, vt viſcum, ſtelis, hyphear. Quidque hæc inter ſe differant. Item de ſpina Babylonia, Cadita, ederaque viſa in cerui cornibus. Deque terebintho in olea & polypodio in arboribus, idque oſtentum interpretari.

Θαυμασιώτατον δ᾽ ἂν δόξειε, καὶ ὅλως ἄτοπόν τι καὶ παράδοξον εἶναι, τὸ ἔνια μὴ δύνασθαι βλαστάνειν ἐν τῇ γῇ καὶ σπέρματα καὶ φυτά. καθάπερ ἡ ἰξία, καὶ ἡ στελὶς καὶ τὸ ὕφεαρ· ὧν τὴν μὲν, καλοῦσιν Εὐβοεῖς, τὸ δ᾽ ὕφεαρ Ἀρκάδες.

Mirandum autem atque abſurdum maxime omnium apparet, quod quædam ex ſeminum plantarumque numero, pullulare in terra nequeunt: vt viſcum, ſtelis, atque hyphear. Stelis Euboenſium vocabulum eſt, Hyphear Arcadum.

Viſcum

Ἡ δὲ ἰξία κοινὴ φασιν, οἱ μὲν, εἶναι πάντα μίαν τινὰ φύσιν· τῷ δὲ ἐν ἑτέροις φύεσθαι, διαφέρειν καὶ δοκεῖν. τὸ γὰρ ὕφεαρ ἐν ταῖς ἐλάταις καὶ πεύκαις γίνεσθαι, καὶ ἡ στελίς. ἡ δ᾽ ἰξία καὶ ἐν δρυῒ, καὶ ἐν τερμίνθῳ, καὶ ἐν ἑτέροις πλείοσιν. οἱ δὲ, διαφέρειν. καὶ σημεῖον λέγουσιν, οὐ μικρόν. εἰ γὰρ ἀληθὲς ὡς οὐ μόνον ἐν τοῖς ὁμογενέσιν ἕκαστον ἐμφύεται τούτων· οἷον, ἐλάταις καὶ πεύκαις, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ πλείω καθ᾽ ἑκάτερον τῶν μερῶν· ἔνθεν μὲν στελὶς, ἢ ἰξία, ἔνθεν δὲ ὕφεαρ. ἔτι δὲ οὐ μόνον τὰς μορφὰς οὐδὲ καρποὺς ὁμοίως ἔχειν φασί. καίτοι τοῦτό γε πανταχόθεν διατηρεῖται, καὶ ἐν ταῖς πλεῖστον διαφερούσαις χώραις. ἐπεὶ, τόγε τὴν μὲν ἀείφυλλον εἶναι τῶν ἰξίων, οὐθὲν ἄτοπον. κἂν ἡ μὲν ἀείφυλλος, ἡ δὲ ἐν φυλλοβόλοις βιώῃ. συμβαίνει γὰρ ἔνθα μὲν ἔχειν, ἔνθα δὲ μὴ ἔχειν διαρκῆ τὴν τροφήν. αἰτία δὲ αὕτη τῆς ἀειφυλλίας καὶ μὴ, καθάπερ εἴπομεν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὁποτέρως ποτ᾽ ἔχει, πρὸς τὸ νῦν ἀπορούμενον οὐθὲν διαφέρει. τὸ δὲ μὴ φύεσθαι χαμαὶ μηδαμῶς ἄτοπον. ἄλλως τε καὶ οὕτω πολὺν καὶ ἰσχυρὸν ἔχουσαν καρπόν. εἰ δὲ καὶ σπέρματα τὰ τοιαῦτά ἐστιν, οἷον τὸ περὶ Βαβυλῶνα τῇ ἀκάνθῃ περὶ τὸ ἄστρον ἐπισπειρόμενον, φασὶν αὐθημερὸν ἀναβλαστάνειν, καὶ ταχὺ περιλαμβάνειν, καὶ τὴν ἄκανθαν. ἔτι δὲ τὸ Συριακὸν βοτάνιον, ὃ καλούμενος καδύτας, καὶ δένδροις καὶ ἀκάνθαις ἐμφύεται καὶ ἄλλοις τισί· τῇ μὲν, ἔλαττον εἴη τῇ δὲ πλεῖον τὸ θαυμαστόν· ἀμφότερα γὰρ ποιεῖ τὸ πλῆθος ἐν τοῖς παραδόξοις. ὅτε μὲν ὡς πεφυκὸς οὕτω μὴ θαυμάζειν, ὅτε δὲ μᾶλλον θαυμάζειν διὰ τὸ πλῆθος. ἐπεὶ, τόγε ἐμφύεσθαι καὶ ἐν δένδροις καὶ ἐν φυτοῖς ἑτέροις, τὸ καὶ ἐν τῇ γῇ φυόμενον, οὐκ ἄτοπον. ἀλλὰ καὶ τὸ γινόμενον ὥσπερ ὁ κιττὸς ἐν πολλοῖς. ἔτι γὰρ τοῦτο παραδοξότερον, ὅτι καὶ ἐν ἐλάφου κέρασιν ὤφθαι, καὶ ἡ τέρμινθος δὲ ἐν ἐλαίᾳ, καὶ τὸ πολυπόδιον ἐπί τισι δένδροις. καὶ ὅσα δὴ σπανιώτερα καὶ τερατωδέστερα φαίνεται· καθάπερ ἡ δάφνη ποτὲ ἐν πλατάνῳ καὶ ἐν δρυῒ, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ὡς τέρατα προφαίνουσιν. ὅταν γὰρ εἰς γεῶδες γεγενημένον διὰ σῆψιν, ἐμπέσῃ τὸ σπέρμα, διεβλάστησεν· εἶτα ζῇ τὴν τροφὴν τὴν ἐκ τοῦ δένδρου λαμβάνον. καὶ ἐπὶ τοῦ κιττοῦ τοῦ περὶ τὰ κέρατα βλαστοῦντος, εἴπερ ἦν οὐκ ἄλογον. ἀλλὰ τὸ ἐν ἑτέρῳ μόνον φύεσθαι, χαμαὶ δὲ μὴ, τοῦτ᾽ ἄτοπον. προσφιλῆ μὲν γὰρ ἂν ἀλλήλοις καὶ σύμβιοτα τὰ φυτὰ, καθάπερ καὶ τὰ ζῷα τάχ᾽ ἂν εἴη, τὸ δ᾽ ὅλως ἐπὶ τῆς γῆς μὴ φύεσθαι, θαυμαστόν. ἄλλως τε καὶ καρπὸν ἔχον καὶ σπέρμα, καὶ ἀπὸ τούτου βλαστάνον.

Viſcum commune. Hæc naturam eandem omnia habere quidam affirmant, ſed ea de cauſa differre videri, quia in diuerſis plantis proueniant. Hyphear enim & ſtelis in abiete, pinoque naſcuntur: viſcum in quercu, terebintho, atque alijs pluribus. Alij differre iſta inter ſe volunt, argumentumque non inepte illud adducunt, ſiquidem vere narrant, quod non ſolum in congeneribus quodque illorum erumpat, exempli gratia, in abiete, pinoque: verumetiam in eadem arbore plura diuerſis partibus exeant, vt hinc ſtelis, vel viſcum: inde hyphear. Item non modo formas, ſed etiam fructus diſſimiles habere hæc confirmant. Atqui id quidem obſeruari vbiq; par eſt, etiam in agris, qui inter ſeſe plurimum diſcrepant. Viſcum enim aliud folio eſſe perpetuo, aliud deciduo; haudquaquam abſurdum eſt. Siquidem aliud virentibus ſemper arboribus, aliud frondem amittentibus inſidet. Fit enim, vt in his careat alimento, in illis habeat quantum abunde ſit. Cauſa enim perpetuæ deciduæue frondis hæc eſt, quemadmodum diximus. Sed hoc vtro tandem modo ſe habeat, nil refert ad id, quod in præſentia quærimus. Naſci autem humi nulla penitus ratione poſſe, abſurdum certe videtur: præſertim, cum tam multum ac validum fructum pariat. Si vero ſemina quoque aliqua eiuſmodi ſint, vt quod apud Babylonem ſpinæ iniectum, ſub ortum ſyderis, eodem die enaſci, atque etiam ſpinam poſſe complecti celeriter, aſſerunt. Et Syriaca illa herbula Cadytas vocata, quæ arboribus, vepribus, atque alijs quibuſdam innaſcitur. Hinc porro anceps admiratio redditur, vt ratione alterutra, magis minuſue miranda ſit res. Quippe vtrumque in ijs euenit, quæ cum admirabilia contraque opinionem hominum ſint, magno tamen numero poſſint reperiri. Alias enim minus miramur, vt de re ita fieri ſolita, alias vehementer miramur multitudinis cauſa. Nam quod humi gignitur, in arboribus etiam plantiſque alijs idem poſſe gigni, abſurdum non eſt. Immo vero non eſt nouum, aliquid in multis creari, vt ederam: & quod mirabilius, viſam eſſe in cornibus etiam cerui aliquando: & terebinthum in olea: & polypodium vocitatum in quibuſdam arboribus. Et quæ rariora, & pro oſtentis potius ſumenda videntur: vt laurum aliquando ortã in platano, & quercu: & reliqua, quæ tanquam oſtenta interpretantur. Cum enim in partẽ arboris conuerſam pene in terram præputredine, ſemen deciderit; pullulat, viuitque ſubinde alimentum ex ſubiecta ſumens arbore. Quod etiam de edera, quam in cornibus prouenisse aiunt, ſi verum ſit, non temere dixeris. Sed in alijs tantummodo poſſe creari, humi autem nulla penitus poſſe ratione, id profecto abſurdum recte videatur. Enimuero plantas quoq; more animaliũ amicas inter ſe, atque ſocias eſſe, credi forſitan poteſt: at humi nullo pacto poſſe progenerari, mirandũ omnino eſt: præſertim, cum & fructũ ferat, quod ita prouenit, & ſemen quo poſſit creari.

εἰ γὰρ ἦν ἐκ διαφορᾶς τινος τῶν ἐν τοῖς δένδροις ἡ γένεσις, ὥσπερ ἐν τοῖς ζῴοις ἐγγίνεται, τοιαῦτα ζῷα, λόγον τινὰ εἶχεν· ἀλλ᾽ οὐκ ἔστιν οὐδὲ γίνεται πλὴν ἀπὸ σπέρματος. ὅταν οἱ ὄρνιθες ἐσθίοντες τὸν καρπὸν προΐωνται τὴν περίττωσιν ἐπὶ τῶν δένδρων. τότε γὰρ αὐτὸς ὁ καρπὸς σωζόμενος καὶ ἐπιμείνας, διεβλάστησε. τὸ μὲν οὖν θαυμαστὸν, πολὺ καὶ ἐκ πολλῶν. ἔοικεν οὖν ὅμοιόν τι συμβαίνειν ταῖς ἐμφυτείαις καὶ τοῖς ἐνοφθαλμισμοῖς. ἑτοιμοτέραν γὰρ λαμβάνει τροφὴν, καὶ ὥσπερ κατειργασμένην καὶ πεπεμμένην σχεδόν. ὃ καὶ ἡ ἰξία ζητεῖν φαίνεται. τὸ δὲ τοιαύτης δεόμενον, ἀσθενὲς ἂν εἴη τῇ φύσει. τοῦτο δὲ πάλιν οὐκ ἔοικεν· ἀλλ᾽ ἰσχυρὸν εἶναι καὶ τρόφιμον, καὶ ἡ ἰξία, καὶ ἡ στελὶς, καὶ τὸ ὕφεαρ. τούτοις γὰρ δὴ καὶ τοὺς βοῦς καὶ τὰ ὑποζύγια χιλεύουσιν καὶ ἀνατρέφουσι μετὰ τοὺς θερισμούς. ἔτι δὲ καὶ αὐτὸς ὁ καρπὸς τῆς ἰξίας μηνύει τὴν ἰσχύν. ἀλλὰ μὴν εἴγε ἰσχυρὰ καὶ μὴ ἀσθενῆ, διὰ τί ποτ᾽ οὐ βλαστάνει καθ᾽ αὑτὰ καὶ φύεται; διαβιάσεσθαι γὰρ τὴν γῆν, τῶν ἰσχυόντων ἐστίν. ὅπερ ποιεῖ καὶ ὁ θερισμός. εἰ δ᾽ αὖ ψυχρὸν ἔχει τὸ σπέρμα καὶ δύσπεπτον, ἀλλὰ χρονιωτέραν ἐχρῆν εἶναι τὴν ἔκφυσιν, ὥσπερ καὶ ἑτέρων. ἐπεὶ καὶ σευτλίων ἔνιά φασι τῷ ὕστερον ἔτει διαφύεσθαι, καὶ διαβλαστάνειν. οὐδὲ γὰρ ταύτῃ κίνδυνος, ὥστε σαπῆναι. διαμένον γὰρ καὶ τοῦτο φαίνεται καὶ ἕτερα πολλῷ τούτων ἀσθενέστερα. ταῦτα μὲν οὖν οὐ λύει τὴν ἀπορίαν, ἀλλ᾽ ἐπιξυωδεῖ μᾶλλον.

Etenim ſiqua corruptione alicuius, quod in arbore eſt, talis generatio fieret, vt in animalibus quædam gigni animalia poſſunt, rationem nonnullam aſſignare poſſemus: ſed putredo nulla penitus eſt, nec prouenit niſi ſemine, vbi aues, quæ fructum deuorauerint, excrementum in arbore egeſſerunt. Tum enim, ſemen ipſum tuto in arbore ſitum, tempuſque generationis, adeptum pullulat. Igitur hoc vehementer multiſq; de cauſis mirum. Proximũ tamen quoddam inſitionibus atque inoculationibus euenire apparet. Alimentum enim paratius, & quaſi confectum percoctumque propemodum capitur. Quod etiam viſcum videtur exigere. At quod eiuſmodi alimentum deſideret, imbecille natura eſt. Hoc autem neque de viſco neque de ſtelide neq; de hypheare dicendum videtur. Hæc enim valida & nutricare idonea eſſe putantur. Nam & boues, & iumenta hoc pabulo poſt meſſem aluntur, atque pingueſcunt. Ad hæc ipſe fructus viſci, quam bonis ſit viribus, ſua planta latiſſime indicat. Quod ſi non infirma, ſed tam valida ſint, cur non per ſe pullulant, atque proueniunt? Quippe quæ viribus valent, terram vi ſua diſiungere, ſeq; abſcondere poſſunt. Quod lupinum etiam facit. Sin autem ſemen frigidum, & concoctu perdifficile habeant, at diuturniorem ſequi oporteret exortum: vt & alia ſerius hac de cauſa exeunt. Nam & betarum aliquas anno poſtero erumpere, germinareque aſſerunt. Neque enim periculum eſſe, vt putreſcant, intelligi poteſt. Nam & ea ipſa, & alia longe his infirmiora, tuto perdurare poſſe videmus. *Hæc igitur quæſtionem non ſoluunt,* ſed potius nodum arctius alligant.

ΚΕΦ. ΚΔ. — CAP. XXIIII.

Solutio quæſtionis. Quamobrem viſcum & ſimilia non niſi in arbore aliena naſcantur. Tum de conchis, cancro, & coccyce aue.

Ἡ δ᾽ ἀρχὴ ληπτέα φυσικῶς ἀκολουθοῦσι κατὰ τὸ γινόμενον, ὅτι πέφυκεν ἐν ἑτέρῳ μόνον ταῦτα γίνεσθαι, καθάπερ καὶ ζῷα ἐν ζῴοις. οἷον τά, τε ἐν ταῖς πίναις· ἢ καὶ ἄλλα ὅσα ζωοτροφεῖ. πλὴν τῶν μὲν, οὐκ ἔχομεν τὴν γένεσιν, τῶν δ᾽ ἔχομεν λέγειν. τὸ δὲ ἀπὸ τῆς τῶν ὀρνίθων προσφορᾶς εἶναι τὴν ἀρχὴν, ὥσπερ συμβεβηκός ἐστι πρὸς τὴν γένεσιν. ὅπερ ἐπ᾽ ἄλλων γίνεται. κατορύττει γὰρ ἡ κίττα θησαυριζομένη τὰς βαλάνους καὶ ἄλλα τῶν ὀρνέων. περιαιρεθέντος γὰρ τοῦ ἰξοῦ καὶ κατεργασθέντος ἐν ταῖς κοιλίαις, ὅπερ ἐστὶ ψυχρότατον, σὺν τῷ περιττώματι καταπίπτον τὸ σπέρμα καθαρὸν, καὶ τοῦ δένδρου λαμβάνοντός τινα μεταβολὴν ὑπὸ τῆς κόπρου, διαβλαστάνει καὶ φύεται. τὴν δ᾽ ἰσχὺν εὐλόγως ἔχει καὶ διὰ τὴν εὐτροπίαν, καὶ μάλιστ᾽ ἴσως διὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν. ἰσχυρότερα δὲ εἰκὸς τὰ ἐν ταῖς ἐλάταις καὶ πεύκαις εἶναι. πλείων

Ergo principium, normam naturalem ſequentes, capere quemadmodum res fieri ſolet, debemus: id eſt datum iјs a natura eſſe, vt non niſi in alijs valeant prouenire: ſicut & animalia quædam non niſi in animalibus poſſunt creari: vt quæ in conchis naſcuntur, & in cæteris aptis præſtare animalibus pabulum. Verum origo latet eorum. Plantarum autem eiuſmodi generatio patet. Initium vero a paſtu auium exoriri velut accidens ad generationem animaduertimus. Quod & in alijs euenit. Pica enim & aliæ quædam aues, glandes reponentes, obruunt terra. Quippe viſco detracto confectoque in alueis, quod frigidiſſimum eſt, ſemen cum excremento purum demittitur, & facta mutatione aliqua in arbore ſtercoris cauſa, pullulat, atque erumpit. Vires autem bonas veriſimile eſt concipere, cum pabuli copia, tum vel maxime ratione fortaſſis naturæ propriæ. Validiora tamen illa eſſe, quæ in abiete, vel pino naſcantur, conſentaneum eſt.

γὰρ ἡ τροφὴ καὶ λιπαρωτέρα. πολλὰ δ' ἡ φύσις φαίνεται καὶ ἐν τοῖς ζώοις τοιαῦτα ποιεῖν. ὥστ' ἕτερον ἑτέρῳ χρήσιμον εἶναι πρὸς σωτηρίαν καὶ γένεσιν, ἅπερ ἐν ταῖς ἱστορίαις ταῖς περὶ τούτων εἴρηται. διὸ καὶ ἐνταῦθα ἴσως οὐ θαυμαστέον τὸ τῶν ὀρνίθων, εἴτε ἐπίτηδες εἴτε κατὰ συμβεβηκὸς γέγονεν. οὐδὲ λεκτέον ὅτι οὐκ ἂν ἦν ἡ γένεσις, εἰ μὴ διὰ τούτους. οὔτε γὰρ ἴσως ταῖς πίναις βίος, εἰ μὴ διὰ τὸν καρκίνον· οὐδ' ἡ τῶν μελιττῶν φύσις, εἰ μὴ διὰ τὸν γόνον ὥς φασί τινες. οὐδὲ ἡ τοῦ κόκκυγος, εἰ μὴ ἦν ἡ ὑπολαῒς ἡ καὶ εἰς τὴν νεοττιὰν τὰ ᾠὰ τίθησιν. ἀλλ' ὥσπερ καὶ φθοραὶ καὶ σωτηρίαι τινὲς γίνονται ἀλλήλων καὶ εἰς τοὺς βίους καὶ εἰς τὰς γενέσεις, οὕτω καὶ πρὸς τὰ φυτὰ διήκειν οὐθὲν κωλύει παρὰ τῶν ζώων. ὥστε ταύτην ἢ τοιαύτην αἰτίαν ὑποληπτέον εἶναι τῶν ἀπορηθέντων. ἐν δὲ τοῖς ἐπισπειρομένοις ἀφῄρηται καὶ τὸ ξυμβεβηκός. προαιρέσει γὰρ δρῶσιν. ἀλλὰ τὸν καιρὸν δηλονότι λαμβάνουσι τῆς ἐπισπορᾶς, ὅταν ὀργᾷ τὸ ὑποκείμενον. ὥσπερ ἡ ἄκανθα φαίνεται περὶ τὸ ἄστρον. ἔνικμον γὰρ δεῖ καὶ εὐαφὲς εἶναι τὸ πρὸς τὴν διαβλάστησιν. τὸ δὲ ταχὺ τῆς ἐκφύσεως, οὐ μόνον διὰ τοῦτο καὶ τὴν ὥραν, ἀλλὰ δηλονότι καὶ διὰ τὴν ἰδίαν γίνεται φύσιν. καὶ περὶ μὲν τούτων, ἅλις.

eſt. Plus enim alimenti & idem pinguius eiuſmodi arbores ſubminiſtrant. Porro & in animalium genere permulta eiuſmodi facere natura videtur, vt alijs alia ad generationem ſalutemue vtilia ſint: vt inter hiſtorias animalium expoſitum eſt. Quamobrem nec in hac parte admirari fortaſſe debemus, ſiue de induſtria paſtus egeſtuſque auium fiat, ſeu fortuito incidat: neque dicendum generationem non niſi auium opere confici potuiſſe. Neque enim vita fortaſſe conchis poſſit ſeruari, niſi opera cancri: neque apium natura conſtaret, niſi a ſua prole adiuuaretur, vt quidam affirmant. neque coccycis genus extaret, niſi ſua oua alieno in nido ſupponeret curruca. Sed quemadmodum perire aut ſeruari mutua opera ſolent, tam in generando quam in viuendo, ſic etiam plantarum generi operam ab animalibus ipſis præſtari, res nulla eſt quæ prohibeat. Cauſam ergo hanc vel huiuſmodi aliquam eſſe putandum. In his autem, quibus ſemen imponi retulimus, accidens illud locum habere non poſſit. Ex prælectione enim agũt. Verum tempus ſuperſerendi capiunt, cum ſubiacens planta turgeſcere incipit. Sicut ſpina illa dum ſydus oritur, intumeſcere plane videtur: humidam enim & agilem eſſe ad generandum oportet. Ortus vero illa celeritas, non ſolum ob eam rem qualitatemque temporis, verum etiam naturæ propriæ ratione contingit. Atque de his ſatis.

ΚΕΦ. ΚΕ. — CAP. XXV.

Plantas plantis præſidio eſſe. Item de ijs, quæ aliquid quærunt, cui incumbant: vt edera, ſmilax, cucumis, ſerpyllum, volucrum.

ΟΤι δὲ καὶ ἐν τοῖς φυτοῖς ἔνια συνεργεῖ πρὸς τὴν ἀλλήλων σωτηρίαν καὶ γένεσιν, καὶ ἐκ τῶνδε φανερόν. ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἀγρίοις τὰ φυλλοβόλα τοῖς ἀειφύλλοις· ὅτι σηπομένων τῶν φύλλων συμβαίνει καθάπερ κοπρίζεσθαι τὴν γῆν, ὃ καὶ πρὸς εὐτροφίαν καὶ πρὸς τὴν βλάστησιν τῶν σπερμάτων χρήσιμον. ἐν δὲ τοῖς ἡμέροις, ὅσα τοῖς φυτοῖς ἐπισπείρουσι τῶν ἀμπέλων, ἀφαιρεῖν βουλόμενοι τὸ πλῆθος τῆς ὑγρότητος, καὶ τοῖς λαχάνοις, ἢ τούτου χάριν ἢ τῶν γινομένων θηρίων. ἐν δὲ ταῖς ῥαφανῖσι τοὺς ὀρόβους πρὸς τὰς ψυχάς. καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον ἑτέροις. οἴεσθαι γὰρ χρὴ τοιαῦτα καὶ ἐν τοῖς αὐτομάτοις τῆς φύσεως ὑπάρχειν. ἄλλως τε καὶ εἰ ἡ τέχνη μιμεῖται τὴν φύσιν. ἔτι δὲ ὅσα πρὸς δένδρα καὶ περὶ ἄλλον καυλὸν τυγχάνει. ταῦτα γὰρ τὰ πρὸς ἑτέρῳ διώκει, καθάπερ ὅ, τε κιττὸς καὶ ἡ σμίλαξ, καὶ ἡ σικύα, καὶ ἄλλ' ἄττα. καὶ τῶν ἐλαττόνων, ἕρπυλλον, καὶ ἡ ἀσίνη. πάντα γὰρ ταῦτα ζῇ παρ' ἄλλοις πρότερον. μὴ ἔχοντα δὲ, χαμαίκαυλα γίνεται, πλὴν ὅσα καὶ δενδροῦσθαι πέφυκε. καθάπερ ὁ κιττός. ἔστι δὴ καὶ ἄμπελος

ESſe autem etiam inter plantas, quæ ad ſalutem generationemque mutuo auxiliantur, hinc etiam poteſt intelligi. Enimuero in ſylueſtriũ genere, quæ fronde decidua ſunt, ſemper virentibus proſunt: cum folijs putreſcentibus eueniat, vt humus propemodum ſtercoretur: quod cum ad paſtum fœcundum, tum ad germinationem perutile eſt. Ex ſatiuis autẽ quæ plantis vitium interſerere ſolent, quo humorem nimium detrahant: quæq; oleribus interponunt, vel eadem de cauſa, vel propter beſtiolas, quæ in pleriſque naſcuntur, vt eruum ſerere inter radices conſueuere, contra papiliones, & quicquid eiuſmodi alijs præſidio adhibetur. Nam & in ijs, quæ ſua ſponte natura progenerat, pleraque huiuſcemodi contineri credendum eſt, præſertim cum ars rationem imitetur naturæ. Adde quæ arboribus ſuſtinentur, atque amplexicaulia ſunt. Hæc enim aliquid cui incumbant quærunt: ſicut edera, ſmilax, cucumis, & alia quædam: & inter minora, ſerpyllum, & volucrum. Hæc enim omnia vitam apud aliud agunt. Quod ſi obtinere non valeant, humi ſeſe proijciunt, atque humicaulia fiunt: præterquam illa, quæ arbore-

τοιοῦτον. οὐ γὰρ ἂν δύναιτο φέρειν τὰ κλήματα καὶ τὴν βλάστησιν, ἢ οὐχ ὁμοίως, καὶ ἀκμὴν ἔχουσα μὴ ἔχουσα τὸ ὑπερεῖσον. ἀλλὰ καὶ τὴν ἕλικα δοκεῖ τούτου χάριν ἔχειν, ὅπως εὐθὺς ἀντίληψις γίνηται καὶ οἷον δεσμός. ὥσπερ ὁ κιττὸς τὰ ῥίζια τὰ ἐκ τῶν βλαστῶν. ὅσα δὲ κοῦφα καὶ λεπτὰ, ῥαδίως ἀναβαίνει καὶ ἐπιμένει, καθάπερ ἡ ἀσίνη, καὶ ὁ θέρμος, καὶ ὁ δόλιχος. πάντα δὲ ταῦτα βλάπτει τὰ δένδρα καταπνίγοντά τε καὶ ἐπισκιάζοντα καὶ τὴν τροφὴν ἀφαιρούμενα. τὰ μὲν, τῷ κωλύειν· ὁ δὲ κιττὸς καὶ τῷ ἐμφυόμενον ἐξαιρεῖσθαι· διὸ χαλεπώτατος τοῖς δένδροις οὗτος. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις, ἀείφυλλος ὢν καὶ ἰσχυρὸς, ἀεὶ δεῖται τροφῆς καὶ πολλῆς. ἀφαναίνεται δὲ τελέως, ὅταν ἐπὶ τὰ ἄκρα συναυξηθῇ. τότε γὰρ πέττει καὶ ἐξαιρεῖται πανταχόθεν τὴν τροφήν. οὐ χαλεπὸν δ' ἴσως οὐδὲ ἐν ἄλλοις τε πλείοσι λαβεῖν τὰς βλάβας· πολλῷ γὰρ πλείους εἰσὶ τῶν ὠφελίμων, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ζώοις· ἐπεὶ καὶ ταῖς ὀσμαῖς ἔνια βλάπτεται. καθάπερ ἡ ἄμπελος τῇ τῆς δάφνης καὶ τῇ τῆς ῥαφάνου. καὶ τοῦτο εὐθὺς ἐκδηλοῖ κατὰ τὴν βλάστησιν. ὅταν γὰρ πλησίον ᾖ τῆς ῥαφάνου καὶ τῆς δάφνης ὁ βλαστὸς, ἐπιστρέφεται τὸ ἄκρον αὐτοῦ καὶ ὥσπερ ἀνακάμπτει διὰ δριμύτητα τῆς ὀσμῆς. ὀσφραντικὸν γὰρ ἡ ἄμπελος, ὥσπερ καὶ ὁ οἶνος δεινὸς ἑλκύσαι τὰς ἐκ τῶν παρακειμένων ὀσμάς. καὶ μᾶλλον καὶ θᾶττον ὁ κατεσαμνισμένος, διὰ τὴν ὀλιγότητα καὶ τὸ γυμνόν. ἀλλὰ τὸ μὲν τοιοῦτον γένος ῥᾴδιον ἐν πολλοῖς, ὥσπερ ἐλέχθη, συνιδεῖν.

ſcere poſſunt : vt edera . Vitis quoque in hoc enumerari genere debet : nunquam enim palmites, germinaque ferre, aut certe non æque poſſet, niſi robur & quo ſe ſuſtentaret, haberet. Quippe & cum clauiculam ea de cauſa habere putetur, vt protinus apprehendere copularique poſſit : ſicut etiam edera germinibus vndique proſilientes radiculas gerit. Quæ autem corpore leui atque gracili ſunt, facile arbores ſcandunt & permanent, vt volucrum, lupinum, ſiliqua; hæc omnia noxam arboribus inferunt, perſtringendo, obumbrandoque, pabulumque auferendo. Cætera quidem prohibendo : edera vero infixa etiam rapit: quamobrem omnium moleſtiſſima hæc, arboribus adhæret. Accedit enim vt fronde perpetua ſit, & viribus admodum valeat, alimentumque proinde multum, ſemperque deſideret. Exſiccãt vero penitus, cũ arboris ſumma complexa concreuerit: tunc enim vndique alimentum aufert, atque percoquit. Nec difficile forſitan ſit, pleraque etiam alia plantis comperire damnoſa. Sunt etenim hæc longe plura, quã vtilia, ſicut etiã in animalibus. Nam ex odore noxam capiunt quædam, vt vitis ex odore lauri, atque braſſicæ : quod protinus in germinatione liquet. Cum enim germen propinquum lauro vel braſſicæ eſt, retrorſus parte ſua poſtrema flectitur, & quaſi odoris vehementiam fugit. Vitis namque odores facile attrahit, ſicut & vinum odores rerum appoſitarum attrahere aptiſſimum eſt: & quidem magis atque celerius, quod amphoris continetur: quoniam id neque multum, neque craſſe obtectum ſit. Sed hoc quidem genus facile in pleriſque poteſt ad verti.

dere, facile percipi poteſt, vt dictum eſt.

ΚΕΦ. ΚϚ'. — CAP. XXVI.

Cur folia circumagantur æſtiuo ſolſtitio. Curque in aliquibus per vices ſe comprimant flores, aperiantque. Præterea cur quædam ſe viciſſim mergant emergantque. Item vim magnam a ſyderibus naſci in plantis

Ὅσα δὲ κοινὰ γένους τινὸς, ἢ καὶ πλειόνων μὴ ὁμογενῶν, οἷον τὸ στρέφειν τὰ φύλλα τὴν φιλύραν καὶ τὴν ἐλαίαν καὶ τὴν πτελέαν ταῖς τροπαῖς ταῖς θεριναῖς, καὶ ὡς ἔνια τῶν ἀνθῶν, νύκτωρ μὲν συμμύει, μεθ' ἡμέραν δὲ διεκπετάννυται, καὶ ὡς ἐν τῷ Εὐφράτῃ λέγουσιν, οὐ μόνον τοῦ λωτοῦ τὸ ἄνθος ἀνοίγεσθαι καὶ συμμύειν, ἀλλὰ καὶ τὸν καυλὸν, ὁτὲ μὲν, ἀναβαίνειν, ὁτὲ δὲ, δύεσθαι, καὶ ἀποβαίνειν ἀπὸ δυσμῶν μέχρι μέσων νυκτῶν, ὡσαύτως δὲ καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον, ἐν ἅπασι καὶ πανταχοῦ κοινήν τινα αἰτίαν ὑποληπτέον εἶναι. ῥᾴδιον δὲ ἴσως ἐν τοῖς ὁμογενέσιν ἰδεῖν. ἐπὶ δ' οὖν τῶν εἰρημένων, ἡ μὲν τῶν φύλλων στροφὴ γίνεται, διὰ τὸ περὶ τοῦτον τὸν καιρὸν καὶ μάλιστά πως ἀεὶ φυλλορροεῖν. ἡ δὲ αἰτία

QVæ autem alicuius generis, vel etiam plurium diuerſorum communia ſunt, vt tiliam, & oleam, & vlmum vertere ſua folia æſtiuis ſolſtitijs, & quoſdam flores noctu comprimi, interdiu aperiri, & quod in Eufrate aiunt, non modo florem Loti aperiri, & claudi: ſed etiam caulem alias aſcendere, alias occidere & emergere a ſolis occaſu ad mediam noctem, & quicquid eiuſmodi, hæc omnia communem quandam habere rationem putandum eſt: quanquam in congeneribus res deprehendi facilius poſſit. Ergo folia circumaguntur æſtiuo ſolſtitio, quia illo potiſſimum tempore folia decidant. Cauſam vero ante iam de omnibus diximus. Cum igitur profluuium patiuntur folia, cuncta aliquatenus affici neceſſe eſt, vt quæ infirma, & quaſi ſenio confecta ſunt, exareſcant,

προτέρον εἴρηται περὶ πάντων τούτων. γινομένης οὖν τῆς φυλλοῤῥοίας, ἀνάγκη μάλιστα πάσχειν κατὰ φύλλα. καὶ τὰ μὲν ἀσθενῆ καὶ ὥσπερ γεγηρακότα, καταξηρανθέντα πίπτειν· τὰ δ᾽ ἄλλα τὴν ἐπιστροφὴν μόνον λαμβάνειν. ἅπασι μὲν οὖν τοῦτο συμβαίνει, ἢ μᾶλλον ἢ ἧττον. ἔνδηλον δὲ μάλιστα ἐπὶ τούτων, ὅτι μεγίστη διαφορὰ τῶν χρωμάτων τοῖς πρηνέσι πρὸς τὰ ὕπτια· τὰ μὲν γὰρ χλωρά, τὰ δὲ ὑδατώδη καὶ ὑγρά. μᾶλλον δ᾽ ἐπὶ τῆς φιλύρας· μείζω γὰρ καὶ ἐκλευκότερα. δεῖ οὐχ ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῆς πεύκης· τῶν δ᾽ ἀειφύλλων, οἷς μὴ συμβαίνει τοῦτο διὰ τὸ κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἀκμήν τινα καὶ ὥσπερ ἰσχύν τινα τῆς βλαστήσεως, διὰ τοῦτο οὐκ ἂν συμβαίνοι. τῶν γὰρ ἰσχυόντων οὐδὲν εὐπαθές. ἡ δὲ τῶν ἀνθῶν σύμμυσις καὶ διοίξις, ἐλαφροτέρα καὶ ῥάων ἰδεῖν. ὑπὸ γὰρ τοῦ ψύχους καὶ τῆς ἀλέας γίνεται ψυχρῶν ὄντων καὶ ἀσθενῶν. συμμύει μὲν γὰρ ξυνιόντος καὶ οἷον πηγνυμένου τοῦ ὑγροῦ. συναπολείπει γὰρ καὶ τὸ θερμόν· ἀνοίγεται δὲ πάλιν διαχεομένου καὶ ἀνιέντος, ὅπερ ὁ ἥλιος ποιεῖ. τὰ δὲ πλέον καταδυόμενα καὶ ὑπερίσχοντα, δηλονότι ψυχρότερα καὶ ἀσθενέστερα. διὸ μᾶλλον συμπάσχει ταῖς μεταβολαῖς. ἡ δὲ αἴσθησις οὕτως ὀξεῖα γινομένη τοῖς καθ᾽ ὕδατος, οὐκ ἄλογος. ἄλλως τε καὶ ἐν τόποις θερμοῖς καὶ ἐκπύροις. ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις αἱ διαδόσεις ταχεῖαι πάντων ἀπὸ τοῦ ἡλίου καὶ τῶν ἄστρων. φαίνεται γοῦν συμπάσχειν οὐ μόνον τὰ ἐπὶ γῆς, ἀλλὰ καὶ τὰ ὑπὸ γῆς ὕδατα τροπαῖς τε καὶ ἐπιτολαῖς. ἐπ᾽ ἐνίων δὲ ἄστρων καὶ αὐτὴ ἡ γῆ καὶ ἡ θάλαττα μεταβάλλει. πάσχει δέ τι παραπλήσιον τούτῳ καὶ τῶν ἀνθῶν πολλὰ μετ᾽ ἡμέραν. ἀεὶ γὰρ συμπεριφέρεται τῷ ἡλίῳ, νεύοντα καὶ ἐγκλίνοντα πρὸς αὐτόν. μᾶλλον δ᾽ ἐστὶ τοῦτο καταμαθεῖν ἐν τοῖς ἐλάττοσιν. ἐνίων δὲ καὶ τὰ φύλλα συμπάσχει ταὐτό. καθάπερ τῆς μαλάχης καὶ τῶν τοιούτων. αἴτιον δὲ τοῦ ὑγροῦ ἡ ἀφαίρεσις. ᾗ γὰρ ἂν ἐξάγει θερμαίνων ὁ ἥλιος, ἐν τούτῳ ἡ ἔγκλισις. ἐξάγει δὲ καθ᾽ αὐτόν· τοῦτο δὲ ποιοῦντος, ἀποστρέφεται καὶ περιάγεται. τοῦτο μὲν οὖν ὡς πίστεως χάριν εἰρήσθω πρὸς τὸ πρότερον ῥηθέν. ὑπὲρ δὲ τῶν ἄλλων ὅσα συμβαίνει τοῖς δένδροις ἢ φυτοῖς, πειρατέον ἐκ τῶν δένδρων μετιέναι καὶ θεωρεῖν, τὴν ἰδίαν οὐσίαν ἑκάστου λαμβάνοντα καὶ τὴν τῆς χώρας φύσιν. ἐκ τούτων γὰρ τὰ κοινὰ πάθη, καὶ αἱ κατὰ γένη ὑπαλλαγαί, καὶ τὸ ἁρμόττον καὶ τὸ οἰκεῖον ἑκάστοις γίνεται φανερόν. δεῖ δὲ καὶ τὸ ὅμοιον καὶ τὸ αὐτὸ δύνασθαι θεωρεῖν. πολλὰ γὰρ δοκεῖ διαφέροντα οὐ διαφέρειν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. καὶ ταῦτα μὲν ἐνταῦθα ἐχέτω τὸ πέρας. ὅσα δὲ κατὰ τὰς γεωργίας συμβαίνει, καὶ ὧν χάριν ἕκαστα ποιοῦσι, λεκτέον ὁμοίως.

exareſcant ac decidant: reliqua circumagantur tantummodo. Omnibus igitur illud euenit vel magis vel minus, ſed conſpectius in ijs eſt quia ſummo coloris diſcrimine pars prona diſcrepet cum ſupina: hæc enim viridis, illa aquina & humida. Quod magis in tilia patet: hæc enim ampliora candidioraque folia gerit. Quibus vero e numero ſemper virentium non idem euenit, cauſam aſſignauerim quod eo tempore amplius vigeant, valentioraque ſint ad germinandum. Quod enim validum eſt, affici nō facile poteſt. Horū compreſſio ac patefactio facilius intelligi poteſt. Fieri enim frigoris calorisue cauſa, cum genus illud plantarum frigidum imbecilleque ſit. Comprimitur enim flos humore coacto, & quaſi concreto. Sic enim vi quoque deſtituitur ſui caloris. Rurſuſque calore diffuſo laxanteque: quod opera efficitur ſolis. Quæ autem altius deſcendunt, frigidiora hæc eſſe imbecilloraque conſtat, cum magis mutationem temporis ſentiant. Nec temere tam cito hæc ſentiunt, quæ vndis degunt, immerſa præſertim locis feruidis æſtuoſiſque. Siquidem in ijs quæ talia ſunt, celeriter a ſole atque ſideribus tranſmitti quæque intelliguntur. Itaque non modo aquæ per ſumma terræ vagantes, ſed etiam quæ ſubtus abſconditæ ſunt, ſolſtitijs atque ortibus ſiderum affici mutarique ſentiuntur. Necnon & terra ipſa, & mare mutatur quorundam vi ſiderum. Flores quoque permultos proxime his interdum affici conſtat. Aſſidue namque circumaguntur cum ſole, ſeque eodem inclinant, quo ſol fertur: quod quidem latius in minoribus perſpici poteſt. Quorundam etiam folia hoc idem pati animaduertimus, vt maluæ, atque eiuſmodi. Cauſa vero in detractione humoris eſt. Eodem namque inclinantur quo ſol humorem feruefaciens prouocauerit. Igitur hoc fidei faciendæ gratia dictum ad illud ſuperius ſit. De cæteris autem quæ arboribus, plantiſue eueniunt, ex arborum genere petere rationes, atque contemplari tentandum. Ita vt ſingulorum propria inſpiciatur natura, ſicut & ipſius agri. His enim communes affectiones, diuerſitateſque generum, & quæ conueniunt, aptaque ſingulis ſunt, percipi nimirum poſſunt. Simile quoque, & idem contemplari oportet. Multa enim cum inter ſe differant, haud quicquam differre videntur. Sed hæc finem hic habeant. Quæ autem in agricultura eueniant, cuiuſque rei gratia fiant, ſingula deinceps pari modo indicanda iam erunt.

THEOPHRASTI DE CAVSIS PLANTARVM

LIBER TERTIVS.

ΚΕΦ. Α. | Cap. I.

Ex ſatiuis vrbaniſque multa eſſe quæ coli non patiantur.

Η περὶ τῶν φυτῶν θεωρία διττὰς ἔχει τὰς σκέψεις καὶ ἐν δυσί· μίαν μὲν τὴν ἐν τοῖς αὐτομάτοις γινομένην, ἥπερ ἀρχὴ τῆς φύσεως. ἑτέραν δὲ τὴν ἐκ τῆς ἐπινοίας καὶ παρασκευῆς. ἣν δὴ φαμὲν συνεργεῖν τῇ πρὸς τὸ τέλος. ἐπεὶ δὲ περὶ τῆς πρότερον εἴρηται, λεκτέον ὁμοίως καὶ περὶ ταύτης, ὑπὲρ αὐτοῦ τούτου τοῦ πρῶτον εἰπόντας· ὅτι καὶ τῶν δένδρων ἔνια καὶ τῶν ἐλαττόνων ὑλημάτων οὐ δέχεται γεωργίαν. τοῦτο γὰρ ἂν εἴη τῶν μὲν, οἷον πέρας, τῶν δὲ ἀρχή, μεταβαίνουσιν ἐκ τῶν αὐτοφυῶν, εἰς τὰ διὰ τέχνης. ἄτοπον δ᾽ ἂν ἴσως δόξειε τὸ νῦν λεχθὲν, εἰ τὸ προσλαμβάνον θεραπείαν, ὥσπερ χώραν οἰκείαν, μὴ μᾶλλον εὐσθενεῖ καὶ καλλικαρπεῖ συνεργούσης τῇ φύσει τῆς τέχνης. ἀλλ᾽ οὐκ ἔστιν ἄτοπον οὐδ᾽ ἀλλότριον· ἀρχὴν δὲ αὐτοῦ ληπτέον τήνδε, τὴν φύσιν ἑκάστου μὴ ἐκ τῶν αὐτῶν εἶναι, μὴ δὲ ἐκ μιᾶς τινος ὕλης. μὴ δ᾽ αὖ πᾶσι ταὐτὸ τέλος τῆς πέψεως καὶ δυνάμεως τῶν καρπῶν· ἀλλ᾽ ἑκάστου πρὸς ὃ πέφυκε, χυλοῖς καὶ ὀσμαῖς καὶ τοῖς ἄλλοις· μάλιστα δέ πως ἐν δυσὶν τούτοιν ὁρίζομεν τὴν πέψιν ὀσμαῖς καὶ χυλοῖς ἀναφέροντες. καὶ ταῦτα πρὸς τὴν ἡμετέραν χρείαν, ὥσπερ διωρίσαι καὶ πρότερον. ἐπεὶ δ᾽ ἐξ ὧν συνέστηκεν ἕκαστον, καὶ τρέφεται, καὶ τὸ πρόσφορον οὐ κατὰ τὸ ποιὸν μόνον ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ ποσὸν, ἐν ἀμφοτέροις ἂν εἴη τ᾽ αὐτὸν οἰκεῖον. ἡ δὲ γεωργία πλῆθός τε τροφῆς καὶ πιότητα κατασκευάζει. κατεργαζομένη γὰρ ἡ γῆ, καὶ ἀπόλαυσιν πλείω δίδωσι, καὶ μεταβάλλει τοὺς χυλούς. ὥστ᾽ εὐλόγως οὐκ ἂν εἴη πρόσφορος ἐνίοις. οἷον ὅσα ξηρά τε καὶ δριμέα καὶ πικρά. ἁπλῶς ὅσα φαρμακώδη. καὶ ἐν τούτοις παρέχεται τὴν χρείαν ἡμῖν. ἐκθηλύνεται γὰρ ἀφαιρουμένων τῶν δυνάμεων. καὶ τὰ μὲν ὅλως οὐκ ἐπιφέρει καρποὺς, τὰ δ᾽ ὑγροτέρους καὶ χείρους· ἃ καὶ ὑδαρέστερα γίνεται. καθάπερ τὸ ἀψίνθιον καὶ τὸ κενταύρειον. καὶ ὅλως δὲ πᾶσα φαρμακώδης δύναμις, ἢ κατὰ ῥίζαν, ἢ κατὰ καυλὸν, ἢ κατὰ

RATIO Plantarum bifariam conſideratur, ac duplici omnino genere cõſummatur. Aut enim quæ ſponte proueniunt, contemplamur, quod genus naturæ initium eſt. Aut quæ hominis ingenio ac cura fiunt, conſideramus, quæ quidem auxiliari naturæ ad finem deſtinatum retulimus. Itaque cum de ijs quæ ſponte proueniunt, ſuperioribus libris dictum abunde ſit, nunc de reliquis modo ſimili diſſeremus; ſi prius id explicauerimus: pleraque tam in arborum genere, quam in frutetis eſſe, quæ culturam minime patiantur. Hoc enim alterius generis veluti finis, alterius initium eſſe apparet: cum ſcilicet de ijs quæ ſponte prodeunt, ad ea, quæ ars efficit, indagandi ratio procedit. Sed abſurdum fortaſſis id ipſum videatur: ſiquidem quod cultum aſſumpſerit, tanquam ſortem ſibi accommodatam, non magis vigeat lætiuſque fructificet, cum ars naturæ auxilietur. Quanquam neque abſurdum eſt neque alienum. Principium vero illud capiamus oportet, naturam cuiuſque rei non ex eiſdem conſtare, neque ex vna aliqua perfici materia. Non vero omnibus finem eundem coctionis poteſtatiſque fructuum eſſe, ſed ſingulis pro eius rei ratione, ad quam genita ſint, ſapore, odore, cæteriſque finem vtique ſtatui. Sed præcipue ſapore odoreque, fructus cocturam determinare ſolemus. Et hæc certe ad hominis vſum redigimus, vt ante iam dictum eſt. Sed quandoquidem e quibus vnumquodque conſiſtit, his etiam nutriatur, commoditatiſque rationi non ſolum genus, verum etiam modus aſcribatur: non idem prorſus vtrique ſtirpium conueniet rationi. Agricolatio vero tum alimenti copiam, tum pinguedinem efficit. Ager enim agitatus confectuſque, & plus pabuli præſtat, & ſapores immutat. Ergo ratione optima cultus quibuſdam commode adhiberi, quibuſdam minime poſſit. Sicut illis quæ ſicca, acria, amara, atque ad ſummum venenoſa ſunt, vſumque medicamenti præſtant. Hæc enim ſublatis viribus hebetantur, atque effœminantur, vt alia fructum omnino parere nequeant, alia humidiorem, deterioremque pariant, quæ etiã aquoſa reddantur, ſicut abſinthium, & fel terræ. Et omnino vis omnis medica

ceu ra-

καρπὸν ἢ βλαστὸν ἢ κλῶνας. ἀνάλογον δὲ τούτοις καὶ ὅσα δριμύτητά τινα ἔχει δὴ κατὰ τὴν γεῦσιν. ὧν καὶ ἡ κάππαρις ἔοικεν εἶναι, καὶ τὸ σίλφιον, καὶ τὸ λάπαθον, καὶ ἡ θύμβρα, καὶ τὸ θύμον. τὰ μὲν γὰρ ὅλως οὐδὲ φύεται τούτων ἐν τοῖς ἡμέροις κακῶς, τὰ δὲ, χείρω πολλῷ. καθάπερ τὸ λάπαθον, καὶ ἡ θύμβρα, καὶ ἡ κάππαρις. ἔνια δὲ καὶ γλυκύτητας αὐτῶν λαμβάνει καθυγραινόμενα καὶ πληθυόμενα ταῖς τροφαῖς, ὥσπερ τὸ κράνον· καὶ γὰρ τοῦτο χεῖρον ἡμερούμενον γίνεται· καὶ ἁπλῶς δὲ αὐτὸ τὸ δένδρον ὑδαρές τε καὶ μανὸν καὶ ἀσθενές. τῆς δ' ἀχράδος γλυκύτερος μὲν ὁ καρπὸς, ἧττον δ' εὐώδης. ἀφαιρεῖται γὰρ τὴν εὐτροφίαν καὶ τὸ εὔοσμον. ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ σιλφίου καὶ θέρμου, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον· τὸ μὲν γὰρ οὐχ ὁμοίως ἔχει τὴν δριμύτητα, διὰ τὸ πλείω καὶ ὑδαρεστέραν εἶναι τὴν τροφήν· ὁ δὲ θέρμος ἄκαρπος γίνεται, καθάπερ ὑλομανῶν καὶ ἐξυβρίζων. ποιεῖ γὰρ καὶ ταύτην τὴν ἐναντίωσιν καὶ ἐργασία, καθάπερ εἴρηται, πλῆθος παρέχουσα τροφῆς. ἐκ δὲ τῆς ἀρχῆς ταμιεύεται τὸ σύμμετρον ἕκαστον ἑαυτῷ, καὶ λαμβάνει τὴν οἰκείαν χώραν. ἡ γὰρ αὐτοφυὴς γένεσις ἐν ταύταις. ἁπλῶς γὰρ τὸ μέγιστον, ὥσπερ πολλάκις εἴρηται, τὸ λαβεῖν οἰκεῖον ἀέρα καὶ τόπον. ἐκ τούτων γὰρ ἡ εὐθένεια καὶ ἡ ἀκαρπία. ταῦτα δὲ ἐναντία φαίνεται τοῖς παρὰ φύσιν ἡμερουμένοις. εἴς τε γὰρ ἀέρα μαλακώτερον μετατίθενται, καὶ τροφὴν ἀλλοιοτέραν λαμβάνουσιν. ἐξ ἀμφοτέρων δὲ τούτων ἡ μεταβολὴ καὶ οἷον ἔκστασις τῆς φύσεως. ἐπιμαρτυρεῖ δέ πως καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς γεωργουμένοις, τὸ μὴ φιλεῖν ἔνια τὴν ἀκριβῆ καὶ τὴν πολλὴν ἄγαν ἐξεργασίαν. ὥστε καὶ ταύτην ζητεῖν τινα ὅρον. καὶ τρόπον τινὰ, οὐδὲν κωλύει κατὰ τὴν μετάβασιν οὕτως, ἔνια μηδὲ ζητεῖν ὅλως. ὅτι μὲν οὖν οὐ πάντα προσδέχεται τὰς γεωργίας, φανερὸν ἔσω διὰ τούτων. ἴσως γὰρ τὰ μὲν, ὅλως οὐ δεῖται· τῶν δ' οὐκ ἐξευρίσκομεν τὰς αἰτίας.

vel radice, vel fructu, vel ramo. Reſpondent autem ijs, quæ guſtatu quandam vehementiam exhibent. Quo in genere capparis quoque enumeratur, & laſer, & rumex, & ſatureia, & cunila, & thymum. Quædam enim ex his aut nullo pacto locis cultis proueniunt, aut vitioſe. Quædam multo deteriora efficiuntur, vt rumex, ſatureia, inturis. Nonnulla dulceſcunt, cum humeſcere atque ſucco abundare inceperint, vt corni fructus: hic enim miteſcens deterior redditur, atque in totum arbos ipſa humida, ſoluta, imbecilliſque fit. Sorbo dulcior quidem eſt fructus, ſed minus odoratus: vires enim ſucci, bonique odoris deficiunt. Eadem ratio de laſere eſt, & de lupino, & quicquid eiuſmodi. Laſer enim non æque vehemens eſt, quia copioſiori humidiorique alimento veſcatur. Lupinum ſylueſcens atque luxurians redditur infœcundum. Enimuero copia quoq; nutrimenti aduerſatur terræ elaboratio, quemadmodum diximus. Vnumquodque autem pro ſui principij ratione modum ſibi pabuli ſeruat, ſolumque capeſſit idoneum. His enim ipſis ſpontanea illa perfici generatio poteſt. Omnino enim (vt ſæpe retulimus) ſumma ratio, vt ſolum cœlumq; obtineas aptiſſimum: hinc enim fertilitas ſterilitaſq; procedit. At vero hæc ipſa illis certe aduerſa vidētur, quæ inuita ſua natura poſſunt miteſcere. Quippe cum ad meliorem aerem transferantur, diuerſumque alimentum capiant: quibus rebus mutatio, & quaſi naturæ ſequitur alienatio. Quin & in ipſis quæ colimus, illud ſatis probare hoc ipſum videmus: quod nonnulla ſunt quæ cultum nimium exquiſitumque aſpernentur. Ex quo intelligi poteſt, terminū eius quoque certum ſtatui oportere. Atque ita nihil quodammodo prohibet eſſe, quæ tranſlata nullam penitus culturam deſiderent. Igitur non omnia cultu lætari manifeſtum hinc eſt. Forſitan enim alia nullam penitus curam deſiderent, alia cur deſiderent, cauſæ nos fugiunt.

ΚΕΦ. Β. — CAP. II.

Quæ opera agriculturæ ſint in vniuerſum.

Ἡ δὲ γεωργία, δυοῖν ὄντων ἐξ ὧν αἱ τροφαὶ καὶ εὐθένειαι, τῆς γῆς παρασκευάζει βοήθειαν· τὸν ἀέρα γὰρ οὐκ ἐπ' αὐτῇ ποιόν τινα ποιεῖν· ἀλλὰ δεῖ πρὸς μεταβολὰς καὶ τὰς ὥρας τὰς γινομένας, αὐτὰ τὰ δένδρα καὶ τὴν χώραν διακεῖσθαι πως, ἵνα τε ἀπολαύῃ τὴν προσαύξησιν καὶ τροφὴν, καὶ μὴ πάσχῃ μηδὲν ὑπὸ τῶν ἐναντίων. δεῖ γὰρ καὶ πρὸς ταῦτα φυλακῆς. λέγω δ' οἷον τομάς τε καὶ διακαθάρσεις, καὶ βλαστολογίας, καὶ κοπρίσεις καὶ σκαπάνην, καὶ ὅσα ἄλλα πραγματεύονται.

SEd cum duo illa prædicta ſint, quibus alimenta fertilitateſque adminiſtrentur: cultura profecto, & agro vnice auxiliatur, ſed aerem commodiorem præſtare vtique non poteſt. Verum ad mutationes atque viciſſitudines temporum, arbores ipſas agrumq; præparatū ita eſſe oportet: vt & pabuli fructus adſit ad incremēta futura, & res nulla aduerſa queat offendere. Nam id quoq; obſeruandū eſt. Sunt etenim neceſſariæ amputationes, purgationes, decacuminationes, ſtercorationes, foſſiones, atq; reliquæ curæ, quæ arboribus adhibentur.

καὶ περὶ τῆς ἀροσίμου δὲ καὶ σπερματουμένης ὁμοίως. τοῖς μὲν γάρ, οὐ ταυτά, τοῖς δ' οὐκ ἴσα, τοῖς δ' τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδὲ τὴν αὐτὴν ὥραν ἀποδιδόναι δεῖ. τοῖς δέ, ἴσως οὐδὲ ποιεῖς ἔνια τὸ ὅλον. ἃ δὴ καὶ φαίνονται διαιροῦντες οἱ γεωργοί. καθάπερ καὶ ἐν τῇ διακαθάρσει, τὰ μὲν σιδήροις, τὰ δὲ χερσί, τά δ' ἀγκύραις τισὶ κελεύοντες ἀφαιρεῖν. οἷον τῆς τε ἐλαίας, καὶ τῆς ἀπίου, καὶ τῆς μηλέας· ὅπως μὴ ἑλκούμενα πονῇ διὰ τὴν λεπτότητα καὶ ξηρότητα τῶν κλάδων. καὶ γὰρ ἀφαιρεῖν δεῖ τούτων ταῦτά τε καὶ τὰ τρώξανα μόνον. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ τῶν ἀμπέλων διαιρετέον, τάς τε πρωτοτόμους, καὶ τὰς ὀψιτόμους, καὶ βραχυτόμους, καὶ τὰς μακροτόμους, καὶ τοῖς ἄλλοις ὡσαύτως. ἀναφέροντας ἀεὶ πρὸς τὸ τέλος· ὁ μὲν οὖν σκοπὸς οὗτος, καὶ ἡ καθ' ἕκαστα διαίρεσις. ὑπὲρ ἑκάστου δέ ἐστιν ὁ λόγος, ὁ τὴν αἰτίαν ἔχων, ἣν δεῖ μὴ λανθάνειν. ὁ γὰρ ἄνευ ταύτης ποιῶν, καὶ τῷ ἔθει καὶ τοῖς συμβαίνουσι κατακολουθῶν κατορθοῖ μὲν ἴσως, οὐκ οἶδε δὲ καὶ διά τι, καθάπερ ἐν ἰατρικῇ. τὸ δὲ τέλειον ἐξ ἀμφοῖν. ὅσοι δὲ καὶ τὸ θεωρεῖν μᾶλλον ἀγαπῶσιν, αὐτὸ τοῦτο ἴδιον τοῦ λόγου καὶ τῆς αἰτίας. ἀντιλέγεται δὲ περὶ πολλῶν· καὶ τὰ μὲν ἁπλῶς, τὰ δ' εἰς τὸ βέλτιον καὶ χεῖρον. ὥσπερ κατὰ τὰς ἄλλας τέχνας. ἐνταῦθα δὲ καὶ ἰδιώτερόν τι συμβαίνει. πρὸς γὰρ τὴν χώραν ἔνιοι τετραμμένοι, τὰ πρόσφορα πολλάκις καθόλου λέγουσιν. ὅτε δὲ καὶ ἀμφοτέρως γινομένων, ἄκριτόν ἐστι τὸ βέλτιον. ὁποῖα γὰρ ἂν ᾖ τὰ ἀπὸ τοῦ ἀέρος συμβαίνοντα, τοιαῦτα ἀποβαίνει καὶ τὰ κατὰ τὰς ἐργασίας. οὐδὲ γὰρ δεῖ μᾶλλον ἀκολουθεῖν τῇ τοῦ ὅλου καταστάσει καὶ περιφορᾷ τῶν δένδρων, καὶ φυτῶν καὶ σπερμάτων, ὡς πολλάκις ἁμαρτανόμενα τῇ ἀπὸ τούτου ἀκρασίᾳ. καὶ τῇ αὐτῶν δυνάμει, τὰ μὲν ὑπομένει, τὰ δέ τινα ἀναμάχεται. καθάπερ καὶ τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς. ὥστε αἱ μὲν ἀντιλογίαι πρὸς ταῖς κοιναῖς τῶν τεχνῶν, καὶ διὰ ταύτας γίνονται τὰς αἰτίας· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ συνομολογεῖται πολλάκις παρὰ πάντων, ὥσπερ ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων εἰληφότα πίστιν. τὰ μὲν καθόλου, τὰ δέ, διαιρούμενα γενέσει καὶ χώρᾳ. οἷον εὐθὺς τὰ περὶ γενέσεις καὶ φυτείας. ὑπὲρ ὧν οὐ χαλεπὸν εἰπεῖν τὰς αἰτίας.

Ac de ſegetibus pari ratione animaduertendum erit. Alijs enim non idem, alijs non tantundem, alijs non eodem modo, nec eodem tempore conuenit exhibere. Nonnullis forte, nec vllo pacto præſtari aliqua debeant. Quæ quidem omnia prudentes agricolæ generatim diſtinguunt, ſicut & in ratione purgandi, alia ferro, alia manu, alia quibuſdam aduncis detrahenda præcipiunt: vt oleæ, piri, mali, ne laborent vlceribus propter ramorum gracilitatem, & ſiccitatem. His enim præarida & tenella detrahi tantummodo iuuat. Vites quoque ſimili modo diſcernere decet ſcilicet immature, ſeroue & breui, longoue palmite amputandas, & quicquid eiuſmodi, ita ſcilicet vt quæque ad finem redigantur. Igitur agriculturæ hic ſcopus, & per ſingula diuiſio iſta eſt. Sed diſputatio iſta, quæ rerum explicet cauſas, de ſingulis agatur neceſſe eſt, nec eas cauſas latere oportet. Qui enim ſine cauſæ notione quicquam facit, & conſuetudinem euentus tantum ſequatur, quod proponit ſibi vt efficiat, fieri forſitan poteſt: non tamen ideo cur effectus his ſequatur, noſſe valet. Sicut in medendi ratione. At perfectum ex vtroque. Sin autem accidat, vt quis magis contemplationi deditus ſit, hic certæ rationis, & cauſæ rerum autor germanus exiſtet. Sed de multis diſputationes ac dubitatio partim ſimplici abſolutaque ratione, partim in meliorem deterioremue partem exoritur, vt & in cæteris fieri artibus ſolet. Quanquam hic quid tale vel peculiariter ſolet euenire. Commoda enim tractus, quem aliqui colunt, in vniuerſum ſæpenumero capiuntur, cum & interdum ratione agatur vtraque, quod tamen ſit melius, iudicio nullo diſcernitur. Qualis enim aer, talia & ab agri cultura proueniunt. Nunquam enim orbis vniuerſi conditionem ac circuitum potius, quam plantarum ac ſeminum naturam ſequi oportet. Nam cum ſæpe illius intemperantia deprauari cogantur, ſuis tamen hæc viribus partim ſuſtinent, partim repugnant: ſicut natura hominum, arte medendi tueri ſe atque defendere ſolet. Ergo diſputationes ac dubitationes, præter illas quæ cum reliquis artibus communes ſunt, his etiam de cauſis oriuntur. Cæterum multa etiam conſenſu omnium conceduntur, quaſi a rebus ipſis fidem ſibi acquirerent: alia in vniuerſum, alia generatione, ac agri ratione diuiſa. Sicut exempli gratia quæ ad generationem ſationemque pertinent. Quam quidem exponere haudquaquam difficile eſt.

ΚΕΦ. Γ.

Cap. III.

Quæ ſemina committi debeant terræ.

ἈΕὶ γὰρ δεῖ φυτεύειν καὶ σπείρειν εἰς ὀργῶσαν τὴν γῆν. οὕτω γὰρ καὶ ἡ βλάστησις καλλίστη, καθάπερ τοῖς ζώοις ὅταν εἰς βουλομένην πέσῃ τὸ σπέρμα τὴν γαστέρα. ὀργᾷ δ' ὅταν ἔνικμος ᾖ, καὶ θερμή, καὶ τὰ τοῦ ἀέρος ἔχῃ σύμμετρα. τότ' γὰρ εὐδιάχυτός τε καὶ εὐβλαστής, καὶ ὅλως εὐτραφής ἐστι.

SEmper enim ſolo turgenti ſemina mandare oportet. Sic enim optime germinatio agitur, ſicut etiam animalium fœtus tum probe conficitur, cum vulua libenter ſemen ſuſceperit. Turgeſcit ſolum, cum humectum atque tepidum eſt, ſtatumque temperatum aeris obtinet: tunc enim agile, fertile, atque lætum eſt.

Quod

τοῦτο δ' ἐν δυοῖν ὥραιν γίνεται μάλιστα τοῖς γε δένδροις, ἔαρι καὶ μετοπώρῳ. καθ' ἃς καὶ φυτεύουσι μᾶλλον. ἢ κοινοτέρως ἐν τῷ ἦρι· τότε γὰρ ἥ τε γῆ δίυγρος, καὶ ὁ ἥλιος θερμαίνων ἄγει, καὶ ὁ ἀὴρ μαλακός ἐστι καὶ ἑρσώδης. ὥστε ἐξ ἁπάντων εἶναι τὴν ἐκτροφὴν καὶ τὴν εὐβλαστίαν. ἔχει δέ τινα καὶ τὸ μετόπωρον τοιαύτην κρᾶσιν. διὸ καὶ τὰς ἐκβλαστήσεις ἔφαμεν γίνεσθαι τῶν δένδρων. οἱ δὲ ἐπαινοῦντες αὐτὴν μᾶλλον τοῦ ἔαρος, τοιαῦτα λέγουσιν. ὅτι τὰ φυτὰ θέρμης οὔσης ἐπὶ τῆς γῆς ῥιζοῦται κάλλιον· δεῖ δ' ἀεὶ τὴν ἀρχὴν ἰσχυροτέραν ποιεῖν, ἀφ' ἧς καὶ ἡ τῶν ἄλλων γένεσις καὶ ὅλως ἡ ζωή. διὸ καὶ τὴν βλάστησιν ἅμα τῷ ἦρι καλὴν γίνεσθαι καὶ ἀθρόως· ἐκβεβηκυίας ἤδη καὶ κυούσης τῆς γῆς. τοῦ δὲ ἦρος εἰς ψυχρὰν τιθεμένων τὴν γῆν (ψυχρὰν γὰρ ἔτι διαμένειν ἐκ τοῦ χειμῶνος) ῥιγοῦν καὶ κακοβλαστεῖς γίνεσθαι τὰς ῥίζας. καὶ διὰ ταῦτα κελεύουσι τοῦ μετοπώρου μᾶλλον φυτεύειν, ὅσα δύναται βλαστάνειν. ἔνια γὰρ οὐ δύναται. καθάπερ ἄπιος, καὶ μηλέα, καὶ ὅλως τὰ λεπτὰ καὶ ξυλώδη. καὶ γὰρ ξηρὰ φύσει. καὶ διὰ τὴν ἀσθένειαν οὐχ ὑπομένει τοὺς χειμῶνας· ὅτι τὸ μὲν μετόπωρον, ἔγκυμον εἶναι καὶ ἐπίφορον, τὸ δὲ ἐαρινὸν ἄρτι κυΐσκεσθαι. τὸ δὲ τίκτειν ἀμφοτέρας τὴν αὐτὴν ὥραν. ὥστε συμβαίνει τῷ μὲν ἄρτι κυϊσκομένῳ, πολλὰ τυφλὰ τίκτειν τῶν βλαστημάτων. τῷ δὲ πάλαι κύοντι καὶ ἐπιφόρῳ τὰ πλεῖστα τέλεια καὶ καλά. σχεδὸν γὰρ ταύτας τοιαύτας καὶ λέγουσι τὰς αἰτίας.

Quod duobus euenire temporibus maxime arborum generi ſolet: Vere ac Autumno. Quibus temporibus arbores magis ſerimus, ſed melius Vere. Tunc enim ſolum humidum eſt, & ſol tepefaciens elicit germen, & cœlum placidum atque roſcidum eſt, ita vt ex his omnibus educatio & germinatio proſpere ſequi poſſit. Habet tamen & Autumnus temperiem: quãdam eiuſmodi, quo circa germina eo quoque tempore proſilire poſſe retulimus. Qui autem tempus hoc magis quam vernum commendant, rationem eam reddunt quod ſolo adhuc tepido plantæ melius radices concipiant. Initium autem validius ſemper anteceſſiſſe oportet, a quo cæterorum omnium ortus, atque in totum vis vitalis producitur. Quamobrem germinationem (ineunte Vere) probe vniuerſimque actitari exiſtimant, quod tum humus temperiem ſentire atque intumeſcere cœperit. At Vere gelido adhuc ſolo (nondum enim hyemis algorem eſſe decuſſum) plantis depoſitis radices frigere praueque germinare. Ideoque Autumno ſerenda potius omnia volunt, quæ ſcilicet germen poſſint educere. Sunt enim quæ nequeant vt pirus, & malus: & in totum, quæ gracilenta lignoſaque ſunt. Quippe cum ſicca natura ſint, hyememque ob debilitatem ſufferre non valeant. Item plantam autumnalem grauidam eſſe, iamque ad pariendum propenſam, vernam non pridem concipere incepiſſe. Itaque alteri, quæ nuper conceperit euenire, vt cæca ex germinibus pleraque pariat. Alteram vero quæ diu in aluo geſtauerit, incolumes optimoſque excludere partus. Has fere rationes & eiuſmodi alias referunt.

ΚΕΦ. Δ.

CAP. IIII.

Quod ſatio verna præfertur autumnali. Item ſecundum locorum naturam ſationum tempora eſſe cuſtodienda.

Οὐ μὴν ἀλλὰ καθάπερ εἴρηται, κοινοτέρα πᾶσιν, ἢ τοῖς πλείστοις καὶ τοῖς καρποῖς καὶ φυτοῖς ἡ τοῦ ἔαρός ἐστιν σπορά. αὐτά τε γὰρ τὰ φυτὰ προωρμημένα, καὶ ἀὴρ μαλακὸς καὶ εὐβλαστὴς, καὶ ὅλως ἡ ὥρα γονιμωτάτη. καὶ αἱ ἡμέραι θερμότεραι καὶ μῆκος ἔχουσαι, ταχείας ποιοῦσι τὰς βλαστήσεις. ἡ δὲ ῥίζωσις ἰσχυρά. καὶ οὕτω διά τε τὴν τῶν φυτευτηρίων ὁρμὴν (εἰς ἄμφω γὰρ ὁμοίως ἐστί) καὶ διὰ τὸ τὴν γῆν ὀργᾶν. ἢ καὶ ἔτι τὸν ἀέρα συνεκτρέφειν. ὁ γὰρ ἥλιος οὐ μόνον δοκεῖ τὰ ὑπὲρ γῆς ἀλλὰ καὶ τὰ ὑπὸ γῆν εὐτραφέστερα καὶ καλλίω ποιεῖν. σημεῖον δ' ὅτι τῶν ῥιζῶν ἡ βλάστησις ἢ οὐ γίνεται πορρωτέρω τῆς τοῦ ἡλίου δυνάμεως, ἢ χεῖρον. ὁ δὲ χειμὼν ὑπολαμβάνων τὴν φυτείαν ἔνιά γε δοκεῖ φθείρειν. οἷον τῆς μὲν ἐλαίας ἀφιστὰς τὸν φλοιόν· τῆς δὲ συκῆς παχύνων, καὶ πηγνὺς τὸν ὀπὸν τὸν ἐν τῇ καρδίᾳ. καὶ τῶν ἄλλων σχεδὸν τῶν πλείστων τοιοῦτόν τι ποιῶν.

CÆterum (vt ante iam diximus) ſatio communior omnium, vel plurimorum tam fructuum quam plantarum tempori verno tribuitur. Enimuero plantæ ipſæ concitatæ iam ſunt, & aer benignus, & ad germen eliciendum idoneus. Omnino tempus id fœcundiſſimum eſt, & dies tepidiores prolixioreſque faciunt, vt celerius germinentur. Radicatio autem eo tempore vel præcipue valida fieri poteſt: cum propter impetum naturalem plantarum, tum propter humi turgorem, atque etiam aerem iuuantem ad educandum. Sol enim non modo, quæ ſuper terram extant, ſed etiam quæ celantur ſub terram vegetiora melioraque reddit. Argumentem quod radicis auctio aut nulla vlterius, quam ſol tepefacere poſſit, aut deterior. Hyems contra mox poſt ſationem ſecuta, pleriſque officit. Corticem oleæ detrahit, fici ſuccum inteſtinum craſſat, atque cogit: & reliquis magna fere parte cauſam aliquam qua offendantur infert.

ἀλλὰ γὰρ ταῦτα μὲν ἴσως ἀφορίζοιτ' ἂν ὁ φάσκων τὴν μετοπωρινὴν εἶναι τὴν βελτίω, τοῖς δεχομένοις λέγων. ἔτι δὲ πλείω ταῦτα τῆς φύσεως αὐτῆς ἐστι σημεῖα τῶν πρὸς τὴν φυτείαν ὡρῶν. τό, τε παρορμᾶν αὐτὰ τὰ δένδρα τοῦ ἦρος, καὶ τὸ, κοινοτέραν εἶναι πᾶσι ταύτην. δῆλον οὖν ὡς φυσικώτερον ἄν τις θείη ταύτην. ἐπεὶ καὶ ὅπου περὶ κύνα καὶ τοὺς Ἐτησίας εὐσθενεῖ καὶ ἐπιβλαστάνει τὰ δένδρα, τηνικαῦτα καὶ τὰς φυτείας ποιοῦνται, πολλῷ δέον ἀκολουθεῖν τῇ τοῦ ἀέρος κράσει καὶ τῇ τῶν φυτῶν ὁρμῇ. τάχα δὲ καὶ ἡ ὁρμὴ γίνεται διὰ τὸ περιέχον. ὅπου δ' αὖ θερινὸς ὄμβρος πολύς, ὥσπερ ἐν Αἰθιοπίᾳ καὶ ἐν Ἰνδοῖς, ἢ περὶ Αἴγυπτον ὁ Νεῖλος, ἐνταῦθα δὴ πρὸ τούτων ἢ μετὰ τούτους, εἰκὸς τὴν φυτείαν ἁρμόττειν. τηνικαῦτα γὰρ ἡ τοῦ ἀέρος κρᾶσις σύμμετρος. εἴη δ' ἂν διελεῖν καὶ τοῖς κατὰ φύσιν τόποις πρὸς τὰς ὥρας. οἷον τοὺς μὲν εὐκράτους τῷ ἀέρι, τοῦ ἦρος· τοὺς δὲ ῥοώδεις καὶ ἐπόμβρους καὶ ἑλείους, θέρους ὑπὸ τὸ ἄστρον. ὥσπερ καὶ ἐν τῇ Λακωνικῇ πολλὰ φυτεύουσι· τοὺς δ' αὐχμώδεις μετοπώρου. συμβήσεται γὰρ οὕτω θερμῆς οὔσης ἐν βάθει τῆς γῆς κατὰ χειμῶνα, ψυχροῦ δὲ τοῦ πέριξ, τὴν αὔξησιν κατακλειομένην εἰς τὰς ῥίζας ἰέναι· πλείονος δ' ὄντος καὶ ἰσχυροτέρου τοῦ ῥιζώματος, πλείων ἡ βλάστησις ἔσται καὶ καλλίων. καὶ περὶ μὲν ὡρῶν τῶν εἰς τὰς φυτείας, ἱκανῶς εἰρήσθω.

Sed hæc forſitan ille excludet qui ſatum autumnalem aſſerit meliorem, itaque diceret eſſe commodiorem quæ frigora ſuſtinere poſſint. Verum cum eiuſmodi plura poſſint argumēta a natura ipſa deduci, tum quod arbores ipſæ verno tempore ad germinandum potiſſimum excitentur, tum quod ſatus eiuſdem temporis communior ſit: non dubitem naturalius vere conſeri affirmare. Nam & vbi per ortum caniculæ, flatumque Eteſiarum arbores germinant ſua germina, fructumque pariunt: tunc porro conſitiones ibi aguntur, vtpote cum multo melius ſit cœli habitum, & plantarum naturalem impetum obſeruari. Sed forte impetus quoque ille ratione aeris circunfuſi efficitur. Vbi vero imbres per æſtatem crebreſcunt, vt in Æthiopia, & India, vel vt in Ægypto, cum Nilus reſtagnat, illic paulo ante imbres aut poſt ſatum conuenire conſentaneum eſt: tunc enim aeris conſiſtit temperies. Nec non & loca ipſa ſuæ ratione naturæ diuidi, atque diuerſis temporibus tribui licet, vt temperata vere melius conſeruetur: diluta, & pluuia, & paluſtria, æſtate ſub ortum ſideris: ſicut multa in agro Laconico ſerere ſolent ſitientia & ſqualida Autumno. *Sic* enim fiet vt cum hyeme telluris ima calida, ſumma frigida ſint, vis augendi concluſa in profundo radices nimirum ſubeat: quo autem amplius validiuſque fuerit radicatum, eo copioſius germen proſiliet. Ac de temporibus quidem conſitioni accommodandis ſatis dictum iam eſt.

ΚΕΦ. Ε.

CAP. V.

De ſcrobibus faciendis. Quodque per Auſtrum melius ſeritur.

Ἐπεὶ δὲ ὑπόκειται τὴν γῆν ἔνικμόν τε δεῖν καὶ εὐδίοδον εἶναι ταῖς ῥίζαις, ὅπως εὐμήκεις καὶ ταχεῖαι καὶ ἰσχυραὶ γίνωνται, διὰ ταῦτα δεῖ τούς τε γύρους προορύττειν ἐκ πολλῶν. μάλιστα δὲ ἐνιαυτῷ πρότερον, ὅπως ἡ γῆ καὶ ἡλιωθῇ καὶ χειμασθῇ, καθ' ἑκατέραν τὴν ὥραν· ἄμφω γὰρ ταῦτα ποιεῖ μανὴν καὶ χαύνην. ἔνιοι δὲ καὶ διορίζουσι τοὺς χρόνους, ἀπὸ τροπῶν θερινῶν, μέχρι ἀρκτούρου. τότε γὰρ τήνδε γῆν διαχεῖσθαι μάλιστα καὶ τὴν ἔξω καὶ τὴν ἐν τοῖς γύροις, καὶ βλαστάνειν ὅλως οὐδέν. φυτεύουσι δὲ τὴν μετοπωρινὴν φυτείαν μετὰ Πλειάδος δύσιν· δεξάμενοί τε ἐπὶ τῷ ἄστρῳ ὕδωρ· ὅπως ἔνικμος ἡ γῆ γενομένη, παρέχῃ τροφήν. καὶ τοὺς γύρους οὐκ εὐθὺς συμπληροῦσιν, ὅπως ῥιζωθῇ τὰ κάτω πρότερον. εἰ δὲ μή, φέρονται πρὸς τὰ ἄνω. τρέφει γὰρ καὶ αὔξει πάνθ' ὁ ἥλιος καὶ ὁ ἀήρ. ὄντων δὲ τῶν μὲν βαθυρρίζων, τῶν δ' ἐπιπολαιορρίζων· διὰ τοῦτο τοὺς γύρους οὐκ ἰσοβαθεῖς ὀρύττουσι τοῖς ἐπιπολαιορρίζοις· οἷον ἐλαίᾳ καὶ συκῇ. τὰς ῥίζας ἱκανῶς μόνον βουλόμενοι πιέσθαι, καὶ ὥσπερ ἀντιταττόμενοι πρὸς τὰς φύσεις· ὅπως δὲ καὶ τῶν ὑδάτων τοῦ χειμῶνος ἀπολαύωσι καὶ τοῦ θέρους

CVm autem ſolum humectum ac facile peruium radicibus eſſe oporteat, vt longæ, craſſæ, robuſtæque fiant, idcirco ſcrobes longo tempore ante defodere decet, & maxime anno prius, quam plantas terræ committas: vt humus ſolem niuemque tempore vtroque conbibat. Hunc enim in modum ſoluta ſuſpenſaque redditur. Nonnulli tempus decernunt ab æſtiuis ad arcturum: tunc enim ſolum tam extra, quam in ſcrobibus diffundi maxime volunt, nec quicquam penitus procreari. Conſerunt vero, autumno poſt Vergiliarum occaſum, vbi imbrem obtinuerunt, vt ſolum humefactum poſſit alimenta præſtare. Quin & non protinus replent, vt prius partes infimæ ſeminis confibrentur, alioqui vires ad ſuperioria feruntur. Alit enim & auget omnia ſolis aeriſque poteſtas. Sed cum alia in profundum radices agant, alia per ſumma terræ diſpergant, idcirco ſcrobes non pari altitudine faciunt ijs, quæ in ſummo cohærent, ceu oleæ, fico. Sed quantum natura exigit, aquā miniſtrāt, lapides ſubijciunt, vt plantæ, & per hyemem humore perfrui, & per æſtatem poſſint refri-

καταψύχωνται (δεῖ γὰρ δὴ πρὸς ἀμφοτέρας τὰς ὥρας παρασκευάζεσθαι) διὰ τοῦθ᾽ ὑποβάλλουσι κάτω λίθους, ὅπως συῤῥοὴ γίνηται τοῦ ὕδατος, καὶ τοῦ θέρους ἤτοι καταψύχωσι τὰς ῥίζας. οἱ δὲ, κληματίδας ὑποτιθέασιν· οἱ δὲ, κέραμον παρακαταρύττουσιν ὕδατος· οἱ δὲ, ξύλον, κἂν ἡμιπαχές. εἶτ᾽ ἐξαίρουσιν, ὅπως ἔχῃ τροφὴν ἀεὶ τὰ φυτὰ, δικμαζομένης τῆς γῆς, καὶ συῤῥεόντων τῶν ὑδάτων. ἁπλῶς γὰρ τοῦτο δεῖ τηρεῖν, ὅπως καὶ πρὸς τοὺς ὄμβρους τοὺς γινομένους καὶ πρὸς τὸν ἀέρα καὶ τὸν ἥλιον ἔξῃ συμμέτρως. αἱ γὰρ τροφαὶ καὶ αἱ αὐξήσεις διὰ τούτων. ἐπεὶ δὲ ἡ γῆ Βορείοις μὲν, πεπηγυῖα, καὶ ξηρὰ, Νοτίοις δὲ, κεχυμένη καὶ ἔνικμος, ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ φυτὸν ὑγρότερον, καὶ αὐτὸ ἑαυτοῦ μᾶλλον. διὰ ταῦτα βελτίων ἡ τοῖς νοτίοις φυτεία. ταχεῖα γὰρ ἡ ῥίζωσις καὶ ἡ βλάστησις, ὅταν ὀργῶν εἰς ὀργῶσαν τεθῇ, καὶ τὰ τοῦ ἀέρος ἢ μαλακὰ καὶ εὔδια ᾖ. δεῖ γὰρ δὴ τὸ μᾶλλον ἔσεσθαι καλὸν, ἅμα κάτωθεν καὶ ἄνωθεν βλαστάνειν. τοῖς δὲ Βορείοις ἅπαντα τἀναντία γίνεται. ῥιγοῦν γὰρ καὶ κακοπαθεῖν τὸ φυτόν. ἔτι δὲ τῆς πεπηγυίας, οὔτε ῥιζοῦσθαι δύναιντ᾽ ἂν ὁμοίως οὔτε βλαστάνειν. ἡ μὲν οὖν τοιαύτη παρατήρησις τοῦ ἀέρος ἂν εἴη.

refrigerari. Enimuero contra vtrumq; tempus ita præparaſſe oportet, vt lapides humorem contineant, & æſtate radicibus calorem propulſent. Alij ſarmenta ſubſternunt, alij vas fictile plenum aquæ apponunt. Alij lignum infodiunt ſatis craſſum, quod poſtea extrahunt, vt nunquam alimenti copia deſit ex humoris confluxu ſolo aſſidue humeſcente. Denique obtinendum eſt, vt tam ad imbres quam ad ſolem, & aerem modice ſit aptum: ex ijs enim ipſis alimenta atque incrementa proficiſcuntur. Sed cum ſolum flatibus Aquilonijs concreſcat, atque ſicceſcat, Auſtrinis contra labeſcat, atque humeſcat, plantaque pari ratione humidior, ſicciorue ſe ipſa reddatur; hac de cauſa melius per auſtrum ſeritur. Radicatur enim germinaturque celerius cum planta turgens creditur ſolo turgenti, cælumque adeſt emollitum, atque benignum. Quod enim in frugem bonam ſit euaſurum; ſimul parte inferna ſuperneque germinare opus eſt. Aquilone autem aduerſa omnia veniunt: frigent etenim plantæ atque laborant, & ſolo gelato, neque radicem æque demittere, neque germen edere poſſunt. Igitur talis cæli eſt obſeruatio.

ΚΕΦ. ϛ'. — Cap. VI.

De habitu plantarum quæ ſerantur.

ΤΑ' δὲ φυτευτήρια δεῖ λαμβάνειν ἀπὸ νέων τε τῶν δένδρων ἢ ἀκμαζόντων. καὶ ὅλως λεῖα ταῦτα καὶ ἰθύτατα καὶ ὡς κάλλιστα. καὶ γὰρ ἀντιλαμβάνεται καὶ ἰσχύει τὰ τοιαῦτα μάλιστα. καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν καὶ τὸ πάχος, εὐβλαστότερα τυγχάνει· τό τε γὰρ λεῖον ὥσπερ ὑγιὲς καὶ ἀπήρωτον· τὸ δὲ τραχὺ καὶ ὀζωμένον ἄλλως τε καὶ τυφλοῖς ὄζοις, ὥσπερ πεπηρωμένον· ἐάν τε ζῶσιν ἐκβεβλαστηκὸς, ἐκ τούτων ἀσθενέστερον, ὅσων μὴ δ᾽ ἡ φύσις τοιαύτη. καθάπερ τῶν κλημάτων. διὰ τοῦτο γὰρ ἐπὶ τῶν δένδρων ἔνιοι μοσχεύουσιν. οἱ δὲ περιαιροῦσι τὴν θάλειαν τῶν κλάδων· ὅπως μὴ ἐξαναλώσῃ τὴν δύναμιν εἰς τὴν βλάστησιν. ἔτι δ᾽ εὐθύτης λειότητος, εὔρουν καὶ εὐδίοδον ποιεῖ τὴν ῥοὴν, ὥστε ταχείας εἶναι τὰς αὐξήσεις. ὀρθῶς δὲ καὶ τὸ μᾶλλον ἐξ ὁμοίας γῆς, εἰ δὲ μὴ, μὴ χείρονος λαμβάνειν. ἡ μὲν γὰρ, οὐδεμίαν ποιήσει μεταβολήν· ἡ δ᾽ ἐπὶ τὸ βέλτιον συντροφοῦντος. μέγα δὲ αἱ μεταβολαὶ τοῖς ἀσθενέσιν. ἀσθενὲς δὲ τὸ φυτόν. διὰ ταῦτα γὰρ καὶ τὰς θέσεις τῶν φυτευομένων τὰς αὐτὰς ἀποδιδόασι, κατὰ τὰ πρὸς βορρᾶ, καὶ νότια, καὶ πρὸς ἕω καὶ δυσμάς. ὡς ἐπὶ τῶν δένδρων εἶχε διαλαμβάνουσι τηρεῖν, ἔτι μάλιστα καὶ μηδὲν τῆς φύσεως καὶ τῶν εἰωθότων μετακινεῖν, ὡς οὐκ ἂν ῥαδίως ἐνεγκόντων μεταβολήν. ἐπεὶ καὶ τοὺς τόπους ὅτι μάλιστα ὁμοίως ζητοῦσι. διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας καὶ

SEmina vero ab arboribus nouis, aut certe vigentibus petere decet. Et omnino danda opera eſt, vt nitidiſſima, rectiſſima, atque laudatiſſima ſint. Enimuero quæ eiuſmodi ſunt, apprehendunt conualeſcuntque: præcipue cum iuuenili ætate ſint, & corpore pleno melius germinant. Quod enim leue ac nitidum eſt, tanquam incolume inoffenſumque eſt. Contra ſcabrum atque nodatum, præſertim cæcis & euanidis nodis, quaſi incolumitate orbatum eſt. Et quamquam ſanos habeat nodos, quod tamen ediderit exile eſt, prætérquam ea quæ non ſponte ſuæ naturæ ſunt talia, vt palmites. Hinc enim & apud arbores ipſas viuiradices plerique faciunt. Alij thaleam ramis abſcindunt, ne vires ad excitandum germen abſumantur. Ad hæc leuitas rectitudoque ſeminis meatum facilem expeditumque præbet alimento fluenti: vt incrementa ſequi poſſint celeriter. Recte illud quoque animaduerſum eſt, vt ex ſimili ſolo aut non deteriori ſemen accipiatur. Alterum enim mutationem nullam efficiet, alterum melius educabit. Quippe mutatio imbecilli cuique magna cauſa eſt. Imbecille autem ſemen eſt. Hac enim de cauſa ſitus quoque eoſdem ſeminibus reddunt. Aquilonem vel Auſtrum, vel ortum, vel occaſum. Prout enim reliquas arbores habere ſe vident, ita ſeruandum cenſent, quã maxime poſſint, quo nihil naturæ moriſq; ſoliti immutetur: quaſi mutationem pati minime valeant.

προμοσχεύοντες φυτεύουσιν. ἰσχυρότερα γὰρ καὶ ὥσπερ ἤδη βεβιωκότα. καὶ τὰ φυτὰ μάλιστα μὲν ὑπόρριζα λαμβάνουσιν. ἔχει γὰρ εὐθὺς καὶ ἀρχάς. εἰ δὲ μὴ, μᾶλλον ἀπὸ τῶν κάτω ἢ τῶν ἄνω. καὶ γὰρ ταῦτα ἐμβιώτερά ἐστι, πλὴν ἀμπέλου καὶ συκῆς, καὶ εἴ τι ἄλλο ὑγρὸν ὥσπερ εἴρηται. τὰ γὰρ ὑγρὰ κάλλιον ἀπὸ τῶν ἄνω βλαστάνει. τὰ δ' ἄλλα διὰ τὴν ξηρότητα καὶ τὴν λεπτοδερμίαν, τὰ μὲν ὅλως οὐ βλαστάνει, τὰ δὲ χεῖρον, τὰ δ' ὑπὲρ ῥιζῶν. ὡς προπεπονημένον τι τῆς φύσεως ἔχει, καθάπερ τὸ μεμοσχευμένον, ᾧ δεῖ χρῆσθαι. καὶ διὰ τοῦτο βέλτιον λέγουσιν, ὀρθὰ κελεύοντες τὰ τοιαῦτα τιθέναι. καὶ μὴ ὑποβάλλοντές τι μέρος, ὥσπερ τοῖς ἀρρίζοις, ὅπως ἡ ῥίζα βλαστάνῃ· συμβαίνειν γὰρ δοκεῖ πλαγίων τιθεμένων ἀφαναίνεσθαι τὰς πρότερον. ἄτοπον δὲ ζητεῖν ἑτέρας, ἀποβάλλοντα τὰς ὑπαρχούσας· ὀρθῶς δὲ καὶ τὸ μὴ πολὺ τῆς γῆς ὑπερέχειν τὸ φυτὸν, εἰ δὲ μὴ γίνεται δυσαυξὲς, ὅταν ᾖ πλέον τοῦ τρεφομένου τὸ πονοῦν. ἔνια δὲ καὶ ἀφαναίνεται, καθάπερ ἡ συκῆ, καὶ εἴ τι ἄλλο μανόν. ἅμα δὲ καὶ ἀθροωτέρα φέρεται μᾶλλον ἡ τροφὴ πρὸς τὴν βλάστησιν. ὃ καὶ ἐπὶ τῶν κατακοπτομένων συμβαίνει. τὰ γὰρ παρὰ τὴν γῆν ὅτι μάλιστα κοπέντα, θᾶττον παραγίνεται τῶν ἐν ὕψει. φανερὸν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀμπέλου φυτῶν, καὶ εἴ τι ἄλλο τομὴν ζητεῖ κατὰ τὴν φυτείαν. τῶν δὲ τῆς ἐλαίας καὶ τῶν μυρρίνων καὶ ὅλως ὅσα φύεται, μείζους πάντων ἀποστέγουσι τὰς τομὰς, ὅπως μήθ' ἥλιος μήθ' ὕδωρ λάβῃ. κίνδυνος γὰρ νοσῆσαι ῥαγέν. περιαλείφουσι δὲ οἱ μὲν πηλὸν μόνον, οἱ δὲ σκίλλαν ὑποτιθέντες εἶτ' ἄνωθεν τὸν πηλόν. ἐπὶ τούτῳ δὲ τὸ ὄστρακον. δοκεῖ γὰρ ἡ μὲν σκίλλα, χλωρὸν παρέχειν. ὁ δὲ πηλὸς ἐκείνην τηρεῖν. τὸ δ' ὄστρακον τὸν πηλόν.

Nam & loca eiſdem de cauſis perquam ſimilia quæritant, & viuiradices ſerẽtes terræ committunt. Sic enim validiora & quaſi iam vitam adepta redduntur, & plantas radice aliqua fibratas potiſſimum petunt. Quod ſi minus conſequi poſſint, a parte inferiore arboris potius quam a ſuperiore accipiunt. Hæc enim viuaciora intelliguntur, excepta vite, ac fico, & quicquid humidum ſit, quemadmodum diximns. Quippe humida parte ſuperiore melius germinant. Cætera ob ſiccitatem tenuitatemque ſui corticis, aut nullatenus germinant aut certe deterius. Quæ autem ſuffulta ſunt fibris, quaſi præconditam partem naruræ aliquam gerunt qua vti protinus poſſunt, quemadmodum viuiradices. Quapropter recte præcipiunt qui plantas eiuſmodi deponi erectas cenſent, nec aliqua parte ſubtracta. Sicut illæ ſerendæ ſunt, quæ radice penitus carent, ſcilicet vt radix proueniat. Fit enim vt in obliquum depoſitis, radiculæ primæ areſcant. Stulte autem quæret alias qui vltro quas habeat amiſerit. Recte etiam plantam non multum excedere terram præcipiunt. Difficulter etenim augeſcit, cum pars quæ laborat, amplior illa eſt quæ terræ immerſa nutritur. Pleraque etiam exareſcunt vt ficus & quicquid ſolutum. Tum etiam pabulum ſummatim magis ad germina procreanda deducitur, cum ſupra terram paululum extat, quod præciſis quoque arboribus euenit. Quippe quæ radice tenus maxime præciſæ ſint celerius redeunt, quam quæ alte a terra fuerint detruncatæ. Licet hoc idem vel in plantis vitium peruidere, & quicquid amputari in conſitione deſyderet. Oleæ ac myrti, & ad ſummam omnium, quæ ampliorem magnitudinem capiunt, plagas alleuatas contegunt, ne intrudatur ſol aut imber. Nam ſi id acciderit, morbi contrahendi periculum imminebit. Circumlinunt autem alij luto tantum, alij ſcilla ſubdita lutum ſuperimponunt, & teſtam adijciunt. Scilla enim plantam viridem ſeruat. Lutum ſcillam, teſta lutum tuetur.

ΚΕΦ. Ζ.

Cap. VII.

De vſu ſtercoris in conſitione. Tum ſcrobes ſoli varietate diuerſas eſſe oportere.

Ἡ δὲ κόπρος ὅτι μὲν καὶ μανοῖ τὴν γῆν καὶ διαθερμαίνει, δι' ὧν ἀμφοτέρων ἡ εὐβλαστεία φανερόν. ὑπὲρ δὲ τῆς χρήσεως ἀμφισβητοῦσι, καὶ οὐχ ὡσαύτως χρῶνται πάντες. ἀλλ' οἱ μὲν, εὐθὺς ἀναμίξαντες τῇ γῇ, πρὸς τὸ φυτὸν προσβάλλουσιν. οἱ δ' ἀνὰ μέσον ποιοῦσι τῆς τε πρώτης γῆς καὶ τῆς ἐπάνω. κάτωθεν γὰρ παραλαμβανομένην, εἰς τὸ ἄνω φέρεσθαί φασιν ὅταν ὕσῃ· βέλτιστον γὰρ εἶναι τὸν χυλόν. ἄνωθεν δ' ἐξικμάζεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου· καὶ ὕοντος οὐ διικνεῖσθαι τὸ κάτω. πάντες δὲ τό γε τοσοῦτον συμφωνοῦσιν, ὥστε μὴ δριμεῖαν καὶ ἰσχυρὰν, ἀλλὰ κούφην. διὸ καὶ μάλιστα χρῶνται τῇ τῶν

STercus quod agrum & ſolutum, & tepidum reddat, ex quibus ambabus fertilitas efficitur certum eſt. Sed de vſu ambigitur, nec eadem norma omnes vtuntur, ſed alij protinus terræ permiſtum plantæ aggregant, alij inter terram ſuperiorem atq; inferiorem, medium diſponunt. Hinc enim ſurſum ferri exiſtimant, cum imber inceſſerit, atque ita ſuccum commendabilem reddi: ſuperne autem ſole ſicceſcere, nec imbrem partes imas poſſe attingere. Illud tamen conſenſu omnium conſtat, ſtercore non acri & vehemente, ſed leui ac facili eſſe vtendum. Quamobrem ruminantium præcipue ſtercore vtuntur. Quod enim acerbum ac vehemens eſt, nimium calefacit, & inter-

λωφέρων· ἡ γὰρ δριμεῖα καὶ ἰσχυρὰ, διαθερμαίνει μᾶλλον. ἡ δὲ καὶ ξηραίνει. χρὴ δὲ καὶ πρὸς τὴν χώραν ἑκάστην ποιεῖν τὸ ἁρμόττον. οἷον ἐὰν μὲν τις ἐμπύρῳ τόπῳ φυτεύσῃ, τοὺς γύρους ὕδατος ἐμπιπλάναι πρότερα. καὶ ἐπειδὰν ἀναπίνωσι, τότε βάλλειν ὅπως ἔνικμος ἡ γῆ γενομένη, μᾶλλον δέχηται, καὶ καλλίω ποιῇ τὴν ῥίζωσιν. ἐὰν δὲ ἐν ἁλμώδει ἢ ἐφάμμῳ, λίθους περιτιθέναι περὶ τὸ πρέμνον τοῦ φυτευθέντος, καὶ περιχωννύναι γῆν. ὅπως ἀποστέγωσι τὴν ἁλμυρίδα. συμφέρει δὲ καὶ ἄμμον πότιμον παραβάλλειν, καὶ ψήφους ἐκ ποταμοῦ ἢ χαράδρας. ἀποστέγει γὰρ καὶ ταῦτα καὶ ἅμα δι' αὐτῶν παρέχεταί τινα δύναμιν. ἐὰν δὲ ἔφυδρα καὶ ναματώδη, τάφρους ὀρύσσοντα, τὰς μὲν πλαγίους, ἵνα τὸ ὕδωρ δέχωνται, τὰς δὲ ὀρθίας, καὶ λίθων πληροῦντα καὶ γῆς, ὥστε μὴ ἅπτεσθαι τῆς σκαπάνης. εἶτα ἄμμον ἐμβάλλοντα· καὶ χοῦν. ἅπαντα γὰρ ταῦτα ὠφελεῖ πρὸς τὴν ὑπερβολήν. αἵτε γὰρ πλάγιοι τάφροι δεχόμεναι τὸ ὕδωρ, ξηροτέραν ποιοῦσιν. αἵτ' ὄρθιαι κάτω λίθους ἔχουσαι, δέχονται τὴν συῤῥοήν. διὰ τοῦτ' ἐὰν οἷς γε ὦσι λίθοι ταῖς τοιαύταις, οὐκ ἐκλεκτέοι. ὑπάρχει γὰρ φύσει τὸ βοηθοῦν, ὅλως ἐν ὁποίᾳ οὖν ἐὰν ὀρύττων τις λίθους εὕρῃ ἢ τρόχμαλον, ἢ ἄμμον, ἢ γῆν μοχθηρὰν, οὐκ ἄκος τὸ μὴ συμμιγνύναι, μὴ δὲ σκεδαννύναι ταύτην. ἀλλὰ τοσούτῳ βαθύτερον τὸν γύρον ἢ τὴν τάφρον ὀρύξαντα, τόν τε τρόχμαλον ὑποστρωννύναι, καὶ τὴν ἄμμον. ὁ μὲν γὰρ λίθος, ὁ μὲν πλατὺς καὶ συμφυὴς, βλάπτει τὰ δένδρα· ὁ δὲ τρόχμαλος ὑποκάτω τε θεὶς ψῦχός τε παρέχεται, τόθ' ὕδωρ δέχεται· καὶ ταῖς ῥίζαις εὔδιοδον ποιεῖ τὸν τόπον. ἁπλῶς δὲ τοὺς γε λίθους ἐκλέγειν, οὐδ' ἐκ γῆς ψιλῆς οἴονταί τινες συμφέρειν. καὶ γὰρ ἀλέαν παρέχειν τοῦ χειμῶνος, καὶ ψῦχος τοῦ θέρους. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὰς ἄλλας διαφορὰς τῆς χώρας, τὰ πρόσφορα ληπτέον. ὡς γὰρ ὅλως εἰπεῖν, οὐδενὸς ἔλαττον ἀλλὰ πάντων πρῶτον καὶ μέγιστον τὸ δύνασθαι θεωρῆσαι ποῖον ἐν ποίᾳ χώρᾳ φυτευτέον· οὐ μόνον ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς συνεχοῦς, ὅταν ἀνωμαλὴς ᾖ κατὰ τοὺς τρόπους ἑκάστους. ὥσπερ γὰρ λέλεκται πολλάκις ἡ οἰκεία μεγίστην ἔχει ῥοπὴν καὶ πρὸς ἀντίληψιν καὶ πρὸς εὐκαρπίαν. ὃ καὶ καθ' ὅλων τῶν γενῶν ἐστι· καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ὁμογενέσιν. οἷον ὡς μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν ἡ συκῆ φιλεῖ τοὺς ξηροὺς τόπους· οἱ γὰρ ὑγροὶ σήπουσιν ἢ οὐ καλῶς πιπαίνουσι, διὰ τὸ καὶ αὐτὸν εἶναι τὸν καρπὸν ὑγρόν. οὐ μὴν, ἀλλ' ὅσοι γε ὑδρεύεσθαι ζητοῦσι καθάπερ ἡ λακωνικὴ, τὰ ἔφυδρα ζητοῦσιν. ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν ἀμπέλων, αἱ μὲν στερεαὶ καὶ πυκναὶ καθάπερ καὶ πρότερον ἐλέχθη, τὴν ὀρεινὴν μᾶλλον φιλοῦσιν. αἱ δὲ μανοὶ καὶ ὑγραὶ, τὴν πεδινήν. ἑκατέραις γὰρ ἡ τροφὴ πρὸς τὴν φύσιν σύμμετρος, ταῖς μὲν ἐλάττων οὖσα, ταῖς δὲ

& interdum etiam exſiccat. Agri quoque vniuſcuiuſque naturam decet animaduertere, vt cura ſuſcipiatur conueniens. Vt ſiquis exempli gratia ſolo æſtuoſo ſerat, ſcrobes aqua nudiuſtertius debet implere, cumque totam imbiberint ſerere: vt terra facta humidior amplius comprehendat meliuſque radices eliciat. Si vero ſalſo arenoſoque feris, lapides circa ſtolonem plantæ diſpones, terraque accumulabis, vt ſalſugo admitti nequeat. Iuuat & dulcem arenam aggeraſſe, & calculos ab amne aut faucibus torrentis petitos, inieciſſe. Nam ea quoque propulſant, & ſimul vim quandam efficiunt vtilem. Sin autem locis vliginoſis aquoſiſq; ſerendum ſit, foſſas facies alias obliquas, quæ aquam recipiant: alias rectas, & lapidibus implebis & terra, quo ſarculum tangere nequeant: tum arenam & terram inijcies. Hæc etenim omnia plurimum iuuant. Foſſæ namque obliquæ recipientes humorem, ſolum ſiccius reddunt, & erectæ illæ lapidibus ſua infima parte refertæ confluxum excipiunt. Quod ſi in eiuſmodi ſolo lapides inſint; eijciendi non ſunt. Iam enim quid iuuet naturæ opera adeſt. Denique in quacumque fodiens lapides, aut glaream, aut arenam, aut terrenum vitiatum comperies, non commiſcuiſſe, neue diſgregaſſe terram eiuſmodi remedium nullum eſt, ſed eatenus ſcrobe, vel foſſa altiore perducta, glaream atque ſabulum ſubſterni oportet. Enimuero lapis ſi latus atque perpetuus ſit, arbori eſt noxæ: ſin rotundus, minutuſque ſubijciatur, refrigerat, & aquam tranſmittit, & locum radicibus peruium præſtat. Omnino quidem non eſſe eijciendos lapides ex tenui terra exiſtimant nonnulli. Lapides enim hyeme tepefacere, æſtate refrigerare poſſe affirmant. Pari ratione pro cæteris quoque agri differentijs, quæ proſint, accipies. Etenim (vt ex toto loquar) nullo inferius, ſed omnium ſummũ eſt, noſſe quid in quoq; agro ſerendum ſit: nec ſimplici ratione tantum, ſed etiam in ipſo continuo rure, cum partes ſingulæ inter ſe diſpares, incomptæque ſunt. Vt enim ſæpe retulimus ſolum conueniens, plurimum & in comprehendendo, & in fructificando poteſt: quod cum in vniuerſis generibus, tum in ipſis, quæ eandem ſpeciem habent licet percipere. Exempli gratia, ficus loca ſitientia concupiſcit: humida enim fructum putrefaciunt, aut non bene maturant, cum fructus etiam ipſe humidus ſit. Cæterum quæcunque aqua tingi volunt, vt laconica, rigua quærunt. Pari modo & vites, quæ ſolidæ ſpiſſæque ſint (vt ante iam diximus) loca montoſa potius amant: ſolutæ vero ac humidæ, planis gaudent. Alimentum enim vtræque ſuæ naturæ modice ita capere poſſunt: alteræ plus, alteræ minus. Ad ſummam arbores melius in imis montium fructificare putantur. argumento-

πλείων. ὅλως δὲ τὰ ἀκρόδρυα καλὰ δοκεῖ περὶ τὰς ὑπωρείας γίνεσθαι. σημεῖα δὲ ποιοῦσι τὴν αὐτομάτην γένεσιν. ὅπου γὰρ ἡ φύσις αὐτὴ γεννᾷ, τοῦτον οἰκειότατον εἶναι τόπον. αἱ δὲ καθ᾽ ἕκαστα διαφοραὶ, δηλονότι κυριώταται. καὶ γὰρ ὑπώρειαι πολλαὶ καὶ παντοῖαι. καὶ τὸ ὅλον ὥσπερ μία τις αὐτὴ διαφορὰ καθ᾽ ὕψος καὶ ταπεινότητα, πολλῶν οὐσῶν ἑτέρων καὶ μειζόνων, ὥσπερ ἐν ταῖς ἱστορίαις εἴπομεν. ὧν οὐδεμίαν θετέον εἶναι χρή. τὴν γοῦν χειμωνίαν καὶ ἔφυδρον, σχεδὸν οἱ πλείους ὁμολογοῦσιν ἀγαθὴν εἶναι ταῖς ἀμπέλοις. ὥσπερ καὶ τὴν εὔγειον ἐλαίαις καὶ συκαῖς. αἱ μὲν γὰρ, ὑγροτέρας δέονται καὶ μαλακωτέρας τροφῆς. αἱ δὲ, ξηροτέρας καὶ σωματωδεστέρας. ὅλως δ᾽ αἰεὶ τὰ μὲν ξηρὰ, ξηρὰν ζητεῖ χώραν· τὰ δὲ ὑγρὰ, ὑγράν. ὡς δ᾽ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀρίστη πᾶσιν ἡ μανὴ καὶ κούφη, καὶ ἔνικμος. εὐτραφὴς γὰρ μάλιστα καὶ εὐαυξής. εἰ μὴ ὅσα διὰ τὴν ἰσχὺν λαμβάνοντα πλῆθος τροφῆς, ἐξυβρίζει· καθάπερ ἡ ἀμυγδαλῆ. ταύτῃ γὰρ ἡ λεπτόγειος, ὑγροτέρα, καὶ τόπος εὐδιεινὸς καὶ εὐήλιος. ἐναντίον δὲ τῇ εὐβοϊκῇ, παλίσκιος καὶ δροσερός. οὐ μικρὸν δὲ οὐδὲ πρὸς τὰ πνεύματα καλῶς κεῖσθαι τοὺς τόπους. ὥστε καὶ τοῦτο θεωρητέον. εὔπνουν μὲν γὰρ ἅπαντα ζητεῖ. τροφαί τε γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις βελτίους, καὶ οἱ καρποὶ πεπειρότεροι. πνευματώδη δὲ καὶ προσήνεμον, οὐδὲν ὡς εἰπεῖν τῶν γε ἡμέρων. ἀναυξῆ γὰρ καὶ μικρὰ, καὶ καυλώδη γίνεται· διὰ τὰς πληγὰς τὰς ὑπὸ τῶν πνευμάτων. ἔνια δὲ οὐδὲ τῶν ἀγρίων. οὐ γὰρ τελειοκαρπεῖν, καθάπερ οὐδὲ τὴν εὐβοϊκὴν φασιν. ἀλλὰ μέχρι τοῦ ἄνθους ἀφικνεῖσθαι. τὰς δ᾽ ἐν τοῖς ὑπηνέμοις, εὐαυξεῖς τε καὶ πολυκάρπους γίνεσθαι. τὸ γὰρ ὅλον ὥσπερ πολλάκις εἴρηται, συμμετρίας τινὸς ἔοικεν ἕκαστα δεῖσθαι πρὸς τὴν φύσιν. ὁμοίως ἔν τε ταῖς ἄλλαις τροφαῖς, καὶ ταῖς τοῦ ἀέρος μεταβολαῖς. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἂν εἴη καθόλου καὶ κοινόν.

mentoque generatio ſpontanea eſt. Vbi enim ſponte natura ipſa progenerat, locum illic eſſe aptiſſimum creditur. Verum ſingulorum differentias potiſſimas eſſe nihil dubium eſt. Ima enim montium, multa & varia ſunt, atque in totum quaſi vna differentia iſta eſt imi ſummique ratione: cum aliæ permultæ maioreſque ſint, vt inter hiſtorias expoſuimus. Ergo ſolum pratenſe ac humidum vitibus eſſe habile plures ferme conſentiunt. Sicut ſolidum & ſitiens, oleis ac ficis. Vites alimentum humidius molliuſque deſiderant: oleæ vero & fici, ſiccius atque calloſius. Ad ſummam quæ ſicca ſunt, ſiccum quæritant agrum, humida humidum. Verum (vt ſemel dicam) ager omnibus optimus, qui ſolutus, leuis, humefactuſque eſt: hic enim ad alendum, & ad augendum præcipuus. Excipe tamen illa quæ virium ſoliditate adeo copiam largam capiunt alimenti, vt luxurient, ſicut amygdala. Huic enim gracile, ſerenum, atque apricum longe commodius eſt. Contra nuci Euboicæ, opacum atque roſcidum conuenit. Nec non & ad ventos vt ſita commode ſint loca, non parum prodeſſe animaduertimus. Quamobrem id quoq; conſiderandum eſt. Prorſus omnia locũ quem commode ventus afflat, quærũt. Etenim alimenta locis eiuſmodi meliora, fructuſque maturiores præbentur. Ventoſum autem & inquietum nulla pene arbos vrbana amat. Paruæ namque & detortæ exiguæque proueniunt ex flatuum ictu. Quibuſdam etiam ſylueſtribus, locus eiuſmodi nocet. Fructus enim ſuos perficere nequeunt. Sicut de nuce quoque Euboica narrant, ad florem vſque tantummodo peruenire: cum illæ quæ in tranquillis ſtant locis, ampla incrementa ſuſcipere, fœcundiſſimæq; euadere poſſint. Omnino enim (quod ſæpenumero diximus) temperiem ſuæ naturæ conuenientem, omnia deſiderare videntur: pariter in cæteris rebus, & in mutationibus aeris. Sed hoc generale communeque eſt.

ΚΕΦ. Η.

CAP. VIII.

De interuallis plantarum.

Τὰς δὲ μανότητας καὶ πυκνότητας τῶν φυτευομένων, οὐχ οὕτω πρὸς τὸν τόπον ὡς πρὸς αὐτὰ τὰ φυτευόμενα σκεπτέον, ὅσα τε φιλόσκια καὶ μή. καὶ ὅσα μακρόρριζα καὶ βραχύρριζα. τὰ μὲν γὰρ δηλονότι μανὰ, τὰ δὲ πυκνὰ φυτευτέον· φιλόσκια δὲ, ὧν οἱ καρποὶ ξηρότατοι καὶ πυρηνώδεις, ὥσπερ ῥόας καὶ μυρρίνου. καὶ ὅσα φύσει μανά τε καὶ ξηρὰ καὶ μὴ μακρόρριζα, καθάπερ ἡ δάφνη· τῶν μὲν γὰρ ὁ καρπὸς ἡλιούμενος στρυφνὸς γίνεται· τὰ δὲ, ὥσπερ προβολῆς δεῖται καὶ πρὸς τοὺς χειμῶνας, καὶ

Interualla autem plantarum quas ſeris, non tam ratione loci, quam eorum quæ conſerenda acceperis, ſtatui debent. Quippe animaduertendum, quæ vmbras ament, quæ non ament. Quæ radicem longam producant, quæ breui nitantur. Altera enim amplo interuallo ſerenda ſunt, altera breui. Vmbram adamant, quibus fructus ſicciſſimi nucleoſique ſunt, ceu punicæ atque myrti, quæque ſuapte natura ſoluta, ſicca, atque breuiſtirpia ſunt, vt laurus. Horum etenim fructus ſoli expoſitus acerbus efficitur: hæc propter ſuam infirmitatem

πρὸς τὰ καύματα διὰ τὴν ἀσθένειαν. οὐκ ἐνοχλεῖ γὰρ τῷ ταρρῷ διὰ τὴν βραχυρριζίαν. καίτοι τινὲς ἀραιὰ κελεύουσι διὰ πολλοῦ φυτεύειν, ὅπως μὴ συνίρρα γίνηται μὴ δ᾽ ἀναυξῆ, τροφήν τε ἐλάττω λαμβάνοντα, καὶ τοῦ πνεύματος ἀποκλειόμενα. οὐ μὴν ὀρθῶς γε λέγουσιν. ἀλλ᾽ ἑκάτερον διοριστέον ὥσπερ εἴρηται· χρὴ δὲ καὶ πρὸς τὸν τόπον ὁρῶντα ποιεῖσθαι τὰς ἀποστάσεις. ἐν γὰρ τοῖς ὀρεινοῖς ἐλάττους ἢ ἐν τοῖς πεδινοῖς. ἐπ᾽ ἔλαττον γὰρ αἵ τε ῥίζαι προσαύξονται καὶ ἡ κόμη.

tatē quaſi protectū deſiderāt, quo ſe a frigore, æſtuq; poſſint defendere. Nullus enim mutuus radicū decurſus (cratis inſtar cōtextus) infeſtat, cum breuē agant radicē. Quidā tamen amplo interuallo conſeri omnia iubēt: ne radices ſerpant inter ſeſe, neue pabuli flatuſq; penuria minus augeſcere valeāt. Qui tamē haud recte præcipiūt: diſcernere enim oportet quemadmodū ſuperius diximus. Quin & ratione locorum interualla dare nō dedecet: locis etenim montoſis breuiora, quā planis ſunt relinquēda. Montibus enim minus radices comæq; augeſcunt.

ΚΕΦ. Θ.

CAP. IX.

Plantam, dum prima ſundit germina, non tangendam. De educatione & purgatione plantarum. De vite amputanda.

Ἅπαν δὲ φυτὸν ὅταν ἐκ βλαστῇ τὸ πρῶτον, ἐᾶν ῥιζωθῆναι, μηδὲν κινοῦντα, τὰ ἄνω. καθάπερ ἐπὶ τῶν ἀμπέλων ποιοῦσιν, ἀφιέντες τὰς ῥάχεις. εἶθ᾽ ὅταν ἰσχύσωσι, τότε περιαιρεῖν τὰ ἄνω, καταλιπόντα τὰ κάλλιστα καὶ ἐπιτηδειότατα πεφυκότα. κατὰ γὰρ τὰ δένδρα τοῦτ᾽ ἀναγκαῖον. οὐχ ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀφαιρεῖν ἐνδέχεται πάντα καὶ τέμνειν ἰσογεῶν. ἀρρίζου γὰρ ὄντος, ἐὰν περιαιρῇ καὶ κινῇ τις ἀσθενὲς ὄν, ἀρρωστήσεται μᾶλλον. ἐὰν δ᾽ ἐρριζωμένου καὶ ἰσχύοντος, αὐτό τε ἀπαθὲς ἔσται, καὶ τὴν τροφὴν ἀποδώσει πλείονα τοῖς καταλοίποις. ἡ δὲ ἀναγωγὴ καὶ ἣν καλοῦσιν οἱ πολλοὶ τῶν φυτειῶν παιδείαν, οἷον σχηματισμός ἐστι, καὶ μόρφωσις τῶν δένδρων, ὕψει τε καὶ ταπεινότητι, καὶ πλάτει καὶ τοῖς ἄλλοις. ὡς δ᾽ ἐπίπαν φυτεύουσι τὰ ὑψηλά. πλὴν ὅσα φύσει τοιαῦτα καὶ ἔστι καὶ βούλεται. καθάπερ φοῖνιξ, πεύκη, κυπάριττος. εὐκαρπότερα γίνεται γὰρ διὰ πολλοῦ τῆς τροφῆς ἰούσης, καὶ ἐνταῦθα καταναλισκομένης. ἀλλὰ δεῖ πολύκλαδα καὶ πολυβλαστῆ ποιεῖν. ἅμα γὰρ τῇ πολυκαρπίᾳ καὶ εὐτρυγητότερα καὶ τὸ ὅλον εὐθεραπευτότερα γίνεται. διὸ καὶ περιαιρετέον καὶ κωλυτέον τὰς μὴ κατὰ καιρὸν βλαστήσεις. σχεδὸν δ᾽ ἡ τοιαύτη θεραπεία καὶ κατάστασις ὁμοία τῇ διακαθάρσει τυγχάνει τελείων ὄντων τῶν δένδρων. ὑπὲρ ἧς καὶ λεκτέον πρῶτον· εἶθ᾽ οὕτω περὶ τῶν ἄλλων. ὥσπερ γὰρ ἐφεξῆς ταῦτα τῶν περὶ τὴν φυτουργίαν ἐστί. κοινοτάτη μὲν οὖν καὶ μάλιστα ἔνδηλος ἐπὶ τῶν ἀμπέλων τομή. πάντες γὰρ χρῶνται, καὶ πάντες ἀμπελουργοῦσιν ὥσπερ ὑπ᾽ αὐτῆς ἀναγκαζόμενοι τῆς φύσεως, διὰ τὴν εὐβλαστίαν καὶ πολυβλαστίαν. ὑπὲρ ἧς ἐπειδὴ καὶ ἐν τῇ βλαστήσει καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις εἴρηται μάλιστ᾽ ἡ θεραπεία, πειρατέον αὐτὰς καθ᾽ αὑτὰς θεωρεῖν ὕστερον. νῦν δ᾽ ὑπὲρ τῶν ἄλλων λέγωμεν. οὐ δὲ γὰρ οὐδ᾽ ἐπὶ τούτων μικρόν ἐστι, τὸ καταστήσασθαι πῶς τὰ δένδρα, καὶ τὰ κακῶς πεφυκότα καὶ τὰ ἐμποδίζοντα τοὺς καρποὺς ἀφαιρεῖν.

PLantam unamquamque, dum prima germina fundit, patere intactam manere, vt radicem libere capiat: nec quicquam mouere velis, vt in vitibus obſeruatur. Priuſquam enim egerit radices, ſiquis demat aliquid & moueat, dum adhuc eſt imbecille, lædet. Cum vero radices egerit & confirmatum fuerit, amputabis ſuperiora, & quæ optima & aptiſſima ſunt tantum relinques. Sic enim arbores tractari neceſſe eſt, quanquam in cæteris detrahi reſecarique impune omnia poſſint. Quippe ſi plantam priuſquam radicetur, amputes atque ſollicites; vehementur lædetur, vtpote adhuc imbecillis. Sed ſi cum radices, vireſque ceperit, neque offenſa vlla ſequetur, & plus alimenti ad ea quæ reliqueris, tranſmittetur. Educatio vero, & (vt vulgo dicitur) eruditio plantarum, tanquam figuratio & formatio arborum eſt, alti, ſubmiſſi, lati, reliquorumque ratione. Omnia fere quæ ſe in altum extollunt, compeſcenda agricolæ cenſent: præterquam illa, quorum natura hoc fert, vt palma, pinus, cupreſſus. Minus enim fœcunda redduntur, cum alimentum per longinquum tranſeat ſpatium, & priuſquam ad fructificandi partem perueniat, abſumatur. Sed vt ramis & germinibus ſcateant, opera danda eſt. Sic enim non modo copioſe fructificant, ſed etiā demeti facilius, & omnino tractari cōmodius poſſunt: quamobrē amputanda prohibendaq; germina illa ſunt quæ intempeſtiue excurrūt. Quæ quidem cultura atq; cōditio purgationi fere proxima quæ perfectis adhibetur arboribus. De qua diſſerere ante debemus, quam de reliquis agriculturæ officijs. Hæc enim conſequi velut deinceps videtur. Ergo genus id curæ, publicum atque euidentiſſimum in vitibus eſt. Omnes enim eo vtuntur, omneſque vites amputari neceſſarium arbitrantur, tanquam ab ipſa cogantur natura, propter vberrimam germinationem. Qua de re, quoniam cum de germinatione, cæteriſque diſputaremus, abunde diximus; ipſas rationes per ſe poſtea contemplari decebit. Nunc autem de cæteris diſſeramus. Neque enim in his parum iuuabit ſcite arbores conſtituiſſe, quæque male proſilierunt, aut quæ fructum impediant, detraxiſſe.

ἐμποδίζει γὰρ οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀπηρτημένα, καὶ αὐτὰ ὅλως τὰ παρακαίρως πεφυκότα· διὸ δεῖ ταῦτ᾽ ἐξαιροῦντα μετατιθέναι τὴν βλάστησιν εἰς τὸ δένδρον. ἔοικε γὰρ ὥσπερ ὀχετεία τις εἶναι τῆς τροφῆς τῶν δένδρων, ὅπως ἀνάγη τις εἰς γὰρ τὰ καταλειπόμενα ῥεῖ. καὶ ταῦτ᾽ αὔξει. τοῦτο δὲ ξυμβαίνει, διότι τοῖς μέρεσιν ἄρισα πέφυκε· καὶ ἔτι προσεπιβλαστάνει κατ᾽ ἐνιαυτόν· ἐπεὶ καὶ εἴτις ἀεὶ βούλεται κολούειν τὰ ἄνω, πρὸς τὰς ῥίζας ἡ τροφὴ πᾶσα φέρεται, κἀκεῖναι λαμβάνουσιν αὔξησιν, ὥστε συνταράττεσθαι τὰ χωρία· καὶ τέλος ἀναυξῆ γίνεται τὰ ἄνω, πάσης ἐν ταῦθ᾽ ὡρμηκυίας τῆς τροφῆς. οἷον γὰρ ἤδη φύσις γίνεται χρονισθέντων. ἡ μὲν οὖν ἄμπελος ἀεὶ τὴν τομὴν ἐπιζητεῖ κατ᾽ ἐνιαυτὸν διὰ τὸ εὐαυξές. τὰ δὲ ἄλλα, τὰ μὲν παρ᾽ ἔτος, τὰ δὲ, διὰ τετραετίας. οὐδὲν γὰρ οὕτως εὐαυξές. ἐπεὶ εἴγέ τι τοιοῦτον εἴη, δέοιτ᾽ ἂν ἀφαιρεῖν ἀπὸ τῶν ὑγρῶν περίεργον. ἅμα δ᾽ ἡ ἑλκωσις πόνον παρέχει καὶ κακοῖ τὰ δένδρα. διὸ καὶ μετὰ τὴν διακάθαρσιν, εὐθὺς οἴονται δεῖν κοπρίζειν, καὶ τὴν ἄλλην ἀποδιδόναι θεραπείαν. ὅπως ἐπαναλάβωσι τῇ τροφῇ τὴν κακοπάθειαν. ἀλλὰ μόνον τόγε συνεχὲς ἐν τῇ τῶν αὔων ἀφαιρέσει ποιεῖσθαι. ταῦτα γὰρ οὔτε πόνον ποιεῖ τῇ ἑλκώσει, κωλύει τε προσηρτημένα τροφάς. ἐν δὲ τῇ διακαθάρσει, τά τε μὴ καρπιμα διαιρετέον, καὶ ὅσα τῶν ἑτέρων αὔξησιν ἀφαιρεῖται, καὶ ὅσα διαπέφυκεν. ἐν τοῖς ἔξω γὰρ δεῖ τὴν βλάστησιν εἶναι. καὶ ἔτι τὰ πυκνὰ καὶ ἀλλήλοις ἐπιβάλλοντα. καὶ ὅσα τὴν ἔκφυσιν ἐκ τῶν μέσων ἔχει. πάντα γὰρ ταῦτα καὶ τὸ πνεῦμα καὶ τὸν ἥλιον ἀφαιρεῖται. δεῖ δὲ καὶ εὔπνουν εἶναι καὶ πρόσηλον τὸ δένδρον. διὸ καὶ οὐ κακῶς οἱ οὕτω ῥυθμίζοντες, ὥστε πρὸς μεσημβρίαν βλέπειν. καθάπερ οἱ τὰς σικύας, καὶ τὰ ἄλλα, καὶ μάλιστα τὴν ἐλαίαν.

Impediunt enim non ſolum hæc, ſed etiam quædam remota, & ea omnino, quæ intempeſtiue prouenerint. Quapropter hæc recidendo, vim germinandi reuocare ad arborem conuenit. Fit enim ceu deriuatio quædam alimenti plantarum, prout aliquis deduxerit. Quippe cum ad ea, quæ relicta ſint, pabulum confluat, eaq; tantum augeat. Quod propterea euenit, quia plantæ ipſæ partibus ſuis ſolertiſſime conſtent, atque etiam quotannis incrementum ſuſcipiant. Nam ſi quis ſuperna ſemper diminuere velit, cibus ad radices totus feretur, eaſque adeo augebit, vt loca radicibus impleantur, ac perhorreſcant: denumque parte ſuperiore arbores augeri nullatenus valeant, cum ima totum alimentum aſſidue petat. Fit enim ex diutina prauitate, vt talis auctio qua ſi in naturam vertatur. Vitis igitur ſemper amputari quotannis vult ſcilicet ex ſumma facultate augeſcendi. Cætera partim annis alternis, partim quadriennijs poſt. Nihil enim æque ac vitis augeſcere poteſt. Siquid tamen huiuſcemodi ſit, demi partem eius humidi ſuperuacuum oporteat. Tum etiam vulnus facit, vt arbores langueſcant, laborentque. Quapropter poſt purgationem ſtercorandum, cultumque reliquum adhibendum continuo cenſent: vt ſe recreare pabulo poſſint. Sed arida detrahi tantummodo debent: hæc enim nec laborem ex aliquo vlcere afferunt, & annexa impedimento alimoniæ ſunt. At in perpurgando reſecanda, quæ fructum præſtare nequeunt: & quæ incrementa cæterorum vetare poſſint: & quæ inter brachia conſtiterint (extrinſecus enim incrementa libere factitari oportet) Adde quæ denſa inter ſe ſint, quæque de medijs prouenerint. Hæc etenim omnia cum ſolem, tum flatum auferunt, vbi & perflari placide, & ſolem ſentire commode arbores debeant. Quamobrem non male illi faciunt, qui arbores ita diſponunt, vt meridiem ſpectent, vt ficos, ac cæteras, & præcipue oleas.

ΚΕΦ. I.

CAP. X.

Quo tempore arbores recidantur, purgenturue.

Ἐπεὶ δ᾽ ἐπίπονος ἡ διακάθαρσις διὰ τὰς πληγὰς, διὰ τοῦτ᾽ οὐ τὴν τυχοῦσαν ὥραν, ἀλλὰ μετὰ πλειάδα ληπτέον. ἰσχυρότατα γάρ τότε καὶ μάλιστα αὐτῶν τὰ δένδρα, καταναλωκότα τὸ ὑγρὸν εἰς τοὺς καρποὺς ἕτερον δὲ οὐδέπω δεδεγμένα. τὰ δ᾽ ὀψικαρπότερα δηλονότι κατὰ λόγον, μετὰ τὴν τῶν καρπῶν ἀφαίρεσιν. ἴδιον δ᾽ ἐπὶ τῆς συκῆς μόνη γὰρ διακαθαίρεται μικρὸν πρὸ τῆς βλαστήσεως. αἴτιον δ᾽ ὅτι τότε μάλιστα εὐσύμφυτος. δεῖ δὲ τ᾽ αὐτὸ σπεύδειν. ἀσθενὲς γὰρ ὂν καὶ μανὸν πονεῖ μάλιστα διὰ τοῦ μετοπώρου καὶ περὶ πλειάδα, ξηροτέρας οὔσης τῆς ὥρας, οὐ δυναμένης συμφύναι· σηπεταί τε παραρρέοντος τοῦ ὕδατος,

Sed eum perpurgatio laborioſa plagarum cauſa ſit, non tempore quolibet, ſed poſt Vergilias perpurgandum. Quippe cum arbores validiſſimæ ſunt, cum humorem ad fructum conſumpſerint, & nondum alium ſuſceperint. Quæ autem in fructificando magis ſeræ ſunt: has ſcilicet pro ratione purgabis poſt fructuum decerptionem. In fico peculiare notatur: perpurgandum eſſe ante, quam germinet. Ratio, quod ficus eo tempore coagmentari, conſolidarique maxime poſſit, quod quidem obſeruandum magnopere eſt: Quod enim imbecillis, ſolutaque ſit, Autumno, & circa Vergilias maxime laborat, quia ex temporis ſiccitate fieri vnitas nequeat. Tum putreſcit imbre admiſſo, & turbinibus, frigoribuſque langueſcit atque emoritur.

Hoc

καὶ ὑπὸ τῶν χειμώνων κακοπαθεῖ, καὶ τὸ ὅλον διαφθείρεται. τοῦτο μὲν οὖν ἴδιον τῶν ἀσθενῶν καὶ μανῶν. οὐκ ἴση δὲ πάντων ἡ ἀφαίρεσις, ἀλλὰ πλείων τῶν μᾶλλον δεομένων. δεῖ δὲ τὰ εὐβλαστοῦντα πολλῆς γενομένης. οἷον ἐλαία δοκεῖ καὶ ῥόα, καὶ μύρρινος. ὅσῳ γὰρ ἄν τις ἐλάττω τούτοις καταλείπῃ, βέλτιον βλαστάνει, καὶ τοὺς καρποὺς φέρει βέλτιον. τοῦτο δ' ὅτι πυκνόβλαστα καὶ λεπτόβλαστά ἐστι καὶ ταχὺ παραυαινόμενα. διὸ καὶ φρυγανικώτατα πάντων τῇ προσόψει. χρὴ δὲ καὶ ὅσα πρὸς τὰς τομὰς ἀσθενῆ, καθάπερ ἄπιος καὶ μηλέα, καὶ εἴ τι ἄλλο ξηρὸν καὶ λεπτόφλοιον. καὶ γὰρ ταῦτα πονεῖ. διὸ τὰ τοιαῦτα τούτων ἢ ταῖς χερσὶν ἀφαιρεῖν, ὥσπερ ἐλέχθη, κελεύουσιν, ἢ τοῖς σιδήροις, ὡς ἐλαφρότατα. κίνδυνος γὰρ ἅμα τῷ πόνῳ διὰ τὴν ἑλκωσιν. ὥσπερ γὰρ καὶ τῶν ῥιζῶν ἐν τῇ σκαπάνῃ τιτρωσκομένων χείρω γίνεται. πολλάκις δὲ καὶ νοσεῖ καὶ ἀφαυαίνεται. τὸν αὐτὸν τρόπον οἴεσθαι χρὴ καὶ ἀπὸ τῶν ἄνωθεν ἐν τοῖς μὴ δυναμένοις φέρειν. καὶ περὶ μὲν καθάρσεως ἀρκείτω τὰ εἰρημένα.

Hoc igitur arboribus imbecillibus atque ſolutis proprium. Reciſio vero non pari menſura omnibus fieri ſolet, ſed plus illis reciditur, quæ amplius curam iſtam deſiderent. id eſt oleæ, punicæ, myrto. Quo his enim pauciora reliqueris, eo melius germinant, fructuſque melius ferunt. Quod propterea fit, quia germina denſa inter ſe tenuiaque ſunt: atque celeriter proinde ſiccantur. Ex quo euenit, vt & fruticis ſpeciem arbores iſtæ omnium maxime gerant. Minus ea recidi deſiderant, quæ plagis infirma ſiunt, ceu pirus, malus, & quicquid ſiccum, & cortice tenui veſtitum. Hæc enim reſecta vehementer laborant. Qua de cauſa manu his auferre præcipiunt, vt retulimus, aut ferro perquam leuiſsime: periculum namque interitus propter vlcera imminet. Quemadmodum enim radicibus vulneratis, cum foditur, arbores deteriores fiunt, & ſæpe ægreſcunt, ac exareſcunt: ſic etiam vulnere partis ſuperioris noxam eandem his poſſe adferri ijs credendum ſatis quæ hoc nequeunt tolerare. Et de purgatione eſt, ſit hæc dixiſſe.

ΚΕΦ. ΙΑ.

CAP. XI.

De ablaqueatione, & radicum reſectione.

Ῥιζοτομεῖται δὲ μετὰ τὴν φυτείαν, καὶ ὅταν ἦ νέα πάνθ' ὡς εἰπεῖν, ὅπως τε κατὰ βάθους ὠθῶνται, καὶ πλείω λαμβάνωσι αὔξησιν. μάλιστα δ' ὧν ἐπιπολῆς αἱ ῥίζαι. καθάπερ ἐλαία καὶ ἄμπελος. ὅταν δὲ πρεσβύτερα γένηται, τὰς μὲν ἐπετείους καὶ ὅλως τὰς ἐπιπολῆς ἀφαιρετέον. ὅπως αἱ κάτω πλείους καὶ ἰσχυρότεραι γίνωνται. φθείρουσι γὰρ ἐκεῖναι αὐτὰς, καὶ ἐμποδίζουσιν, αὐτοῖς δ' οὐ δύνανται παρέχειν τροφήν· ἀλλὰ καὶ πονοῦσι, καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου καὶ ὑπὸ τοῦ ψύχους. ἀφαιρετέον δὲ καὶ τὰς αὔας. προσηρτημέναι γὰρ καὶ ἄλλως λυμαίνονται, καὶ σκώληκας ἐμποιοῦσι τοῖς δένδροις. τὰς δὲ ἄλλας οὐ κινητέον. οὐδὲ γὰρ τὴν διακάθαρσίν ἐστιν ὥσπερ τῶν ἄνω ποιεῖσθαι. καὶ γὰρ τὸ γυμνοῦν ἐπὶ πλέον χαλεπὸν, καὶ ὅλως οὐκ εὔσημον. ὅθεν ἀφαιρετέον. ἅμα δὲ καί ποθεν οὖν φυομένη, μόνον δὲ ἰσχύουσα, τὴν τροφὴν ἀποδώσει. κάλλιον δ' ἐὰν πανταχόθεν. τὸ δὲ δὴ μῆκος καὶ πλάτος, ὅσῳ ἂν ᾖ πλέον, ὠφελιμώτερον. ὥστε τὰ πρὸς τὴν βλάστησιν καὶ τὴν εὐτροφίαν μόνον δεῖ παρασκευάζειν. περὶ δὲ ἀρδεύσεως καὶ ὑδάτων σχεδὸν εἴρηται πρότερον. ὅσα γὰρ ἐν τοῖς οὐρανίοις ὠφέλιμα, κατὰ ποίας ὥρας, ἢ ἔτους ἢ νύκτωρ, ἢ μεθ' ἡμέραν, δηλονότι καὶ ἐν τοῖς ἐπιρρύτοις καὶ ὀχετευομένοις ὁμοίως ἔσται.

Ablaqueantur autem omnes pene arbores, radiceſque reſecantur poſt conſitionem, dum nouellæ ſcilicet ſunt: vt alte deſcendant atque amplius incrementum ſuſcipiant. Sed præcipue illæ quibus radix in prima parte terræ hærere ſolet, vt oleæ, ac viti. Aetatem vero grandiorem adeptæ cum fuerint, annuas radices, & in vniuerſum per ſumma ceſpitum adhærentes reſecari par eſt, vt inferiores plures ac robuſtiores efficiantur. Has enim illæ vetant atq; interimunt, nec alimentum ſumminiſtrare arboribus queunt: immo vero & ipſæ tam æſtu, quã frigore vehemẽter laborant. Aridæ præterea detrahẽdæ ſunt. Quippe cum annexæ radicibus cæteris officiant, & vermes in arboribus creent. Reliquas haud quicquam tangi oportet. Neq; enim tam perpurgandæ radices ſunt, quam partes ſuperiores. quippe cum plus eas ſpoliari damnoſum eſt. Non enim percipi poteſt, vnde nam deceat auferre: & ſimul vndecunque radix prorepſerit, modo valida ſit, pabulũ ſuggerere poterit. Sed melius certe, ſi vndique prodeat. Longitudo & latitudo, quo amplior, eo commodior. Itaque illa tantum paraſſe oportet, quæ ad alimenti incrementique rationem pertineãt. De rigatione & aquæ generibus, ſatis fere ante retulimus. Quantum enim vtilitatis in aqua pluuia, vel certis anni temporibus, vel noctu, vel interdiu ſit, tantundem etiam in fluente, deductaque erit.

Æſtate

τοῦ δὲ θέρους εὐλόγως μάλιστα χρῶνται, διὰ τὴν σπάνιν τῶν ἐκ Διός. καὶ ἅμα πρὸς τὴν ἐκτροφὴν τῶν καρπῶν ἀναγκαῖον. οἱ δὲ, καὶ οἴονται τότε μάλιστα δεῖσθαι πλείστης ἀφαιρέσεως καὶ κυριωτάτης γινομένης. ἰσχυρὸν δ' ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις καὶ ἐν τούτοις τὸ ἔθος. οἷον γὰρ φύσις γίνεται. διὸ καὶ τὰ ἐν τοῖς ξηροῖς καὶ ἀνύδροις, οὐδὲν ζητεῖ, πλὴν τὸ ἀναγκαῖον· καὶ χείρω γίνεται βρεχόμενα, καθάπερ τὰ εἰωθότα μὴ βρέχεσθαι. καὶ κίνδυνος δὲ, ἐὰν μὴ συνεχῶς ἀποδιδῷ, βρέχειν ἀρξάμενος. ἐκείνην τε γὰρ ἀφαιρεῖται τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν τροφὴν, καὶ ἑτέραν οὐ διδοὺς, ἀμφοτέρων πλεῖον διαμαρτάνεις. ὥστε πολλάκις ὑπὸ τῶν καυμάτων αὐαίνεται. σχεδὸν δὲ οἱ καρποὶ τῶν γε πλεῖστον δεχομένων. ἐὰν δὲ συμμέτρως, ἀλλὰ καὶ πλεῖον καὶ πολλῷ μᾶλλον.

Æſtate autem aquis fluentibus maxime non ſine ratione vtuntur, propter pluuiarum inopiam. Et ſimul ad fructus enutriendos neceſſarium. Sunt tamen qui per id temporis auferendum potiſſimum cenſeant. Verum vt in cæteris omnibus, ſic & in his mos ſolitus plurimum valet: fit enim tanquam natura. Quamobrem quæ locis ſiccis ac ſitientibus manent, nil plus quam quod ſibi ſit neceſſarium quærunt: rigatæque deteriores redduntur, non ſecus ac illæ, quæ aquam nunquam deſiderant. Periculum certe, ſi poſtquam rigare cœpiſti, non aquam crebro adhibeas: nam & priſtinam alimoniæ facultatem adimes, & nullam afferens aliam, committes vt æſtu ſæpe arbores exareſcere poſſint. Fructus tamē pene omnium, qui plurimum aquæ capiunt, deteriores redduntur.

ΚΕΦ. ΙΒ.

CAP. XII.

De ſuccatione, & temporibus ſtercorandi.

ΠΕρὶ δὲ κοπρίσεως ἀκολούθως δῆλον ὅτι τῇ ἰδίᾳ καθάρσει μετὰ τοὺς χρόνους. ἄλλως τε καὶ μετ' ἐκείνην εὐθὺς κοπρίζειν δεῖ. ἅμα δὲ καὶ οὐδ' ἂν δύναιντο δέχεσθαι συνεχῶς, ἀλλ' ἀφαναίνονται διὰ τὴν θερμότητα. τὸ γὰρ τὴν ψιλὴν κοπρίζειν, οὐχ ὅμοιον. ἐν ἐκείνῃ μὲν γὰρ εἰς πολλὰ μερίζεται, καὶ ἐξαναλίσκεται. ἐνταῦθα δὲ εἰς αὐτὰς τὰς ῥίζας δύεται καὶ οὐ δύναται πᾶν διαδιδόναι τοῖς καρποῖς οὐχ ὁμοίως εὔτροφον οὐδὲ πολύχουν. ὥστε πάλιν ἄλλης καὶ ἄλλης ἐπιγινομένης, ὡς ἐκθερμαινόμενον αὐαίνεται. ἐπεὶ καὶ ὁ σῖτος, αὐτὶς κατακόρως χρῆται, ἢ οὐκ ἐπιγίνεται πλῆθος ὕδατος. διὸ καὶ ταῖς ἐπομβρίαις χρησιμώτερος ὅγε συνεχὴς καὶ πλείων κοπρισμός. ἐν δὲ ταῖς αὐχμώδεσι καὶ λεπταῖς, ὁ σύμμετρος. διὰ ταῦτα δὲ ἴσως, οὐδὲ ἡ δριμυτάτη τοῖς δένδροις ἁρμόττει. καίτοι δόξειεν ἂν ἄτοπον εἶναι, τὸ μὴ τοῖς ἰσχυροτάτοις, * * ἀλλ' ἐν τῷ προειρημένῳ τὸ αἴτιον ληπτέον. ἐπεὶ καὶ τοῖς λαχάνοις ἁρμόττει· διὰ τοῦτο μεθ' ὑδρείας ἡ χύλωσις. καὶ ὅλως ὅτι πολλῷ τῷ ὑγρῷ χρῶνται καὶ καθ' ἡμέραν, καὶ αὐτὰ φύσει ὑγρά. φυλλοφορεῖν γὰρ ἐθέλουσιν οὐ καρπογονεῖν αὐτά. οὐ μὴν ἀλλ' ἐνίαις τε χρῶνται καὶ πρὸς τὰ δένδρα τῶν ἰσχυροτέρων· καὶ μάλιστα εἰς μαλακότητα καὶ μεταβολὴν τῶν καρπῶν. οἷον τῇ πρὸς τὸ γλυκαίνειν καὶ ἀπυρήνους ποιεῖν τὰς ῥόας, καὶ τὰς ἀμυγδαλᾶς ἐκ πικρῶν γλυκείας. καὶ ὡς παρὰ τοὺς μυρρίνους κελεύουσι ἰσχυροτέραν ἔτι παραβάλλειν, οἷον τὴν βυρσοδεψικὴν, καὶ οὖρον παρασχεῖν ὅταν ἐκβλαστήσωσιν, ὥσαν ἀπυρήνων γινομένων· οἱ δὲ καὶ τῇ ἐλαίᾳ συμφέρειν οἴονται

TEmpora ſtercorandi ſingulis ſtatui pro ſua purgatione par eſt, præſertim ſi poſt illam ſtercus ſit continuo diſponendum. Tum etiam nec tolerare crebram ſtercorationem arbores poſſunt, ſed obareſcunt vi nimij caloris. Haud enim eadem ſtercorandi ratio eſt, quæ in ſegetibus locisque arboribus vacuis. Quippe cum in illis ſtercus diſpoſitum in partes permultas diſgregetur, abſumaturque: in arbuſto radices ipſas ſubeat, nec vis tota caloris poſſit excurrere. Ita enim calore multiplicato arbos feruefacta exareſcit. Nam triticum perit ex nimio ſtercore ſi non imbres ſequantur. Quocirca ſolo pluuio crebra & largior ſtercoratio commodior eſt. Siticuloſis atque gracilibus, modica prodeſt. Ob id forſitan, & acerrimum ſtercus minime arboribus conuenit. Atque abſurdum videatur, non id validiſſimis conuenire, quod validiſſimum eſt. Verum cauſam illud habet, quod ſuperius diximus. Nam & in olerum genere hac eadem de cauſa ſuccatio cum aquatione commoda eſt, & in totum, quod aquæ vſus frequens in eo genere ſit, atque id ipſum natura humidum conſtet, nec temere tam copioſe rigandum olera cenſent: hæc enim num fructum, an folia ferant, contendunt. Cæterum & in arborum genere ſtercoribus nonnullis ex validiorum numero vti conſueuerunt, potiſſimum cum fructus emollire immutareque volunt: ceu ſuillo, quo punicæ dulceſcant & nucleo vacuæ reddantur, & amygdalæ ex amaris in dulces tranſeant. Ita myrtis etiam vehementius adhibenda præcipiunt: videlicet ſpurcitias pellium vrinamque, cum germina proſilierint. quaſi fructus ita reddi ſine interiori nucleo poſſit. Quod quidem alij oleæ quoque prodeſſe ad læte fructificandum exiſti-

πρὸς εὐκαρπίαν. ἔοικε δὲ τὸ ἐν τῇ ἀρχῇ μέγα διαφέρειν· εἴγε καὶ τὰ τῶν σικύων σπέρματα γάλακτι βρεχόμενα καὶ μελικράτῳ, γλυκυτέρους ποιεῖ. νομίσειε δ' ἄν τις ταῦτα καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων γίνεσθαι λαχάνων. ἀλλ' ἴσως τὸ δριμὺ χρησιμώτερον. ἡ δὲ ῥίζα τῶν δένδρων ἀρχή τις οὖσα, καὶ ὥσπερ καρδία συνεξομοιοῖ τὰ ἐφ' ἑαυτῆς. περὶ μὲν οὖν τούτων καὶ πρότερον εἴρηται. τὴν δὲ χρησίμην ἀεὶ πρὸς τὰς δυνάμεις ἀποδοτέον. τῆς μὲν δριμυτέρας, ἐλάττονα· τῆς δὲ μαλακωτέρας, πλείονα.

exiſtimant. Porro quod in principio ſit plurimum valere credendum eſt. Siquidem & cucumerum ſemina, lacte mulſoue macerata dulciorem faciant fructum. Hoc idem & in cæteris oleribus fieri poſſe non inepte putaueris. Verum ſapor acris, illorum vſui deſtinatus forſitan vtilior eſt. Sed de his ſatis iam ante diſſeruimus. Stercus autem, quod eſſe vtile iudicaueris, ſemper pro virium ratione diſponere debes: minus ſcilicet ſi acre, plus ſi mollius ſit.

ΚΕΦ. ΙΓ. — CAP. XIII.

Non omne ſtercus omnibus plantis conuenire.

ΔΕῖ δὲ καὶ τὴν πρόσφορον ἑκάστοις τῶν δένδρων μὴ ἀγνοεῖν. οὐ γὰρ ὥσπερ ὕδωρ τὸ αὐτὸ πᾶσιν, οὕτω καὶ κόπρος· ἀλλ' ὥσπερ τὰ ἐδάφη πρὸς ἕκαστον οἰκεῖα, οὕτω καὶ ἡ κόπρος. ἐπεὶ καὶ κατὰ τὰς ἡλικίας τῶν δένδρων ἐστί τις διαφορά. διὸ καὶ φυτεύοντες, ὑποβάλλουσιν εὐθὺς ὥσπερ ἐλέχθη τὴν τῶν λοφούρων, ὅτι κουφοτάτη. τὸ δ' ἀσθενὲς, κουφοτάτης δεῖται. τὸ δ' ὅλον, ἐν ταῖς θεραπείαις τῶν δένδρων, ὅσα μὲν κοινὰ πᾶσίν ἐστι, ταῦτα τῷ ποσῷ καὶ τῷ ποιῷ διοίσει καὶ τοῖς καρποῖς. οἷον τομὴ, διακάθαρσις, σκαπάνη, κόπρωσις. ταῖς δ' οὖν ἀμπέλοις ἢ διὰ τεττάρων ἢ πλειόνων ἐτῶν παραβάλλουσι κόπρον· οὐ γὰρ δύνανται φέρειν δι' ἐλαττόνων. οὐδ' ἐστὶ βοήθεια καθάπερ τοῖς δένδροις ἡ ὕδρευσις, ἀλλ' ἐκκαίονται. διὸ καθάπερ ἐλέχθη ταῖς ἐπομβρίοις χώραις συμφέρειν μᾶλλον. ἄλλως γὰρ κίνδυνος μὴ ἐπιγινομένων τῶν ἐκ Διός.

OPortet præterea noſſe, quod ſtercus ſingulis arboribus commodius ſit. Non enim quemadmodum aqua eadem omnibus prodeſt, ita & ſtercus: ſed vt ſolum ſingulis diuerſum accommodatur, ſic etiam ſtercus. Nam & pro ætatibus diſcrimen eſt aliquod. Qua de cauſa cum ſerunt, ſtercus ruminantium ſtatim plantis ſubijciunt (vt dictum eſt) quia leuiſſimum ſit. Quod autem imbecille eſt, leuiſſimum profecto deſiderat. Omnino in arborum cura, quæ omnium communia ſint, hæc vel modo, vel genere inter ſe different, atque etiam fructuum ratione: vt amputatio, purgatio, foſſio, ſtercoratio. Igitur vitibus vel quadriennio poſt, vel etiam longiori exacto tempore fimum apponunt. Namque ſi citius ſtercorentur, nequeunt tolerare. Nec ad præſidium adaquationis confugiendum eſt, ſicut in arborum genere, cum illæ penitus adurantur. Quamobrem (vt dictum eſt) agro pluuio magis ſtercoratio prodeſt: alioqui periculum imminet, ſi non imber ſecutus ſit.

ΚΕΦ. ΙΔ. — CAP. XIV.

De foſſione, & eius vtilitate.

ΣΚαπάνη δὲ πᾶσι συμφέρει. ταῦτα γὰρ ἐμποδίζοντα, καὶ τὰ παραιρούμενα τὰς τροφὰς ἐξαιρεῖ. καὶ αὐτὴν τὴν γῆν ἐνικμοτέραν ποιεῖ καὶ κουφοτέραν. ἔτι δ' ὁ ἀὴρ ἐγκαταμιγνύμενος (ἀνάγκη γὰρ ἐγκαταμίγνυσθαι κινουμένου) ἰκμάδα τινὰ δίδωσι καὶ παρέχει τροφήν. διὸ καὶ τὴν αὐχμώδη καὶ ἄνυδρον σκάπτειν δεῖ καὶ μεταβάλλειν πολλάκις, ὥσπερ καὶ πρότερον εἴρηται. συμφέρει δ' ἡ σκαπάνη καὶ τοῖς ἑλώδεσι καὶ ἐφύδροις. καίτοι δόξειεν ἂν ἄτοπον εἰ τοῖς ἐναντίοις· ἀλλ' οὐδὲν ἄτοπον. τὴν μὲν γὰρ ξηραίνει, τὴν δ' ὑγραίνει. δεῖται δὲ ἑκατέρα τοῦ ἐναντίου· τροφῆς δὲ πλείονος γινομένης καὶ βελτίονος, αὐτὸ τὸ δένδρον εὐσθενεῖ, καὶ οἱ καρποὶ

FOſſio omnibus prodeſt: tollit enim quæ impediant, vel auferant pabulum: ipſumque ſolum humectius, atq; ſuſpenſius reddit. Ad hæc aer humo permiſtus (permiſceatur enim neceſſe eſt, cum terra agitatur) præbet vaporatum quendam humorem, atque alimonium efficit. Quo circa ſolum aridum atque ſiticuloſum, fodere agitareque ſæpe oportet: vt ante iam diximus. Paluſtribus quoque vliginoſiſque foſſio prodeſt: quanquam mirum videatur, inter ſe aduerſis curam eandem poſſe conducere. Verum nihil mirandum id eſt. Alterum etenim ſiccat, alterum humefacit: ſcilicet cum vtrumque contrario adiuuari deſideret. Alimento autem meliori, vberiorique cum ipſæ arbores vigent, tum fru-

 ctus

καλλίους. ποεῖ γὰρ καὶ τοὺς πυρῆνας ἐλάττους, καὶ ὅσα ξυλώδη καὶ δερματικὰ τὰ ἐκτὸς, οἷον ἀμυγδαλῆς, καρύας Εὐβοικῆς, τούτων λεπτότερα ταῦτα. τὰ δ' ἐν τοῖς, μείζω. τὸ γὰρ ὅλον ἡ εὐτροφία διϋγραίνει, καὶ τὸ σαρκῶδες αὔξει. διὰ ταῦτα καὶ κατὰ λόγον ἀμφοῖν τὸ συμβαῖνον. ποιεῖ δὲ καὶ εὐχυλότερα, καὶ μείζω, καὶ ἡδίω, μετὰ τῆς ἄλλης θεραπείας. ὅτι καὶ τροφὴ πλειών καὶ πέψις γίνεται μᾶλλον. ἐπὶ δὲ τοῦ κράνου (περὶ τούτου γὰρ μάλιστα ἀντιλέγεται) δῆλον, εἴπερ ὡς ἀληθὲς πλεῖον ἀναλαμβάνει τῆς συμμέτρου τροφῆς. ὥσθ' ἧττον ποιεῖν εὔχυλον. ὅπερ καὶ ἐπ' ἄλλων συμβαίνει περικαρπίων, ἐν ταῖς πιείραις λίαν χώραις καὶ εὐτρόφοις. ἡ μὲν οὖν σκαπάνη, πάντα ταῦτα συναπεργάζεται. καὶ τὸ ὅλον ὠφελεῖ διὰ τὸ ἐξαιρεῖν τὰ παραιρούμενα.

ctus meliores creantur. Nam & nuclei minores, & eorum quæ ligno, cruſtaue teguntur, vt amygdalæ, nucis Euboicæ, tegmina iſta tenuiora, inteſtina vero ampliora vtique fiunt. Quippe omnino alimenti copia humefacit, pulpamque auget fructus. Quas ob res ambobus ratione ſic euenit. Quod ſi reliqua quoque adſit cultura, magis magiſque ampliores, ſuauioreſque fructus perficiuntur: quoniam & plus alimenti, & amplior excoctio foret. Cornum (de hoc enim controuerſia eſt) ſi vere narratur, immodice alimentum ſuſcipit. Itaque minus ſaporis boni efficitur, quod & alijs fructibus euenit, agro præpingui atque ſuccoſo. Omnia ergo hæc efficit foſſio: atque in ſumma plurimum prodeſt, cum ea tollat, quæ ſuccum auferant.

ΚΕΦ. ΙΕ. — CAP. XV.

De plantarum ſocietate, item amicitia & inimicitia.

Ἐπεὶ καὶ τὰ παραφυτευόμενα καὶ τὰ παρασπειρόμενα διὰ τοῦτο βλάπτει πάντα. τὰ δὲ καὶ ὅλως ἀναιρεῖ, πλὴν ὅσα γ' ἐν φαρμάκου μέρει· λέγω δὲ ὡς οἱ τὰς κριθὰς ἐπισπείροντες τοῖς τῶν ἀμπέλων φυτοῖς, ἢ εἴ τι ἄλλο ξηρὸν, ὅπως τῆς ὑγρότητος ἀφαιρεθῇ· καὶ ὡς ταῖς ῥαφάνοις τοὺς ὀρόβους πρὸς τὸ μὴ κατεσθίεσθαι. καὶ εἰ δή τι ἄλλο τοιοῦτο. καὶ ὅσα προσφιλῆ τυγχάνει. καθάπερ ἐλαία δοκεῖ τῶν δένδρων καὶ μύρρινος· τάς τε γὰρ ῥίζας συμπλέκεσθαί φησι τῶν δένδρων Ἀνδροτίων, καὶ τὰς τοῦ μυρρίνου ῥάβδους φύεσθαι διὰ τῶν ἀκρεμόνων τῆς ἐλαίας. τόν τε καρπὸν, μὴ ἔχοντα τοῦ ἡλίου καὶ τῶν ἀνέμων προσβολὴν, ἐλαίας ἁπαλὸν γίνεσθαι καὶ γλυκύν· ἔλαττον δὲ τοῦ ἐν τοῖς προσηλίοις. ἄλλο δ' οὐδὲν ἐθέλει φυτεύεσθαι πρὸς ταῖς ἐλαίαις. εὐμενὴς δὲ καὶ πεύκη δοκεῖ πᾶσιν εἶναι. διά τε τὸ μονόρριζον εἶναι καὶ βαθύρριζον. ὑποφυτεύεται γὰρ ὑπ' αὐτῇ καὶ μύρρινος, καὶ δάφνη, καὶ ἕτερα πλείω, καὶ αὔξησιν λαμβάνει· καὶ φανερὸν ὅτι μᾶλλον παροχλοῦσιν αἱ ῥίζαι ταῖς σκιαῖς. σκιὰν γὰρ πολλὴν ποιεῖ ἡ πεύκη. κατὰ λόγον δὲ καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὀλιγόρριζα καὶ βαθύρριζα. καὶ πρὸς τοῖς, ὧν μὴ κατὰ τὴν αὐτὴν ὥραν ἡ βλάστησις καὶ καρπολογία. τροφήν τε γὰρ ἐλαχίστην παραιρεῖται ταῦτα, καὶ παραλλάττοντες οἱ χρόνοι τῇ τε βλαστήσει καὶ τῇ τελειώσει τῶν καρπῶν, ἧττον λυποῦσι. χαλεπώτατα δὲ καὶ ἀμπέλῳ καὶ τοῖς ἄλλοις, συκῆ καὶ ἐλαία. τροφὴν γὰρ ἀμφότερα λαμβάνει, καὶ σκιὰν παρέχει πλείστην. χαλεπὸν δὲ καὶ ἡ ἀμυγδαλῆ, διά τε τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν πολυρριζίαν. καίτοι φυτεύουσί τινες ἐν ταῖς ἀμπέλοις ὡς ἀσινέστατον, τροφῆς τε ἐλαφρᾶς δεομένην, καὶ ἅμα διὰ τὸ πρωΐκαρπον καὶ μὴ πολύ-

Nam & ea, quæ vel planta, vel ſemine iuxta ſeruntur, hac eadem de cauſa nocent omnia: & nonnulla etiam omnino interimunt, præterquam illa quæ loco medelæ adijciuntur: ſicut hordeum plantis vitium quidam interſerunt, aut aliquod ſiccum, vt immodicum humorem abſumeret. Et braſſicis eruum ſociant, vt ab erucis defenderentur, & quicquid eiuſdem generis ſit. Addo etiam quæ mutuo amore coniuncta inter ſe ſunt: vt in arborum genere olea, & myrtus. Has enim mutuo complexu radicum degere, Androtion refert: virgaſque myrti per brachia oleæ prorepere atque diſpergi. & fructum olea protectum (vt nullam vim ſolis flatuſue pateretur) tenerum, ac dulcem euadere, ſed minorem quam locis ſoli expoſitis. Aliud non eſt, quod ſeri velit iuxta oleam. Pinus quoque benigna omnibus propterea eſſe putatur, quod radice ſimplici altaque ſit: ſeritur enim ſub eam & myrtus, & laurus, & alia pleraque: nec quicquam prohibet radix, qno minus hæc libere augeſcere valeant. Ex quo intelligi poteſt radicem plus infeſtare, quam vmbram, quippe cum pinus vmbram ampliſſimam reddat. Et reliqua quoque paucis altiſque nitentia radicibus pro ratione, ſocietatem non negant. Necnon & ea, quæ non eodem tempore germinant, fructumque pariunt, copulari facile patiuntur. Hæc enim minimum auferunt alimentum: & tempora germinandi fructificandique diuerſa minus infeſtant. Moleſtiſſime tam viti, quam cæteris, ficus atque olea. Multum enim attrahunt alimentum, & vmbram faciunt amplam. Amygdala quoque damnoſa eſt, quoniam & vires ſolidas, & radicem habeat numeroſam. Sunt tamen, qui inter vites ſerendam tentant, tanquam innoxiam, & cibo mediocri contentam: & ſimul quod mature fructificet, nec late adum-

σκιον ἥκιστα ἐνοχλοῦσαν. οὐ μὴν ὀρθῶς γε λέγουσιν. οὐ γὰρ οὕτως ἡ σκιὰ λυπεῖ καθάπερ εἴρηται, [illegible]ον, ὡς ἡ ἰσχὺς τῶν ῥιζῶν. ἀφαιρεῖται [illegible] τὴν τροφὴν συντάρρον. ἀλλὰ κουφότατον [illegible] ἀσινέστατον πάντων ἐστὶ μηλέα, καὶ ῥόα. καὶ [illegible]ς ἐλ[illegible]θρὰς δεῖται; [illegible] πολὺν χρόνον ἐνοχλεῖν. ἁπλῶς δ[illegible] καὶ βλάπτει τῇ παραφύσει [illegible] βαίνει γ' ἐνίοτε τῶν παραφύτων [illegible]έρου, καὶ θάτερον ἀναίνεσθαι [illegible] συνέπεσεν ἅμα πεφυκυιῶν [illegible]δων καὶ συκῶν. ὡς αἱ συκαῖ παρῃρέθησαν. [illegible] δ' ὅτι μεγάλην ἐποίησε μεταβολὴν, συμπεφυκυιῶν ἤδη καὶ συνεκτεθραμμένων. ὥσπερ γὰρ μία φύσις ἐγεγένητο διὰ τὸν χρόνον* ὑμενέων ὄντων εὐθὺς παρεῖλον, οὐχ ὅτι ἀνέφυανεν, ἀλλὰ καὶ εὐαυξεστέρας καὶ καλλίους ἐποίησε. καὶ περὶ μὲν τῶν ἄλλων δένδρων θεωρείσθω.

te adumbret, minime grauem, Sed hi non recte exiſtimant. Vmbra enim & ſera feracitas non tam infeſtant, quam vires radicum vt diximus. Rapiunt enim alimentum ſuo amplo diſcurſu, implexuque enecant. Omnium facillimæ, & innocentiſſimæ, malus & punica ſunt: nec enim numeroſam agunt radicem, & pabulo tolerabil egent, & cito ſeneſcunt, vt diu nequeant infeſtare. In ſumma tamen, omnia ſua nocent ſocietate: quanquam aliquando eueniat, vt altero ex ſociatis euulſo, reliquum obareſcere ſit neceſſe. Sic enim vitibus accidiſſe notatum eſt, vbi fici maritæ ſublatæ fuiſſent. Cauſa vero imputanda mutationi eorum eſt, quæ ſimul creuerint atq; coaluerint, longinquum enim tempus, quaſi naturam vnam ex ambabus cōfuderat. Nam ſi cum nouellæ ad huc eſſent, alterutram quis euulſiſſet, reliqua non modo non peſſum iuiſſet, verum etiam auctior, ac melior euaſiſſet. Atque de cæteris arboribus hactenus.

ΚΕΦ. Ιϛ'.

CAP. XVI.

De vitium cultura rationeque, & quæ ſola vitibus conueniant.

Περὶ δὲ ἀμπέλων, ὅσα μὴ κοινὰ καὶ ἐν τοῖς πρότερον εἴρηται, λεκτέον ὁμοίως. ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ γένη διαφέρει καὶ αἱ χῶραι, τοῦτο χρὴ πειρᾶσθαι διαιρεῖν, τὰ ποῖα καὶ ταῖς ποίαις οἰκεῖα. κατὰ φύσιν μὲν γὰρ ἐὰν φυτεύῃ τις, ἀγαθά. παρὰ φύσιν δὲ, ἄκαρπα γίνεται· τὸ δὲ κατὰ φύσιν, σχεδὸν καθ' ὁμοιότητά τινα λαμβάνουσιν, ὡς εἴπομεν. ἐν μὲν τῇ στερεᾷ καὶ αὐχμώδει τὰ μέλανα στερεώτερα. ἐν δὲ τῇ ἐπόμβρῳ, τὰ μανά. διάδηλα δὲ τὰ πυκνὰ καὶ τὰ μανὰ ταῖς μήτραις, ἃς δεῖ θεωρεῖν ἀποτεμνόντας τὰ νέα τῶν κλημάτων· ἔχει γὰρ ἡ μὲν μανὴ πολλὴν ἐντεριώνην ~~~ ἔχει μήτραν. τὸ δὲ ξύλον λεπτὸν, ἡ δὲ πυκνὴ, μικρὰν, τὸ δὲ ξύλον, παχύ. ὅτι δὲ ἑκάτερον ἑκατέρᾳ τῇ χώρᾳ συμφέρει, διὰ τῶν δε φανερόν. ὧν μὲν γὰρ ἡ μήτρα μεγάλη, τούτων καὶ οἱ πόροι εὐρέες· ὧν δὲ μικρὰ, στενοί τε καὶ ὀλίγοι. διὸ καὶ αὐτὰ στερεᾶς τροφῆς ἐλάττονος δεῖται τὰ πυκνά. καὶ ἅμα διατηρεῖν δύναται τὸ ὑγρὸν εἰς τὸ θέρος. ὁ γὰρ ἥλιος οὐχ ὁμοίως ἐξάγει διὰ τὴν πυκνότητα. διὸ μικρᾶς τῆς ἀφαιρέσεως γινομένης, ἐπαρκοῦσιν αἱ ῥίζαι τὸ σύμμετρον εἰς τὸν καρπόν. αἱ δὲ μαναὶ, πολλῆς μὲν τῆς ἀφαιρέσεως οὔσης, ὀλίγης δὲ τῆς ἐπιρροῆς διὰ τὴν ξηρότητα τῆς γῆς, τά τε κλήματα ἀσθενῆ καὶ τοὺς καρπ[illegible] ἀτελεῖς φέρουσι. τῇ δὲ ἐπ[illegible]βρῳ, προσφορ[illegible] τὸ γένος, ἅτε πολλῆς τροφῆς δεο[illegible]μενον. καὶ μεγάλης ἀφαιρέσεως γινομένης, ὅσον μὲν ὁ ἥλιος ἐξάγει. καὶ τοσούτῳ πλέον ἐπιδιδωσι καὶ εἰς μέγεθος καὶ εἰς εὐκαρπίαν. ἄφθονον μὲν γὰρ τροφὴν ἔχει· ταύτ[illegible] δὲ καταξηραίνου-

DE vitibus quæ non cum cæteris habent communia, neque inter primas rationes retulimus; hoc in loco reddemus. Cum igitur & genera vitium, & loca diuerſa ſint, hoc diſtinguere oportet, quod genus cuique loco conueniat. Quippe ſi ſecundum naturam conſeris, proba euadunt, ſi præter naturam, infœcunda. Naturæ autem rationem, ſimilitudine quadam fere (vt diximus) capiunt. Serunt enim ſolo ſitienti, & ſolido vites ſolidas, tam generis nigri, quam candidi. Sed ex toto fere nigrum ſolidius eſt Solo autem pluuio ſolutas committunt. Dignoſci denſæ, atque ſolutæ ſuis poſſunt medullis, quas in abſciſſis nouellis palmitibus ſcrutari oportet. Habet enim quæ ſoluta eſt, plus medullæ, quam ligni, contra quæ denſa, plus ligni, quam medullæ. Quod autem vtraque ſolo illi conueniat, his rationibus conſtat. Quibus enim plus ineſt medullæ, his meatus ampli, multique ſunt: quibus autem minus, his anguſti, & pauci. Quo fit, vt minus alimenti deſiderent, quæ denſo corpore conſtant, & ſimul humorem ad æſtatem ſeruare facile poſſint. Sol enim ob denſitatē haud æque poteſt educere. Cum igitur tam exigua detractio fiat, radices quam ſatis ſit ad fructificandum ſuppeditant: ſolutæ autem illæ, cum detractio large, acceſſio parce ob telluris ſiccitatem agatur, palmites imbecilles fructuſque imperfectos progenerant. At agro pluuio genus id conuenientiſſimum eſt, vtpote, quod copiam alimenti largam deſideret: & quamuis multum adimatur humoris, tamen quo ſol magis educit, eo vitis plus & in amplitudine proficit, & in fœcunditate. Pabulo enim abundat, id-

σα καὶ πέττουσα ῥᾳδίως. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἡ λειμωνία δοκεῖ ταῖς ἀμπέλοις εἶναι κρατίστη. διότι πρὸς τῷ κούφη καὶ μὴ πίειρα εἶναι, καὶ ἔφυδρός ἐστιν. ὥστε μὴ δύνασθαι τὸ οὐράνιον ὕδωρ διικνεῖσθαι πρὸς τὸ ἐκ τῆς γῆς. ἡ δ' ἄμπελος, ὕδατος πλείστου δεῖται· διὰ τὸ ἐν τῷ καρπῷ πλεῖστον ἔχειν τὸ ὑγρόν. ἔτι δὲ μάλιστ' ἀντέχειν δύναται ἐν ταῖς ἐπομβρίαις. ἐὰν δὲ ἡ χώρα μήτε αὐχμηρὰ μήτε ἔπομβρος, ἀλλὰ μέση τυγχάνῃ, τὰ ἀνὰ μέσον φυτεύειν, ὅσα μήτε πυκνὰ μήτε μανά. γένη μὲν οὖν πρὸς ἑκάστην ταῦτα οἰκεῖα διαιρεῖται.

dat, idque exuperat, facillimeque percoquit. Nam & ſolum pratenſe vitibus optimũ idcirco habetur, quia non modo facile nimiſque pingue, ſed etiam humidum ſit. Vitis enim plurimam deſiderat aquam, eo quod in ſuo fructu humoris plurimum habet: & imbribus certa vi ſui humoris maxime reſiſtere poteſt. Sin autem ager neque aridus, neque pluuius ſit, ſed medius, media conſerenda ſunt, id eſt quæ neque denſa ſint, neque ſoluta. Genera igitur ſingulis agri habitibus apta ita diſtinguimus.

ΚΕΦ. ΙΖ. — CAP. XVII.

Quales plantæ vitium ſerantur, & tempora ſerendæ vitis.

Περὶ δὲ τῶν σπερμάτων, ἐπείπερ ἰσχυρότατα δεῖ εἶναι· διὰ τοῦτό τινες κελεύουσιν ὡς ἐκ ψυχροτάτης χώρας λαμβάνειν. πυκνότατα γὰρ ὄντα μᾶλλον ἀντέχειν. ὥστε καὶ ἐν ταῖς λεπταῖς ἀντιλαμβάνεσθαι. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὰ μοσχεύματα δεῖν ἐς τὰς ἐπομβρίους μᾶλλον ἐμβάλλειν, ἢ τὰ φυτεύματα πάντων τῶν δένδρων. ὅτι τὰς ῥίζας τὰς καθιεμένας τῶν φυτευμάτων ἀσθενεῖς οὔσας ἐκσήπει, τὰ δὲ τῶν μεμοσχευμένων ἰσχυρότερα. καὶ εὐθὺς ἀντιλαμβάνεται. τὰ δὲ πάχη τῶν φυτῶν εἰς μὲν τὴν ἔπομβρον οἰκεῖα. δεῖ γὰρ μάλιστα εἶναι ἰσχυρά, καθάπερ λέγομεν. εἰς δὲ τὴν αὐχμηρὰν, μήτε παχέα μήτε ἄγαν λεπτά. τὰ μὲν γὰρ οὐκ ἂν δύναιτο σήψαι· τὰ δὲ ἀσθενῆ, κίνδυνος μὴ πρὸ τῆς βλαστήσεως ἀποξηρανθῇ. παραλλάττουσι δὲ καὶ οἱ χρόνοι τῆς φυτείας καθ' ἑκάτερον. τὴν μὲν γὰρ ἔπομβρον καὶ ψυχρὰν, ὀλίγον πρὸ ἰσημερίας δεῖ· τότε γὰρ ξηρότατα καὶ θερμότατα. τὴν δ' αὐχμηρὰν καὶ θερμὴν, μεθ' ἡλίου τροπάς. ὅσῳ γὰρ ἂν μᾶλλον βρέχηται, τοσούτῳ βελτίων ἡ βλάστησις. τὴν δ' ἄλλην ἅπασαν τεκμαιρόμενον πρὸς τοῦτον τὸν χρόνον.

SEmina vero quoniã validiſſima eſſe oportet, idcirco ab agro frigidiſſimo peti quidam præcipiunt. Denſiſſima enim magis ſolo gracili poſſe reſiſtere exiſtimant. Qua de cauſa viuiradices quoque ſolo pluuio deponendas potius, quam cætera ſemina cenſent. Radices enim quas illa demiſerint imbecilles, humor nimirum putrefacit. Viuiradices vero ſolidiores ſunt, ſtatimque conprehendunt, vt impune valeant permanere. Craſſitudo plantarum ſolo pluuio non inepte deſtinatur: viribus enim maxime opus eſt, quemadmodum diximus. Sed ſiccæ neque craſſas, neq; nimium tenues dare debes. Alteræ namque putreſcere nequeunt, alteræ, id eſt, tenues atque imbecilles, ne priuſquam cœperint germinare exareſcant, timendum eſt. Tempora quoque ſerendi non eadem ſolo vtrique. Pluuium enim & frigidum paulo ante æquinoctium ſeri debet, quia tunc ſiccisſimum atque calidiſſimum. Siticuloſum & feruidum poſt ſolſtitium. Id enim quo amplius imbrem ſenſerit, eo melius germen effundet. Reliquis omnibus, ad normam horum temporum ſerendi tempus accommodabis.

ΚΕΦ. ΙΗ. — CAP. XVIII.

De ſcrobibus vitium, & pari ratione de reſecandis vitium plantis, & tempore huius operis.

Χρὴ δὲ καὶ τὴν ἐργασίαν ποιεῖσθαι πρὸς τὴν χώραν εὐθὺς ἀπ' αὐτῶν τῶν γύρων ἀρξαμένους. οἷον ἐν τῇ ἐπόμβρῳ, μήτε μεγάλους ὀρύττοντας μήτε βαθεῖς. ὅπως μὴ πολὺ συνιστάμενον ἐνσήπῃ τὸ ὕδωρ. διὰ τοῦτο γὰρ ἐὰν σφόδρα κάτομβρος, ἢ τοῖς παττάλοις τοῖς σιδηροῖς φυτεύουσι. μηδὲ δεῖ συσκάπτειν τῷ αὐτῷ ἔτει, μηδὲ τῷ ὕστερον, ὅπως μάλιστα ὁ ἥλιος ξηραίνῃ τὴν κατὰ τὸ φυτὸν γῆν· ἐὰν δὲ αὐχμηρὰν

CVltum præterea terræ pro ſoli ratione inſtituere debebis, a ſcrobibus ipſis exorſus. Ita in terra quæ pluuijs obnoxia eſt, neq; amplas, neq; altas facies ſcrobes, ne multa in eis aqua collecta putrefaciat ſemina. Hinc enim ſi ager pluuiæ multum admiſerit, palo ferreo ſeritur. Nec terra aggerẽda anno eodem, neq; poſtero, vt circa plantã maxime humus aſſiccetur. Sin autem ſiccum ſqualentemque colis, contra agendum ſcilicet eſt. Totum enim ſi fieri

καὶ ξηρὰν δῆλον ὡς ἐναντίως. οὐ γὰρ γύρους παλαιὰν εἰ δυνατὸν ὀρυκτέον. ἵν' ὡς μάλιστα συνεργασθεῖσα, δέχηται τὸ ὕδωρ. εἰ δὲ μή, βόθρους ὡς βαθυτάτας καὶ μεγίστας ποιοῦντας, συσκάπτειν ὅτι μάλιστα πρὸς αὐτὸ τὸ φυτὸν, ὅπως ἥκιστα διαθερμαίνηται τοῦ θέρους. ὁμοίως δὲ καὶ τἄλλα ἀκόλουθα ποιεῖν. ὡς γὰρ ἁπλῶς εἰπεῖν ἀληθὲς τὸ καὶ πρότερον λεχθὲν, ὅτι δεῖ ταῖς ἐργασίαις, τὴν μὲν ὑγρὰν, ξηραίνειν, τὴν δὲ ξηρὰν ὑγραίνειν· διὸ καὶ τοῦ ἔαρος κελεύουσιν ὡς βαθύτατα σκάπτειν, ὅπως ὅτι πλεῖστον ἐγκαταμιχθὲν πνεῦμα παρέχῃ τροφήν. ὥσπερ γὰρ εἴρηται πολλάκις οὐκ ἀπὸ τοῦ ἀέρος, ἡ τροφή. λαμβάνουσι δὲ καὶ κατὰ τὰς ὀρεινὰς καὶ ἀνεμώδεις τὰ πρόσφορα ταῖς φυτείαις. οἷον τούς τε γύρους ὀρύττοντες τοῖς καθεστῶσι πνεύμασι· καὶ τὸ φυτὸν τιθέντες τὸν αὐτὸν τρόπον. ὅπως ἡ βλάστησις μὴ ἐναντία γίνηται τῷ πνεύματι. θραύεσθαι γὰρ ἐκείνως ἀνάγκη. μὴ δ' ἔμπαλιν ὑποπεσοῦσα παρὰ φύσιν αὔξηται. τούτων γάρ τι πάσχουσα, χείρων ἡ ἄμπελος. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἀκόλουθα πρὸς τὴν χώραν. τὰς μὲν οὖν φυτείας, ἐν ἑκάστοις οὕτω καὶ διὰ ταῦτα ποιοῦνται. τὰς δὲ τομὰς πανταχοῦ τῶν φυτῶν βραχείας, ὡς ἂν ῥιζωθῶσι καὶ αὐξηθῶσιν. ἅμα δὲ ἡ γῆ αὐχμηρὰ καὶ τρέφειν ἀδύνατος τὰ πολλά. κατὰ δὲ τὴν ὀρεινὴν καὶ ψυχρὰν, ἢ καὶ ὅλως ἔναστρον καὶ τὸ ἔαρ τέμνειν εὐλαβοῦνται. τὸ γὰρ ψῦχος ἀποξηραίνει. ὥραν δὲ τῆς τομῆς σχεδὸν τὴν αὐτὴν πᾶσιν ἀποδιδόασιν, ὑπ' αὐτὴν τὴν βλάστησιν. ὅπως τὸ φυτὸν πλῆρες ὂν τοῦ ὑγροῦ πρὸς τὴν ἀφαίρεσιν ὁρμήσῃ, καὶ ὁ βλαστὸς ὅτι κάλλιστος γένηται. τὴν γὰρ τομὴν οὐ καρποῦ χάριν, ἀλλὰ βλαστοῦ γίνεσθαι. τὴν δὲ μετοπωρινὴν, καρποῦ. διόπερ ἐκείνην ποιητέον εὐθὺς μετὰ πλειάδος δύσιν. τότε γὰρ εἶναι συνεστηκότα τε μάλιστα καὶ ἥκιστα τεμνόμενα δακρυρροεῖν καὶ ῥήγνυσθαι. μεθ' ἡλίου δὲ τροπὰς καὶ μετὰ ζεφύρου πνοὰς, ἀμφότερα πάσχει ταῦτα τεμνόμενα, καὶ τότε φυτὸν πονεῖ. καὶ τὸν βλαστὸν ἐξ ἄκρου φύεσθαι πρὸς τῇ τομῇ. διὰ τὸ τὴν τροφὴν τὴν μὲν παρερρυηκέναι, τὴν δὲ ἐν τοῖς ἄκροις καταλελεῖφθαι. τέμνειν δὲ, τὰ μὲν, ἐν τῇ χέρσῳ φυτευόμενα τῷ τρίτῳ ἔτει. θᾶττον γὰρ παραγίνεσθαι, διὰ τὸ ἀεργολάτην εἶναι τὴν γῆν καὶ ἀκάρπωτον. τὰ δ' ἐν τῇ γεωργουμένῃ, ὀψιαίτερον. τὴν δ' ἄμπελον ἄγειν δεῖ κύκλῳ περὶ τὸν πυθμένα· πανταχόθεν γὰρ ὁμαλοῦς οὔσης, καλλίων καὶ εὐκαρποτέρα. τοῦτο δὲ οὐ χαλεπὸν, ἐάν τι καταλίπῃ μὴ τὰ κάλλιστ' ὡρμηκότα τῶν κλημάτων, ἀλλὰ τὰ ἄριστα πεφυκότα πρὸς τὴν ἀγωγήν. ἀρκεῖ γὰρ εἷς ὀφθαλμὸς ἀπολειφθεὶς λειφθεὶς εἰς τὸ δένδρον·

fieri poſsit, in ſcrobes defodere ſatius eſt: vt omni ex parte aquam ſuſcipiat, Sed ſi minus facere ita poſſis, foueis altiſſimis, ampliſſimiſque peractis, terram plantis accumulato, vt minime per æſtatem feruеſcant. Cætera quoque ad hanc normam præparare oportet. Quippe, vt ſimpliciter dicam, veriſſimum illud eſt, quod prius retulimus: culturæ ſcilicet intereſſe, vt ager humidus ſiccetur, ſiccus autem humefiat. Quamobrem verno tempore paſtinari perquam altiſſime iubent, vt ſpiritus abunde permiſtus pabulum præbeat. Quippe (vt ſæpe dictum iam eſt) aër quoque alimentum præſtare poteſt. Montoſis etiam, ventoſiſque locis ſtatuunt, quæ conſitioni commoda ſint. Scrobes enim pro ratione afflatuum præparant, & ſemina cum obſeruatione ponunt eadem: ne aduerſa flatibus germinent. Frangi etenim ita neceſſe eſt, neue delapſa præter naturam augerentur. Vitis enim cum ex his aliquid accedit, deterior procul dubio redditur, Pari modo, & reliqua ratione agri decerni omnia debent. Vineta hunc in modum ſingulis locis diſponi, & his de cauſis conuenit. Reſecari autem plantas breui relicto palmite præſtat vbique, vt radices vires, incrementaque capiant. Tum etiam ſolum magna ex parte ieiunum eſt, & quod alere nequeat. Locis montoſis, & frigidis reciſionem etiam vernam cauendam exiſtimant. Frigus etenim exſiccat. Tempus tamen putandi fere idem omnibus ſtatuunt ſub ipſam ſcilicet germinationem. Vt planta plena humoris protinus exſiccetur, vt germen optime prodeat. Quippe putationem iſtam non fructus, ſed germinis gratia faciunt. Autumnalem vero fructui præparant. Qua de cauſa poſt Vergiliarum occaſum continuo illam adoriri oportet. Tunc enim vites ſibi maxime conſtant, & reciſæ minime lachrymant, nec quicquam rumpuntur. Quod quidem vtrumque damnum, retonſæ poſt ſolſtitium, & fauonij flatus nimirum ſentiunt, & plantæ ipſæ laborant, & germina extremis exeunt gemmis iuxta cæſuram: quoniam alimentum partim effluxit, partim in ſummitate remanſerit. Quæ rudi agro diſpoſita ſint, triennio poſt reſecari par eſt, quippe cum hæc celerius germinent: quia ſolum nupar coli inceperit, & alacriter ſemina educanda complexum ſit. Quæ autem diu cultis mandaueris, hæc ſerius amputabis. Vitis vero ſubtus circum ſua crura inſtituenda, formandaque eſt. Nam ſi vndique læuis, expoliataque ſit, melior, fœcundiorque euadet. Nec difficulter poſſit ita formari, ſi quis non eos reliquerit palmites qui perpulchre excurrerint ſed illos qui aptiſſimi ad formationé deſtinatam conſtiterint: quippe ſingulas gemmas ſingulis reliquiſſe abunde.

ἐὰν δέ τις ἀπορῇ, καὶ τοῦτ' οὐ διὰ τὴν ἄμπελον ὡρμηκέναι, κατὰ τὸ αὐτὸ τῶν λειφθέντων κλημάτων ἀφελεῖν τοὺς ἐντὸς ὀφθαλμοὺς, ὅπως εἰς τοὺς ἔξω ῥέουσα ἡ τροφὴ, σχίσῃ τὴν ἄμπελον. ἀεὶ γὰρ πρὸς τὸ ζῶν καὶ τὸ δεχόμενον ἡ ἐπιρροή. διὸ καθάπερ ἐλέχθη ῥάδιον ποιεῖσθαι τὰς ἀγωγάς. τοῦτο δ' ἐν ταῖς ἐνίκμοις καὶ ἀγαθαῖς. ἐν δὲ ταῖς αὐχμώδεσι καὶ ξηραῖς, ἀνάγκη τὰ βέλτιστα λιπεῖν. ξηρὰ γὰρ οὖσα καὶ ὀλιγότροφος, οὐ ῥαδίως ἑτέρας προΐσεται. διὸ συνακολουθητέον τῇ ὁρμῇ. χρὴ δὲ καὶ πρὸς τὰ πνεύματα τῇ αὐτῇ τομῇ χρῆσθαι καὶ μὴ βιάζεσθαι παρὰ φύσιν. τῶν μὲν οὖν φυτῶν τοιαῦτα καὶ διὰ ταῦτα, ποιοῦνται τὰς θεραπείας.

At ſi nec iſtud certo fieri poſsit, quiâ ſcilicet vitis non per eandem tulerit partem; gemmæ prorſus internæ tollendæ ſunt, vt ad extre[illegible] alimentum excurrens, vitem ſcindat in brachia. Semper enim ad partem viuam, atque capacem perfluitur. Quamobrem vitem (vt diximus) pro voluntate formare facile eſt: ſed hoc in agro humecto, atque pingui: Sicco enim, ſqualentique, palmites qui optime proſilierint, reliquiſſe neceſſarium. Cum enim ſiccus, ieiunuſque ſit, nunquam alio facile profert. Quapropter ſequi eius impetum ſatius eſt. Quin & afflatuum ratione reſcindere oportet: nec præter naturam quicquam eſt enitendum. Plantas igitur ad hunc modum, hiſque de cauſis tractare conſueuerunt.

ΚΕΦ. ΙΘ.

CAP. XIX.

De falcatione vitium, ac reliqua cultura, & de menſurâ palmitum.

Τῶν δ' ἀμπέλων τῶν τελέων ἤδη, πρῶτον μὲν καὶ μέγιστόν ἐστιν ἡ κλάσις· καλῶς γὰρ ἀμπελουργουμένη, καὶ εὐβλαστοτέρα, καὶ εὐκαρποτέρα, καὶ πολυχρονιωτέρα γίνεται. δεύτερον δὲ καὶ τρόπον τινὰ τούτῳ παραπλήσιον, ἡ βλαστολογία. καὶ γὰρ ἐνταῦθα εἰδέναι δεῖ, τὰ ποῖα συμφέρει καταλιπεῖν καὶ τὰ ποῖα ἀφαιρεῖν· καὶ πρὸς τοὺς ἑτέρους καρποὺς καὶ τὴν ὅλην φύσιν· τὰ δὲ ἄλλα ἤδη κοινότερα καὶ ῥάω. πάντα δ' ἔχοντα διάνοιαν, ὥστε καινὸν ζητεῖν καὶ τρόπον. αἱ δὲ διαφοραὶ κατὰ τὰς ὥρας τῶν ἔργων, τὰ μὲν καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις εἰσὶν, οὐ μὴν ἀλλὰ πλείστη γε κατὰ τὴν κλάσιν καὶ τὴν ἀμπελουργίαν. ὑπὲρ ἧς καὶ πειρῶνταί γε διαιρεῖν, τοῖς γένεσι ποιούμενοι καὶ ταῖς χώραις τὸν ἀφορισμόν. ὁ δ' ἀφορισμὸς ἐν δυοῖν· ἐν ποίαις ἑκάσταις ὥραις δεῖ, καὶ ἐν τῷ βραχυτομεῖν ἢ μακροτομεῖν. ἐπεὶ τάγ' εἰς τὴν ἀγωγὴν καὶ τὴν ὅλην τομὴν τῶν ἀμπέλων, πανταχοῦ τὰ αὐτά. σχεδὸν δ' ἔνιοί γε τὸν αὐτὸν ἀποδιδόασιν ἐπί τε τῶν γενῶν καὶ τῆς ὁμοίας χώρας ἀφορισμόν. οἷον, τὸ βραχυτομεῖν, ἔν τε ταῖς καυσώδεσι καὶ ξηραῖς, καὶ τῶν ἀμπέλων ὅσαι τοιαῦται τυγχάνουσαι. ἐγκαρπότεραι γὰρ γίνονται. διὰ τὸ μᾶλλον δύνασθαι τρέφειν. μακροτομεῖν δὲ ταῖς ἐναντίαις καὶ τὰς ἐναντίας. οἷον ἐν τοῖς ἐφύγροις καὶ εὐτραφέσι, καὶ ὅσαι τῶν ἀμπέλων τοιαῦται· φύσει τε γὰρ καὶ πιοτέρας εἶναι, καὶ τὸν γινόμενον καρπὸν ἐν ἄκροις μᾶλλον φύεσθαι τοῖς κλήμασιν· ἔνιοι δὲ καθόλου περὶ πασῶν διαιροῦσιν οὐκ εἰς τὰς ὥρας ἀποβλέποντες, ἀλλ' εἰς αὐτὰ τὰ γένη καὶ τὰς διαθέσεις κελεύοντες σκοπεῖν πρὸς τὴν μήτραν. ὥσπερ ἐπὶ τῶν αὐτῶν εἴπομεν ἐν τοῖς ἀποτεμνομένοις τῶν νέων κλημάτων. ἐὰν μὲν γὰρ ἔχῃ πολλὴν, πολλὰ καὶ βραχέα καταλιπεῖν· ὅπως βραχέων μὲν ὄντων δύνηται τρέφειν. ἀπὸ πολλῶν δὲ πολὺς ὁ καρπὸς γίνεται.

Vitibus iam perfectis, primum ac ſummum falcatio dabitur: quippe cum bene putatur, & germen, & fructum melius affert, & viuere diutius poteſt. Secundum & quodammodo illi proximum, decacuminatio eſt. Enimuero in hac etiam ſcire neceſſarium, quænam reliquiſſe, quæue detraxiſſe conducat, tam ad fructuum rationem, quam ad totam vitis naturam. Reliqua cultura communior, atque facilior eſt. Nil tamen tam facile eſt, vt non ſit cum ſolertia. Omnes quippe vites, culturæ ingenium, modum, atque rationem expoſcunt. Differentia vero, quam in operibus locorum ratio facit: cum in omnibus conſtat, tum maxime in falcatione, officioque putandi eſt. Quam rem prorſus, generum agrorumq; ratione conantur diſcernere. Determinationem autem rebus conſumant duabus, agrorum ſtatu, & breuitate, longitudineue reciſionis. Quæ enim ad inſtitutionem, totamque reciſionem vitium pertinent, eadem factitati vbique certum eſt. Quidam de generibus, agroque ſimili idem ferme determinarunt: videlicet locis æſtuoſis, & ſiccis, & genus eiuſmodi vitium, reſecari ad breuem palmitem fœcundiores enim redduntur, quia vberius alere poſſint. Contra ad longum, locis aduerſis, genuſque aduerſum, vt humidis, atque ſuccoſis, & vitis, quæ tali habitu ſunt: nam & natura pinguiores ſunt, & ſummâ potius parte fructificant. Alij in vniuerſum de omnibus ſtatuunt, non agri ratione, ſed generum, qualitatumque: iubentque obſeruari medullam (vt dictum eſt) in abſciſsis nouellis palmitibus. Nam ſi multum medullæ habeant, multos, breueſque palmites relinqui oportet, vt vitis breuitate alere poſsit: multitudine, large fructificet. Sin au-

ἐὰν δὲ ὀλίγην καὶ πολὺ τοῦ ἐνοῦ κλήματος ἔχουσα, ἐλάττω μὲν τὸ πλῆθος, μείζω δὲ τὸ μέγεθος. δεῖ δὲ ὅσῳ ἐλάττω τὴν μήτραν, τοσούτῳ μακρότερα λείπειν ἐν ἁπάσαις. καθόλου μὲν οὖν αὐτὸ τὸ μέγεθος καὶ τὴν βραχύτητα τῶν κλημάτων καθ' ἑκάστην ποιεῖσθαι πρὸς τὴν μήτραν τὴν ἐν τοῖς ἀποτόμοις, ὅπως ἴση τὸ πλάτος ἡ [illegible] κλήματι. τῆς γὰρ ἀμπέλου τεμνομένης ἕνεκα [illegible], πρός τε τὴν ἕξιν τὴν ἑαυτῆς, καὶ πρὸς τὴν τοῦ καρποῦ φοράν, πολυχρόνιον ἔσεσθαι καὶ αὐξηθῆναι διὰ τέλους. ἐὰν δὲ ἡ μήτρα πλεῖον μέρος κατέχῃ τῆς τομῆς, καρπὸν μὲν γίνεσθαι πολλὺν, τὰ δὲ κλήματα ἀμβλυνὰ, διὰ τὴν τῆς τροφῆς ἀσθένειαν. ἐὰν δὲ τὸ κλῆμα τὸ ἐν τῇ τομῇ δυνατὸν ἢ καὶ νεανικὸν, καρπὸν ὀλίγον ἀπὸ μικρᾶς τῆς μήτρας. γίνεσθαι γὰρ τὸν μὲν βότρυν ἀπὸ τῆς μήτρας, τὸ δὲ κλῆμα, ἀπὸ τοῦ περιειληφότος κλήματος. δηλοῦν δὲ τὴν ἄμπελον αὐτήν. τὰ γὰρ ἐκ τῶν ἔνων καὶ νέων βλαστήματα πάντα ἄκαρπα γίνεσθαι, διὰ τὴν μικρότητα τῆς μήτρας. καὶ τὰς νέας τῶν παλαιῶν ἀφορωτέρας διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, ὡς ἀπὸ τῆς μήτρας τῆς τε σαρκός. καὶ τοῦτο γὰρ τοῦ γινομένου, ὅπερ οἱ δ' ὑπολαμβάνουσιν, οὐδ' ἀληθὲς ἔοικεν. εἴπερ ἐξαιρεθείσης, ἡ μὲν σὰρξ γίνεται, τὸ δὲ γίγαρτον οὐ γίνεται. πλὴν εἰ ἄρα τῷ ἐνδοτάτω τῆς μήτρας ἐξαιρουμένης. τοῦτο μὲν οὖν ἐπισκεπτέον. εἰ δ' ὅλως αἱ μείζους ἔχουσαι τὰς μήτρας εὐκαρπότεραι καὶ πολυκαρπότεραι τυγχάνουσιν, οὐδὲν ἂν διαφέροι πρὸς τὰ νῦν. κοινοτάτην μὲν δεῖ ταύτην εἶναι πάσαις. ὅσαι δὲ κλήματα μὲν πολλὰ φύουσι, καρπὸν δ' ὀλίγον, τούτων τὰ μὲν ἐξ ἄκρου τὰ πρῶτα ὡς μακρότατα λείπειν· τὰ δὲ πρὸς αὐτὸ τὸ στέλεχος βραχέα. ὅπως ἀπὸ μὲν βραχείας τομῆς, ἡ ἄμπελος αὔξηται, ἀπὸ δὲ τῶν ἐξ ἄκρου κλημάτων ὁ καρπὸς, ἀπὸ μεγάλης τῆς μήτρας πολύς. ὅταν δὲ βλαστάνῃ, περιαιρεῖν τὰ ἄλλα πάντα· πλὴν ὅσα καρπὸν ἔχει, τούτων ἐπικνίζειν τὰς κορυφὰς, ἐν αὐταῖς ταῖς οἰνάνθαις, ἵνα μήθ' ἡ ἄμπελος εἰς τοῦτο τὸ κλῆμα ἀφίῃ τὴν αὔξησιν ὅπερ ἀποτέμνεται· ἥ τε περιοῦσα τροφὴ συνειληθεῖσα, ἐπὶ ταῖς οἰνάνθαις αὔξει τὸν βότρυν. ἀεὶ γὰρ δεῖ τοῦτο ζητεῖν ἐκ τῆς τομῆς, ὅπως ἥ τε ἄμπελος ἰσχύσῃ, καὶ ὁ καρπὸς ἔσται πολύς. αὕτη μὲν δὴ καθόλου τις ἐστὶ κοινὴ πάσαις.

Sin autem parum medullæ, multum palmitis anniculi gerant, pauciores quidem ſed longiores palmites relinquendi ſunt: eoque longiores vbique, quo minus ineſt medullæ. Igitur in vniuerſum reſecandi modum ita determinant. Menſura autem palmitum ſemper ad rationem medullæ ita ſumi omnino debet, vt palmiti amplectenti medulla in latitudine reſpondeat. Cum enim vitis pariter ad ſuum habitum conſeruandum, & ad fructum ferendum reciditur; nullus dubitat quin & diu viuere poſſit, & fructu valeat ſemper. Prorſus ſi medulla partem maiorem cæſuræ occupet, fructus vberes, palmites imbecilles creari propter alimenti tenuitatem exiſtimant. Contra ſi palmes reciſus ſolidus ſit & iuuenili robore conſtet, parum fructus a parua medulla. Creari enim vuam a medulla, & palmitem a palmite amplectente medullam: argumentoque vitem ipſam potiſſimum eſſe. Germina enim omnia quæ nouellæ annotinis protulerint brachijs, fructu carere propter exiguitatem medullæ, & nouellas minus fructificare quam veteres: ſcilicet eadem de cauſa, cum carnem & vinaceum medulla progeneret. Sed hoc minus verum apparet, ſiquidem medulla detracta caro creetur; vinaceum nequeat generari, niſi forte intima parte medulla detracta, ſic fiat neceſſe eſt. Sed de hoc alias. An autem omnino quæ medullam habeant ampliorem, fructus meliores vberioreſque præſtent: nihil ad preſentem refert diſputationem. Publicam omnium amputationem hanc eſſe autumant. Quæ autem palmites large, fructum parce producunt; his poſtremos palmites relinqui longiſſimos volunt: breues autem illos, qui aduerſum ipſum caudicem extent, vt a breuibus vitis augeſcere poſſit, a poſtremis longiſſimis illis copioſe fructificet, utpote a larga medulla. Cum autem germinant, omnia quæ fructu carent detrahi cenſent, quæ fructum geſtant dimutilari, cum vua floret. Vt nec vitis ad abſciſcum palmitem incrementum compellat, & quantum alimenti ſuperſit in eadem parte coactum, vuam augeat. Semper enim ex reciſione quærendum id eſt, vt & vitis conualeſcat, & fructus copia conſequatur. Hæc igitur generalis atque communis omnium eſt.

ΚΕΦ. Κ. CAP. XX.

De vitis putandæ temporibus.

Ὥραν δὲ τῆς ἀμπελουργίας, οἱ μὲν ταῖς χώραις μόνον διαιροῦσιν, οἱ δὲ τῶν γενῶν ἐφάπτονται. κελεύουσι δὲ τὰς μὲν, ἐν τῇ ξηρᾷ καὶ θερμῇ πρωΐας ἀμπελουργεῖν, ὅταν τάχιστα παύσωνται φυλλοβολοῦσαι. τὰς δ' ἐν τῇ ψυχρᾷ καὶ ἐπόμβρῳ, μικρὸν πρὸ τῆς βλαστήσεως. αἱ μὲν γὰρ ἐν τῇ ξηρᾷ διασώζουσαι τὸ ὑγρὸν, αὐταί τε βελτίους γίνονται, καὶ ὁ καρπὸς ἡδυοινότερος. αἱ δ' ἐν τῇ ψυχρᾷ μεθεῖσαι τὸ ὕδωρ, αὗται μὲν οὐδὲν χείρους· ὁ δὲ καρπὸς ἀσηπτότερος καὶ ἡδυοινότερος. τὰς δ' ἐν τῇ μέσῃ καὶ εὐκράτῳ, κατὰ τὸ μέσον τῶν ὡρῶν. ἔνιοι δὲ ὅλως πρωῒ πάσας κελεύουσιν, ὅπερ εἴπομεν. ὅτι παχύτερόν τε τὸ κλῆμα γίνεται· καὶ ἀμβλωπὲς οὐκ ἔσεται. καὶ ἐὰν εὐδία συμβήσεται, τὰς τομὰς ἐπιξηραίνεσθαι· πάντα δὲ ταῦτα συμφέρει· χειμῶνος μὲν γὰρ οἱ πολλοὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἀπόλλυνται ῥίγει, καὶ ἡ τομὴ βίᾳ ξηραινομένη ῥήγνυται. τοῦ δὲ ἔαρος ῥεῖ τό τε δάκρυον, καὶ ἀμβλωπεῖς ἐπιγίνονται πολλοί. καίτοι τινὲς οὐ διὰ ταῦθ' ὑπολαμβάνουσιν, ἀλλ' ὡς τίκτουσαν τὴν ἄμπελον εὐθὺς ὅταν τρυγηθῇ, καὶ τότε γινόμενον τὸν καρπόν. οὐ γὰρ οἷόν θ' ἅμα δύο γόνους ἔχειν· οὐκ ὀρθῶς λέγοντες. γίνεσθαι γὰρ θέρους τὸν καρπὸν ὅταν ᾖ πολὺ τὸ ὑγρόν. ἐκ τούτου γὰρ τὴν γένεσιν εἶναι. τεκμήριον δέ· ἐὰν γάρ τις ἐργάσηται τὰς τοῦ χειμῶνος ὀργώσας ἀρχομένου τοῦ θέρους, εὐθὺς τὰ κλήματα πυκνόφθαλμα γίνεσθαι διὰ τὸ πλῆθος τοῦ ὑγροῦ. τοῦτο δὲ τὴν ἐργασίαν ποιεῖν, ὅτι πληροῖ. τὸν δ' ἥλιον θερμαίνοντα πηγνύναι, καὶ πυκνοτέρους τοὺς ὀφθαλμοὺς γίνεσθαι, καὶ βότρυς πλείους. οἱ δὲ ταῦτα κελεύοντες, ἄλλας πως τὰς αἰτίας λέγουσι. φασὶ γὰρ τοῦτο δεῖν ἐν τῇ θερμῇ, καὶ λεπτῇ, καὶ διὰ τοῦτο πρωῒ, κἂν ὅπως τὸ ὕδωρ εἰς τὰ καιριώτατα τῶν κλημάτων ἔλθῃ, καὶ ἔχῃ τροφὴν ἐν τῷ θέρει. τὰς δ' ἐν τοῖς ἐφύδροις ἢ ὅσα τῶν γενῶν ὑβριστικὰ, τοῦ ἦρος. ὅπως διεσκεδασμένον τὸ ὑγρὸν, καὶ τμηθείσης ἐν ὥρᾳ, τοῦτ' ἀποῤῥυῇ. διὰ γὰρ τὸ πλῆθος οὐ πέττουσας, τόθ' ὑβρίζειν. ἀλλὰ καὶ ἐγκληματοῦσθαι· φυτοῖς δὲ οὖσι τοῖς τοιούτοις, καὶ ἐπισπείρειν ἐπὶ τὰ αὐθηρὰ δεῖ κριθὰς καὶ κυάμους· ἐπειδὴ ταῦτα ξηραντικώτατα πάντων. αἱ μὲν οὖν αἰτίαι, σχεδὸν αὗται παρ' ἑκάστων. ἀκριβεστάτη δ' ἡ ἐν ἀμφοῖν διαίρεσις, ἔν τε ταῖς χώραις καὶ τοῖς γένεσι, καὶ πρὸς τὰς ὥρας, καὶ τὸ βραχυτομεῖν ἢ μακροτομεῖν. ἔνια γὰρ οὐ φέρουσι, κἂν βραχὺ τμηθῶσιν. ἀλλ' εἰς τὴν βλάστησιν τρέπονται. καθάπερ ἡ ἀφυταῖος καλουμένη. καὶ ἐν

TEmpus autem amputandi alij locis tantummodo diuidunt, alij genera etiam tangunt. Iubent autem mature illas recidere, quæ in ſicco & calido, cum primo ſua demittere folia ceſſauere. Quæ in frigido atque pluuio poſitæ ſunt, has paulo ante germinationem. Quippe quæ in ſolo ſunt ſitiente, humorem ſuum ſeruantes, ipſæ meliores fiunt, & fructum vini ſuauioris progenerant. Quæ vero in frigido ſunt, emiſſo humore, nec ipſo deteriores quicquam redduntur, & fructus fit incorruptior & vini ſuauioris. Medium autem ac temperatum obtinentibus agrum, medium tempus ſtatuitur. Sed non deſunt, qui mature omnes amputari præcipiant (vt dictum jam eſt) quod palmites craſſiores iam efficiantur, & nulli oculi obtundantur, & ſi tempus ſerenum obtingat, plagæ ſiccentur. Quæ omnia plurimum proſunt. Hyberno etenim tempore gemmæ pereunt frigore magna ex parte, & plagæ vi ſicceſcentes rumpuntur. Vere autem lachryma effluit, & permulti oculi excæcantur. Atqui non his de cauſis feſtinandum quidam exiſtimant, ſed vt vitis ſtatim poſt vindemiam fructum ferat ſecundum. Simul enim binos fructus poſſe geſtari denegant. Sed hi minime recte id aſſerunt. Fructus enim per æſtatem conficitur, cum copia adeſt humoris: quippe cum hac ratione generationem fieri ſit neceſſe. Argumento eſt quod ſi quis hybernas vineas, principio æſtatis confoderit, palmites ex nimietate humoris, crebra gemma prouenient: quod ipſa profecto foſſio efficit: quia nimirum implet, vt vis ſolis feruefaciens condenſare, atque ita gemmas reddere crebriores, vuaſque numeroſiores elicere valeat. Qui tamen iſta præcipiunt, alias reddũt rationes. Quippe gracili feruentique ſolo colendum mature autumant, vt humor ad maxime opportunos palmites veniat, alimentumque proinde per æſtatem ſuperſit. Quæ autem in ſolo humido poſitæ ſunt, quæue in luxuriam prorepere ſolent: has recidi verno tempore oportere, vt humor diffuſus leuata plaga effluat tempeſtiue. Luxuriantur enim ex nimio humore, quem excoquere nequeunt: atque ſarmentis ſylueſcunt. His dum plantæ ſunt, hordeum, fabaſq; interſerere placet, quoniam hæc, exſiccare omnium præcipue poſſint. Cauſæ quas reddunt, hæ fere ſunt. Sed & ad agros, & ad menſuram reſecandi, omnium diligentiſſima diſtinctio illa eſt, quæ vtrorumque ratione, id eſt agrorum ac generum redditur. Sunt enim quæ fructum parere nequeant, etiam ſi recidantur ad breue, ſed tamen ad germinandum contendunt, vt quæ aphytæa vocatur. Et apud Acanthum vero ad quatuor gemmas reciditur Quibus autem

ακάνθῳ καὶ ἐπὶ τέτταρας ὀφθαλμοὺς ἐλαχίστην φέρουσιν· αἱ δὲ μακροτομούμεναι, ταχὺ κατα-γηράσκουσι διὰ τὴν πολυκαρπίαν. νέας δ' οὖν ἀναγκαῖον βραχυτομεῖν, ὅπως καὶ ῥιζῶσι. καὶ περὶ μὲν ἀμπελουργίας, ἐκ τούτων ἄν τις θεωρήσειεν.

tem palmites longi relicti ſint, celeriter ex fructuum largitate ſeneſcuut. Nouellas itaque reſecari ad breue perutile eſt, vt etiam radices melius concipere valeant. Et de falcatione quidem vitium hinc dabitur contemplandi facultas.

Cap. XXI.

De vitibus decacuminandis, & quando germinent vites, & quouſque.

Επεὶ δὲ ὅμοιον τῇ τομῇ ἐστι, καὶ ὥσπερ δεύτερον ἡ βλαστολογία, δεῖ καὶ ταύτην εὐθὺς ποιεῖσθαι· καὶ βλαστολογεῖν, ὅταν διαφάνωσι τὸν καρπόν· μετὰ δὲ ταῦτα εὐθὺς τὸ δένδρον σκάπτειν, ὅταν ὁ καρπὸς καὶ βλαστὸς νέος ὢν καὶ ἐν ὁρμῇ τοῦ βλαστάνειν, ὡραίαν λάβῃ τὴν σκαπάνην. ἔπειτα πάλιν, βλαστολογεῖν πρὸ τοῦ ἀνθεῖν. συμβαίνει γὰρ ἐν τούτῳ τὸ βοστρύχιον αὔξεσθαι, διὰ τὸ μήπω συνεστάναι τὰς ῥάγας. ὅταν δὲ ἀπανθήσῃ, τὸ μὲν, συνέστηκεν· αἱ δὲ, συνίστανται καὶ αὔξονται. τὸ δ' ὅλον ἀκμαῖα μάλιστ' ἀποδίδοσθαι ζητεῖ τῶν ἔργων, ἥτε βλαστολογία καὶ ὁ σκαπητὸς ὁ μέσος. τῇ γὰρ ἀμπέλῳ τότε συμβαίνει πρὸς αὔξησιν ὁρμᾶν τῶν τε παρόντων καρπῶν καὶ τῶν βλαστῶν, ἐν οἷς ἄρχεται γονεύειν τὸν εἰς νέωτα καρπόν. ἐὰν οὖν ὁ καρπὸς μὴ παρεθῇ, καλῶς γονεύσει. βλαστάνει δὲ μέχρι τῆς κυνὸς ἐπιτολῆς. ὅταν δὲ ἐπιτέλλῃ, παύεται τὰ μέλλοντα καλῶς ἐγκύμονα γίνεσθαι. θερμαινόμενος γὰρ τοῦ ἡλίου, τὸ προηγούμενον τῶν βλαστῶν ἁπαλὸν ἀποσκληρύνεται καὶ παύεται. πεπαυμένης δὲ τῆς αὐξήσεως, φύσιν ἔχει συνίστασθαι τὴν ὑγρότητα τοῦ βλαστοῦ, καὶ ἐκ ταύτης φύεσθαι τὸν καρπόν. ὅσα δὲ ἐν παλισκίοις ἢ ἐνύδροις ἐστὶ κρατεῖ τοῦ ἡλίου καὶ πλείω χρόνον αὔξεται. καιρὸν δέ τινα ζητεῖ καὶ ἡ διαστολὴ καὶ ἡ κόλουσις. οὐ μὴν ἄσημόν γ' ὁμοίως οὐδὲ χαλεπὸν καταμαθεῖν.

HVic proxima cura, ac velut ſecundum obtinens locum, decacuminatio eſt. Quamobrem ei quoque deinde dandus eſt locus, cum fructus incipit prouenire: mox autẽ vinea confodienda eſt. Tunc enim fructus nouus & recens editum germen, ſarculum tempeſtiue recipiunt, cum maxime augeri contendunt. Poſt hęc iterum decacuminandum, antequam florere incipiant. Interim enim cirrus augeſcere ſolet, quia nondum acina conſiſtunt: poſt vbi defloruerint, cirrus iam conſtitit, acina vero conſiſtere atque augeri incipiunt. Omnino decacuminatio ac foſſio tempeſtiue omnium maxime operum fieri poſtulant. Tunc enim vitis auget fructum, & germina quibus anni poſterioris fructum inchoare fœtificareque incipit. Quod ſi fodiendi cura non omittatur, bene quæ tulerit, auget: & fructus futuri primordia bene concipit. Germinat vitis ad ortum uſque caniculæ. Cum autem hæc oriri incipit, ceſſat quæ fructum futurum probe ſit conceptura. Quippe ſole ferueſaciente, ſumma pars germinum obdureſcit, atque ita ceſſat auctio: quo facto, germinis humorem conſiſtere, fructumque ex eo creari, naturæ lex eſt. Quæ tamen locis opacis, vel humidis manent, ſolem tolerant, & plus temporis augeſcere poſſunt. Prorſus, & diſtractio & mutilatio certum tempus ſibi depoſcunt: ſed id non æque obſcurum, neque difficile cognitu eſt.

ΚΕΦ. ΚΒ.

Cap. XXII.

De puluere vitibus excitando, & cur agricolæ ad vites ſale vtantur. Tum de palma.

ΤΗν δ' ὑποκόνισιν, τὸ μὲν ἐν τοῖς πρώτοις καιροῖς, ὅταν ἄρχωνται περκάζειν οἱ βότρυες, μὴ ἐᾶν ἄχρις οὗ πεπανθῶσιν, ὀρθῶς ἔχει. κωλύουσι γὰρ τὴν ὁρμὴν τῆς πέψεως αὐτικαὶ ἑτέρα κινήσει. διὸ οὐδὲ τὴν πόαν οἴονται δεῖν ἐκτίλλειν· ὡς δὲ ὅλως ἀχρεῖον καὶ βλαβερὸν οὐκ ὀρθῶς. ἥ τε γὰρ χρεία μαρτυρεῖ, καὶ τὸ ἐπὶ ἑτέρων γινόμενον. οἱ γὰρ σίκυοι δοκοῦσι τρέφεσθαι οὕτω καὶ ἁπαλώτεροι γίνεσθαι, κατακρυπτόμενοι τῷ κονιορτῷ. διὸ καὶ Μεγαρεῖς κρύ-

PVlueris excitationem primis temporibus, cum nigreſcere vuæ incipiunt, non differre quo vſque ad maturitatem perueniant, oportet. Motus etenim percoquendi, motu altero auocatur, vetaturque: qua de cauſa nec herbam euellendam per id temporis cenſent. At omnino inutilem, noxiamque putari nulla ratio eſt. Vſus enim, & quod in alijs fieri ſolet, vtilem eſſe plane confirmant. Cucumeres namq; puluere occultati, nutriri teneriores que reddi creduntur. Quamobrem Megarenſes occultare eos conſueuerunt. Sed mirum

πλουσι. θαυμάζεται δ' εἰ ξηρὸς ὢν τρέφει. τὸ δ' αἴτιον ἴσως ἐκ πλειόνων ἂν εἴη· καὶ τῷ κινουμένης τῆς γῆς ἀναδίδοσθαι τροφὴν ἰκμου τινὸς ἀέρος, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀκμωδῶν ἐλέχθη· καὶ τῷ προβολὴν ἅμα πρὸς τὸν ἥλιον εἶναι. καὶ ὅτι καταξηραινόμενον ἁπλῇ ξηρότητι καὶ μαλακῇ, μᾶλλον ἐπισπᾶται τὴν τροφὴν ἐκ τῆς ἀμπέλου. πάντα γὰρ ταῦτα συνεργεῖ καὶ πρὸς εὐτροφίαν καὶ πέψιν. ἡ τῶν σικύων κατάκρυψις, οὐκ ἄλογος. ἀναξηραίνων γὰρ ὁ ἥλιος σκληρύνει. διὸ καὶ ὑπὸ τὰ φύλλα κρύπτουσιν. ὥστ' ἐπιβολὴν ἔχοντες, καὶ βρεχομένων ἀμφοτέρων, εὐτραφεῖς γίνονται καὶ ἁπαλοί. καὶ περὶ μὲν ἀμπέλων ἱκανῶς εἰρήσθω. πάντων δὲ ἰδιώτατον εἶναι δοκεῖ τῶν κατὰ τὰς θεραπείας οἱ ἅλες οἱ τοῖς φοίνιξι παραβαλλόμενοι. καὶ γὰρ πρὸς εὐβλαστίαν καὶ πρὸς εὐκαρπίαν χρήσιμον. ἐπεὶ ὅσα γε πρὸς ἰατρείαν τινὰ τῶν τοιούτων ἢ φυλακὴν, οὐδὲν ἄτοπον· οἷον ἡ τέφρα ταῖς συκαῖς καὶ τῷ πηγάνῳ. ξηρὰ γὰρ πρὸς τὸ μὴ σκωληκοῦσθαι μηδὲ σήπεσθαι τὰς ῥίζας. βοηθεῖ γὰρ καταξηραίνουσα. περὶ δὲ τῶν ἁλῶν ἢ τῆς ἅλμης ἣν παρέχουσιν (οἱ μὲν γὰρ οὕτω ποιοῦσιν, οἱ δ' ἐκείνως) ἁπλῆ μέν τις αἰτία, διότι φιλεῖ φοίνιξ χωρία ἁλμυρώδη. σημεῖον δ' ὅτι παρ' οἷς πλῆθος φοινίκων, ἐν τούτοις ἐστίν. οἷον, Λιβύῃ, Συρίᾳ καὶ ταῖς ἄλλαις. καθάπερ γὰρ οἰκείαν τινὰ βοήθειαν βοηθοῦσι διὰ τῶν ἄλλων. ὅτι μὲν γὰρ ὁ φοίνιξ χαίρει τῷ ἁλμώδει, κοινή τις αἰτία λέγοιτ' ἂν περὶ πάντων ὅσα ζητεῖ τόπους διαφόρους, ἀπὸ τῶν πρώτων καὶ μεγίστων ἀρχομένοις. οἷον ἐνύδρων, χερσαίων, καὶ ὅσαι δὴ καθ' ἑκάτερα τούτων διαφοραί. δῆλον γὰρ ὡς τῇ κράσει πως σύμμετροί τε καὶ οἰκεῖοι καθ' ἕκαστα τυγχάνουσιν. ὥσπερ ἐπὶ τῶν ζώων. ὁ γὰρ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τούτων, καὶ ἡ αὐτὴ ζήτησις. οὐ μὴν ἀλλ' εἴ τι τε καὶ περὶ τούτου ἴδιον χρὴ ποιεῖν, ἐν ἀμφοῖν τὴν αἰτίαν ζητητέον· ἔν τε τῷ τὴν γῆν ποιάν τινα ποιεῖν, καὶ ἐν τῷ τὰς ῥίζας· ἅπερ ἄμφω συμβαίνει διὰ τῶν ἁλῶν. γῆν μὲν γὰρ ποιοῦσι κούφην καὶ χαύνην· τὰς δὲ ῥίζας εὐτραφεστέρας καὶ παχυτέρας ἑλκοτέρας τε ποιοῦντες, τῷ πόρους τινὰς ἀνοίγειν, καὶ ἔτι τῷ καταψύχειν. ὅπερ ἡ κόπρος οὐ ποιεῖ, διὰ τὸ ἔμπυρον. ὁ δὲ φοίνιξ, τὸν μὲν ἀέρα τὸν περιέχοντα ζητεῖ θερμόν. οὕτως γὰρ ἡ πέπανσις τοῦ καρποῦ· τὰς δὲ ῥίζας καταψύχεσθαι διὰ τὴν ξηρότητα. τοῦτο δὲ ποιοῦσιν οἱ ἅλες. ὅθεν καὶ τοῖς μὲν χρῶνται Βαβυλώνιοι, τῇ κόπρῳ δὲ οὐ χρῶνται. τοῦ δὲ, μόνῳ τούτῳ συμφέρειν, τὴν ἰδιότητα τῆς φύσεως αἰτιατέον. ὥσπερ γὰρ τὸ ξύλον, καὶ αἱ ῥίζαι διάφοροι τῶν ἄλλων. διόπερ ἀναδηχθεῖσαι μᾶλλον ἐπισπῶνται τὴν τροφὴν, καὶ αὐταὶ ἀρκοῦνται, καὶ τὸ ὅλον δένδρον αὔξουσι.

rum videtur, quod puluis qui tam ſiccus eſt, alere queat. Ratio tamen eſſe in pluribus poſſit. Nam & quia mora humo, vaporati cuiuſdam aeris alimentum reddatur, vt de ſolo poroſo retulimus : & quia fructus obtectus puluere defendatur a ſolis feruore, & quia leniter molliterque ſiccans, amplius a vite pabulum attrahere poſſit. Quippe hæc omnia, cum ad copiam alimenti tum ad [illegible] coquendi adiuuant. Quapropter folijs quoque fructum tegere ſolent. Cum itaque tegmine, & aqua quoad ſatis ſit potiantur; læti tenerique, vt debent, redduntur. Ac de vitibus quidem dictum ſatis iam ſit. Omnium autem maxime res peculiaris inter curas agricultorum ſal eſſe videtur , quod radicibus palmarum accumulatur. Nam & ad germinandum & fructificandum perutilis eſt. Medicandi enim tutandique ratione ſi eiuſmodi quicquam adhibeatur, minime mirum, vt cinis fico, & rutæ : facit etenim ſiccitate ſua, vt radices neque vermem, neque putredinem ſentiant. De ſale vero, aut ſalſugine, quam adhibere conſuerunt (alij enim ſalſugine, alij ſale vtuntur) ſimplex ratio reddi poteſt, quod palmæ loca ſalſa plurimum concupiſcunt : & argumentum, quod ubi palmarum copia eſt, ſolum tale ſpectatur : vt in Africa, Syria, atque alijs tractibus. Quo fit, vt vbi ſalſugo non ſit, ope proxima ſalis ſubueniant. Verum hæc ratio communi vtique iure dici de omnibus poteſt, quæ loca quærunt diuerſa, initio a primis, ſummiſque generibus ſumpto, vt aquatilibus, terreſtribus, differentijſque eorum. Singulis enim loca aptiſſima naturam dediſſe certum eſt, vt & animalibus. eadem quippe quæſtio, & ratio eſt. Cæterum ſiquid de his quoque proprium exponendum ſit, in ſolo atque radicibus quærenda cauſa eſt. Hæc enim ipſo ſale efficiuntur. Enimuero ſolum leue ſolutumque redditur, radices vegetiores craſſioreſque fiunt : quippe cum plus pabuli trahant quibuſdam patefactis meatibus, atque etiam cauſa refrigerationis, quod ſtercus propter ſuum calorem efficere minime poteſt. Palma enim quamquam aerem circumfuſum calidum quærat, vt fructus matureſcere poſſit, tamen radicibus refrigerari ob ſiccitatem deſiderat. quod ſal efficit. Quamobrem apud Babylonios ſalis vſus, non ſtercoris eſt. Cauſam vero qua ſal palmæ tantummodo prodeſt, naturæ proprietati imputari par eſt. Materies enim radiceſque eius arboris plurimum a cæteris diſtant. Quapropter ſale morſæ alimentum vberius trahunt : quo & ſibi ſatisfacere & arborem totam augere facile poſſint.

ΚΕΦ. ΚΓ. CAP. XXIII.

…ſtria cultu miteſcere. Et de palma iterum, ac de cultura amygdalarum.

Ποιεῖ δὲ καὶ ὡς ἡ γεωργία τὰς ῥίζας παύσας ἀλκιμωτέρας. οὕτω γὰρ καὶ ἐξημεροῦσθαι … ἔνια. καὶ ἡ κόπρος δὴ ἰσχυροτάτη τοῦτο ποιεῖν … ἡ σκυλοδεψικὴ ταῖς τῶν μυρρίνων, καὶ οὖρον παραχεόμενον· ἄμφω γὰρ διαδύναι μᾶλλον. αἱ δὲ ῥίζαι δέονται τῆς ἀναδήξεως καὶ τῶν ἄλλων ὡσαύτως καὶ τῶν ῥοιῶν. καὶ γὰρ ταύταις παραχέουσι, καὶ τὸν οὖρον, καὶ τὴν σκυλοδεψικὴν παραβάλλουσι. πλὴν οὐχ ὁμοίως ὡς ἐπὶ τῆς μυρρίνης, ἀλλ' ἧττον. αἱ δ' ὑγραὶ καὶ σαρκώδεις, οὐ δέονται τῆς ἀναστομώσεως καὶ δήξεως. ὅλως δ' αἱ μεταβολαὶ τῶν δένδρων διὰ τὰς θεραπείας. ὥστε ἐξ ὀξέων καὶ πικρῶν γλυκέα γίνεσθαι. καθάπερ αἵ τε ῥοαὶ καὶ αἱ ἀμυγδαλαῖ, καὶ εἴ τινες ἄλλαι, διὰ τὸ τὰς ῥίζας ἀλλοιοῦσθαι, μεταβάλλουσι, τὰς ῥίζας ἀλλοιοῦσθαι μεταβάλλουσιν, οὕτω τὴν γῆν καὶ τὴν τροφήν. αὕτη μὲν γὰρ ἐπὶ τρία ἢ τέτταρα ἔτη γίνεται. ἐπὶ τοσοῦτο γὰρ ἡ θεραπεία. ῥόας δὲ ῥίζαι διαμένουσι καὶ τὸν πλείω χρόνον. μεταβολὴ δ' εὐλόγως τῶν καρπῶν ἐκπεττομένης μᾶλλον τῆς τροφῆς. ἐκπέττεται δὲ τῷ τοιούτῳ, ποιάν τινα τὴν ῥίζαν εἶναι. τὸ δ' ὅλον ὥσπερ καὶ πρότερον ἐλέχθη περὶ τῶν σπερμάτων, κινουμένης καὶ μεταβαλλούσης τῆς ἀρχῆς, συμμεταβάλλει καὶ τ' ἄλλα καὶ ἡ ὅλη φύσις. αἱ τροφαὶ δὲ κινοῦσι καὶ ἐξαλλοιοῦσιν, ἐὰν πλείω γίνωνται χρόνον. ἐπεὶ δὲ καὶ ὅσα τοῖς θερμοῖς ἀρδευόμενα βελτίω, καθάπερ ἥ τε μηλέα δοκεῖ ἡ ἠρινή, καὶ ὁ μύρρινος· καὶ γὰρ οὗτος ἀπύρηνος, ὥς φασι, γίνεται. καὶ ἐξ ἀρχῆς οὕτω συνώφθη κατὰ σύμπτωμα πρὸς λουτρῷ ὄντος μυρρίνου καὶ ἐξημελημένου. τούτου γὰρ ἀπυρήνου γενομένου, λαμβάνοντες ἐφύτευον. ὅθεν τὸ γένος Ἀθήνησι γέγονεν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔχοντά τινα, πρὸς πίστιν εἴρηται τῶν ἐξ ἀρχῆς. ἡ δ' ἁλικότης τῶν ὑδάτων, ὅτι καὶ τῶν λαχανωδῶν τινὰ τισὶν ἁρμόττει, καὶ διότι τῷ λίτρῳ χρῶνται πρὸς ἔνια, πρότερον εἴρηται· διὸ καὶ τοῦθ' ὡς ἐοικὸς οἰκεῖον παραληπτέον. ἀπὸ γὰρ τούτων δηλονότι καὶ τῆς τροφῆς καὶ τούτων ἡ γλυκύτης. ἀλλὰ τοῖς μὲν, ἡ πικρότης τοῖς ἐν τοῖς χυλοῖς σύμφυτος· τῷ δὲ φοίνικι στρυφνότης, ἣν ἐξαιροῦσιν εὐθὺς οἱ ἅλες ἐκ τῆς πρώτης ἀρχῆς. περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων ἱκανῶς εἰρήσθω. τὸ δὲ μὴ ἐπιμένειν ἐπὶ τῷ θήλει φοίνικι τὸν καρπὸν, ἂν μὴ τὸ τοῦ ἄρρενος ἄνθος καταςείσωσιν ἅμα τῷ κονιορτῷ, κατ' αὐτοῦ (καὶ γὰρ τοῦτο λέγουσί τινες) ἴδιον μὲν παρὰ τὰ ἄλλα. παρόμοιον δὲ τῷ ἐρινασμῷ τῶν συκῶν, ἐξ ὧν καὶ τὸ τελειογονεῖν. μὴ δ' αὐτάρκες εἶναι τὸ θῆλυ ἢ μάλιστα αὐτῆς ἐπαγάγῃ. πλὴν ἐχρῆν τοῦτο μὴ ἐφ' ἑνὸς ἢ δυοῖν,

Facit etiam cultus terræ, vt omnium radices validiores reddantur. Hinc enim nonnulla ex ſylueſtrium numero in vrbanum habitum tranſeunt. Et ſtercus quoque vehementiſsimum hoc idem poteſt efficere, vt feces pellium, & vrina: quod ſtercorandi genus in myrtis probatur. Huiuſcemodi quippe ſtercus ſubire arborem longe amplius poteſt. Nec non & arborum cæterarum radices morderi deſiderant, vt etiam in punicis patet. (Nam his quoque vrinam infundunt, & pellium feces accumulant) non tamen æque atque myrti, ſed minus. Humidæ tamen carnoſæque morderi & ſic infarciri minime cupiunt. Breuiter, mutationes arborum culturæ ratione eueniunt, vt ex acutis, amariſue tranſeant in dulces, vt punicæ, atque amygdalæ: & quicquid per alterationem ſuarum radicum natura immutari poteſt. Quippe amygdala triennio poſt immutatur. Cultum enim tantum temporis adhiberi par eſt. Radices punicæ plus etiam temporis perſiſtunt. Fructus mutatio cum amplius alimentum percoquitur, ratione conſequitur. Coquitur alimentum perfectius, cum radix qualitatem quandam cœperit. Ad ſummam (vt etiam ante dictum eſt de ſeminibus) moto, immutatoque principio, cætera quoque, atque vniuerſam naturæ conditionem permutari neceſſe eſt. Alimentum autem mouet, atque immutat, ſi diutius veniat: Nam & aqua ferventi cum quædam rigantur, melioreſcunt, vt malus verna, & myrtus. Hæc enim ſine nucleo redditur, vt quidam affirmant. Deprænhenſum id eſt fortuito, cum myrtus iuxta balneum ſtaret neglecta. Quæ cum ſine nucleo eſſet, ſemina ex ea petentes ſerebant, atque ita genus huiuſmodi Athenis eſſe cœpit. Sed hæc quoniam ſimilitudinis aliquid habent ad fidem rei propoſitæ faciendam retulimus. Aquæ autem ſalſæ quibuſdam quoque oleribus congruunt. Et qua de cauſa nitro in nonnullis vtuntur, expoſitum ante eſt. Quamobrē hoc etiam, vtpote conueniens, admittendum: ijs etenim ipſis, atque alimento eorum quoque dulcedinem effici certum eſt. Verum hæc ſucco conſtant amaro. Palmis acerbitas ineſt, quam protinus ſalis vis a principio tollit. Et de cæteris ſatis dictum eſt. Fructum autem perdurare in palma fœmina nunquam poſſe, niſi florem maris cum puluere ſuper eam concuſſerint (ita enim quidam confirmant) peculiare profecto eſt, Sed ſimile caprificationi ficorum, qua fructus perficitur. Ergo fœminam minus ad perficiendum ſibi ſufficere aliquis potiſsimum dicet. Quod tamen non in vno genere, aut duobus, ſed vel in omnibus, vel in pluribus conſtare deberet. Naturam etenim generis ita dijudicamus. Et in his tamen

ἀλλ᾽ ἐπὶ πάντων ἢ τῶν πλείστων εἶναι. τὴν γὰρ φύσιν οὕτω κρίνομεν τοῦ γένους. ἀποπώτατον δὲ καὶ ἐπ᾽ αὐτῶν τούτων τὸ τοῦ φοίνικος. ὁ γὰρ ἐρινασμὸς δοκεῖ φανερὰν ἔχειν τὴν αἰτίαν. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, ἅλις. ἡ δὲ τῶν ἄλλων ἰδιότης ὅσον ἐστὶ, συμφανεστέρας ἔχει τὰς αἰτίας οἷον ὡς τὴν ἀμυγδαλῆν, ὅταν ἄρχηται καρποφορεῖν, οὔτε ὑδρεύουσιν, οὔτε κοπρίζουσιν, οὔτε διακαθαίρουσιν, εἰ μὴ τὰ αὖα μόνον. οὐδ᾽ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν δρῶσι. πάντα γὰρ ἀφαιροῦσιν, ὅπως μὴ ὑπερισχύσασα ἀποβάλλῃ τοὺς καρποὺς ἐν τῷ ἄνθει. διὸ καὶ χώραν οὐκ ἀγαθὴν ζητοῦσιν. ἐὰν δὲ μετὰ ταῦτα ἀκαρπῇ, τάς τε ῥίζας γυμνώσαντες παραδιδόασι τῷ χειμῶνι, καὶ τὰς ἄλλας κολούσεις προσφέρουσι τὰς εἰρημένας. ὁμοίως δὲ καὶ ὅσων οἱ φλοιοὶ περιαιροῦνται. καθάπερ ἀμπέλου, κέδρου, φιλύρας, καὶ ὅλως τῶν φλοιορραγῶν. αὐτὴ γὰρ ἡ φύσις ἐνταῦθα ἔοικεν ἐπιδεικνῦναι τὸ συμφέρον, ἀφισαμένη καὶ ἀλλότριον ποιοῦσα. τὸ δ᾽ ἀλλότριον ἅπαν, βλαβερόν. ὥσπερ καὶ τὸ αὖον. καὶ τὸ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅπου τις ἰδιότης οἰκεία πρὸς τὴν φύσιν. καὶ περὶ μὲν δένδρων, ἐκ τούτων θεωρητέον.

men ipſis paucis generibus, mirum, quod palmæ nulla ratio dari poſsit, cum caprificationis cauſa conſpicua eſſe putetur. Sed de his Cæteris vero quæ peculiaria ſunt, cauſas habent conſpectiores. Amygdalam enim, cum fructum parit, neque rigandam, neque ſtercorandam, neque purgandam, præterquam aridis, neque vlla cura tractandam exiſtimant: ne plus æquo alimenti reddita, fructum in flore amittat. Quamobrem agrum quoque minus frugalem quærere ſolent: & ſi poſt hæc fructum parere non poſſit, radices refoſſas & reſecatas, hybernis frigoribus tradunt: & reliqua puniendi genera, quæ retulimus, afferunt. Proxime illas quoque tractare conſueuerunt, quibus cortex ſponte detrahitur, vt vitem, iuniperum, tiliã: denique eas quibus cortex diſrumpitur. In his enim natura ipſa rem, quæ commoda ſit, videtur oſtendere, cum corticem diſgreget, & tanquam alienum reijciat. Damno autem omne alienum eſt: ſicut etiam quod aridum eſt. Ita & de ſale idem animaduertere licet, vbi proprietas aliqua ſit ad naturam accommodata. Ac de arboribus quidem ex iſtis eſt videndum.

ΚΕΦ. ΚΔ. / CAP. XXIIII.

De cultu coronariorum, ſuffruticum, olerumque.

Ἔχει δὲ ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν στεφανωματικῶν, καὶ ὅλως τῶν φρυγανικῶν. σχεδὸν δὲ καὶ τῶν λαχανικῶν. τὰ μὲν γάρ ἐστι κοινὰ πᾶσιν, οἷον. ὕδρευσις, κόπρωσις, ἡ τοῦ ὕδατος ἐργασία. τὰ δὲ ἴδια καθ᾽ ἕκαστον γένος. οἷον ἡ διακάθαρσις τοῖς φρυγανικοῖς, ὁμοίως ἐν στεφανώμασι καὶ λαχάνοις. καὶ γὰρ ὁ ἕρπυλλος αὐαίνεται καὶ μὴ διακαθαιρόμενος, καὶ τὸ σισύμβριον, καὶ τ᾽ ἄλλα. τὰς δὲ δὴ ῥοδωνίας οὐ κατακόπτουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπικαίουσιν. ἀνανθεῖς γὰρ γίνονται καὶ ἐκλοχμοῦνται, μὴ τοῦτο πάσχουσαι, δι᾽ εὐτροφίαν καὶ ἡ ῥάφανος δὲ καὶ τὸ πήγανον ἀποσκληρύνονται καὶ ἀποξηραίνονται. κολουσθέντα δὲ καὶ πολυβλαστῆ γενόμενα, μείζω καὶ καλλίω καὶ εὐχυλότερα. διὰ γὰρ πολυβλαστίαν καὶ τῶν χυλῶν καὶ τῶν ὀσμῶν ἀφαιρεῖται τὸ ἄγαν δριμύ. τῇ γὰρ μεσότητι τὸ ἡδὺ καὶ τὸ σύμμετρον. ἐν δὲ τοῖς λαχάνοις ἀφαίρεσις μὲν οὐκ ἔστι, πλὴν ὅσα κειρόμενα καλλίω. καθάπερ τὸ πράσον ἤτι τῶν πολυβλαστῶν. ἡ δὲ τῶν παραφυτευομένων ἐξαίρεσις, καὶ ἡ αὐτῶν ὁμογενῶν ὅταν ᾖ πυκνὰ, καθάπερ ἡ διακάθαρσις γίνεται, τροφὴν πλείω ποιοῦσα καὶ αὔξησιν τοῖς λοιποῖς. ἔχει δὲ καὶ ἰδιότητας ἔνια, καθάπερ ἐπὶ τοῦ πηγάνου πρότερον ἐλέχθη, καὶ ἐπ᾽ ἄλλων ἐστίν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ἐλάττω καὶ σχεδὸν φανερά.

HIs coronarium, & omnino ſuffruticeum, & ferme olerum genus coniunge. Quandoquidem alia omnium communia ſunt: ceu rigatio, ſtercoratio, ſarritio. Alia propria generatim habentur, vt purgatio in coronarijs pariter atque oleribus: quippe ſerpyllum obareſcit, niſi purgetur, & ſiſymbrium, & cætera. Roſas non ſolum præcidunt, verumetiam adurunt: deſinunt enim florere, ſyluеſcuntque paſtus fœcunditate, niſi ita tractentur. Et braſſica, & ruta dureſcunt, & exareſcunt: ſed mutilatæ, & in ramos diſperſæ, ampliores, meliores, ſapidiores redduntur. Enimuero germinatio diffuſa, tam ſaporis, quam odoris acorem nimium tollit: quippe ſuauitas, & temperantia in mediocritate conſiſtit. At in olerum genere vſus detractionis nullus eſt, præterquam in ijs, quæ tonſa meliora fiunt, ceu porrum: vel ex ijs aliquid, quæ numeroſo germine amplientur. Euulſio vero illorum, quæ appoſita ſint, vel ipſorum congenerum, cum denſa inter ſe ſunt, velut purgatio, procul dubio eſt: vt reliquis plus alimenti, incrementique acquiratur. Sunt nonnullis peculiaria, vt de ruta prædictum eſt, vtque in alijs patet. Sed pauciora hæc ſunt, & ferme conſpicua.

ΚΕΦ. ΚΕ. CAP. XXV.

De cultu ſegetum. Quemadmodum agitare ſolum oporteat. De ratione ſementis faciendæ. Quoſdam agros communem curam negligere. Arationem bonam, præcipuam eſſe in agro colenda. Tum de cura noualium.

Λοιπὸν δὲ καὶ ὥσπερ ἀντικείμενα τοῖς περὶ τὰ δένδρα, τὰ περὶ τὴν ψιλὴν γεωργίαν ἐστίν. ἐνταῦθα δὲ ἥτε τῆς γῆς κατεργασία, καὶ ἡ τῶν σπόρων ὥρα, καὶ μετὰ ταῦτα σπαρέντων κατεργασία. πρότερον δ᾽ ἔτι τούτων ἢ καὶ ἅμα γῆν οἰκείαν ἑκάστῳ σπέρματι ἰδεῖν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν δένδρων. ἔστι δὲ καὶ κατὰ ἐργασίας τὸ οἰκεῖον οἷον εἰ τοῦ μὲν θέρους μᾶλλον, τοῦ δὲ χειμῶνος ἐὰν ἡ σκάπτῃ ἤτι τοιοῦτον ἕτερον. ἅπερ ἐπιχειροῦσί τινες διαιρεῖν. δεῖ γὰρ ὥς φασι τὴν μὲν ἔπομβρον, καὶ στερεὰν, καὶ βαρεῖαν, καὶ τὴν πίειραν, θέρους ἐργάζεσθαι καὶ τοῖς ἀρότροις καὶ τῇ σκαπάνῃ· τὴν δὲ ξηρὰν, καὶ μανὴν, καὶ τὴν λεπτὴν, καὶ κούφην, τοῦ χειμῶνος. δύναται γὰρ ἡ μὲν, ξηραίνειν, καὶ λεπτύνειν· ἡ δὲ χειμερινὴ παχύνειν καὶ ὑγραίνειν. ἑκάτερα δὲ τούτων δεῖται πρὸς τὸ ἐνδεὲς τῆς φύσεως. καὶ κοπρίζειν πλεῖον μὲν τὴν λυπρὰν, ἔλαττον δὲ τὴν ἀγαθήν. καὶ διὰ τὴν ἀρετὴν τῆς γῆς καὶ διὰ τὸ τὴν κόπρον πλείω λαμβάνειν τροφὴν λεχέος πέτη. μίσγειν δὲ καὶ τὴν γῆν τὴν ἐναντίαν· οἷον τῇ βαρείᾳ τὴν κούφην, καὶ τῇ κούφῃ τὴν βαρεῖαν, καὶ τῇ λεπτῇ τὴν πίειραν· ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν ἐρυθρὰν καὶ τὴν λευκὴν, καὶ εἴτις ἄλλη ἐναντιότης. οὐ γὰρ μόνον ἡ μίξις ἀποδίδωσι τὸ ἐλλεῖπον, ἀλλὰ καὶ ὅλως σφοδροτέρας ποιεῖ καὶ ἐὰν τυχοῦσα ἡ μίξις. οἷον ἐὰν τὴν ἀπυρλωΐαν καὶ μὴ δυναμένην φέρει, ἑτέρας μίξης πάλιν φέρει καθάπερ αἰεὶ καινὴ γεγενημένη. καὶ ἡ καθ᾽ αὑτὴν οὐ φέρουσα, καθάπερ ἡ ἄργιλος, ὅταν μιχθῇ, ποιεῖ φορόν. ὥσπερ γὰρ κόπρος ἡ ἑτέρα τῇ ἑτέρᾳ γίνεται. διὸ ταῦτα ποιοῦσι Μεγαρεῖς καὶ δι᾽ ἐτῶν πέντε ἢ ἓξ σκάπτοντες βαθεῖαν, ἀναβάλλουσι τὴν κάτωθεν ἐφ᾽ ὅσον διϊκνεῖται τὸ ὕδωρ, ἵνα καινὴν ποιῶσιν. ἡ γὰρ τρόφιμος ἀεὶ καταρρεῖ ὑπὸ τοῦ ὕδατος. σπείρειν δὲ κελεύουσι τὴν ξηρὰν καὶ τὴν θερμὴν τῶν ὑδάτων. ὅπως λαμβάνουσα πλῆθος ὕδατος ἐκτρέφειν δύναται· καὶ τὴν ἔπομβρον δ᾽ ὡσαύτως. ἵνα τὰ σπέρματα λαμβάνωσι, καὶ βλαστοῦντα καὶ αὐξηθέντα θερμῇ τῇ γῇ δυνατώτερα δέχηται τὸν ὄμβρον. ἐὰν δὲ μὴ ἐν ξηρᾷ, προσειργασμένον τὴν γῆν, ὀψὲ ποιεῖσθαι τὸν σπόρον. σπείρειν δὲ δεῖ τὸν μὲν πρώϊμον μανὸν, τὸν δὲ ὄψιον πυκνόν. ὁ μὲν γὰρ οὐκ ἔχει ῥίζωσιν, ὁ δ᾽ ἔχει καὶ γίνεται πολυσχιδής. ταῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα, πλείω γάρ ἐστι, διακριβοῦν εἴτις ἐθέλει τὰς ἐργασίας μᾶλλον, ὧν ἕκαστα δεῖ σκοπεῖν πρὸς τὴν χώραν.

RElíquum & quaſi arborum curæ obiectum cultura ſegetum eſt, qua in parte agitatio ſoli præcipitur & tempus ſementis, & ſarritio adhibenda poſt ſatum. Sed ante hæc, vel etiam ſimul agrum cuique accomodandum noſſe oportet, vt etiam in arborum genere. Quin & in tractatione ſoli non deſunt quæ iudicium agricolæ prudentis deſiderant: vt ſi aliud per æſtatem potius, aliud per hyemem, vel fodiendum, vel relinquendum, vel aliquo modo tractandum ſit. Quæ nonnulli diſcernunt. Quippe ſolum pluuium, ſolidum, ponderoſum, & pingue per æſtatem & proſcindendum & confodiendum affirmant: contra ſitiens, ſolutum, leue, & gracile per hyemem. Enimuero illa æſtiua cultio, aſſiccare attenuareque poteſt, hyberna vero craſſare ac humefacere: quæ ſcilicet natura indigens vtriuſque ſoli deſiderat. Et ſtercorandum amplius ſolum gracile, minus autem id quod bonum ac fœcundum iudicant: tum quod ſtercus plus alimenti miniſtret, quam excoqui poſſit. Terram quoque contrariam miſcere præcipiunt. Exempli gratia graui leuem, leui grauem, macræ pinguem, & contra. Pari modo & rubrum, & candidum, & ſi qua contrarietas alia ſit. Quippe non modo quod deeſt replere admiſtio poteſt, ſed etiam ſolum omnino reddit validius, vt ſi quod defatigatum atque effœtum iam eſt, fertili cuiquam terræ permiſceatur, ferre iterum incipit, quaſi nouum effectum ſit: & quæ ſua natura ſterilis ſit, ceu argilla, ſi miſceatur, feracem efficit. Altera enim alteri ſtercoris vice quodammodo fungitur. Quamobrem Megarenſes miſcere ita conſueuerunt, & quinquennio poſt alte defodientes, inquantum imber valeat peruenire, ima terreni ad ſumma regerunt, quo ſeges renouetur. Pars enim ad alendum idonea labitur deorſum ſemper cum aqua. Solum ſiccum & tepidum ante imbres ſeri præcipiunt, vt admiſſa humoris copia ſatis alere poſſit. Et pluuium quoque eodem modo ſerendum exiſtimant: vt ſemina humo adhuc tepida pullulent atq; augeſcãt, itaq; imbres ſufferre poſſint validius. At ſi obſerendum in humido ſit, terra ante præciſa ſero ſemina committi melius ducunt. Matura ſementa raro ſolo mandari ſemina iubent, ſerotina autem denſa. Altera enim radicem abunde concipere nequeunt, altera optime radicantur & germine multiplici diſperguntur, Hæc igitur cæteraque huiuſcemodi (plura etenim ſunt) ſiquis culturas ſoli exequi diligentius velit, ad rationem potius agrorum conſiderare oportet.

ἔνια γὰρ οὐ δέχονται τὰς ἀκριβείας. ἀλλὰ διαμάρτοι αὖ ὁ ποιῶν· ὅπερ ἔπαθέ τις ἀνελθὼν εἰς Συρακούσας ἐκ Κορίνθου, τὴν ἐργασίαν τὴν ἐντεῦθεν μεταφέρων· καὶ ὡς τὸ χωρίον τὸ δοκοῦν ἀγαθὸν ἐκλιθολογήσας διέφθορεν. ἐξεπνίγετο γοῦν ὁ σῖτος, οὐκ ἔχων οὐδεμίαν προβολήν, ἐξαιρεθέντων τῶν λίθων· καὶ ὡς ἐν Συρίᾳ κατὰ βάθος ἀρώσας ἐξήρανεν. ὑπὸ γὰρ τοῦ θέρους διακαιομένη, ἐπιπλεῖον ὑπόπετρος οὖσα διέκαιε. καὶ μικροῖς ἀρότροις οἱ Σύροι χρῶνται. διὸ ταῦτα μὲν πειρατέον ἐπικρίνειν. ὡς δὲ κοινῇ καὶ καθόλου φασὶν εἰπεῖν, μέγιστον μὲν καὶ πρῶτον, εἰ τὴν σπορευτὴν χώραν κατείργασαι καλῶς. εἰς διειργασμένην γὰρ καλῶς πεσὸν τὸ σπέρμα, ἐκφύεται διημερωθείσης τῆς γῆς. εἶθ' ἡ κόπρωσις ἤδη καὶ ἄλλη θεραπεία μετὰ ταῦτα διαβεβληκότων. οἷον σκάλασις, καὶ ποασμός. ἡ δὲ κατεργασία ἐν τῷ νεᾶν κατ' ἀμφοτέρας τὰς ὥρας καὶ θέρους καὶ χειμῶνος, ὅπως χειμασθῇ καὶ ἡλιωθῇ ἡ γῆ. καθάπερ καὶ ἐπὶ τῆς φυτείας ἐλέχθη. πολλάκις γὰρ μεταβληθεῖσα, μανὴ καὶ κούφη καὶ καθαρὰ γίνεται τῆς ὕλης. ὥστε ῥᾳδίως ἐκτρέφειν. καὶ διὰ τοῦτο κελεύουσιν οὐδὲ τὰ χέδροπα συμβάλλειν εἰς τὰς νέας, ἐὰν μήτε σφόδρα πρώϊον, ὅπως μὴ κωλύσωσι τὴν θερινὴν νέασιν. ἀγαθὴν δὲ οἴονται τὴν χιόνα ταῖς χειμεριναῖς καὶ οὐχὶ τὴν πάχνην εἶναι. διεσθίειν γὰρ καὶ μανοῦν τὴν γῆν. καὶ ὅταν μετὰ τοὺς πρώτους ἀρότους νεάσωσι, πάλιν τοῦ ἦρος μεταβάλλουσιν, ὅπως τὴν ἀναφυομένην πόαν ἀπολέσωσιν. εἶτα θέρους ἀροῦσι. καὶ πάλιν ὅταν μέλλωσι σπείρειν, ὑπήροσαν, ὡς δέον καθάπερ ἐλέχθη προκατεργάσασθαι, καὶ περὶ τούτου μάλιστα σπουδάσαι. διὸ καὶ τὴν ἀπὸ τῆς δικέλλης ἐργασίαν μᾶλλον ἐπαινοῦσιν, ἢ τὴν διὰ τοῦ ἀρότρου. δοκεῖ γὰρ πολλὰ παραποιεῖν. Θετταλοὶ δ' ἰσχυρότερον ἔτι δικέλλης ὄργανον ἔχουσιν, ὃ καλοῦσι μίσχον. ὃ μᾶλλον εἰς βάθος κατιόν, πλείω γῆν περιτρέπει καὶ κατωτέρωθεν. αὕτη μὲν οὖν τῆς χώρας ἡ κατεργασία. συμβαίνει τοῖς εἰς ταῦτα πονήσασιν, ἧττον ἐν τοῖς ἄλλοις κακοπαθεῖν. ὅσοι δ' ἂν μαλακωτέρως, ἀναγκάζονται πολλάκις καὶ σκάλλειν καὶ βοτανίζειν, ἅτε πολλῆς πόας ἐκφυομένης· οὔτε γὰρ ἀπόλλυται τὰ σπέρματα. προτερεῖ δὲ τοῦ σίτου, διά τε τὴν ἰσχὺν καὶ τὸ προϋπάρχειν· ἐπεὶ πρότερον αὐξηθέντος τοῦ σίτου, πολλὰ καταπνίγεται καὶ ἀπόλλυται. καὶ τὸ ὅλον οὐχ ὁμοίως βλάπτει τὰ σπέρματα.

Sunt enim qui cultum exquiſitum pati minime poſſunt. Sed qui ita colit plurimum aberrabit. Quod cuidam euenerat qui ex Corynthо Syracuſas profectus, culturam Corynthij agri in Syracuſano ſeruauit. Cum enim lapides e ſegete frugali legiſſet, reddidit multo deteriorem: frumentum enim ſuffocabatur, cum exemptis lapidibus nihil haberet quo ſe poſſet protegere. Hunc proximum eſt, quod eueniſſe in Syria ferunt: ſolum enim aratro alte proſciſſum penitus reſiccatum eſt, cum ſolis violentia adeo percaluerit, vt prope vreretur. Vnde fit vt aratris puſillis Syri vtantur. Hæc igitur iudicium callidi requirunt. Verum (vt communius atque in vniuerſum ſententiam noſtram dicamus) ſummum ac primum eſt omnium, agrum bene araſſe. Semen enim ſolo commiſſum bene proſciſſo perbelle erumpit: cum terra iam mitigata emollitaque ſit, tum ſtercoraſſe bene, & alium atque alium cultum adhibuiſſe operæpretium eſt: vt ſarritionem, runcationem, & reliqua. Cura noualium tempore vtroque ſuſcipitur, æſtate ac hyeme, vt terra ſolem ac frigora ſentiat, quemadmodum de conſerendis quoque arboribus propoſuimus. Solum enim ſæpe inuerſum, rarum, leue, atque materia vacuum redditur: ita, vt alere facillime poſſit. Ideoque præcipiunt nunquam legumina in noualibus ſerere, niſi mature admodum fieri poſſit, ne æſtiuam nouellationem impediant. Niuem hybernis prodeſſe exiſtimant, pruinam vero nocere: corrodere namque terram extenuareque. Poſt quam primas arationes nouellarunt, rurſus Vere ceſpitem inuertere ſolent, vt naſcentem herbam interimant. Tum æſtate arant, & cum ſerere velint proſcindunt leuiter. Solum euim bene præagitatum, præparatumq; eſſe, ac ei rei maxime dare operam oportet, quemadmodum diximus. Quapropter bidentis culturam magis quam aratri commmendant. Id enim pleraque intacta videtur relinquere. Theſſali etiam validiori ferramento quam ſit bidens vtuntur (quod credo id eſſe quod paſtinum vocant agricolæ Itali) illi autē miſchum vocant. Hoc quippe altius deſcendens, plus terræ inuertit. Soli cultura hæc eſt. Euenit autem ijs qui in ea elaborauerint, vt minus in reliquis elaborandum ſit. Contra qui ſegnius illam ſuſceperint, coguntur profecto, ſæpe & ſarrire & runcare, cum herba multa erumpat. Sic enim ſemina pereunt. Prius autem quam frumentum herba enaſcitur, quoniam & validior eſt, & prius ineſt in ſegete. Nam ſi frumentum citius creſcat, herba magna ex parte ſtrangulatur ac perit: & in totum non æque officere poteſt.

ΚΕΦ. ΚϚʹ. CAP. XXVI.

Quæ ſemina cui ſolo conueniant, & quæ imbres deſiderent magis. Item quod ſolum leguminibus conueniat.

Τὰ δ᾽ οἰκεῖα τῇ μὲν ἐπόμβρῳ καὶ ψυχρᾷ τὰ ἀνάστομα τὰ πρὸς τὴν σιτοποιΐαν. ὁμοίως καὶ πυρῶν καὶ κριθῶν καὶ τῶν ἄλλων· ἀραιὰ γὰρ ταῦτα. τὰ δ᾽ ἄλλα, πλείονος ὄμβρου δεῖται. καὶ τὰ μέλανα δὲ λευκῶν. ἐὰν δὲ ξηρὰ καὶ ἐρυθρὰ καὶ ἐν ψυχροῖς τόποις, παλίνοστα. καὶ τὰ λευκὰ μᾶλλον τῶν μελάνων, ὅπως ἁδρύνηται πρὸ τῆς ἀπολήψεως τῶν ὑδάτων. αὔξεται γὰρ καὶ φθάνει τὰ λευκὰ, μᾶλλον τῶν μελάνων. ἐν δὲ ταῖς εὐκρασίαις τὰ ἀνὰ μέσον. οἱ μὲν οὕτω διαιροῦσιν· οἱ δ᾽ ἄλλως. ὡς δ᾽ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἡ μὲν λεπτὴ κριθοφόρος ἀμείνων. ἡ δὲ πίειρα, πυροφόρος· αἱ μὲν γὰρ ἐλάττονος καὶ κουφοτέρας δέονται τροφῆς. αἱ δὲ, πλείονος καὶ σωματωδεστέρας. τῶν δὲ πυρῶν ὁ μὲν τρίμηνος ἐν τοῖς λεπτογείοις καλλίων. σύμμετρος γὰρ ἡ τροφὴ κούφη κούφοις. ὁ δὲ Λυβικὸς, καὶ ὁ δρακοντίας, καὶ ὁ στραγγίας, καὶ ὁ σελινούσιος ἐν ἀγαθῇ. πολύτροφοι γάρ. σημεῖον δ᾽ ὅτι κάλαμον ἔχουσι παχύν. ἁπλῶς δὲ καὶ εἴτις ἄλλος τοιοῦτος. εἰ δέ τις πολυχίτων, ὥσπερ ὁ Θρᾴκιος ἐν ταῖς χειμεριναῖς. ἀπαθὴς γὰρ ὑπὸ τοῦ ψύχους. ὁ δὲ χαῦνος καὶ μανὸς, ὥσπερ ὁ καγχρυδίας, ἐν τοῖς ἐπόμβροις. τροφῆς γὰρ πολλῆς καὶ οὗτος δεῖται· διὸ καὶ παχυκάλαμος. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν χεδροπῶν. ἡ μὲν γὰρ γλίσχρα καὶ μελάγγειος, ἐρέβινθον· ἡ δὲ κούφη, κύαμον φέρει καλλίω. σύμμετρα γὰρ ἑκατέρῳ τὰ τῆς τροφῆς. καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀεὶ πρὸς τὰ τῆς τροφῆς ἀνακτέον, συμπαραλαμβάνοντα καὶ τὰς τοῦ ἀέρος. ἡ γὰρ εὔηλος, καὶ ἁπλῶς ἡ εὐδιεινὴ, πρὸς τὰ ἀσθενέστερα συμφέρει μᾶλλον. ἡ δ᾽ ἐναντία πρὸς τὰ ἰσχυρά. καὶ ἡ ὕφαμμος δὲ καὶ πηλώδης, τὰ ὀλιγότροφα καὶ ξηρά. καθάπερ τὴν ἀχιλληΐδα. καὶ γὰρ λευκαίνει μᾶλλον ἐκπέττουσα τὰς τροφάς. καὶ φέρει δὲ καὶ τὰ τεράμονα τὰ ξηρὰ καὶ τὰ πρόσηλα. πέττει γὰρ ὁ ἥλιος μᾶλλον. ἐν δὲ τοῖς εὐγείοις καὶ πίοσιν οὐχ ὁμοίως. πυρὸς δὲ κριθῆς ἐν τοῖς ὀμβρώδεσιν εὐσθενεῖ μᾶλλον. καὶ τὸ ὅλον δὲ πρὸς τὰς ἐπομβρίας ἰσχυρότατος. φέρει δὲ καὶ ἐν τοῖς ἀκόπροις μᾶλλον. αἴτιον δὲ ὅτι θερμὸς ὢν, ἐκπέττειν δύναται μᾶλλον. καὶ κόπρον οὐχ ὁμοίως ἐπιζητεῖ, διὰ τὸ ἔχειν ἐν ἑαυτῷ ὃ ἔδει ἐκ τῆς κόπρου γίνεσθαι. καὶ τὸ ὅλον ἰσχυρότερός ἐστι, καὶ πρωϊσπορεῖται, καὶ ἐν τοῖς ψυχροῖς καταβάλλεται μᾶλλον. ἡ δὲ ἰσχὺς θερμοτάτη. καὶ τῷ μᾶλλον πολυχίτωνα εἶναι. διὸ καὶ ἡ διὰ χρόνου γεωργουμένη γῆ, πυροὺς φέρει μᾶλλον καὶ κριθάς· κατακρατεῖ γὰρ τῆς τροφῆς ἰσχυροτέρας οὔσης ὁ πυρὸς μᾶλλον· καὶ ἐπέχει.

Solo pluuio atque frigido conueniunt ad tritici pariter & hordei atque cæterorum frumentorum fructificationem: ſoluta enim hæc ſunt. Cætera plus imbris deſiderant: & nigra magis quam candida. At ſi ſicca & rubra, & in locis frigidis, reuertuntur. Item candida magis quam nigra, vt ante quam imber deſinat, grandeſcere poſſint: celerius enim candida perficiuntur. Temperatis autem locis, quæ mediæ ſint naturæ, mandari oportet. Sic hæc diſcerni quibuſdam placuit: alij ſecus iudicant. Verum (vt ſimplicius agam) ſolum gracile, hordeum melius præſtat. Pingue tritico accõmodatius eſt. Hordeum enim minus ac leuius alimentum deſiderat: triticum largius, calloſiuſque expoſcit. Triticum trimeſtre ſolo tenui melius fit. Alimentum enim ſubminiſtrari modicum poteſt, hoc eſt leue leui. Africum, autem & dracontias appellatum, & ſtrangias, & ſelenuſium, lætum exigunt agrum. Hæc enim vberius ſuccos hauriunt. Argumento calamus eſt, quem craſſum gerunt. Ad ſummam, quodcunque huiuſmodi ſit, ſolo frugali apte committitur. At ſi aliquod genus tunicis multis cõtegitur, ceu Thracium hoc ſolo hyberno conuenientius dabitur: frigus enim huic nihil officere poteſt. Rarum ſolutumque, ceu canchrydias vocitatum, agro pluuio ſerendum profecto eſt, quippe cum alimenti copiam id quoq; deſiderat: quamobrem & culmo craſſo exurgit. Quin & in leguminum genere idem pariter intelligere licet. Solũ enim lentum ac nigrum, cicer melius fert: leue melius fabam. Sic enim vtriq; modice alimentum offertur: & in cæteris vero ſemper ad alimentum referenda ratio eſt. Nunquam tamen ratione aeris prætermiſſa: etenim ſolum apricum & ad ſummam ſerenum, infirmioribus commodius eſt, contrarium validioribus: lutoſum ſiccis, & paruo alimento contentis, vt achilleidi. Quippe hoc ſuccos melius digerens facit candidiora. Ferunt & coctilia, & ſicca loca quoque ſoli expoſita: plus enim vis ſolis percoquit. Triticum ſolo pluuio vberius quam hordeum geritur: & omnino contra imbres validius eſt. Fert idem etiam ſolo non ſtercorato copioſius. Ratio quod ſuo naturali calore plenius concoquere poſſit, & fimum non æque requirat: quoniam in ſe habet quod ex fimo fieri poſſet. Ad ſummam triticum robuſtius eſt & maturius ſeritur, & locis frigidis magis committitur. Robur autem ad calorem plane intereſt naturalẽ. Quin & quod tunicis inuolutum pluribus ſit, tutius manet.

οὐχ ὁμοίως δ᾽ ἐθέλει φέρειν μὴ ἐμπλησθεὶς τῆς ὕλης. καὶ οὕτως ὥσπερ μανοῦται εἰ κοπρίζεται. ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐν πάσαις ταύταις μεγίσταις καὶ κοινοτάταις ἐστὶ διαφοραῖς. ἐν τῇ τῆς χώρας φύσει· τῇ τῶν σπερμάτων ἰσχύϊ καὶ ἀσθενείᾳ· καὶ ἐν τῇ τοῦ ἀέρος κράσει. διὸ σκεπτέον ταῦτα. χειμῶνες δὲ ἐπιγινόμενοι, πανταχοῦ μὲν χρήσιμοι. ῥιζοῦται γὰρ καὶ καρκινοῦται μᾶλλον. ὥστ᾽ εἰ τὸ ἔαρ σύμμετρον ἀποδίδοται μέγεθος. μάλιστα δ᾽ ἐν ταῖς ἀγαθαῖς χώραις. ὅταν γὰρ νότια, καὶ εὐδία, ταχὺ ἀναδίδωσι καὶ ποιοῦσι λοχαίαν· καὶ πρὸς τοῦτο ἐρυσιβώδη. τὰ δὲ πυκνόσπορα, πρότερον ἀποχεῖται τῶν μανοσπόρων. ὅτι τὰ μὲν, ῥιζοῦται καὶ εἰς τὰ κάτω σχίζεται διὰ τὸ ἔχειν τόπον. τὸ δ᾽ εὐθὺς εἰς τὸ ἄνω τρέχει.

Quapropter ſolum, quod longo interuallo temporis colitur, triticum magis, quã hordeum fert. Triticum enim alimentum eius ſoli validius magis vincere poteſt. Omnino autẽ (vt ſimpliciter dicã) publicæ, ac ſummæ differẽtiæ illæ ſunt: agri natura: ſeminum firmitas infirmitaſue: atque aeris habitus. Quia de cauſa hæc conſiderari vbique neceſſarium. Frigora ſubſecuta omnibus in locis vtilia ſunt. Sic enim ſata plenius radicantur, cancrificanturque ita, vt ineunte Vere haudquaquam modica magnitudinẽ careant: ſed præcipue in bonis. Auſtrinum enim atque omnino ſerenum tempus celeriter prodire facit, & rubiginem producit. Quæ denſe fuerint ſeminata, ſpicam prius effundunt, quam quæ rarenter: quod altera largius radicentur, & multiplicius deorſum ſcindantur, quia locus ſuperſit, altera protinus ſurſum excurrant.

ΚΕΦ. ΚΖ.

CAP. XXVII.

De vitijs ſegetum rubigine, erucis, & vermibus.

Χρὴ δὲ καὶ τὰ οἰκεῖα σπέρματα πρὸς εὐφορίαν καὶ τὰ νοσήματα τὰ συμβαίνοντα λαμβάνειν, οἷον, ἐρυσίβας. ἐπεὶ ἐν τοῖς κοίλοις καὶ ἀπνόοις γίνεται τὰ μὴ ἐρυσιβούμενα. τοιαῦτα δὲ τὰ ἐπικλινῆ τῷ στάχυϊ καὶ μὴ ὀρθά. διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὸ ἐπικύπτειν συμφέρει τὸν στάχυν. ὅπως ἀποῤῥέῃ καὶ μὴ ἐμμένῃ τὸ ὕδωρ καὶ ἡ δρόσος. ὑποκλίνουσι δὲ οἱ μακροὶ στάχυες μᾶλλον οἱ δὲ πλατεῖς καὶ βραχεῖς ὀρθότεροι· διὸ καὶ ἐρυσιβοῦνται. ταῦτα δὲ χρήσιμα καὶ ὧν ὁ στάχυς ἀπήρτηται πολὺ τῶν φύλλων. ἐν γὰρ τοῖς φύλλοις ἐμμένει μᾶλλον ἡ ὑγρότης. ὥστε πλησίον μὲν ὄντος εὐθὺς ἅπτονται, πόῤῥω δ᾽ οὐχ ὁμοίως. διὸ καὶ ἡ μὲν ἀχιλλαῖς κριθὴ καὶ λευκὴ καὶ μέλαινα, ἐρυσιβώδης. ὀρθοὶ γὰρ οἱ στάχυες. ἡ δ᾽ ἐτεόκριθος ἀσφαλής· ἀπονεύει γάρ. τὰ δὲ προσήνεμα τῶν χωρίων ἧττον ἐρυσιβοῦνται. διὰ γὰρ τὴν κίνησιν ἀποσείεται καὶ ἀποπίπτει τὸ ὑγρόν. ἐπεὶ καὶ ὅταν ὕσαντος πνεῦμα ἐπιγένηται, καὶ πάλιν ἐπιλαμβάνῃ νὺξ, ἧττον. τὸ μὲν γὰρ διέσεισεν, ὁ δ᾽ ἥλιος εὐθὺς ἐπιγενόμενος, οὐκ ἐποίησε σῆψιν. ἀλλ᾽ ἀνεξήρανε πρότερον. ἡ δ᾽ ἐρυσίβη, σαπρότης τίς. οὐδὲν δὲ σαπρὸν ἄνευ θερμότητος ἀλλοτρίας. μάλιστα δὲ ἐρυσιβοῦται σῖτος ταῖς πανσελήνοις. διὸ καὶ τὴν σελήνην τῇ θερμότητι σήπειν τῆς νυκτός. ἀσθενέστατα δὲ καὶ ἐπικηρότατα πάνθ᾽, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, τὰ λευκὰ τῶν μελάνων, καὶ ἐπὶ τῶν φυτῶν ἐστι καὶ ἐπὶ τῶν ζώων. ὅτι μὲν οὖν οἰκεῖα τὰ σπέρματα ταῖς χώραις ληπτέον, φανερὸν ἐκ πολλῶν. νοσήματα δὲ γίνεται πᾶσι τοῖς σπέρμασιν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, διὰ τὴν ἀσυμμετρίαν τῆς τροφῆς τε καὶ τοῦ περιέχοντος ἀέρος. ὅταν, ἡ μὲν, πλείων, ἡ δὲ ἐλάττων, ὁ δὲ, κάτομβρος ἢ

SEmina quoque ad fertilitatem idonea, & vitia, quæ accidere ſolent, haud ignorare oportet. Locis enim cauis, & a flatu ſilentibus ſegetes rubigine infeſtantur. Tuta autem ſunt ab hoc vitio, quæ ſtant non erecto, ſed paruo cacumine. Quamborem ſpicam inclinari vtile eſt, vt imbres decidant, nec rores excipi poſſint. Inclinantur magis, quæ longæ ſint: manent erectius latæ, ac breues: quo fit, vt iſtæ rubiginem ſentiant. Iuuat & longe a folijs ſpicam diſtare: humor enim in folijs magis concipitur. Itaque ſi propinqua ſit, tangitur ſtatim: ſi remota, non æque inficitur. Quamobrem hordeum achilleis vocatum, fit rubiginoſum tam nigrum, quam cãdidum eſt: ſpicã enim gerit erectam. Contra genus, quod eteocrithum vocamus, quia incuruatur, a rubigine tutum eſt. Segetes vento expoſitæ minus ea infeſtantur: motus enim humorem diſcutit. Nam & cum poſt imbrem flatus ſecutus, & nox deinde ſucceſſerit, minor eſt rubigo. Flatus enim humorum deijcit, & ſol paululum immoratus nullam putredinem conficit: ſed priuſquam quicquam emarceſcat, humor totus aſſiccatur, atque abſumitur. Rubigo autem putredo quædam eſt, nec putridum eſſe quicquam poteſt ſine alieno calore. Triticum plenilunijs potiſſimũ rubiginem capit. Ratio in calore eſt, quo etiam noctu luna putrefacere poteſt. Infirmiora, fragilioraque ſunt omnia (vt ſimpliciter loquar) alba, quam nigra, tam in plantis, quam in animalium genere. Igitur quod ſemina locis conuenienter eligi debeant, pleriſque rationibus conſtat. Morbi autem (vt ſimpliciter dicam) omnibus ſeminibus ob alimenti, cœlique intemperiem eueniunt: videlicet cum plus, minuſue alimenti præbetur, aut aer immodice humidus, ſiccuſue eſt, vel etiam cum non tempeſtiue humeſcit.

καλάξηρος ἄγαν, εἰ καὶ μὴ τὸν καιρὸν αὐχμαινόμενος τύχῃ. τότε γὰρ καὶ οἱ σκώληκες ἐγγίνονται τοῖς ὤχροις, καὶ τοῖς λαθύροις, καὶ τοῖς πισοῖς, καὶ αἱ κάμπαι τοῖς ἐρεβίνθοις. ὅταν οἱ μὲν ἀναξηρανθῶσι, καὶ μεταξὺ ἐγγίνωνται θερμημερίαι· τῶν δ' ἐρεβίνθων, ὅταν ἡ ἅλμη καταπλυνθῇ καὶ ἀναγλυκανθῶσι. πανταχοῦ γὰρ ἡ φύσις ζωογονεῖ, μιγνυμένη πως τῇ ὑγρότητι τὸ θερμόν, καθάπερ ὕλην οὖσαν τὴν ὑγρότητα τῷ θερμῷ πρὸς τὴν σῆψιν. ὃ καὶ ἐπὶ τῶν πυρῶν συμβαίνει κατὰ τοὺς σκώληκας. γίνονται γὰρ ἐν ταῖς ῥίζαις, ὅταν νοτία πλείων μετὰ τοὺς σπόρους ἐπιγένηται. τότε γὰρ ἀνυγραινομένης τῆς ῥίζης, καὶ τοῦ ἀέρος ὄντος θερμοῦ, ζωοποιεῖ πως ἡ θερμότης συσσήπουσα τὴν ῥίζαν· ὁ δέ, γενόμενος εὐθὺς κατεσθίει. πέφυκε γὰρ ἐκ τῶν αὐτῶν ἑκάστοις ἡ γένεσις καὶ ἡ τροφή. ἑτέρως δ' ὅταν ἐπιχυθῆναι διὰ τὸν αὐχμὸν μὴ δύνηται, τὸ ἐγκαταπνιγόμενον ὑγρὸν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ, σήψεως γινομένης ἐζωοποίησεν. εἶθ' ὁμοίως ἡ τροφὴ διὰ τοῦ αὐτοῦ. ταῦτα δ' ἔοικε, καὶ ἐπὶ τῶν μηλέων καὶ ὅλως ἐπὶ τῶν δένδρων συμβαίνειν, ὅσα σκωληκοῦται διψήσαντα. διὰ γὰρ τὸ ὀλίγον εἶναι τὸ ὕδωρ καὶ μένειν ἐν τῷ δένδρῳ, σῆψιν ἐποίησεν ἐξ ὧν ὁ σκώληξ, ὅταν ἄφθονος ἡ τροφὴ γίνηται. τότε γὰρ καὶ ἡ ἐπιρροὴ πρὸς τὰ ἄνω διαδίδοται καὶ πλείων οὖσα κατακρατεῖ καὶ οὐ σήπεται. παραπλήσιον δὲ τὸ συμβαῖνόν ἐστι καὶ τῇ ἀμπέλῳ· καὶ γὰρ ἐν ταύτῃ τοῖς νοτίοις οἱ ἶπες γίνονται μᾶλλον ἅτε διυγραινομένης, καὶ τοῦ ἀέρος γονεύοντος, εἶτ' εὐθὺς ἐξεσθίουσι τὸ ὁμογενές. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἐλαιῶν αἱ κάρπαι, καὶ ἐφ' ὧν ἄλλα ἐγγίνεται ζῷα περὶ τὴν βλάστησιν ἢ τὴν ἄνθησιν ἢ καὶ ὕστερον. πάντα γὰρ ἐκ παραπλησίας ἐπὶ συνιστάμενα. τῇ δ' ἀμπέλῳ μάλιστα τοῦτο συμβαίνει. διό τι φύσει ὑγρόν ἐστι. καὶ ἡ ὑγρότης αὐτῆς, ἄχυλος καὶ ὑδατώδης. εὐπαθεστάτη γὰρ ἡ τοιαύτη. ἐνιαχοῦ δὲ οὐ γίνονται τὸ ὅλον ἶπες, ὅταν εὔπνους τε καὶ μὴ ἔνυγρος μὴ δ' εὔτροφος ὁ τόπος ὑπάρχῃ. καὶ περὶ μὲν νοσημάτων ἐν τοῖς ὕστερον ἐπιπλέον ῥητέον.

meſcit. Sic enim & vermes, ciceri, cicerculæ, piſoque innaſcuntur, & erucæ. Cicerculis, cum prius, quam fuerint reſiccata, dies interim feruidi acceſſerint: ciceri vero, cum ſalſugine ablata dulcedinem ceperit. Quippe natura vbique animal gignit, modo calor cum humiditate ratione debita coëat. Humiditas enim ceu materia ſubiacet calori ad putrediné efficiendam. Quod etiam in tritico euenire videmus. Vermes enim eius radice creantur, cum poſt ſementem flatus auſtrini crebre inceſſerint. Tunc enim radice humeſcente, & aere calido, radicem caliditas putrefaciens, animalia procreat. Vermis inde enatus continuo radicem erodit. Singulis enim ex eiſdem rebus generationem, alimentumque natura præſcripſerat. Altera ratione vermis ingignitur, cum humor effundi nequit concluſus ſiccitate aeris circumfuſi. Tunc enim calor confecta putredine animal contrahit. Tunc pabulum idem ei quoque ſubminiſtratur. Hoc idem, & malis, & omnino arboribus euenire videtur, quæ ex ſiti vermiculantur. Quia enim parum eſt, idque in arbore manet, putredinem conficit: ex qua vermis. Contra cum alimēti copia ſuppetit, tunc enim ſuccus ad ſuperiora transmittitur, & quia largior, vincit, nec poteſt putreſcere. Huic proximum, quod etiam vitibus euenit. In his enim auſtro potiſſimum vermes Ipes vocitati gignuntur: vtpote cum iſtæ humeſcunt, atque aer fœtificet, tum ij quoque materiem ſibi congenerem ſtatim erodunt. Item carpæ in oleis pari ratione creātur, & quæ in reliquis ſolent conſiſtere, vel cum germinant, vel cum florent, vel etiam poſt florem. Enimuero omnia ex ſimili cauſa proueniunt. Sed vitibus hoc potiſſimū euenit, quod natura præhumidæ ſint, & humorearum inſipidus ſit, atq; aquoſus. Humor enim qui talis eſt, facillime affici poteſt. Nōnuſquam ipes omnino nequeunt generari quemadmodū in loco, in quo lenes ſpirant venti, & non humido, neq; ſuccoſo. Sed de morbis latius poſtea diſſeremus.

ΚΕΦ. Η. — CAP. XXVIII.

De fatus temporibus in frumentis. Solſtitijs non ſerendum, niſi quædam.

Ἐπιρρεῖν δὲ κελεύουσιν οἱ μέν, πλειάδος. ξηρὰν γὰρ ἄνικμόν τε οὖσαν διαφυλάττειν τὸ σπέρμα τὴν γῆν. οἱ δ' ἅμα πλειάσι δυομέναις. ὥσπερ καὶ Κλείδημος. ἐπιγίνεσθαι γὰρ ὕδατα καὶ πολλὰ τῇ ἑβδόμῃ μετὰ τὴν δύσιν. ἄριστον δὲ ἴσως καὶ ἀσφαλέστατον εἰς ὀργῶσαν. ἐπειδὰν ἐμβληθῇ, διευλαβούμενον, ὅπως μήτ' ἐμβληθῇ πηλῷ, μήθ' ἡμιβρεχεῖ καὶ ἡμιμή, ἣν δὴ καλοῦσί τινες ἀμφίεργον. ἡ μὲν γὰρ ὑγρὰ καὶ πηλώ-

SErere iubent alij Vergilijs orientibus, tunc enim ſemina ſeruari poſſe in terra ſicca, & irroſcida arbitrantur: alij occidentibus, vt etiam Clidemus autor eſt, quod imbres die ſeptimo ab occaſu accedant. Sed optimum forte, atque tutiſſimum ſolo turgenti ſemen committere. Cauendum tamen, ne ponatur in lutulento, aut ſemimadido, & ſemiſicco, quod quidam amphiergum vocant. Humidum enim, limoſumque facit, vt ſemina diffundan-

 tur.

δης, διαχεῖ καὶ ἐγχαλακτοῖ. καὶ ἐὰν ξηρανθῇ, συναλείφει καὶ οὐ διαδίδωσιν. ἡ δὲ ἡμιβραχὴς, κατασήπει. τοσοῦτον γὰρ ἔχει τὸ θερμὸν καὶ τὸ ὑγρὸν, ὥστε κινῆσαι μὲν, μὴ ἐκβιάσεσθαι δὲ, μηδ' ἐκβλαστεῖν. διὸ καὶ χείριστος οὗτος τῶν σπόρων. ὁ γὰρ ἐν ξηρᾷ σπόρος γινόμενος, καθ' ὥραν ἔτους οὐκ ἀπόλλυσι τὸ σπέρμα. τοὺς δὲ περὶ τροπὰς σπόρους, Κλείδημός φησιν ἐπισφαλεῖς εἶναι. διερὰν γὰρ οὖσαν καὶ βαρεῖαν τὴν γῆν, ἀτμώδη γίνεσθαι, καὶ ἐοικέναι ἐρίοις κακῶς ἐξεσμένοις. ἔτι δ' οὐ δύνασθαι τὰς ἀτμίδας ἕλκειν οὐδὲ διαπέμπειν, ἅτε θερμὸν οὐκ ἔχουσιν ἱκανὸν, καὶ ἐπαλείφειν ἔλαττον. ἀλλὰ τὰ ὄψια δεῖ σπείρειν ὑπὸ τροπάς. συμφέρει δὲ σπειρομένοις καὶ σπαρεῖσιν, εὐδίας ἐπιγίνεσθαι πλείους ἡμέρας, ὅπως διαβλαστῶσι. μετὰ δὲ ταῦτα, ψύχη βόρεια καὶ μέτρια λεπτὰ χειμῶνος, ἰσχυρῶς ἐρριζωμένων ἤδη καὶ ἐρρωμένων. αὐθέξουσι γὰρ μᾶλλον. ἐπεὶ πιλούμενά γε βελτίω καὶ ἐγκαρπότερα. τῆς γὰρ ῥίζης ἰσχυούσης, ἥτε τροφὴ πλείων, καὶ ἡ αὔξησις μετὰ ταῦτα θάττων. τὰ γὰρ εὐθὺς ἀνατρέχοντα, λεπτὰ καὶ ἀσθενῆ γίνεται. καὶ ἅμα πρὸ τῆς ὥρας κυϊσκόμενα καὶ ἀποχεόμενα φθείρεται. τὸ γὰρ ὅλον ἡ πάρωρος εὐτροφία, σφαλερά. διὸ καὶ ἐπιτέμνουσιν, οἱ δὲ, κείρουσιν. ἀγαθὸν δὲ καὶ ἡ χιὼν, ὅταν ζυμοῖ καὶ μανοῖ τὴν γῆν, τροφήν τε παρέχει. καὶ ἐγκατακλείουσα τὸ θερμὸν, αὔξειν τε καὶ ἰσχύειν ποιεῖ τὴν ῥίζαν.

tur, atque lacteſcant etſi ſiccetur, oblinit obſtruitque, nec tranſmeandi libertatem concedit. Semimadidum vero facile putrefacit. Tantum enim caloris humoriſque obtinet, vt mouere quidem ſemina poſſit: ſed compellere germenque effundere nequeat. Quamobrem ſementem hanc omnium deterrimam putant. Quæ enim in ſicco facta ſit tempeſtiue, ſemen minime perdit. Solſtitijs ſerere tutum eſſe Clidemus negat. Terram enim per id temporis madidam ponderoſamque eſſe, atque ita vaporoſam ac ſimilem velleribus male dilaniatis effici ait: nec poſſe vapores attrahere, ſurſumque tranſmittere, cum non tantum caloris habeat, quantum ſufficeret. Verum quæ ſerotina ſunt, ſolſtitijs melius obſeruntur. Et prodeſt ſeminibus in ſatu, & poſtea quam ſata ſunt, dies placidos complures euenire, vt valeant pullulare. Poſt hæc frigus aquilonium mediocre vtile eſt. Nihil enim valide iam fixis conſtipatiſque nocet: ſed conſtipando meliora fœcundioraque reddit. Quippe cum radice robuſtiore plus alimenti trahatur, & incrementum poſtmodum citius veniat. Quæ namque continuo ſe extollunt, gracilia imbecilliaque ſunt: tum etiam quæ intempeſtiue conceperint atque fuderint, pereunt. Omnino enim intempeſtiua educatio fluxa eſt. Quamobrem alij recidere, alij retondere conſueuerunt. Iuuat etiam nix, quando terram fermentat & rarefacit, & pabulum præbet, & calore concluſo radices augeſcere corroborarique facit.

ΚΕΦ. ΚΘ. — CAP. XXIX.

Cur agri frigidi calidique frumentarij ſunt. Item annum fructificare non tellurem.

Ἢ καὶ τὸ ἀπορούμενον οὐκ ἀφανές. διὰ τί αἱ ψυχιναὶ χῶραι καὶ αἱ θερμαὶ σιτοφόροι, καθάπερ ἡ Θρᾴκη, καὶ ὁ Πόντος, καὶ ἡ Λιβύη, καὶ Αἴγυπτος. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις ποιεῖ ὁ χειμών τε καὶ τὰ καύματα καθάπερ ἐν ταῖς κατεργασίαις ἐλέχθη τῆς γῆς. οὐδὲν δὲ ἔλαττον ἀλλὰ πάντων μέγιστον ὁ περιέχων αὐτὰς πρὸς εὐκαιρίας ὑδάτων, καὶ βίας χειμώνων καὶ πνευμάτων. ὁποῖα γὰρ ἂν ᾖ ταῦτα, καὶ τὰ σπέρματα οὕτως ἐκτελεῖται. ὃ καὶ ἡ παροιμία καλῶς, ἔτος φέρει οὔτι ἄρουρα. μέγα δὲ καὶ ἡ θέσις τῆς χώρας, ἡ πρὸς τὰ πνεύματα καὶ τὸν ἥλιον. ὥσπερ ἐπὶ τῶν δένδρων ἐλέχθη. πολλαὶ γὰρ οὖσαι λεπταὶ καὶ φαῦλαι, τελεσφόροι γίνονται, διὰ τὸ πρὸς ταῦτα κεῖσθαι καλῶς. ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν, ἡ ἀγαθὴ χώρα, καὶ χειμώνων δεῖται πολλῶν. ἐὰν γὰρ εὐδίαι καὶ τὰ νότια ἐνισχύωσι, λοχείας ποιοῦσιν ὡς ἐπιπολὺ καὶ ἐρυσιβώδεις. ὁ δὲ χειμὼν πιλώσας καὶ καρκινώσας τὰς ῥίζας, σύμμετρον εἰς τὸ ἔαρ ποιεῖ

EX quo illud quoque palam fit, quod in quæſtione verſatur, Cur ager frigidus calidusque frumentarius ſit, ceu Thracia, Pontus, Africa, Aegyptus. Etenim ſupra cætera, frigus etiam æſtusque aliquid conferunt: vt de mollitione terræ dictum iam eſt. Quippe nulla re minus; ſed omniū maxime circūfuſus aer animaduertitur ſcilicet ad tempeſtiuitatem imbrium, vimque flatus & frigoris conferre. Qualia enim hæc fuerint, talia quoque ſemina redduntur. Vnde recte in prouerbio eſt, Annus fructificat, non tellus. Situs quoque agri plurimum ad flatum ſolemque valet, quod etiam de arboribus diximus. Enimuero plerique agri, quamuis graciles vitiatique, fruges tamē perficere haud improbe poſſunt, quia commode ad hæc ipſa ſiti ſunt. Omnino (vt ſummatim dixerim) ager bonæ frugis, frigora quoque multa deſiderat. Serenitates enim flatuſque auſtrini vitia magna ex parte fœtificant, rubiginoſaſque fruges efficiunt. Contra hyems, conſtipatis canceratiſque ſtirpibus

τὸ μέγεθος. ὅλως δὲ καὶ τὴν χώραν ἂν εἰργασμένην λάβῃ, μανοῖ. διὰ ταύτην δὲ τὴν αἰτίαν καὶ εἰς τὸ ἔαρ αἱ αὐξήσεις ταχεῖαι γίνονται καὶ ἐκφύσεις καὶ τελειώσεις. ὥστε δοκεῖν μὴ κατὰ λόγον ἐπιλείπεσθαι τῶν ἐν ταῖς ἀλεειναῖς, ἀλλὰ καὶ προτερεῖν ὥσπερ καὶ τὰ περὶ Ἑλλήσποντον, ἰσχυρᾶς τῆς ὁρμῆς γενομένης, διὰ τὸν ἀθροισμόν. καὶ τοῦ ἀέρος ὑπηρετοῦντος, ταχεῖαι καὶ αἱ ἐπιδόσεις καὶ αἱ τελειώσεις γίνονται. ταῦτα μὲν οὖν ἐν ταῖς τῆς χώρας διαφοραῖς ἐστι. τὰ δὲ σπέρματα καθάπερ ἐπὶ τῶν πυρῶν ἐκ τῶν ὁμοίων καὶ τῶν χειρόνων ληπτέον, ὅπως δὴ μηδεμία μεταβολὴ ἐπὶ τὸ βέλτιον γίνηται. καί τοι φασὶν ἐκ τῆς ἀγαθῆς ἰσχυρότερα εἶναι. διὸ καὶ ἐπὶ δύο ἔτη διαμένειν τὴν δύναμιν. εἰ δὲ τοῦτο ἀληθές, ὅμοιον ἂν εἴη καὶ τὸ ἐπὶ τῶν φυτευμάτων, τὸ τὰ κάλλιστα καὶ ἰσχυρότατα λαμβάνειν. ὥστ' ἀμφοτέρως ἂν ἔχοι λόγον.

pibus magnitudinem modicam verno tempore facit. Terram item ſi occupauerit cultam, rariorem ſolutioremque reddit. Qua de cauſa incrementa, exortus, conſummationeſq; celeriter Vere fiunt: adeo vt pro proportionis ratione ſerius prouenire, etiam antecedere illa, quæ ſata ſunt in agro tepido, videantur. Sicut quæ circa Helleſpontum. Cum enim vehementur propter ſucci collectionem fauoremque aeris excitentur, celeriter & augeſcunt & conſummantur. Igitur agri his inter ſe differentijs diſcrepant. Semina autem in ijs quoque ſimilia capi oportet, ne qua mutatio conſequatur. Atqui nonnulli validiora eſſe illa affirmant, quæ ager præbeat optimus: & hinc vires eorum perdurare biennio poſſe. Quod ſi ita eſt, proximum ſane illi eſt, quod de arborum plantis aſſeritur, hoc eſt, optima altiſſimaque petere oportere. Quapropter, vtraque ratione rem agi conueniet.

ΚΕΦ. Λ.

Cap. XXX.

Inæqualitatem cœli non eſſe contemnendam.

Χρὴ δὲ καὶ ταῖς τοῦ ἀέρος ἀνωμαλίαις προσέχειν. οὔτε γὰρ τὰ ἐκ τῶν εὐήλων καὶ πρωΐων, εἰς τοὺς ὀψίους καὶ δυσχειμέρους· οὔτε τὰ ἐκ τούτων εἰς ἐκείνους ἁρμόττειν. τὰ μὲν γὰρ προτερεῖν δοκεῖ· τὰ δ' ἀπ' αὐχμῶν ἀπόλλυται καὶ ἀνυδρείας· ὄψια γὰρ ὄντα, βραδέως τε κυΐσκεται καὶ ἀποτίκτει. διὸ καὶ ὑστερεῖ. ταυτὸ δὲ τοῦτο συμβαίνει ἐπὶ τῶν σπερμάτων. ὅσα γὰρ εὐβλαστῆ, καὶ ταχὺ παραγίνεται. καθάπερ τὰ τριμηναῖα σπαρέντα πρωΐα, προτερεῖ καιρόν. εἰ μὴ τοιοῦτόν ἐστιν ὃ προλαβεῖν δεῖ τοῦ χειμῶνος πρὸς τὴν ῥίζωσιν. ὥσπερ καὶ τὸν κύαμον διὰ τοῦτο πρωϊσποροῦσι. καὶ ἅμα διὰ τὸ φιλεῖν ἀνθοῦντα βρέχεσθαι, καὶ ἀνανθεῖν πολὺν χρόνον. ὀψὲ γὰρ σπειρόμενος οὐκ ἂν βρέχοιτο. τὸ δὲ ὕδωρ ἐν αὐτῷ θεῖν, τούτῳ μὲν συμφέρει διὰ τὴν μανότητα· τῷ σίτῳ δὲ ἀσύμφορον διὰ τὴν λεχθεῖσαν πρότερον αἰτίαν. τοῖς δὲ ἄλλοις χεδροποῖς ἀβλαβές, πλὴν ἐρεβίνθῳ· τοῦτον δὲ ἀπολύει. καταπλυθείσης δὲ τῆς ἅλμης, ὥσπερ συμφύτου τινὸς στερόμενος, σφακελίζεται καὶ ὑπὸ καμπῶν κατεσθίεται. ζωογονεῖται γὰρ ὥσπερ εἴρηται. βραχέντος δὲ οἴνῳ τοῦ σπέρματος, ἧττον δοκεῖ νοσεῖν· ὅπερ οὐκ ἄλογον, ἔχοντά τινα δριμύτητα. διατηρεῖ γὰρ αὐτά. τὸ γὰρ ὅλον ἐάν τις ἀλλοιώσας καταβάλλῃ τὸ σπέρμα, καθάπερ πρότερον ἐλέχθη, μεταβάλλειν καὶ φυτὰ καὶ τοὺς καρποὺς οὐκ ἄλογον. οἷα γὰρ ἡ ἀρχή, τοιαῦτα καὶ τὰ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. ἔτι δ' ὁρῶμεν ὅτι καὶ ταῖς τροφαῖς ἀλ-

Aëris quoque inæqualitatibus cura eſt adhibenda. Neque enim quæ loca aprica, & proſpera tulerint, ſerotinis frigidiſque conueniunt, neque contra. Altera enim feſtinare putantur, altera ſiccitate imbriſque inopia pereunt. Quod enim ſerotina ſint, lente concipiunt pariuntque. Quocirca vt veniant poſterius, neceſſe eſt. Hoc idem frugibus quoque euenire videmus. quæ enim præcoquis lætique germinis ſunt, ceu trimeſtria; hæc ſolo mature commiſſa præueniunt. Niſi quid eiuſmodi ſit, vt hyemem anticipare debeat, quo poſſit radicem concipere. Sicut & fabam ea de cauſa mature ſerere ſolent, & ſimul, quia imbrem in flore amet, diuque refloreat. Nam ſi ſero ſeratur, imbrem haud aſſequi poſſit. Prodeſt fabæ imber cum floret, quia raro opera conſtat. Frumento incommodius eſt ratione prædicta. Cæteris quoque leguminibus innocens eſt, præterquam ciceri. Hoc enim ablata ſalſugine, tanquam re naturali & ſibi ingenita deſtitutum, radicitus ſtatim tabeſcit, atque ab erucis exeditur. Fœtificatur enim quemadmodum diximus. Sed ſemine in vino præmacerato minus poſſe ægrotare putatur. Quod ratione nititur. Sic enim aliquid acerbitatis habet, quo poſſit reſiſtere. Omnino enim ſiquis immutatum ſemen terræ mandauerit (vt ante iam diximus) tam plantas quam fructus permutari poſſe, ratio eſt. Quale namque principium ſit, tale illud quoque ſequatur, quod ab eo ipſo principio prodit, neceſſe eſt. Ad hæc alimentis mutatis, tota quoque arborum genera permutari videmus. Quippe ex ferocibus vrbana mitiaque redduntur, & ex nigris

λοιούμενα μεταβάλλειν καὶ ὅλα γένη τῶν δένδρων ὥσπερ ἐξ ἀγρίων ἥμερα γινόμενα, καὶ ἐκ μελάνων λευκά. καὶ κατὰ τοὺς καρποὺς ὁμοίως, ὥστε καὶ περὶ αὐτὸ ποιόν τι γινόμενον, οὐκ ἄτοπον ἀλλοιοῦν καὶ τὴν ῥίζαν εὐθὺς καὶ τὸν καυλὸν καὶ ἔσχατον τὸν καρπόν. ἀπηνθηκότι δ' οὐ συμφέρει κατὰ μικρὸν ἐκφύειν, οὐδ' ἡλίους ἐπιλαμβάνειν, ἀλλὰ ψύχη γίνεσθαι καὶ ἐπινίφειν. ὅπως μὴ ἐπικαθήμενον τὸ ὕδωρ ἐπιλαβὼν ὁ ἥλιος ἐρυσιβώσῃ, ψιλὴν ποιήσας· διὸ καὶ αἱ δροσοβόλοι χώραι καὶ ἔγκοιλοι καὶ ἀπνεύματοι, μάλιστα ἐρυσιβώδεις.

nigris in candida tranſeunt. Pari modo & fructus. Quapropter ſemen etiam qualitate affectum aliqua, nil mirum ſi radicem protinus & caulem alteret, & vltimo fructum immutet. Non irrorari ſoleſque ſentire prodeſt flore delapſo, ſed frigore, niueque opus eſt, ne reſidentem humorem ſol ferueſaciens rubiginem creet. Hinc enim & agri rorulenti, & caui, & inflatiles potiſſimum rubigine infeſtantur.

THEO.

THEOPHRASTI DE CAVSIS PLANTARVM LIBER QVARTVS.

ΚΕΦ. Α. | CAP. I.

Cur ſeminibus vires pro proportione non ſint. Semini adiunctam eſſe vim duplicem, agendi & patiendi.

Ἐπεὶ δὲ πλείους αἱ γενέσεις τῶν φυτῶν, τούτων δὲ κοινοτάτη πᾶσιν ἡ ἀπὸ σπέρματος, ἢ ὅσα ἔχει σπέρμα καὶ καρπόν· ἀπορήσειεν ἄν τις, διατί ποτε οὐκ ἀνάλογον ἡ ἰσχὺς ἑκάστῃ ἐστὶ τῶν σπερμάτων, ἀλλ' ἀσθενέστερα τῶν ἰσχυροτέρων· οἷον τὰ τῶν δένδρων τῶν ἐπετείων. ἀμφοτέρως γὰρ φαίνεται τὸ ὁμολογούμενον, καὶ εἰ ἀπὸ τῶν ἀσθενεστέρων σπερμάτων ἰσχυρότερα γινόμενα. τὰ γὰρ σπέρματα γεννᾷ τὰ δένδρα· τῆς δὲ ἀσθενείας καὶ τῆς ἰσχύος ἐκεῖνα σημεῖα. τὰ μὲν γὰρ ἐπέτεια ὅταν σπαρῇ, διαμένει τὰ αὐτὰ καὶ ἐξομοιοῖ τοὺς καρπούς· τὰ δὲ τῶν δένδρων μεταβάλλει καὶ χείρω ποιεῖ. καὶ τὰ μὲν ταχεῖαν ἀποδίδωσι τὴν τελείωσιν· τὰ δὲ χρόνιον καὶ βραδεῖαν. καὶ ἀνάπαλιν καὶ λαμβανομένων. ἰσχυρότερα γὰρ ὄντα τὰ δένδρα, βραδύτερον ἐκπέττει τοὺς καρπούς. ἔτι δὲ τὰ μέν, ἐν κελύφεσι δερματικοῖς καὶ ξυλώδεσιν· οἷον τὸ τῆς ἐλαίας, καὶ τὸ τῆς κοκκυμηλέας, καὶ τὰ τῆς ἀπίου, καὶ ἀμπέλου, καὶ μηλέας. ἔνια δὲ ἐν ξυλώδεσι. τὰ δ' αὐτὰ πάλιν ἐν περικαρπίοις σαρκώδεσι. καὶ ὅλως ὅσα κάρυον ἐντὸς ἔχει τῆς σαρκός. τὰ δὲ τοῦ σίτου γυμνά· καὶ μάλιστα τοῦ πυροῦ καὶ τῆς κριθῆς. εἰ δὲ μὴ χιτῶσί γε περιέχεται λεπτοῖς. ἀεὶ δὲ τὸ ἀσθενέστερον ἡ φύσις εἰς πλείω τίθεται φυλακήν. αἱ μὲν οὖν ἀπορίαι σχεδὸν αἱ αὐταί. δεῖ δὲ λαβεῖν πρὸς αὐτὰς ἀρχὴν τήνδε. τὸ σπέρμα μὴ μόνον ἔχειν δύναμιν τοῦ ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ πάσχειν. ὅπερ καὶ κατὰ πάντων τῶν τῆς φύσεως ἀληθές. καὶ κατ' αὐτὴν δὲ τὴν γένεσιν ἀμφοῖν εἶναι τὴν ἐνέργειαν. καὶ τρόπον τινὰ οὐχ ἧττον τῷ πάσχειν. τότε γὰρ καὶ ἡ ἐν τοῖς σπέρμασι κινεῖται δύναμις, οἷον διαθερμαινομένων. διὸ καὶ οὐ πάντα βλαστάνει κατὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, ἀλλ' ὅταν ἡ οἰκεία τοῦ ἀέρος κατάσχῃ κρᾶσις. ὑποκειμένου δὲ τούτου, φανερὸν ὡς οὐκ ἰσχύος ἀλλ' ἀσθενείας μᾶλλον ἡ ταχυβλαστία. τὸ γὰρ ἀσθενὲς εὐμαρέστερον εἰς τὸ παθεῖν. ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τῆς τελειώσεως. τὰ ἀσθενέστερα ῥᾷον ἐκτελεώσασθαι καὶ τῷ περιέχοντι, καὶ ταῖς ἐν αὐταῖς ἀρχαῖς. ὃ καὶ περὶ ζώων ἐστίν.

QVONIAM plantarum complures ſint generationes, harumque communiſſima omnibus quæ ſemine fiunt, vel certe ijs, quæ ſemen fructumq; ferunt: dubitauerit ſane quiſpiam quæratque, cur non pro proportione vires ſingulis ſeminibus inſint, ſed infirmiora ſint quæ a validioribus prodeant: vt quæ arbores generant, annuis eſſe infirmiora videmus. Quippe vtraque ratione in confeſſo id ipſum habetur, quando etiam ab infirmioribus ſeminibus validiora proueniant. Semen enim arborem generat. Infirmitatis robuſtatiſque argumenta hæc ſunt. Annua terræ commiſſa eadē permanent, ſuoſque fructus ſimiles præſtant. Arborum ſemina immutantur deteriuſque fructificant: & altera conſummationem ſibi deſtinatam celeriter reddunt, altera diutine ac lente. Arbores enim quanquam robuſtiores, tardius fructus ſuos percoquunt. Item arborum ſemina cruſta lignoue natura operuit, vt oleæ, pruni, vitis, piri, mali. Et hæc rurſus mole carnoſa obduxit: frumenta vero nuda reliquit, & maxime triticum atque hordeum. Præterquam quod tunicis prætenuibus veſtitur. Semper enim illa, quod infirmius eſt, huius maiorem habet rationē. Ambiguitates hæ fere ſunt. Principium vero de his diſſerendi ſumere illud oportet, ſemē non ſolum vim agendi ſed etiā patiēdi ſortiri. Quod cū in omni parte naturæ affirmari veriſſime poteſt, tum in ipſa generatione latiſſime patet, vtramq; rationem & quodammodo nō minus illam patiendi vendicare ſibi effectum. Sic enim vis quoq; ſeminibus indita ad agendū mouetur, quaſi ferueſcerent. Quamobrē non omnino ex eadem cauſa germināt, ſed cum aëris propria cuiq; euenerit temperies. Hoc igitur poſito cōſtat, non roboris ſed potius imbecillitatis germinandi celeritatem eſſe. Imbecille enim pati aptius eſt. Hæc eadē ratio reddi poteſt de conſummatione. Enimuero imbecilliora facilius & aëris habitus & quæ in eis ſunt elementa, poſſunt perficere. Quod etiā in animalium genere patet.

αἰεὶ γὰρ τὰ ἰσχυρότερα χρονιώτερας ὡς ἐπίπαν ποιεῖται καὶ τὰς κυήσεις καὶ τὰς τροφάς. ἅμα δ᾽ ὥσπερ, ἐὰν τὰ μὲν αὐτοῦ τοῦ χειμῶνος σπέρματος γεννητικὰ σώματα οὐδὲ μικρὸν ὑπόκειται. τὰ δὲ ἐν ὄγκοις μείζοσιν, οἳ καταναλίσκουσι καὶ ἀντισπῶσιν εἰς ἑαυτὰς τὰς τροφάς· ὥστε τὰ μὲν, ὀλιγόκαρπα, τὰ δέ, ὅλως ἄκαρπα ποιεῖν, ὡς ἐπὶ τῶν ζώων συμβαίνει τῶν ἐκ παχυνομένων καὶ εὐτροφουμένων. τοῦ μὲν οὖν θᾶττον ἐκτελειοῦν, οὐχ ἡ ἰσχύς. ἀλλὰ ταῦτα τὰ αἴτια. διὸ καὶ πολυγονώτερα. καίτοι τάχ᾽ αὖ τις ἀντείποι περὶ τοῦ πλήθους, φάσκων πλείω τὰ ἀπὸ τῶν δένδρων εἶναι. πολλὰ γὰρ ἕκαστον ἔχει τῶν περικαρπίων· τὸ δὲ δένδρον ἀφ᾽ ἑνὸς γεγενῆσθαι σπέρματος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐλαφρότερα καὶ οἷον ἀπηρτημένα ἂν φανείη. τὸ δὲ μὴ δύνασθαι τηρεῖν τὰ γένη μηδ᾽ ἐξομοιοῦν, ἐπὶ ἀμφοῖν ἂν ἔχοι τὸ αἴτιον· καὶ τῷ πλείω χρόνον ἐπὶ τῆς γῆς μᾶλλον καταкρατεῖσθαι, καὶ τῷ τοὺς σωματικοὺς ὄγκους πλεῖον τροφῆς ἀποσπᾶν. ὃ γὰρ καὶ τῆς ἀκαρπίας αἴτιον, καὶ τῆς κακοκαρπίας εὐλόγως. φανερουμένης δὲ τῆς ὑγρότητος καὶ τῆς εὐτροφίας, μεταβάλλουσι. τὰ δ᾽ ἐπέτεια βραχύν τινα χρόνον ἐν τῇ γῇ γίνεται, καὶ ὀλίγην ἕλκει τροφήν· διὸ καὶ οὐκ ἐξίσταται μιᾷ σπορᾷ τῶν γενῶν, ἀλλὰ τὴν τρίτην. τό τε γὰρ ποιεῖται τὰς μεταβολάς. ὥσθ᾽ ὅπερ ἐκείνοις διὰ τὸ πλῆθος τῆς τροφῆς, εὐθὺς τοῦτο τοῖς σπέρμασι χρονισθεῖσι κατὰ λόγον. πλὴν ὅτι τὰ μὲν εἰς τὸ χεῖρον αἰεὶ μεταβάλλει· τὰ δέ, καὶ ἐπὶ τὸ βέλτιον, ἐὰν ἡ χώρα τοιάδε καὶ ὁ ἀήρ· ἀλλὰ δὴ τοῦτο μὲν ἕτερον. εἰς ἄλλο δ᾽ ὅλως ἐξίσταται γένος τὰ μάλιστα τῶν σπερμάτων καὶ ἰσχυρότερα. καθάπερ ὁ πυρὸς καὶ ἡ κριθή. μόνα γὰρ ἐξαιροῦνται. μᾶλλον δ᾽ ὁ πυρὸς ἰσχυρότερος ὤν. ὥστε καὶ τοῦτο ὁμολογούμενον τὸ πλείω τροφὴν ἕλκειν. ὁ γὰρ θέρμος ὥσπερ ἄπεπτόν τι τὸ ὅλον. τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν βλάστησιν, ἐν τούτοις ἂν εἴη. πρὸς δὲ τὴν ἔξω διαμονὴν φυτευομένων, ἄλλοις μὲν ἄλλως συμβαίνει κατὰ τοὺς χρόνους.

Semper enim quæ robuſtiora ſunt, diuturnius ex toto pene partus ſuos ferunt, atque educant. Tum & frugibus terræ plantæ perexiguæ ſubiacent. Fructus arborũ moles cõſtat maxima, quæ auocat ad ſe cibos atq; abſumit, vt alia parum ferant, alia penitus ſterilia ſint, ſicut & animalibus euenit, quæ ſupra modum craſſantur atque pingueſcunt. Igitur feſtinatæ conſummationis cauſam nõ viribus, ſed his dare debemus: vnde fit, vt etiam fœcundiora eadem eſſe non ſit mirum. Sed forte de fœcunditate aliquis contradicet, plura inquiens eſſe quæ arbores ferunt. Singulas enim pulpas permulta ſemina cõtinere, arboremque ſemine vnico generari. Sed hæc leuiora, & quaſi ſemota eſſe appareant. Genus autem & ſimilitudinem fructuum ſeruare arborum ſemina nequeunt, ambabus illis de cauſis: quia plus temporis terræ immerſa debilitentur, & quia ingens arborum moles largam nutrimenti copiam attrahit. Quod enim ſterilitatis cauſa eſt, idem etiam prauitatis fructuum eſſe, ratio eſt. Annua contra parum temporis in terra tenentur, & paruum attrahunt alimentum, quapropter non primo ſatu degenerant, ſed tertio. Tunc enim mutationes fieri ſolent. Itaque quod illis ob alimenti copiam ſtatim euenit, hoc frugibus cum diu permanſerint, rationi eædem conuenerit: præterquam quod altera in partem deteriorem ſemper mutentur, altera in meliorem pertranſeant, ſi agri cœlique ſtatus faueat. Sed hoc haud noſtri propoſiti eſt. Degenerant autem penitus fruges illæ potiſſimum quæ viribus præſtant, vt triticum atque hordeum: hæc enim ſola in lolium tranſeunt. ſed magis triticum, quia validius eſt. Itaque id quoque non alia de cauſa euenit, quam quod plus alimenti trahatur. Lupinum enim omitto, quoniam id incoctile quaſi omnino eſt. Igitur ratio germinandi hinc colligi poteſt. Ad extra vero durandi peruicaciam, alijs aliter pro ratione temporum euenit.

ΚΕΦ. Β.

CAP. II.

Cur ſeminum, arborum, frumentorumque & leguminum, alia plus alia minus durent.

Οὐ μήν, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἄλογον ἔνια θᾶττον ἐρεῖν τῶν δενδρικῶν εἰς τὴν φθοράν. οἷον ὅσα ἐν περικαρπίοις ἐστὶ σαρκώδεσιν. οἷον, ὅταν χωρισθῇ ἢ σαπῇ· γυμνὸν γὰρ ἀναξηραίνεται καὶ θνήσκει. τὰ δ᾽ ἐν δερματικοῖς καὶ μὴ χωριζόμενα μᾶλλον διαμένει· καὶ γὰρ ὑγρότερα, παρεισδέχεται τὸν ἀέρα. μάλιστα δὲ διαμένει τὰ ἐν ξυλώδεσι, καὶ τούτων ὅσα πυκνόν τι τὸ κέλυφος ἔχει, καὶ αὐτὰ λιπαρά. καθάπερ τὰ κάρυα τὰ ἡρακλεωτικά. πλὴν ἐκπικροῦται.

CAeterum eſſe nonnulla arborum ſemina quæ perire celerius poſſint, non temere dixeris: vt ea quæ in pulpa concluſa ſunt, videlicet vel ſeparata vel putrefacta. Nudum etenim ſemen ſiccatur atque emoritur. Quæ autem corio integuntur, nec ſuo tegmine poſſunt abſolui, hæc longius durant. Sunt enim humidiora, & ſatis aërem recipere poſſunt: ſed maxime ſeruabilia quæ ligno teguntur. Et inter hæc primatum obtinent illa, quæ denſo putamine ſunt ac pinguiuſcula, ceu nux auellana. quanuis amara fiant.

Amygda-

τὰ δ' ἀμύγδαλα ἐλάττω χρόνον· ἐλάχιστον δὲ τὰ βασιλικὰ μόνον. μακρότατον γὰρ τὸ περὶ ξ, καὶ ... συμφυές. διαμένει δὲ καὶ τὸ τῆς ἐλαίας καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτο. τῶν δ' ἐν σαρκώδεσι περιεχομένοις, χρονιώτατον τὸ τοῦ φοίνικος, ὅτι ξηρότατον καὶ πυκνόν. τὰ μὲν οὖν τῶν δένδρων, διὰ ταύτας τὰς αἰτίας τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δ' ἧττον διαμένει· σχεδὸν δὲ καὶ τὰ τῶν σιτωδῶν διὰ παραπλησίας αἰτίας. ἢ γὰρ τῷ περιέχεσθαι πλείοσι χιτῶσιν ἡ διαμονή, καθάπερ ὁ κέγχρος· ἢ τῷ λίπος ἔχειν. ὥσπερ τὸ σήσαμον. ἢ τῷ δριμύτητά τινα καὶ πικρότητα χυλοῦ. καθάπερ ὁ θέρμος καὶ ὁ ἐρέβινθος. ἀλλ' ὅ γε ἐρέβινθος μέλας γίνεται διαφθειρόμενος· ὁ δὲ πυρὸς, μᾶλλον τῆς κριθῆς καὶ τῶν χεδροπῶν, διὰ τὸ θερμότερον εἶναι καὶ χιτῶνας ἔχειν πλείους. ἡ γὰρ αὖ κριθὴ καθάπερ γυμνόν. τὰ δὲ χεδροπὰ, παχέα μὲν τοῖς κελύφεσιν· ἀλλὰ μανὰ γλυκύτητά τινα ἔχοντα φαίνεται. οὐχ ἧττον δ' αἴτια ταῦτα τῆς φθορᾶς. διὸ καὶ ὁ κύαμος καὶ ὁ ὦχρος τάχιστα κόπτεται. τάχα δ' ἀληθέστατον εἰπεῖν ὡς κατὰ τὰς χώρας. ἐν Ἀπολλωνίᾳ γοῦν τῇ περὶ τὸν Ἰόνιον πολλά φασιν ἔτη διαμένειν τοὺς κυάμους. πολλὰ δὲ καὶ περὶ Κύζικον. ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς τούτων διαμονῆς καὶ τὸ ὅλον τῆς φύσεως, τάχ' ἂν ἐν τοῖς ὕστερον ἐπὶ πλέον ῥηθείη. πρὸς δὲ τὰ τῶν δένδρων συγκρινόμενα, ταύτας ἔχει τὰς διαφοράς.

Amygdalæ minus perdurant, & minimum nuces iuglandes: quia præraro minimeque continuo putamine obteguntur. Oleæ quoque ſemen perdurat, & reliqua generis eiuſdem. Omnium vero, quæ pulpa ambit, diuturniſſimum palmæ eſt, vtpote quod ſucciſſimum ſit. Arborum ſemina his de cauſis alia plus, alia minus perdurant. Proximis fere cauſis,& frumenta ſeruantur. Aut enim quod pluribus tunicis veſtiantur, ceu milium: aut quod pinguia ſint, vt ſeſamum: aut quod aliquam acritudinem amaritudinemue habeant ſucci, vt lupinum, & cicer, quod & nigreſcit, cum corrumpitur. Triticum magis hordeo & leguminibus durat,quia calidius ſit, & tunicis pluribus tegatur. Hordeum enim nudum propemodum eſt. Legumina tametſi craſſis putaminibus ſunt, tamen corpore ſunt ſoluto, & dulcedinis aliquid habent, quæ quidem non minus corruptionis cauſam poſſe afferre videntur. Quapropter celerrime tunditur faba, & cicera. Sed dici fortaſſe veriſſime poteſt, hæc pro locorum in quibus naſcuntur ratione, poſſe durare. Quippe cum apud Apolloniam maris Iōnij fabas multos perdurare annos confirment, multos etiam apud Cyzicum. Sed de perennitate eorum, atque in totum de ratione naturæ poſtea fortaſſe latius diſſeremus. Nunc arborum comparatione differentias in his explicaſſe illas ſufficit.

ΚΕΦ. Γ. — CAP. III.

De olerum differentijs in ſeruanda ſpecie ſua. Item quæ oleribus, fructibuſque duratio.

ἘΝ δὲ τοῖς τῶν λαχανωδῶν, τὰ μὲν ἄλλα τὴν ἐξομοίωσιν ἀποδίδωσι. ῥάφανος γὰρ καὶ ἄττα μεταβάλλει. δοκεῖ δὲ ἄλλα τινὰ καὶ δενδρικώτερα. ταῖς δ' ἐκφύσεσι πλέον ἀλλήλων, ὅτι ταῦτα παραλλάττει. τῶν σιτηρῶν μὲν γὰρ τριταῖα διαβλαστάνει. καθάπερ ὤκιμον, σίκυος, κολοκύντη. τὰ δὲ, πεμπταῖα, ἢ ἑκταῖα· τὰ δὲ πεντεκαιδεκαταῖα, καθάπερ πράσον. τὸ δὲ σέλινον τεσσαρακοσταῖον. ἐνιαχοῦ δὲ πεντηκοσταῖον. δυσφυέστατον γὰρ τοῦτο πάντων. δυσφυὲς δὲ καὶ τὸ κορίανον. οὐ γὰρ βλαστάνει μὴ βρεχθέν. αἰτία δ' ἡ σκληρότης. ὥσπερ γὰρ ξυλῶδές ἐστι τὸ περιέχον. ἡ δὲ τῶν τευτλίων ἀνωμαλία, τῷ τὰ μὲν ὕστερον μηνὸς ἐπιβλαστάνειν, τὰ δὲ, δυοῖν, τὰ δὲ, πλείοσι, τὰ δὲ καὶ ἐνιαυτῷ. σημαίνειν δὲ ἔοικε τῶν σπερμάτων αὐτῶν ἀτεραμνότητά τινα πρὸς τὴν βλάστησιν. τὰ δὲ θερινὰ σπειρόμενα, δῆλον ὡς δι' ἀσθένειαν, διὸ ταχύ τε παραγίνεται, καὶ ταύτην τὴν ὥραν φύεται, φέρειν οὐ δυνάμενα τὸν χειμῶνα, τὰ μὲν ὄντα ξηρὰ, καθάπερ καὶ τὸ ὤκιμον. τὰ δ' ὑγρὰ καὶ ψυχρὰ, καθάπερ ὁ σίκυος καὶ ἡ ἀνδράχνη.

IN genere olerum, cætera ſuam ſpeciem ſeruant: braſſicam, & alia quædam mutari videmus. Sed in ortu plus hæc certo inter ſe diſcrepant, quam frumenta. Alia enim die tertio exeunt, vt ocimum, cucumis, cucurbita: alia quinto, aut ſexto: alia quinto & decimo, vt porrum. Quadrageſimo apium, nonnuſquam & quinquageſimo. Hoc enim prouentu difficillimum omnium proditur. Coriannum quoque difficile prouenit. Haud enim germen emittit, niſi aqua præmaceratũ. Cauſam duricies habet: cruſta enim tegitur Betarũ etiam diſparitas, cum aliæ menſe poſteriori emergant, aliæ duobus menſibus poſt, aliæ pluribus. Nõnullæ etiam anno, duritiem ac peruicaciam quandam in percoquendo ad germen edendum ſignificat. Quæ per æſtatem ſeri mos eſt, propter imbecillitatẽ celeriter augeſcunt, & eo ipſo tempore prodeũt, quia hyemem nequeant tolerare: vel quod ſicca ſint, ceu ocimũ, vel quod frigida humidaque, vt cucumis, & portulaca.

θαυμαστὸν δ' ἂν δόξειε τὸ τοῦ ἀβροτόνου μάλιστα, διότι θερμὸν ὂν τὴν ἀλέαν διώκει. αἰτία δὲ ἡ ἀσθένεια. πρὸς ἄμφω γὰρ ἀσθενεῖ. καὶ πρὸς τοὺς χειμῶνας, καὶ πρὸς τὰ καύματα. τὸ δ' ὅλον οὐκ ἔοικεν ἡ θερμότης μάλιστα εὐβλαστεῖν. εἴπερ θερμὰ τὰ δριμέα. καὶ γὰρ τὸ πράσον, καὶ τὸ γήτειον, καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ θύμβρα, καὶ ἡ ὀρίγανος, δυσβλαστῆ. δεῖ γὰρ ἔχειν τινὰ ὑγρότητα, καὶ οὐχ ἧττον ἀλλὰ μᾶλλον ἴσως εὐκρασίαν τὸ εὐβλαστές, πρὸς τὸ ποιεῖν καὶ πάσχειν. ὅλως δ' ὡς ἐν γένει λαβεῖν ξηρότατα τῶν σπερμάτων τὰ στεφανωτικὰ, καὶ τὰ τῶν λαχάνων. ὅθεν καὶ τάχιστα τὰς ἰκμάδας ἕλκει. διὸ καὶ κρεμαννύουσιν αὐτά. καὶ οὐ ῥαίνουσι τὰ οἰκήματα, οὐδ' ὕδωρ εἰσφέρουσιν ἁπλῶς. ἡ δὲ διαμονὴ θησαυριζομένη, πρός τε τοὺς σπόρους, καὶ πρὸς τὰς ἄλλας χρείας, παραπλήσια καὶ τοῖς σιτηροῖς γόνιμα μὲν εἰς τετραετίαν μάλιστα. χρήσιμα δὲ πρὸς τἄλλα πλείω χρόνον, ὥσπερ ὁ σῖτος εἰς τροφήν. καὶ τοῦτο δὲ κατὰ λόγον, ὥσπερ καὶ τοῖς ζώοις πρῶτον ἀπολιπεῖν τὴν τῆς γονῆς δύναμιν. καὶ γὰρ ἐν τούτοις ἡ ἀρχὴ τοῦ γεννᾶν. ὅπερ αὖτις ὡς πέρας θείη. τὸ δὲ λοιπὸν ὡς τροφὴν καὶ ὕλην προσηρτημένην. ἀλλὰ τὸ ὅλον καλεῖται σπέρμα. διὸ καὶ ζῆν αὐτά φασι καὶ μὴ ζῆν. ὅταν διαμένῃ ταῦτα ἢ φθαρείη, καθάπερ καὶ τὰ ᾠά· συμβαίνει δὲ τοῦτο καὶ τοῖς βαλανώδεσι καὶ τοῖς ἄλλοις. εἰς βλάστησιν δὲ τὰ ἔνα τῶν νέων οὐκ ἄλογον εἶναι βελτίω, ξυνεστηκότα τε καὶ οἷον αὐτὰ αὑτῶν ὄντα μᾶλλον. πρόσεστι γάρ τις καὶ τούτων πέψις ἀποπνεύσαντος τοῦ ἀλλοτρίου. χρονιζομένου δὲ, πάλιν γῆρας καὶ φθίσις. περὶ δὲ τοῦ ἐκκαυλεῖν, τάχιστα μὲν τὰ ἀπὸ τῶν ἀκμαζόντων ὡς ἰσχυροτάτων. τελείωσις γάρ τις ἡ ἐκκαύλησις. εἴπερ ὁ καρπὸς τέλος, οὐκ ἄλογον. δευτέρα δὲ ἡ ἐκ τῶν παλαιοτέρων, καὶ γὰρ ἐκ τούτων οἷον καθαρωτέρα τις καὶ πλείων ἡ δύναμις. ἐν δὲ τοῖς νέοις ἀναμεμιγμένη, καὶ τὸ πλέον εἰς τὴν τροφὴν ἄγουσα καθάπερ ἐν τοῖς ἄλλοις. αἰεὶ γὰρ ὀψέστερα τὰ πολύτροφα. διὸ καὶ εἰ μὴ τὰ ἀπὸ τῶν ἀκμαζόντων ἐκκαυλεῖ πρῶτα, ἀλλὰ τὰ ἀπὸ τῶν παλαιοτέρων, οὐκ ἄλογον. περὶ οὗ δὴ καὶ ἀντιλέγουσί τινες. ἐκκαυλεῖν γάρ φασι τὰ ἀσθενέστερα μᾶλλον, ὥσπερ ἐπὶ τῶν λαχάνων. αἴτιον δὲ ὅτι εὐπαθέστερά τε καὶ ἐλάττω τροφὴν ἔχοντα τελειοῖ, τὸ δὲ ἐκκαυλεῖν ὥσπερ τελείωσις. διὸ καὶ τῶν δένδρων τὰ πρεσβύτερα θᾶττον πέττει καὶ μᾶλλον τοὺς καρπούς. τὰ δὲ ἐν ἀκμῇ πλείους μὲν καὶ καλλίους ἔχει. βραδύτερον δέ. φαίνεται δ' οὖν εἰ τοῦτο ἀληθὲς ὅτι ταχυγονώτερα τὰ παλαιότερα. μεμῖχθαι γάρ τι ἐν τοῖς σπέρμασι δοκεῖ, οἷον ὕλη καὶ τρο-

Abrotonum autem mirandum videri poſſit: cum enim calidum ſit, loca aprica perſequitur. Ratio in infirmitate eſt: vires enim tam contra frigus, quam contra æſtum huic deficiunt. In totum vero calor ad facile beneque germinandum haudquaquam præcipue conducere videtur: ſiquidem calida ſunt, quæ acria. Porrum enim, & gethium, atque etiam magis ſatureia & origanum difficulter germinant. Humorem enim habeat aptum, & non minus, ſed forſitan magis temperiem ad agendum, ac patiendum, oportet: quod germinaturum facile, beneque ſit. Omnino autem, vt genere certo complectamur, ſicciſſima ſeminum coronaria atque olerum. Quamobrem vapores hæc celerrime attrahunt, & hinc ea ſuſpendere ſolent, nec diſpergunt aquam in domicilijs, nec afferunt vbi vllo pacto ſuſpenderint. Perennitas his frumentiſque repoſitis vel ad ſementes, vel ad cæteros vſus proxima eſt: manent enim fœcunda ad quadriennium maxime. Cætera quoque ad vſum ciborum plus temporis vtilia durant, ſicut frumentum. Idque ratione fit, vt etiam in animalibus prius vis generandi exoleſcit. Enimuero generandi principium in ijs eſt, quod tanquam ſemen aliquis dixerit. Reliquum vero tanquam alimentum, & materiam ſemini annexam. Verum totum appellare ſemen ſolemus, & hinc ea viuere, atque non viuere dicimus, cum ſcilicet elemento illo incolumia corruptaue ſunt, vt etiam oua. Euenit hoc idem & generi glandium, & reliquis fructibus. Ad germinandum tamen ſemen anniculum aptius eſſe nouellis non ſine ratione credideris. Cōſtant enim ſibi, & quaſi preſſiora, percoctiora ſe ipſis redduntur. Nam ijs quoque digeſtio quædam acquiritur, cum exactum ſit, quod fuerit alienum. Spatio tamen temporis longinquo ſeneſcant, moriantur que neceſſe eſt. Cauleſcunt celerrime, quæ ſemine ingenti prouenerint, vtpote quæ validiſſimam obtinuiſſent originem. Caulis enim perfectio quædam eſt, ſiquidem fructus finis rationem obtineat. Mox caulem agunt, quæ ex vetuſtioribus prodierint ſeminibus. Nam ijs quoque velut ſincerior quædam vis, atque largior ineſt. At nouellis permiſta, & ad nutrimentum propenſior eſt, ſicut etiam in alijs patet. Semper enim ſeriora cibi maioris ſunt. Vnde fit, vt & ſi non ea, quæ ſemine ingenti exiuerint, prius cauleſcant, quæ tamen ex vetuſtiori ſunt, hæc anticipare non eſt a ratione alienum. Qua ſcilicet de re quidem contra diſputant. Infirmiora enim celerius cauleſcere aiunt, vt in oleribus liquet. Cauſa vero, quod facilius patiantur, minuſque alimenti capiant: ſic enim fit, vt celerius ſe perficere poſſint. Cauleſcere autem tanquam perfici eſt. Quamobrem & inter arbores, quæ vetuſtiores ſunt, celerius pleniuſque fructus percoquunt, quæ vigent ætate, vberius quidem, lætiuſque fructificant, ſed lentius certe perficiunt. Sed ſi vere, quæ ex vetuſtioribus ſint, celerius cauleſcere aiunt, vetuſtiora celerius pro-

φὴ ταῖς ἀρχαῖς, ἣν δεῖ προκατεργάσασθαι πρότερον ἢ εἰς τὴν βλάστησιν ἐλθεῖν. εἴη δ᾽ ἂν κἀκεῖνα πρός γε τὸ καυλεῖν, ὡς ἧττον ῥιζουμένων τῶν παλαιῶν. εἰ δὲ τὸ ἄνω μᾶλλον φερόμενον, θᾶττον ποιεῖ τὴν τελείωσιν. ὥσπερ σχεδὸν καὶ ἐπὶ τῶν ὀλιγοχρονίων πάντων ἐστί. καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν τριμήνων λέγεται. τοὺς δὲ χρόνους οὐ μόνον ὅτι καὶ τὰς ἀκμὰς, κατὰ τὰς φύσεις ἑκάστων ληπτέον· ἀλλὰ γὰρ ταῦτα μὲν, ὁμοιότητά τινα ἔχει. τὰ δ᾽ ἴδια καθ᾽ ἕκαστον γένος, αὐτὰ καθ᾽ αὑτὰ λέγουσιν ἐπὶ πλέον, ῥητέον δὲ πρὸς τούτοις τὰ τῶν δένδρων, καὶ πρὸς αὐτὰ καὶ πρὸς τὰ ἄλλα θεωροῦσιν.

propterea generare poſſe videntur, quod ſeminibus aliquid velut materia, alimentumque principijs coniungitur, quod ante macerari oporteat, quam ſit germinandum. Quin etiam illud dici de caule quidem poteſt, vetera minus radices agere, ſed ſurſum potius tendere, atque ita celerius ſe perficere, quod vel in omnibus fere vitam breuem agentibus conſtat, ſicut etiam de trimeſtribus ferunt. Tempora tamen & vigores, & naturas ſingulorum haud prætermitti oportet. Sed hæc porro ſimilitudinem nonnullam præ ſe ferunt. Propria vero generatim tempora per ſe latius decet exponere, intuerique tam eorum ipſorum, quam cæterorum comparationem.

ΚΕΦ. Δ. CAP. IIII.

Cur arbores imperfectæ generent.

Ἄτοπον δ᾽ ἂν δόξειε, καὶ ἅμα θαυμαστὸν, εἰ ἀπὸ τῶν ἀτελῶν ἔνια γεννᾷ· καὶ ταῦτα δένδρων φύσεις μεγάλας οὕτως. οἷον, ἰτέας καὶ πτελέας. ἀτελὲς γὰρ τὸ ὠμόν. ἆρ᾽ οὖν εἴπερ τοῦτ᾽ ἀληθὲς, διαιρετέον τὴν τελειότητα, τήν τε πρὸς ἡμᾶς, καὶ πρὸς τὴν γένεσιν. ἡ μὲν γὰρ πρὸς τροφὴν, ἡ δὲ, πρὸς δύναμιν τοῦ γεννᾶν. ἔνια δὲ ἄτροφα. γεννητικὰ δὲ· τὰ δ᾽ ἴσως ἀνάπαλιν. τάχα δ᾽ ἐκείνη· πρὸς δὲ τὰ νῦν ἡ διαίρεσις, ὅτι τὴν πέψιν τιθέμεθα χρώμασι, καὶ χυλοῖς, καὶ πυκνότητι, καὶ τοῖς τοιούτοις. ἐπεὶ τόγ᾽ ἐδώδιμον ὑπάρχει καὶ τοῖς τῆς παλαιᾶς, καὶ ἄλλοις. ἀλλ᾽ οὐ τοῦτο κύριον· ἀλλὰ τὸ γεννᾶν. ἕκαστον γὰρ κατὰ τὸ ἔργον κρίνεται. καὶ ταῦτα μὲν ὡς πρὸς ὑπόθεσιν.

PRorſus abſurdum ſimul & mirandum videatur, ſiqua ex imperfectis valeant generare, præſertim arbores natura ita vaſtas, ceu ſalices, & vlmos. Imperfectum enim quod crudum eſt. Ergo ſi verum hoc ſit, deſtinguere perfectionem debemus, vt alia vſum hominis ſpectent, alia generationem. Aut enim ita perficitur fructus, vt cibus hominum ſit, aut ita vt valeat generare. Vnde ſunt qui vim plene obtinent generandi, quanquam cibo minime idonei conſtant, alij forſitan e contrario. Sed forte concoctionem hoc in loco ſtatuere colore, ſapore, denſitate, reliquiſque eiuſmodi conuenit. Nam cibo quidem eſſe idoneum, veteribus etiam, atque alijs dabitur. Verum id principale non eſt, Sed primatum vis obtinet generandi. Etenim vnumquodque ſui ratione operis iudicandum eſt. Atque hæc dicta velim per ſuppoſitionem.

ΚΕΦ. Ε. CAP. V.

Cur aliquo in genere, infœcundæ ſemper ſint perfectiores.

Ἐκεῖνο δὲ ἀτοπώτατον, εἰ τελεούμενα γένους τινὸς, ἄγονα γίνεται τὸ ὅλον. καί τοι ἀπὸ σπέρματος γινομένου τοῦ δένδρου. καθάπερ ἐπὶ τῆς κυπαρίττου. τὸ γὰρ ἄρρεν γένος ὅλως ἄγονον. πολλὰ δὲ καὶ τῶν θηλειῶν. ἐπὶ τόγε μὴ καρποφορεῖν ἔνια τῶν ὁμογενῶν ἧττον ἄτοπον. καὶ πάλιν ἐπὶ τῶν σπερμάτων αὐτὸ πηρωθὲν ἄγονον. ἀλλ᾽ ἴσως τοῦτό γε καὶ ἀναγκαῖον. τὸ δὲ μηδὲν ὅλως γόνιμον, ὥσπερ ἐλέγχει τὴν φύσιν. ὅτι καὶ μάτην. ὃ καὶ ἡμῖν ὑπεναντίον πρὸς τὰ πρότερον· καὶ τὰ μὲν τῆς πτελέας ἀμφισβητούμενα καὶ τῆς ἰτέας. ὁ δ᾽ ἐρινεὸς ὁμολογουμένως γεννᾷ. καὶ ἄπεπτον εἰς τὴν ἡμετέραν τροφήν. γεννᾷ δὲ καὶ τὸ τοῦ θύμου ἄνθος, καὶ ἄλλων, ἃ πρὸς τὴν ἡμετέραν αἴσθησιν ἀφανῆ. τὸ δ᾽ ἄνθος μόνον φανερόν. ἀλλὰ τὰ μὲν τῶν δένδρων ἢ τινῶν τε, καὶ

ILlud vero abſurdũ penitus eſt, ſiquo in genere infœcundum id ſit, quod perficitur quanquam ſemine prodeat, vt in genere cupreſſi. Mas enim omnino infœcundus eſt, & fœminæ pleræque fructu deſtitutæ ſunt. Aliqua enim inter congenera fructificare non poſſe minus abſurdum nec in ſeminibus mirum, ſi quod læſum fuerit, infœcundum ſit: ſed fortaſſis id quidem & neceſſarium eſt. At nihil penitus eſſe frugiferum, naturam quaſi erroris arguit, ceu fruſtra quid egerit. quod rationibus quoque illis aduerſum eſt, quas ante expoſuimus. At de vlmo, de ſalice ambigitur. Caprificus proculdubio generat, & floſculus thymi, & aliorum quorundam ſemina, quæ percipi ſenſu hominis nequeunt, ſed flos tantummodo cernitur. Verum de arboribus alia quoque deduci in quæſtionem forſitan poſſunt. Etenim

ἄλλας ἴσως ἀπορίας ἔχει. καὶ γὰρ τὸ περὶ τοὺς φοίνικας ἄτοπον καὶ λόγου δεόμενον. καὶ τὸ οὕτως ἀμυδρὰ τινῶν εἶναι τὰ σπέρματα, καθάπερ καὶ τῆς κυπαρίττου. τὰ γὰρ τοιαῦτα δίδωσί τινα ἔννοιαν καὶ ὑπὲρ τοῦ μὴ ἔχειν ἔνια τροφὴν πρὸς ἑαυτοῖς. πλὴν ἴσως ἄλλοις ἄλλα καὶ ὕλη καὶ τροφή. καὶ ἱκανόν τισιν ἂν ἔχῃ τὸ διατηρῆσον. ὑπὲρ δὲ τῶν σιτηρῶν καὶ ὅλως τῶν ἐπετείων, αἱ μὲν τοιαῦται διαφοραὶ ῥᾳοῦς. οἷον, αἱ κατὰ τὰς βλαστήσεις καὶ τελειώσεις καὶ τὰ λοιπὰ πάθη τὰ συμβαίνοντα τοῖς τοιούτοις.

quod in palmis perſpicitur, abſurdum profecto eſt, & rationem deſiderat. Et aliqua eſſe tam exiguo ſemine, ceu cupreſſum, eod[illegible]tique ſpectat. Hæc enim, vt credatur deeſſe aliquibus pabulum, faciunt: niſi forte hinc genus aliud, tum materiæ, tum alimenti ſtatura præſcripſerit: ſatiſque ſit aliquibus quomodo id habeant quo poſſint ſeruari. In frumentorum autem genere, atque omnibus in annuis, differentiæ tales decerni facilius poſſunt, quas ſcilicet recipiunt in germinatione, perfectione, atque reliquis paſſionibus quæ eis euenire ſolitæ ſunt.

ΚΕΦ. ϛ'.

CAP. VI.

An plantæ aliquæ (vt triticum in lolium) de ſpecie in ſpeciem tranſitum faciant. Cur validiora in infirmiora mutentur. Quæ item in lolium tranſeant, quæ non tranſeant. Cur etiam linum in lolium. Cur denique aliquibus noceat cultus.

ΠΕρὶ δὲ τῆς ἐξαλλαγῆς εἰς ἕτερον γένος, ὥσπερ ἐκ πυρῶν εἰς αἴρας. καὶ εἰ δὴ πάλιν τῶν αἰρῶν, εἰς πυροὺς, καὶ τῶν ζειῶν εἰς βρόμον, ἄτοπον αὐτῷ τε τῷ συμβαίνοντι καὶ τῷ ἰδίῳ. μόνα γὰρ δὴ ταῦτα μεταβάλλει τῶν σπερμάτων φυσικῶς. ὁ γὰρ ἐκ τῆς τίφης καὶ τῆς ζειᾶς πυρὸς παρασκευῇ πως καὶ τέχνῃ. καθάπερ οἱ τὰ σπέρματα προβρέχοντες εἰς τὴν γλύκανσιν. ἄτοπον δὲ πρὸς τὰ μόνα καὶ ὅτι ἰσχυρότερα δοκοῦντα τῶν χεδροπῶν εἶναι. τὸ γὰρ ἀσθενὲς εὐφθαρτότερον. φθορὰ δέ τις ἡ ἔκστασις, καὶ μᾶλλον πυρὸς ἢ κριθὴ ἰσχυρότερον. ἔτι δὲ τὰ μὲν ἰσχυρότερα εἰς τὸ ἀσθενέστερον μεταβάλλει. ἡ δὲ αἶρα, καὶ πυροῦ καὶ κριθῆς ἰσχυρότερον. ὥσθ' ἅμα συμβαίνει καὶ τὸ παρὰ φύσιν τοῦ κατὰ φύσιν ἰσχυρότερον. ἡ δὲ διαφθορὰ καὶ ἡ μεταβολὴ δυοῖν θάτερον, ἢ ἐν τοῖς σπέρμασιν ἢ ἐν τῇ χλόῃ. σπέρματος μὲν οὖν μαλάκωσις· σῆψις ἢ ὅλως διάχυσις. ὧν οὐδὲν φύσει. μόνη δὲ χλόη ῥιζωθέντων ἤδη. τὰς δὲ ῥίζας μεταβάλλειν ἄτοπον. ὅθεν δὴ τοῖς τοιούτοις παραπεπεισμένοι τινὲς ὡς ἀλόγοις, ὅλως οὐδὲ γίνεσθαί φασι τὴν ἔκστασιν, ἀλλ' ὑπὸ ὀμβρίας φύεσθαι καὶ συνίστασθαι τὴν αἶραν, ὃ καὶ καθ' αὐτὴν φαίνεται ποιοῦσα, μὴ σπαρέντων πυρῶν ἢ κριθῶν ἐν ταῖς ἐπομβρολάταις χώραις. αἱ μὲν οὖν ἐναντιώσεις αὗται δοκοῦσιν ἐλέγχεσθαι τοῖς ἔργοις. πολλοὶ γὰρ ὥς φασι σπείροντες πυροὺς ἢ κριθὰς, ἐθέρισαν αἴρας. τὴν δὲ ἔκστασιν καὶ τὴν μεταβολὴν, θείη μὲν ἂν ἀμφοτέρως γίνεσθαι καὶ τοῦ σπέρματος ἀλλοιουμένου καὶ τῶν ῥιζῶν. ἡ γὰρ ἐν τῇ χλόῃ μεταβολὴ, δι' ἐκείνας. συμφυεῖς δ' οὔσας, οὐκ ἄλογον συμπάσχειν. ἐπεὶ τό γε σπέρμα διαφθαρὲν, οὐ φύσιμον ὅλως ἦν. τοῦτο μὲν κοινόν. οὐδὲ γὰρ ῥίζαι φθαρεῖσαι τρέφοιεν ἄν. τὴν δὲ τοῦ σπέρματος φθορὰν, οὐδεμίαν

SEd de mutatione in formam alienigenam ceu ex tritico in lolium, & rurſus ex lolio in triticum, & ex ſemine in auenam mirandum ſane eſt: tum ob eam ipſam mutationem, tum ob eius peculiarem euentum. Hæc enim ſola ex omni numero ſuam permutant naturam. Triticum enim, quod ex tipha & ſemine fit, paratu quodam, atque arte conſiſtit: ſicut etiam ea quæ præmacerata fructus afferunt dulciores. Abſurdum præterea quod cum nullum ex frumentis validius iſtis perſpicitur, tam magnam mutationem recipiant. Corrumpitur enim facilius, quod inualidum eſt. Et generis autē mutatio talis, corruptio quædam eſt: & triticum magis hordeo validum: Item quæ validiora ſunt, tranſire ſolent in inualidiora: lolium autē tritico, & hordeo validius eſt. Itaque ſimul euenit, vt eo, quod ſecundum naturam eſt, validius ſit, quod præter naturam. Corruptio enim atque mutatio, vel ſeminis ſit vel herbæ, neceſſe eſt. Seminis igitur lactatio, aut putrefactio, aut in totum reſolutio eſt: quorum nihil natura dari par eſt. Herbæ autem mutatio radicibus iam peractis conſequitur. Radices ipſas mutari abſurdum penitus eſt. Quamobrem his ipſis, vt ratione nulla nitentibus perſuaſum quibuſdam eſt, nullam mutationem eiuſmodi fieri poſſe: ſed frequentia imbrium lolium prouenire atque conſiſtere. Quod etiam per ſe facere ipſum, pateſcit locis admodum pluuijs: nullo penitus tritico hordeoue diſperſo. Sed obiectiones iſtæ conuinci a rebus ipſis plane videntur. Permulti enim (vt aiunt) cum triticum, vel hordeum ſeruiſſent, lolium meſſuerunt. Ergo generis illam mutationem ratione vtraque fieri poſſe, id eſt ſeminis alteratione atque radicis, debemus ſtatuere. Mutatio enim herbæ, radicis cauſa euenit: nec temere inter ſe conſentiunt, cum connexæ ſint communemque ſortiantur origenem. Semen enim corruptum nihil

τῶν εἰρημένων ὑποληπτέον σῆψιν ἢ γαλάκτωσιν, ἀλλ' ἑτέραν, ἣ γίνεται διὰ πλῆθος τῆς τροφῆς ἐκτηκομένων αὐτῶν· δὲ τὸ μὲν ὅλον οὐκ ἀπόλλυσι, μεθίστησι δὲ εἰς ἕτερον ἐπικρατοῦσά πως τῆς [illegible] δὲ συμβαῖνον ὅμοιον τρόπον τινὰ τῷ ὡς κατ' ἀναλογίαν ἣν τὸ θῆλυ κρατήσῃ τοῦ ἄρρενος, ἢ ἔτι μείζων ἐναλλαγὴ γένηται παρὰ τὴν φύσιν. δεῖ γὰρ δὴ τὴν γῆν ὥσπερ τὸ θῆλυ νοῆσαι, καὶ τὸ ἀνάλογον οὕτω λαμβάνειν. ὅταν οὖν ἐκ ταύτης ἡ τροφὴ πλείων γίνηται διὰ τὰς ἐπομβρίας, τότε τὴν ἔκστασιν συμβαίνειν. οὐ φθείρουσαν μὲν ὅλως τὴν γεννητικὴν δύναμιν, ἐξαλλοιοῦσαν δ' εἰς ἑτέραν. εὐζώου δὲ τῆς φύσεως οὔσης (εὐζωότερα γὰρ πολὺ τὰ φυτὰ τῶν ζῴων) εὔλογον καὶ διαμένειν μᾶλλον ταύτην. ἐπεὶ καὶ ἄνευ σπερματικῆς ἀρχῆς αὐτόματα πολλὰ συνίσταται, καὶ ἐκ τῶν ἐλαττόνων καὶ τῶν μειζόνων φυτῶν. ὅθεν καὶ τοῦτο ἂν εἴη φανερὸν, εἴτις ἀκολουθήσει τῇ ἀναλογίᾳ, διότι τῇ τῶν σπερμάτων ἀλλοιώσει καὶ οὐ τῇ τῆς χλόης μεταβολῇ. καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ζῴων οὕτω γίνεται, καὶ ἅμα δὴ τότε ἀσθενέσταλον, ὅταν ἐν μεταβολῇ τυγχάνῃ τῇ κατὰ τὴν βλάστησιν. ἤδη δ' ἐκβεβλαστηκὸς καὶ ἐρριζωμένον ὥσπερ γέγονε. τούτου δὲ καὶ μείωσις εἰς αὔξησιν καὶ τροφὴν ἢ καὶ τὴν ὅλην φθορὰν, οὐκ εἰς μεταβολήν· ἔτι δὲ καί φασιν οἱ ἔμπειροι φανερὸν εὐθὺς εἶναι τὸ φύλλον ἀνατέλλον τῆς αἴρας λιπαρώτερον ὂν καὶ ποωδέστερον καὶ στενότερον, καὶ οὐχ ὕστερον τοιοῦτο γινόμενον· ἐκ μὲν οὖν τούτων δόξειεν ἐν τοῖς σπέρμασιν τὸ αἴτιον εἶναι. οὐ μὴν, οὐδὲ θάτερον ἀδύνατον οὐδ' ἄλογον, ὥστε ἐν τῇ χλόῃ μεταβάλλειν ἀλλοιουμένων τῶν ῥιζῶν· τοῦτο γὰρ ἀνάγκη συμβαίνειν ὥσπερ τῶν δένδρων ὅσα μεταβάλλει ταῖς θεραπείαις τοὺς καρποὺς, ἐξ ὀξέων καὶ πικρῶν εἰς γλυκεῖς καὶ ποτίμους· ἢ ἐκ πολυπυρήνων ἀπυρήνους. ἡ δ' αἰτία τῆς μεταβολῆς ὁμοίως καὶ ταύτης, πλῆθος τροφῆς, ὅταν ἐπομβρίαι γένωνται, καὶ ὥστε δέ τινές φασι μάλιστα τοῦ ἦρος, ἐὰν ἥλιοι συνεπιλάμψωσιν, ὡς ἐξ ἀμφοῖν γινομένης τῆς μεταστάσεως. ἐνιαχοῦ γὰρ ἔν τισι τόποις ἑλώδεσιν ὅλως τοῦτο συμβαίνει. καὶ τότε φύλλον μεταβάλλει, ὥστε πᾶσιν εἶναι φανερόν. ἐὰν δὲ τὰ ἐαρινὰ μὴ γένηται, πολὺ γίνεσθαι πυρῶν πλῆθος. ὥστε τοῦτο μὲν οὐδετέρως ἄλογον. εἰ δὲ καὶ ἀμφοτέροις συμβαίνει, τάχ' ἂν οὐδ' ἄτοπον εἴη. διαφορὰν δέ τινα εἶναι, ὡς εἴρηται, δεῖν καὶ τῶν ἐδαφῶν καὶ τοῦ ἀέρος. ἐπεὶ καὶ σπαρέντων εὐθὺς, μεγάλη βλάβη πολυυδρίαν ἐπιγίνεσθαι. συμβαίνει γὰρ ἀσθενεστέρας εἶναι τὰς ῥίζας. τὸ δ' ἀσθενὲς, ἀπαθέστερον. ἡ μὲν οὖν ἐξαλλαγὴ διὰ τοῦτ' ἂν εἴη. τὸ δὲ μόνα

hil penitus producere poſſit. Idque commune eſt : nec enim radix corrupta nutriendi poſſit fungi officio. Seminis autem corruptionem, non putrefactionem, non lactationem, non aliquam ex prædictis eſſe putandum: ſed aliam, quæ præ nimia nutrimenti copia ſeminibus deliqueſcentibus euenit, quæ non omnino ſemina perdit, ſed victo naturali principio in aliud genus traducit. Proximum quodammodo eſt, quod in animalibus euenit pro ratione proportionis, cum fœmina marem deuicerit, vel etiam cum maior aliqua mutatio præter naturæ operam fuerit. Terram enim tanquam fœminam ſumere oportet, & proportionem ad hunc modum ſtatuere. Cum igitur terra imbrium frequentia largiorem alimenti copiam præſtat, tunc degenerandi occaſio euenit, quæ vim generandi non penitus tollit : ſed in aliam alterat. Quia autem natura ſeminum viuax ſit (multo enim viuacior quam animalium) plus quoque eam durare poſſe, ratione non caret. Nam & ſine origine ſeminis plerąque plantæ tum grandes, tum humiles ſponte naturæ conſiſtunt. Quamobrem hinc etiam liquido fit, non herbæ ſed ſeminis alteratione, mutationem illam oriri, donec proportionis ſeruetur ratio. Sic enim & in animalium genere fieri ſolitum eſt: quod imbecille tunc eſt, cum germinis proſiliendi mutatio agitur. Vbi vero geminatum, radicatumque ſit, planta velut creata iam eſt: & diminutio de cætero in incremento, alimentoque, vel etiam ad vniuerſam corruptionem, non ad mutationem ſubſequitur. Ad hæc rei ruſticæ periti, folium protinus lolij cum naſcitur, manifeſtum eſſe affirmant, quod ſit pinguius, & viridius, & anguſtius, nec poſtmodum in eiuſmodi formam tranſire. His igitur rationibus ſemen cauſam habere videtur. Cæterum alterum quoque fieri poteſt, nec temere credas herbam mutari alterata radice, id enim fiat neceſſe eſt. Siquidem quodque ortum a ſua origine, ſecundo incipiat. Conſtat hoc etiam in arboribus, quæ fructus ſuos cultura immutant ex acidis amariſue, in dulces gratoſue palato : vel ex nucleoſis, in vacuos nucleo. Ratio enim huius quoque mutationis in alimenti copia eſt, cum imbres crebro inceſſerint, & potiſſimum (vt placet quibuſdam) tempore verno: ſimul ſi ſoles incanduerint, quaſi hac vtraque ratione mutationem illam euenire neceſſe ſit. Locis enim quibuſdam paluſtribus omnino id euenit: & folium immutatur, vt omnibus palam ſit. Quod ſi non imbres verni acceſſerint, largam tritici copiam præſtari autumant. Hoc igitur vtraque ratione fieri poſſe, non ſit abſurdum. Sed quamuis vtraque eueniat, differentiam aliquam eſſe tum ſoli, tum aeris oportet. Nam & cum ſata fuere, ſtatim copioſe pluuias inceſſiſſe, damnoſum admodum eſt. Fit enim, vt radices infirmiores agantur. quod autem infirmum eſt, affici facilius poteſt. Generis illa mutatio hac de cauſa euenit. Sola

autem

ταῦτα πάσχειν, ἔτι δ' ἰσχυρότατα δοκοῦντ' εἶναι (καὶ γὰρ ἡ ζειὰ ἰσχυρὸν) μιᾷ τινι λύοιτ' ἂν αἰτίᾳ καὶ τοιαύτῃ. διὰ γὰρ τὸ πολυρριζότατα καὶ ἰσχυρότατα εἶναι, πλείστην δύναμιν ἔχοντα ὑπομένει. τὰ δ' ἄλλα φθείρεται τελέως. ἔτι δ' ἡ ὥρα καθ' ἣν ὁ σπόρος, ἐπομβροτέρα· πλείω χρόνον ἐν τῇ γῇ γίνεται. τὰ δὲ πρὸς τὸ ἔαρ καὶ διαγελῶντος ἤδη τοῦ ἀέρος, ἐν εὐκρασίᾳ μᾶλλον· καὶ εὐθὺς εἰς τὴν βλάστησιν ἡ ἀναδρομή. διὸ καὶ οὐδέτερον οὐδὲν ἐκ τῆς διαφθορᾶς αὐτῶν ὁπότε διαφθαρῇ, γίνεται. τὸ μὲν γὰρ καὶ τὴν αἶραν μεταβάλλειν ἀξιοῦν, ἄτοπον. εἰς γὰρ τὸ σύνεγγυς καὶ ὁμογενές πως αἱ μεταβολαί. τὸ δὲ μηδὲ εἰς ἕτερον μηδ' εἰς ἀσθένειαν ἄκλεον ὡς ὅλως φθειρομένων· ἀλλὰ τοῖς ὁμοιοπύροις ἂν εἴη καὶ ὁμοιοκρίθοις μᾶλλον εἰς αἶραν· τούτων δὲ τὰ μὲν ὅλως οὐχ ὑπομένει διὰ τὴν ἀσθένειαν, ὥσπερ ἡ τίφη. τὰ δὲ εἰς τὸ συγγενὲς μᾶλλον μεταβάλλει, καθάπερ ἡ ζειὰ πρὸς τὸν βρόμον. ὁ δὲ πυρὸς εἰς τίφην οὐ μεταβάλλει καὶ ζειὰν ἐξαμβλούμενος. ὅτι πλείων ἡ τροφὴ καὶ ἰσχυροτέρα δι' ἣν συμβαίνει. ταύτῃ δ' οὔτε, οὐκ ἂν ἐκθηλύνειεν, οὐδὲ εἰς τὸ σφοδρότερον ἀγάγοι, καὶ ὅλως ἐκστήσειε τοῦ γένους. ἐπεὶ μᾶλλον ἄν τις εὐλόγως θαυμάσειεν, ὅτι οὐκ εἰς τὸν ἄγριον πυρόν. ὥσπερ καὶ ἄλλα. τυγχάνει δὲ καὶ τούτου παραπλησία τις ἡ αἰτία· μετακινεῖ γὰρ ἁπλῶς ἡ φύσις. ἄτοπον δὲ καὶ λόγου δεόμενον, εἰ καὶ τὸ λίνον ἐξαιροῦται· μεγάλη γὰρ ἡ διάστασις, εἰ μὴ ἄρα καὶ τοῦτο πλεῖον τῆς τροφῆς ἕλκει. φιλεῖ γοῦν χώραν ἀγαθήν. ὥστ' ἐκ τῆς ὑπερβολῆς ἡ διάστασις. ὁ δὲ θέρμος ἰσχυρὸς ὢν καὶ πρώϊος σπειρόμενος, οὐδὲ εἰς ἓν μεταβάλλει διὰ τὴν ἄγαν ἰσχύν. ἐπικρατεῖ γάρ. δεῖ δὲ τὸ μέλλον μεταβάλλειν, μὴ ἀπαθὲς εἶναι, μήτε ἄγαν εὐπαθές. τὸ μὲν γὰρ οὐ μετακινεῖται· τὸ δ' ὅλον ὡς αὖον φθείρεται καθάπερ ἐλέχθη. σκεπτέον δὲ καὶ εἴ τι τῶν ἄλλων σπερμάτων ἢ τῶν ἀγρίων ἢ τῶν ἡμέρων δέχεται τὴν τοιαύτην ἀλλοίωσιν· καὶ περὶ μὲν αἰρῶν, ἀρκείτω τὰ εἰρημένα. τὰς γὰρ ἐν αὐτοῖς τοῖς γένεσι τῶν πυρῶν μεταβολάς, οἷον ὅτι ἐκ τοιῶνδε τοιόδε γίνονται, καὶ κριθαὶ καὶ τἆλλα ὡσαύτως. οὐκ ἔστι ζητεῖν μὲν οὖν εἰ τοῦτ' ἔχει τὸ θαυμαστόν· ἡ γὰρ ὥρα καὶ αἱ τροφαὶ καὶ ὁ ἀὴρ καθάπερ εἴρηται ποιοῦσι τὰς ἀλλοιώσεις, ὁμοίως ζώων καὶ φυτῶν ἢ καὶ πρὸς τὴν ἔκστασιν ὅλως τοῦ γένους χρῆναί φαμεν μετενεγκεῖν· ποιάν τινα καὶ ποσὴν ποιήσαντες τὴν τροφήν. ἐπεὶ καὶ τῶν δένδρων καὶ ὅλως τῶν φυτῶν αἱ ἐν ταῖς ἱστορίαις εἰρημέναι μεταβολαί· διὰ ταύτας γίνονται τὰς αἰτίας. ὥσπερ ἐν τοῖς πρότερον ἐλέχθη· τῶν μὲν εὐτροφούντων ἐν ταῖς οἰκείαις τροφαῖς καὶ θερα-

autem hæc illud pati & quæ validiora eſſe videntur, (zea enim valida eſt) vnica hac ratione ſoluetur. Quoniam enim validiſſima ſunt radiceque numeroſa cohærent, ideo reſiſtere firmius poſſunt. Cætera quæ in[illegible] penitus pereunt. Item cum tempus quo [illegible]runtur nimis pluuium eſt, plus temporis in terra tenentur. Cætera Vere & cœlo iam indulgente ſparguntur, & germinare confeſtim incipiunt. Quamobrem neutrum ex corruptione illorum, ſiquando corrumpantur, conſiſtere poteſt. Enimuero poſſe tranſire in lolium abſurdum omnino eſt: ſemper enim ad proximum, & quod generis eſt eiuſdem, mutatio prouenit. Verumque vero negatum his eſſe imbecillitati ſibi debet, cum omnino intereant. Sed potius illa tranſire in lolium poſſunt quæ ſpeciem tritico hordeoue ſimilem gerunt. Ex his tamē alia ob imbecillitatem tolerare nihil penitus queunt, vt tipha. Alia in proximum potius tranſeunt, ceu ſemen in auenam, triticum vero in tipham. Aut ſemen nunquam mutatur: quia plurimum illud ac validiſſimum alimentum, cuius cauſa mutatio ſequitur, non effœminet nec ad robuſtius ducat, & omnino genere priſtino expoliet. Quippe alioquin rectius quiſpiam admiretur quod non in agreſte triticum tranſeat. Sed huius quoque proxima quædam ratio eſt. natura enim ſimpliciter permutat. Mirum vero & quod rationem deſideret, ſi linum quoque in lolium tranſeat: hæc enim inter ſe plurimum diſtant, ni forte pabulum id etiam immodice trahat. Quippe agrum amat ſucćoſum. Ergo ex nimietate iſta quoque mutatio euenit. Lupinum quanquam validum ſit matureque ſeratur, nunquam tamen in aliud tranſit ſummi roboris cauſa: nihil etenim eſt quod vincere nequeat. Quippe quod mutationem ſit recepturum, neque impaſſibile neque nimium paſſibile eſſe debet. Alterum enim nihil moueri poſſet, alterum nullum ſuſtinet motum, vtpote imbecillum; ſed penitus interit, vt dictum iam eſt. Sed & cætera quoque ſeminum genera tam agreſtia quam ſatiua examinanda erunt: an ſint aliqua videlicet quæ huiuſmodi alterationem poſſint admittere. Et de lolio ſatis dictum eſt. Mutationes enim inter ipſa genera frumenti eueniunt, vt cum ex tali, tale vel triticum vel hordeum, vel aliquid ex cæteris prouenit, haudquaquam mirandæ ſunt. Tempus enim & alimentum, & cœlum (vt ante iam diximus) alterationes efficiunt animalium pariter & plantarum. Qua quidem ratione omnino ad genus mutandum qualitatem quantitatemque alimenti conuenienter ſtatuendum cenſemus. Nam & arborum, & omnino plantarum mutationes, quas in hiſtorijs explicauimus, his eiſdem de cauſis fieri ſolitæ ſunt: (vt ante dictum eſt) cum alijs cultus noceat, ceu ſiſymbrio. Id enim quaſi effœminatur, & amiſſo ſui odoris acore, tranſit in mentam:

λείας, ὥσπερ τὸ σισύμβριον ὅταν εἰς μίνθαν. ἀποβάλλει γὰρ τὸ δριμὺ τῆς ὀσμῆς καὶ οἷον ἀποθηλύνεται. διὰ τὴν τροφὴν δὲ καὶ ἀρ- ... ἀπο... ἐνια δ' ὅλως καὶ ἀπόλλυσιν, ... καταπνιγομένων τῶν ῥιζῶν ὑφ' αὐτῶν ... λεύκη, τὸ μὲν ὅλον ἐ πόρρω τῆς αἰγείρου τῇ ὅλῃ μορφῇ καὶ τοῖς φύλλοις· ἔτι ... δὲ ἐξομοιοῦται, τῷ καταξηραίνεσθαι καὶ μᾶλλον ἀτροφεῖν, ἐκ ἄλογον. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν ἄλλοις διὰ πλειόνων εἴρηται. καὶ ὅτι δὲ καὶ τὰ περὶ τὰ ζῶα κατὰ μὲν τὰς γενέσεις ... τό τι συμβαίνει, τελεωθέντων δὲ τῶν νεοττῶν οὐκέτι, πλὴν εἴτις τὰς κατὰ τὰς ὄρνιθας ἀλλοιώσεις ἅμα τοῖς γινομένοις ὁρμᾶν λέγοι. φαίνονται δὲ αὗταί γε πάθεσι μᾶλλον ὅμοιαι σωματικοῖς ἢ μεταβολαῖς.

mentam: quippe alimenti, neglectuſque cauſa, ſilueſtris habitus prouenit. Quædam omnino diſpereunt, vt menta radicibus complexu mutuo ſtrangulatis. Populus alba, quæ in totum nigræ diſſimilis fronde, formaque tota eſt; ſimillima in ſenecta efficitur, quia exſiccatur & ieiunius nutritur. Sed de his latius alibi diſſeruimus, atque etiam de animalibus, ſcilicet illis quoque in generatione huiuſmodi quid euenire. Idque pullis adultis non amplius fieri. Præterquam ſi quis auium alterationes, vna cum eis ipſis naſcentibus exoriri putauerit. quanquã affectionibus potius corporis proximæ, quam mutationibus eſſe videntur.

ΚΕΦ. Ζ.

CAP. VII.

Cur aliqua ſemina non ſimul, ſed paulatim generent.

Τῶν δὲ ἄλλων τῶν περὶ τὰ σπέρματα, μάλιστα πόῤῥω, εἴπερ ἀληθὲς τὸ κατὰ μέρος καὶ μὴ ἅμα γεννᾶν ἔνια. καθάπερ ἐπί τε τοῦ αἰγίλωπος λέγεται καὶ τοῦ λωτοῦ καὶ τοῦ βολβοῦ. τοῦτο δ' οἱ μὲν φασὶν εἶναι ψεῦδος. ἀλλ' ἀπὸ τῆς ῥίζης βλαστανόντων τῷ ὕστερον ἔτει ἢ ἀπὸ τοῦ πεσόντος σπέρματος ἐναπολαμβανόντων. οἱ δ' ὡς ἀληθῶς διάκεινται σημεῖα φέροντες, ἀλλά γε καὶ οἱ ἀπολύοντες τὸν αἰγίλωπα, διετῆ εἰς τόπον ἀργὸν ποιοῦσιν. ὅπως ἀμφότερα τὰ σπέρματα ἐκβλαστήσῃ ἐπινεμηθῇ τε καὶ ἐκθερισθῇ τὸ ὅλον ὁ καρπός. ἔχει δέ τινα καὶ ἄλλως ἀπορίαν ἡ παρ' ἔτος βλάστησις. καὶ εἴπερ συνεχὲς ὂν σπέρμα καὶ δίκρουν, ὥσπερ φαίνεται καὶ ἅμα πῖπτον, τὸ μὲν, ἀλλοιοῦται καὶ διαβλαστάνει, τὸ δ' ἀπαθὲς διαμένει πάντα τὸν ἐνιαυτόν· ὅσῳ γὰρ ἀσθενέστερον τὸ ἔλαττον, ὃ δή φασι διαμένειν, τοσούτῳ καὶ εὐπαθέστερον ἐχρῆν εἶναι καὶ εἰς τὴν διαβλάστησιν καὶ εἰς τὴν ὅλην φθοράν. ἀνάγκη δὲ δηλονότι καὶ ὅταν ἐκβλαστήσῃ θάτερον χωρίζεσθαι· μὴ γὰρ χωρισθὲν, καὶ εἰ μὴ γίνεται συμπαθές, ἀλλ' ἐξαιρουμένων γε τῶν ῥιζῶν, συναίροι τ' ἄν· πολλάκις δὲ τοῦτο δρῶσιν οἱ γεωργοί. καὶ οὔ φασι φθείρειν. τὸ δὲ διαρκεῖν ἀπαθὲς ἐν τῇ γῇ, μέχρι μὲν τῆς οἰκείας ὥρας εἰς τὴν ἔκφυσιν, εὔλογόν τε καὶ ἐπὶ πολλῶν γινόμενον. τὸ δ' ὅλον ἐνιαυτὸν ἐπισχεῖν, ἤδη θαυμασιώτερον. ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ μὲν τέλειον, τὸ δὲ ἀτελὲς αὐτῶν εἶναι. τελειοῦσθαι δὲ παρ' ἐνιαυτὸν, ἄλογον. οὔτε γὰρ ἀσθενὲς, ἀλλ' ἰσχυρὸν ὁ αἰγίλωψ, ὥστε ἐκτελειοῦν δύνασθαι. πλείω καὶ ἅμα δὴ καὶ τὸ ἀσθενέστερον τοῦτο δρᾷ. ἥ τε γὰρ τελείωσις ἡ κατὰ φύσιν οἰκειοτάτη. τάχα

A cæteris vero de ſeminibus proditis, procul maxime abſunt, ſiquidem vere dicantur eſſe, quæ non ſimul generent, ſed particulatim: vt de auena & loto & bulbo fertur, quod alij negant. Sed aut radices regerminare anno poſteriori, aut ſemina poſterioris anni delapſa erumpere aiunt. Alij verum id eſſe autumant, argumentaque afferunt tam alia, quam quod coloni qui auenam omnem velint delere, biennio ceſſare ſegetem patiuntur; quo ſemen vtrumque erumpat & paſcatur, demetaturque vniuerſus fructus. Sed de his bipartita germinatione ita, vt pars in annum prorogetur ſequentem, ambigi etiam aliter poteſt: quandoquidem ſemen quod continuum ac bifidum eſt, vt cernitur, ſimulque decidit, parte altera immutetur, ac pullulet, altera integrum anno toto permaneat. Quo enim pars quam inquiunt permanere, infirmior ſemine toto eſt, eo affici deberet facilius, tã ad eruptionem quã ad totam corruptionẽ. Præterea cum altera pars germen ediderit, reliqua ſeiungatur neceſſe eſt. Nam ſi coniuncta ſit, quamuis nullius affectionis particeps fuerit, tamen euulſis radicibus illam quoque euelli neceſſe eſt: quod ſæpe coloni faciunt. Sed nunquam hac ratione ſemen deleri affirmant. Tuto autem in terra poſſe durare aliquantum, donec tempus ſit germinandi idoneum, ratione non caret: & in multis hoc idem animaduertimus. At annum expectare integrum poſſe, mirum profecto eſt: necnon & partem alteram eſſe perfectam, alteram imperfectam. Sed & perfici anno poſſe arbitrari, minime rationis eſt. Nec enim infirma ſed valida eſt auena, vt plura perficere valeat: & ſimul quæ multo infirmiora ſunt, hoc poſſunt efficere. Ad hæc perfectio naturalis eſt, quæ maxime conuenit, & quæ ſola fortaſſis perfectio appellanda eſt. Tunc

δὲ καὶ μόνη. τροφὴν γὰρ τότε λαμβάνει τὴν αὐτοῦ. διὰ δὲ τῆς τροφῆς, ἡ αὔξησις καὶ τὸ τέλεον. χωρισθὲν δὲ, ἤτοι φθείρεται πάμπαν, ἢ ἀναυξὲς καὶ ἀνεπίδοτον. τὸ δ᾽ αὖ πολυχίτων εἶναι καὶ τῷ βρόμῳ καὶ τῇ ζειᾷ συμβέβηκεν. ὥστε χρὴ καὶ ταῦτα διαμένειν ἀπαθῆ. τὰ μὲν οὖν ἀντιμένοντα, σχεδὸν ταῦτ᾽ ἐστίν. ἀλλὰ μὴν εἰ δεῖ λέγειν τὴν αἰτίαν, ἐκείνην ἄν τις ἴσως μάλιστα εἴποι τὴν φάσκουσαν μὴ τελεοῦσθαι ἄμφω πρὸς τὰ φύσιμα ποεῖν. ἀλλ᾽ ὅμοιόν τι συμβαίνει καὶ τῶν ᾠοτόκων καὶ τῶν σκληροτάτων τισί. τὰ γὰρ ᾠὰ ἀποτικτόμενα τρέφεται καὶ ἐκτελεοῦται· τὰ μὲν ἐν τῷ ὕδατι καὶ τῇ θαλάττῃ· τὰ δὲ ἐν τῇ γῇ καὶ τῷ ἀέρι. καὶ ταῦτα δεχόμενα ζωοποιεῖ. τὰ δὲ φύσαντα, καὶ ἐκτεκόντα, ἐξαδυνατεῖ. φαίνεται δὲ τοῦτό γε καὶ ἄλλως ἀληθὲς, ὡς οὐκ εὐθὺς ἀλοαθέντα τὰ σπέρματα βελτίω τῶν χρονισθέντων, οὐδὲ τὰ νέα τῶν ἕνων ὥσπερ εἴπομεν· ἀλλὰ δεῖ τινα λαβεῖν ἐν ἑαυτοῖς οἷον πέψιν καὶ δύναμιν, ἀποπνεύσαντος τοῦ ἀλλοτρίου. τί οὖν, ἴσως ἄν τις φαίη, κωλύει καὶ ἐπὶ τῶν ἀπηρτημένων τοιοῦτόν τι συμβαίνειν. ὥστε καὶ τελείωσιν λαμβάνειν καὶ δύναμιν ἐκπεττόμενά πως τῇ θερμότητι τῇ τε ἐν ἑαυτοῖς καὶ τῇ περιεχούσῃ. ἢ τοῦτο παράλογον, ὡς μᾶλλον ἐν τῇ γῇ κατακλειομένη ἡ θερμότης ἐκπέττει τὴν τροφὴν ἢ ἐπισπᾶται, καὶ δὴ αὐτῶν τῶν ἐν τῷ ἀέρι πεφυκότων ἐν τούτῳ τελεοῦσθαι, καὶ ἅμα λαμβανόντων τροφὴν οὐκ ὠμὴν ἀλλὰ πεπονημένην ὑπὸ τοῦ καυλοῦ καὶ τῶν ῥιζῶν. ἔτι δὲ τῶν μὲν ᾠῶν μία τις ἡ πέψις καὶ τελείωσις ἁπάντων, ἢ ὑπὸ τῶν ἔνδον, ἢ ὑπὸ τῶν ἔξω. συμβαίνει γὰρ ὥσπερ τὸ μὲν κατὰ φύσιν, τὸ δὲ, παρὰ φύσιν. καὶ ταῦτ᾽ ἰσχύοντος ἔτι τοῦ φυτοῦ καὶ οὐ περιλαμβανομένου τῇ ὥρᾳ πρὸς τὴν πέψιν. πλὴν εἴ τις λέγοι ὅτι προεκπηδᾷ τὰ σπέρματα πρὶν τελειωθῆναι. διὰ τὸ τὴν φύσιν ἔχειν ἀσθενῆ. συμβαίνει μὲν δὴ τοῦτο, καὶ αἰγίλωψ πολὺ περιτερεῖ καὶ τῶν κριθῶν, ὥστε κενὸν ἱστάναι τὸν κάλαμον. τοῦτό τε οὖν εἰς τὴν οὐσίαν ἀνακτέον. καὶ τὸ συνεκτρέφεσθαι δὲ καὶ τελειοῦσθαι τοῖς περιέχουσιν, οὐκ ἄλογον. ἐπεὶ, τόγε διαμένειν ἀπαθὲς, ἄλλως τε καὶ ἐν χιτῶσι τοσούτοις, ἧττον θαυμαστόν· πολλαχοῦ γοῦν φαίνεται, καθάπερ ἐλέχθη, καὶ τἄλλα, μᾶλλον δὲ πάντα διατηρούμενα πρὸς τὴν οἰκείαν ὥραν. ἐκεῖνο γὰρ ἔτι θαυμασιώτερον ὅπερ εἴρηται περὶ τῶν τευτλίων· ὅτι οὐ μόνον ἐν μηνὶ καὶ δυοῖν καὶ τρισὶν ὕστερον, ἀλλ᾽ ἐνιαυτῷ διαβλαστάνει τινά. καὶ ταῦτα βρεχομένων καὶ κηπευομένων πως. ἔτι δὲ καὶ τὸ τοῦ λωτοῦ σπέρμα τοιοῦτον, ἢ τόγε περιέχον τὸν καρπὸν, διὰ τὸ μὴ εὐχώριστον εἶναι μὴ δ᾽ ὁμοίως ἀφαδρύνεσθαι. τὸ δὲ τοῦ βολβοῦ καὶ τῷ μεγέθει διάφορον. σκεπτέον δ᾽ ὑπὲρ αὐτοῦ. εἰ οὖν οὕτως ἔνια δυσφυῆ τῶν σπερμάτων, ὥστε

enim ſemen alimentum ſuum capeſſit, quo incrementum atque perfectio miniſtratur. Seiunctum vero, aut penitus interit, aut non perfici poteſt: tunica vero multiplici tegi, & bromo, & ſemini datum eſt. Itaque illa quoque inoffenſa permanere deberent. Quæ repugnant, hæc ferę ſunt. Cæterum ſi qua reddenda ratio eſt, illam fortaſſe aliquis potiſſimum dicet, quod non vtraque pars ſeminis perficiatur, vt germen poſſit eliſere: ſed ſimile quicquam eueniat, vt in animalibus quibuſdam oua gignentibus. Poſt partum enim oua aluntur perficiunturque, alia in aqua & mari, alia in terra & aëre, atque ita vim adipiſcuntur qua poſſint animalia parere, quod parentes, quæ geſtarunt ac pepererunt, facere nequeunt. Quin & alia ratione verum id eſſe apparet, cum ſemina non protinus a tritura meliora ſint, quam certo tempore poſt, neque nouella anniculis præſtent vt diximus. Sed veluti excoctionem quandam poteſtatemque capiant opus ſit, exacto ſcilicet quod in eis fuerit alienum. Quid ergo (dixerit forte quiſpiam) vetat in ijs quoque aliquid huiuſmodi euenire, vt ſemina & perficiantur & corroborentur, excocta quodammodo cum inteſtino, tum extremo calore. An hoc minime rationis ſit, cum calor in terra concluſus alimentum potius coquat, quam trahat: præſertim cum ſemina iſta nata ſint in aëre perfici, alimentumque non crudum, ſed præmaceratum a caule atque radicibus capiant. Item ouorum illorum vna omnium excoctio, atque perfectio, ſiue extrinſecus ſiue intrinſecus eſt. Horum autem pars imperfecta relinquitur. Quippe alterum ſecundum naturam, alterum minus naturæ opera quodãmodo euenit. Cum planta adhuc bonis viribus ſit, nec a coctione perfectiore arceatur conditione aliqua temporis: niſi quis ſemina priuſquam perficiantur, exilire ob ſuæ naturæ imbecillitatem putauerit. Ita etenim fit, & multo etiam hordeum antecedit auena, vt culmus ſtaret inanis. Hoc igitur ad rationem eſſentiæ redigendnm eſt. Ali vero ac perfici ſemina poſſe, rerum ambientium opera, non eſt a ratione alienum. Integra enim permanere, præſertim cum tam multus tunicis integantur, minus mirum. Nam & alia permulta, vel potius omnia ſeruari ad tempus vſque conueniens, certum eſt: quemadmodum diximus. Mirabilus enim quod de betis dictum iam eſt, non modo vno menſe, & duobus, & tribus, verumetiam anno integro poſt, nonnullas erumpere: quamquam hortus aſſidue rigetur, coaturque. Loti quoque ſemen, vel certe quod fructum complectitur, tale eſt: quia facile abſolui non poteſt, neque parem capere craſſitudinem. Bulbi autem ſemen differt etiam magnitudine. Cogitandum tamen de hoc eſt. Igitur ſi aliqua ſemina tam difficulter erumpant,

[illegible] χρόνοις ἀνατέλλειν, δηλονότι ταῦ- [illegible] καὶ τελεοῦται πρὸς τὴν βλάστησιν ἐν τῇ γῇ. [illegible] καὶ αὐτή τις ἂν εἴη συνεργοῦσα πίστις. [illegible] αὐτὸ τὸ καὶ πρότερον λεχθέν, ὅτι [illegible] τινα κατὰ τὴν πρόσφυσιν, ἃ καὶ [illegible] βλαστάνει [illegible] χρῆμα· μεῖζον [illegible] τῶν περὶ τὰ σπέρματα καὶ τοὺς καρ- [illegible], [illegible] ὑποπίπτοντα δὲ ὑπὸ τὴν αἰτίαν ταύτην, τὸ περὶ τὸν λωτὸν συμβαῖνον. τοῦτο δὲ ἐστὶ δένδρον παρόμοιον ἔχον τὸν καρπὸν τῷ λωτῷ. καὶ τὸ περὶ τὸν τιθύμαλλον, καὶ τὸ περὶ τὸν μυρσίτην καλούμενον. τοῦτο δ' οὐ δένδρον, ἀλλὰ θάμνος ἐπιγειόκαυλος. ἀμφότερα γὰρ ταῦτά φασι παρὰ μέρος φέρειν ἐξ ἑκατέρων τῶν βλαστῶν. ὥστε ἀνάγκη τὸν μερισμὸν τῶν δυνάμεων ἐν ταῖς ῥίζαις ποιεῖν. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, ἐπισκεπτέον.

pant, vt longo tempore poſt emergant in lucem; conſtat quod hæc dum in terra latent, excoquuntur perficiunturque ad germinandum. Quamobrem id quoque fidem aliquam poſſit afferre. Sed quod pleraque etiam plantæ annexa perficiantur, vt ſata protinus valeant pullulare, ratio hæc non vacat obiectione prorſus. Longe ijs quæ de ſeminibus ac fructibus quærimus maius, nec eidem ſubditum rationi, quod loto euenit, arbori fructum loco herbæ proximum parienti, quodque de lactaria & myrtaria cognominata proditum eſt. Hæc vero non arbor, ſed frutex terrenus eſt. Quippe vtramque non ſimul, ſed alternatim fructificare confirmant. Quapropter virium partionem in radicibus fieri neceſſe eſt. Sed de his cogitandum amplius eſt.

ΚΕΦ. Η. — CAP. VIII.

De ratione ſatus & differentijs frugum. Curque legumina ab ima parte radicem & germen fundant, frumenta vero a duabus.

Τῶν δὲ σιτηρῶν σπερμάτων, εἴ τινες διαφοραὶ κατὰ τὴν ἔκφυσιν ἢ τοὺς καρποὺς ἢ τὴν ἄλλην οὐσίαν· δεῖ πειρᾶσθαι λέγειν. οἷον ὅτι πυρὸς μὲν καὶ κριθὴ καὶ τὰ ὅμοια πρῳτερεῖ· τὰ δὲ χεδροπὰ πρὸς τὸ ἔαρ. πλὴν κυάμου καὶ θέρμου. τοῦτο γὰρ ποιοῦσιν, ὅτι τὰ μὲν σιτώδη ῥιζωθῆναι δεῖ, πρὸς τὸ μονόκωλα γίνεσθαι, τῆς ἀναφορᾶς εὐθὺς ἄνω γινομένης. ῥιζοῦται δὲ κατεχόμενα καὶ πιλούμενα τοῖς χειμῶσιν, ὥστε πολλὰς ἀρχὰς λαμβάνειν τῆς βλάστης. τὰ δὲ χεδροπὰ μονόῤῥιζά τε καὶ ἰσχυρόῤῥιζα, καὶ εὐθὺς τὴν ὁρμὴν ἄνω ποιούμενα, προσφόρως ἔχει τῇ ὥρᾳ. τὸ γὰρ πολὺ τῆς φύσεως ἐν τῷ ἀέρι. τὸν δὲ κύαμον πρωϊσπορoῦσιν ὥσπερ εἴρηται διὰ τὴν ἀσθένειαν, ὅπως ῥιζωθεὶς ἐν ταῖς εὐδίαις, ἀντέχῃ τοῖς χειμῶσι. τὸν δ' αὖ θέρμον εὐθὺς ἀπὸ τῆς ἅλω. διότι μὴ καταβληθεὶς θερμῆς ἔτι οὔσης τῆς γῆς, κακοβλαστὴς γίνεται. τούτου δ' αἴτιον ὅτι ἀτέραμον φύσει καὶ ὥσπερ ἄπεπτον. δηλοῖ δ' ἡ πικρότης, διότι πολλῆς δεῖται θερμότητος. ἐὰν μὲν οὖν προσλάβῃ τὴν ἐκ τῆς χώρας, δύναται κατεργασθῆναι καὶ εὐβλαστεῖν. εἰ δὲ μή, κακοβλαστεῖ. καὶ παρόμοιον τὸ ξυμβαῖνον, ὥσπερ εἴ τις ὀλίγῳ πυρὶ τὸ ἰσχυρότατον ἐκεῖνο ὀπτᾶν ἐπιχειροίη. διὰ τοῦτο δ' ἔοικεν οὐδὲ τὴν ἀγαθὴν χώραν φιλεῖν, ἀλλὰ τὴν ὕφαμμον. εὐθερμαντοτέρα γὰρ αὕτη καὶ οἷον εὐκατεργαστοτέρα. καὶ κρύπτεσθαι οὐκ ἐθέλει κατὰ βάθους, ἀλλ' ἐπιπολῆς. ὅπως μᾶλλον ἀπολάβῃ τῆς θερμότητος,

FRuges autem, ſi differentias vel in ortu vel in fructu, vel in aliqua parte ſuæ ſubſtantiæ recipiant, explicare deinceps tentandum eſt. Ergo triticum, hordeum, atque ſimilia mature ſeruntur: legumina ad Veris teporem; præterquam faba & lupinum. Ratio quod frumenta non potinus ſurſum contendant, ſed ante radices plene concipiant, vt ſe culmo ſimplici attollere poſſint. Radicantur autem probe, dum coercentur ſtipanturque frigore, ita vt multas fibrarum origines concipiant. Legumina vero radice ſingula valida nituntur, & ſurſum confeſtim impetum faciunt: ita verno tempori percommode tribuuntur. Natura enim eorum admodum familiaris eſt aëri. Fabam mature ſerere ſolent (vt dictum eſt) cauſa imbecillitatis, quo ſerenis diebus radices concipiat, quibus valide frigori ac tempeſtatibus poſſit reſiſtere. Lupinum terræ mandatur ſtatim ex areis, quia non niſi ſolo adhuc tepido ſparſum germen bene profundit. Ratio quia quod durum natura, & quaſi incoctile eſt prorſus, id multum caloris deſiderat. Argumento nimia eius amaritudo eſt. Quod ſi agri calorem nactum ſit, macerari ac probe germen ſuum poteſt proferre. Sin minus, praue germinat. Itaque ſimile euenit, vt ſiquis exiguo igne validiſſimum quicquam excoquere tentet. Idcirco ſolum quoque frugale aſpernari, arenaceum & exile amare videtur: hoc enim facilius ſentit calorem & veluti celerius confici poteſt. Nec alte abſcondi ſed in terræ ſuperficiē appetit: vt frui calore amplius

καὶ πολιμώτερος καὶ μετέωρος ὢν ἐκβλαστάνῃ καὶ καθίησι τὴν ῥίζαν. καὶ τὰ μὲν τοιαῦτα σχεδὸν ὥσπερ γεωργικά. τὰ δὲ αὐτῆς φύσεως. οἷον ὅτι τῶν μὲν χεδροπῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ μέρους ἥτε ῥίζα καὶ ὁ καυλὸς ἐκβλαστάνει. καὶ τὸ μὲν, εὐθὺς ἄνω, τὸ δὲ κάτω νεύει καὶ ὁρμᾷ. πυροῦ δὲ καὶ κριθῆς καὶ ὅλως τῶν σιτωδῶν, ἐξ ἑκατέρων τῶν ἄκρων. ἀπὸ μὲν τοῦ παχέος καὶ πρὸς τῷ στάχυϊ προσπέφυκεν ἡ ῥίζα. ἀπὸ δὲ τοῦ λεπτοῦ, ὅθεν ὁ ἀθὴρ, ὁ καυλός. ὡς ἂν ἑκάτερον ἀνάλογον, τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ ἄνω, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ κάτω. καὶ γὰρ ὅθεν ἡ ῥίζα καὶ ὁ καυλός. οὕτω καὶ τὴν αἰτίαν εὐθὺς ἐν τῇ φύσει ληπτέον. ὅτι τὰ μὲν χεδροπὰ δίθυρα ὄντα, μίαν τινὰ καὶ τὴν αὐτὴν ἀρχὴν ἀμφοῖν ἔχει κατὰ τὸ ἄκρον, ὃ καὶ φαίνεται προσπεφυκός, ὥσπερ ἔξωθεν ὄν, καὶ συνάπτεται πρὸς τὸν λοβόν. ἅτε γὰρ ἐναγγειόσπερμα ὄντα ταύτην μὲν ἐξ ἀνάγκης ἔχει· τρέφεσθαι γὰρ ἄλλως οὐκ ἦν· τὴν δὲ ἐκ τοῦ ἄλλου μέρους οὐ δυνατόν· συνεχῆ τ' ἀλλήλοις ὄντα, καὶ περιεχόμενα τῷ λοβῷ. τὸ δ' εἶναι τοιαῦτα, τῆς οὐσίας. ὥστε τούτων μὲν εἰκότως ἡ φύσις εἰς ταὐτὸ τὰς ἀρχὰς ἔθηκε. τῶν δὲ σιτωδῶν καθ' αὑτά τε πεφυκότων καὶ περιεχομένων. ἔτι δ' ὥσπερ εὐθέων πως ὄντων τὴν μορφὴν, ἐχώρισε τὴν ἔκφυσιν, ἀπὸ μιᾶς μὲν ἀρχῆς ἀμφοτέρας ποιήσασα. συνεχοῦς δέ τινος οὔσης καὶ διηκούσης ἐφ' ἑκάτερον τῶν ἄκρων, ὥσπερ καὶ κατὰ τὴν βλάστησιν φανερὰ διατείνουσα καὶ κατὰ τὴν ἐντομήν. τοῦ μὲν οὖν μὴ ὁμοίως ἔχειν, ταύτην ὑποληπτέον τὴν αἰτίαν. ἐκεῖνο δ' ὁμοίως ἐν ἀμφοῖν ἐστιν, ὥστε τὴν τῆς ῥίζης ἔκφυσιν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐν τῷ στάχυϊ καὶ τῷ λοβῷ γίνεσθαι πρόσφυσιν. ἀφ' ὧν ἀμφοτέροις αἱ τροφαί. τοῦ μὲν γὰρ βαλσάμου καὶ τῆς πρώτης βλάστης, ἡ ῥίζα. τῶν καρπῶν δὲ πρόσφυσις, ἥτε πρὸς τὸν λοβὸν καὶ πρὸς τὸν στάχυν. καὶ τὰ μὲν περὶ τὴν ἔκφυσιν, οὕτως ἄν τις διέλοι.

amplius poſſit. Nam in alto radix melius capit & germinat. Sed hæc ferme a[illegible]ric[illegible]tur[illegible]m ſpectant. Naturæ autem illi[illegible]uendum, quod legumina de eadem parte radicem atque germen ſuum emittunt, quorum alterum ſumma cōtinuo petit, alterum in[illegible]. At hordeum, triticum, atque omnino fr[illegible]ta; extremo vtroque pullulant. Radix e[illegible] craſſo quod ſpicæ adhæret, enaſci[illegible]: de tenui autem vnde ariſta porrigitur, caulis exit: ſcilicet proportione alterum a ſuperiori alterum ab inferiori, cum radix & caulis ita maneant. Cauſa vero ex natura petenda eſt, quod legumina, quia bipartito & compactili claudantur corpore, vnicum quoddam germinandi initium habere in extremo ambarum partium poſsint, quod annexum velut extrinſecus cernitur, quia ſiliquæ copulantur. Quod enim contineantur, vaſculis principium habere illud neceſſarium eſt. Aliter enim cibum non poſsint accipere. Ex altera autem parte ſecundum vt habeant principium, fieri non poteſt: cum continua inter ſe ſint, & ſiliqua vndique ambiantur. Vt autem ſint talia, de eſſentia eſt eorum. His igitur recte natura eodem in loco principium vtrumque poſuerat. Frumentis autem quia diſtincta inhæreant, & tegimine communi nullo contineantur atque etiam recta quodammodo ſpecie inſtituantur, ortum diſtinxit: fecitque ut ab vno quidem initio vterque ortus incipiat. Sed continuo quodam ac tranſcendente ad vtrumque extremum, quod etiam in germinatione perſpicitur, porrigens ſe per inciſuram frumenti. Ergo cauſam cur hæc non pari modo ſe habeant, illam exiſtimandum. Pariter vero in vtroque genere illud ineſt, vt radicis exortus & nexus ſeu ligamen, quo vel ſpicæ vel ſiliquæ adhærent, ex eodem ſint: qno vtrique alimenta ſubminiſtrantur. Quippe culmo & primo germini radix alimentum diſpenſat. Fructibus vero nexus qui vel ſiliquæ vel ſpicæ ſemen coniungit. Et ortum ad hunc modum licebit diſcernere.

ΚΕΦ. Θ.

CAP. IX.

Cur legumina celeriter oriantur & minus terram conſumant quam frumenta. Curque cicer ſolum emaceret, quamuis celeriter naſcatur. Jtem quæ fruges anno ſequenti repullulent.

Τὴν δὲ ταχυβλαστίαν, τοῖς χεδροποῖς ἀποδοίη τις διὰ τὴν ὥραν. ὅτι μαλακωτέρα καὶ γονιμωτέρα τῆς χειμερινῆς. ἀλλ' ἀμφοῖν τούτοιν αἰτιάσαιτό τις τὴν ἀσθένειαν. δι' ἣν καὶ σπείρονται πρὸς τὸ ἔαρ καὶ διαβλαστάνουσι θᾶττον. τὸ γὰρ ἀσθενέστερον ὥσπερ πολλάκις ἐλέγομεν, εὐπαθέστερον. τάχα δὲ καὶ τῆς πολυκαρπίας. πολυχουστέρα γὰρ δὴ τὰ χεδροπὰ τὴν αὐτὴν ἢ παραπλησίαν. καὶ τοῦ θᾶττον δὲ ἐκτελεοῦν καὶ

Celerem germinationē leguminibus temporis ratione reddere poſſumus, qua mollius, atque fœcundius hyberno tempore ſit. Verum eius vtriuſque conditionis cauſam imbecillitas habet, quæ facit vt Vere ſerantur, & celerius enaſcantur. Quod enim infirmius eſt (vt ſæpe retulimus) facilius affici ſentireque poteſt. Largæque fœcunditatis forſitan eandem vel certe proximam rationem reddere æquum eſt: legumina enim multo fœcun-

dius

[illegible] τὴν γῆν, ἀλλὰ νέον ποιεῖν. ἅπαν[illegible] ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα συμβαίνει σχεδὸν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, διὰ τὴν ἀσθένειαν. καὶ γὰρ [illegible] καὶ τελειῶσαι ῥᾴδιον τὸ ἀσθενέστερον, καὶ [illegible]ον φέρειν καὶ τὴν γῆν ἧττον καρ[illegible]· καὶ τὴν ἔκφυσιν δὲ τὴν πρώτην ῥᾷω καὶ [illegible]εσθαι. πλὴν ἔτι κωλύεται διὰ τὴν ἰσχὺν τοῦ περιέχοντος, ὥσπερ ὁ κύαμος· αἰτία γὰρ τοῦ ταύτης δυσφυΐας ἡ τοῦ κελύφους παχύτης. ἐὰν δὲ καὶ ἐφύσῃ, σπαρέντι δυσφυέστερον ἔτι, καθάπερ ἐδαφιζομένης τῆς γῆς. ἐν δὲ τοῖς σιτηροῖς καὶ ταῦθ᾽ ὁμολογούμενα, πρός τε χρονιστήτα τῆς πέψεως, καὶ πρὸς τὸν καρπισμὸν τῆς γῆς· οἷον ἥ τε πολυῤῥιζία καὶ ἡ γλισχρότης τῶν καρπῶν. βραδέως γὰρ τὰ γλίσχρα καὶ καθαρὰ καὶ ἐν τοῖς δένδροις πεπαίνεται. διὸ καὶ πυροὶ κριθῶν ὀψιέστεροι καὶ ὀλιγοχούστεροι. καὶ αἱ ῥίζαι δὲ τῶν σιτηρῶν πολλαὶ κατὰ βάθους οὖσαι καρπίζονται μᾶλλον· οὐχ ὥσπερ τῶν γε χεδροπῶν· ὅ, τε καρπὸς γεωδέστερος, καὶ ἡ ῥίζα μία, καὶ ἐπιπολῆς ἡ σπορὰ μανή. πάντα δὲ ταῦτα συνεργεῖ καὶ πρὸς πλῆθος καρποῦ, καὶ πρὸς κουφότητα τῆς γῆς· καὶ τὸ μὴ ὁμοίως καρπίζεσθαι πρὸς ταχύτητα πέψεως. ἅπασα γὰρ ἡ δύναμις ἄνω φερομένη, καὶ οὐκ ἀντισπώσης τῆς ῥίζης, πλῆθος ἀποδίδωσι. καὶ συνεργοῦντος τοῦ ἀέρος, ἐκπέττει ῥᾳδίως. ἐπεὶ ὧν τε πλείων ἡ ῥίζα καὶ κατὰ βάθους, καὶ οἱ καρποὶ ξυλώδεις. ταχὺ δέ τινα ἐκκαρπίζεται ἐδάφη, καθάπερ ὁ ἐρέβινθος. διὸ καὶ μόνος οὐ ποιεῖ νέον, οὐδ᾽ ἐστι τῆς τυχούσης χώρας, ἀλλ᾽ ἀγαθῆς. ἄλογον δὲ ἐπὶ τούτου φαίνεται τὸ ταχὺ τελειοῦσθαι. εἴπερ ἐν τετταράκοντα ἡμέραις ἢ μικρῷ πλείοσι τέλειος. αἰτίαν δὲ ἄν τις ὑπολάβοι τὴν ἰσχὺν, δι᾽ ἣν δύναται τῶν τε ἄλλων κρατεῖν, καὶ πρὸς τοῦτο διαρκεῖν. εἴπερ καὶ ὕδατος ἐλαχίστου δεῖται πρὸς τὸ διαβλαστεῖν μόνον· εἶτα αὐτὸς αὑτὸν ἐκτρέφει. εἰ μὴ ἄρα τι καὶ ἡ ἅλμη πρὸς τὴν τελείωσιν συμβάλλεται, καταξηραίνουσα τὴν ὑγρότητα τὴν πλείω τῆς συμμέτρου. φαίνεται δὲ συνεργεῖν πως τῇ γενέσει καὶ οἰκεῖον εἶναι. σημεῖον δ᾽ ὅτι καὶ οἱ πρὸς τῇ θαλάττῃ βελτίους γίνονται. καὶ ὅτι μὴ καταπλυνθεὶς τῇ ἅλμῃ, ἀπόλλυται καὶ ἐκζωοῦται. δι᾽ ἣν δὴ αἰτίαν μόνον, τοῦτο σκεπτέον. εἰ μὴ ἄρα τῆς οὐσίας. ἀλλὰ δὴ τούτων πέρι, τοιαῦταί τινες αἰτίαι· μόνα δ᾽ ἀπὸ τῶν ῥιζῶν ἀποφύεται τῷ ὑστέρῳ ἔτει πυρὸς καὶ κριθή. καὶ αὐτοετὲς δὲ καὶ ἀπὸ τῶν εἰς κάρσιν σπαρέντων, ἑτέρου καλάμου παραβλαστάνοντος. αἴτιον δ᾽ ὅτι μόνοις ὑπέστη πλῆθος ῥιζῶν καὶ δύναμις. τὰ χεδροπὰ δὲ μονόῤῥιζα καὶ ξυλώδη καὶ ἐπιπολῆς. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν καταπατουμένων ὑπὸ τῶν στρατοπέδων, ὥστε μηδὲν εἶναι δῆλον. ἐξ ἁπάντων δὲ οἱ στάχυες μικροὶ καὶ ἀτελεῖς, ἅτε παλιμβλαστεῖς ὄντες.

dius ferunt. Eodem ſpectat vt & celeriùs perficiantur minuſque vim terræ conſumant. Hæc enim omnia & quæ eiuſdem generis ſunt eueniunt ferme (vt breuiter hoc dicam) ex cauſa imbecillitatis. Quippe cum ea quæ infirmiora ſunt, & educare & perfici facilius poſsint : vt vna & fructificetur vberius terra & minus hoc ſatu conſumatur, & primus exortus facilius atque celerius agatur. Præterquam ſiquid tegminis ambientis firmitate vteretur, ceu faba. Huic enim tardi prouentus cauſa craſſitudo putaminis eſt. Quod ſi pluuia ſatæ ſuperuenerit, multo lentius prouenit, quaſi terra pauimentaretur ſolidareturque. Frumentis illa quoque ad moram percoctionis conſumptionemque terræ in confeſſo ſunt, videlicet numerus radicis & lentitia fructus. Enimuero quæ lenta & pura ſunt, pigre in arborum etiam genere coquuntur. Quamobrem triticum ſerius, hordeoque minus fertile eſt. Radices vero frumentorum quia multæ ſunt atque altæ, vim terræ magis conſumunt : legumina contra, quia fructu terreſtriori, & radice ſimplici ſummaque ſunt, & rara ſeruntur, vberius ferunt : & ſolum conſumũt & citatius proinde excoquunt. Vis enim tota ſurſum contendens, cum nihil auocet radix, copioſe fructificat, & fauente aëre facile coquit. Nam quibus radix numeroſior altaque eſt, iis fructus lignoſi ſunt. Breui agrum emacerat cicer. Quamobrem hoc ſolũ nouale non facit : nec ſolo quolibet, ſed bono tantũ perficitur. Prorſus in hoc minime rationis cõuenire videtur celeritas conſummãdi, ſiquidẽ quadraginta diebus, aut paulo pluribus perfici poſsit. Verum cauſam dixerim vires, quibus & cætera ſuperare & ſe tam cito poſsit perficere : quandoquidem & aqua minima indigeat, & hac vt tantummodo pullulet, inde autem ſe ipſum plene enutrit. Niſi forte ſalſugo quoque ad perficiendum aliquid conferat, humorem ſcilicet exſiccando, qui modum excedit. Nam & in generatione iuuare quodammodo & familiaris ciceris eſſe videtur. Argumentum quod quæ iuxta mare poſita ſunt meliora euadãt: quæ abluta ſalſugine, nõ pereunt aut vermiculantur. Sed qua de cauſa in hoc ſolo ita eueniat quærendum: ni forte proprium id eſſentiæ ciceris ſit. Sed de his cauſas eiuſmodi reddidiſſe par eſt. Sola autem de radicibus enaſcuntur anno ſequente triticum atque hordeum: quin & anno primo hæc prætonſa regerminant culmo e latere ſubnaſcente. Ratio autem eſt quod hæc ſola radicis copiam, vimque obtinent. Legumina enim radice vna ſurculoſa ſumma innituntur. Adde etiam illa, quæ conculcata ab exercitu adeo, vt nihil perſpici poſsit, quæ tamen regerminant. Omnibus tamen his exigua ſpica imperfectaque funditur, vtpote quæ ſecunda emerſerit.

ΚΕΦ. I. CAP. X.

Cur legumina minus apta ſint cibis hominum quam frumenta. Curque cætera anima- lia hordeo quam tritico melius alantur, contra vero homines. Quæ item facilia difficiliaue in cibos animalium ſint.

Περὶ δὲ τοῦ εἶναι βραδύτερα τὰ χεδροπὰ πρὸς τὰς τροφὰς ἢ τὸν σῖτον ἡμῖν, καίπερ ἐλάττω χρόνον ἐν τῇ γῇ γινόμενα, τὴν αἰτίαν ζητητέον. δοκεῖ δὲ καὶ πρὸς κουφότητα διαφέρειν τοῦτο. διὸ καὶ τῶν πυρῶν οἱ τρίμηνοι κουφότατοι, καὶ τῶν κριθῶν ὁμοίως. ὡς ἐλάττονος ὑπάρχοντος τοῦ γεώδους, διὰ τὴν βραχύτητα τοῦ χρόνου. τοῖς δὲ ἄλλοις ζώοις, ἃ προσφιλῆ καὶ ἄλυπα ἐκείνοις, ταῦτα χαλεπώτατα ἡμῖν· καὶ πάλιν ἃ ἡμῖν εὐκατέργαστα, ταῦτ' ἐκείνοις χαλεπώτατα· καίπερ ἰσχυροτέροις οὖσι. πολλὰ γοῦν ἀπόλλυται χορτασθέντα πυρῶν· καίτοι τὸ γεῶδες ἐλάχιστον ἔχουσι. πρὸς δὲ ταύτας τὰς ἀπορίας, καὶ εἴ τις ἄλλη παραπλησία ταύταις, καθόλου μὲν καὶ κοινὴν τήνδε λαβεῖν χρὴ τὴν ἀρχήν. ὡς οὐ πᾶσι ταὐτὰ πρόσφορα κατὰ τὰς τροφάς, ἀλλ' ἑκάστοις κατὰ τὰς ἰδίας φύσεις. ὅπερ ἐν πολλοῖς μὲν φανερόν, ἐκ πλείστης δ' ἀποφάσεως ὡς εἰπεῖν τῶν γε γνωρίμων τὰ περὶ τὰς ἐλάφους δῆλα. αἳ τοὺς ἔχεις ἐσθίουσιν, ὑφ' ὧν τὰ ἄλλα θνήσκουσι, πολὺ μείζω καὶ ἰσχυρότερα τὴν φύσιν ὄντα. καὶ ἐπ' ἄλλων δὲ τοῦτο τοιοῦτόν ἐστι, ὥστ' ἀναιρεῖσθαι ταῖς πληγαῖς, ὑφ' ὧν οὐδὲν ἄνθρωποι πάσχουσι. καθάπερ οἱ ὄφεις ὑπὸ τῶν σκορπίων. ὑποκειμένου δ' οὖν τούτου καὶ τῶν ἄλλων γεωδεστέρᾳ τροφῇ χρωμένων, οὐκ ἄλογον ἐκείνην μᾶλλον αὐτοῖς ἁρμόττειν τὴν ἀλλοτριωτέραν ἡμῖν καὶ ἀπρόσφορον. καὶ διὰ τὴν γλυκύτητα καὶ τὴν ἡδονήν, πλείω προσενεγκαμένων ῥήγνυσθαι. τοῦτο μὲν οὖν καθόλου καὶ κοινόν. ἴδιον δ' ὅτι καὶ συμβαίνει τὰς κοιλίας ἐκπνευματοῦσθαι, ἢ πᾶσιν, ἢ τοῖς ἔχουσιν ἐχῖνον. φυσῶδες γὰρ καὶ οὐκ εὐκατέργαστον ὁ πυρὸς ὠμὸς ὤν. ἔτι δ' ἧττον προσφιλὲς τὸ ἄχυρον. μέγα δὲ καὶ τὸ ἀσυνήθες εἶναι. τὰ γὰρ ξένα, κἂν ᾖ κοῦφα, διαταράττει πλῆθος λαμβανόμενα. διὰ δὲ ταύτας τὰς αἰτίας ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, οὐκ ἀλόγως μὲν ἔχει, δοκεῖ δὲ τῇ παραλλαγῇ. ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν τύπῳ, πρὸς βαρύτητα καὶ κουφότητα τροφῆς, καὶ ἡμῖν, καὶ τοῖς ἄλλοις, τοῖς καὶ φύσεως ἑκάστης οἰκείοις, αἱ χῶραι καὶ ὁ ἀὴρ ποιεῖ τὰς διαφοράς. τὰ μὲν γὰρ ἐκ τῶν εὔπλων καὶ εὔπνων καὶ λεπτογείων, κουφότερα. τὰ δ' ἐκ τῶν ψυχρῶν καὶ ἐπόμβρων, βαρύτερα, διὰ τὸ πλείω τροφὴν καὶ ἰσχυροτέραν ἔχειν· καὶ διὰ τοῦτο τοῦ μὲν ἄλλου πυροῦ δοκεῖ τοῦ Ἀθήναζε καταπλέοντος, ὁ Σικελικὸς ἰσχυρότατος εἶναι. τούτου δ' ἔτι βαρύτερος μᾶλλον ὁ Βοιώτιος,

SEd cur in cibo legumina difficiliora homini quam frumentum, quamuis in terra minus temporis fuerint, cauſa explicanda eſt. Id ipſum enim ad facilitatem ac leuitatem, non parum quoque referre videtur. Quamobrem & trimeſtre triticum atque hordeum facilius eſt: quaſi minus terræ in ſeminibus inſit propter temporis breuitatem. Ac cæteris animalibus & grata, & facillima iſta ſunt: contra vero, quæ nobis facilia, hæc illis difficillima: quanquam validioribus. Multa enim intereunt tritico ſatiata, quamuis minimum terræ id habeat. Igitur ad has quæſtiones, & ſi qua eiuſmodi alia ſit, in vniuerſum principium illud eſt ſumendum: non omnibus eadē eſſe in cibo idonea, quia ſingulis pro ſua natura cibus ſtatutus eſt. Quod cum in multis palam eſt, tum omnium ferme conſenſu in ceruis pateſcit, qui viperas edunt, quibus cætera moriuntur: tametſi multo maiora robuſtioraque ſunt. Licet & in alijs illud idem videre, vt ictu intereant, quo nihil homines patiuntur, ceu ſerpentes ictu ſcorpionum. Hoc igitur poſito, non procul a ratione eſt, vt cæteris animalibus cum cibo terreſtriori veſcantur, talis potius competat: nobis autem ille alienus atque incommodus ſit. Diſrumpuntur enim ſi ex dulcedine voluptateque plus comederint. Hoc igitur commune generaleque eſt: proprium vero, quod aluos quoque inflare ſolet, vel omnibus vel certe ijs, quæ habent echinum. Cum enim crudum inflat neque facile confici poteſt, multoque faſtidioſior eius palea eſt. Inſuetudo quoque plurimum facit. Peregrina enim quamuis facilia ſint, tamen immodice ſumpta perturbant atq; faſtidium inferunt. Hæc igitur quanquam diuerſa appareant, ratione tamen non carent. Ad ſummam vero (vt breuiter dicam) facilitatis difficultatiſque cibi, tam nobis quam cæteris cuiuſque naturæ, ager & aër differentiam faciunt. Enimuero quæ locis, quæ placide afflantur, gracilibuſque naſcuntur, hæc facillima ſunt. Quæ gelidis, atque pluuijs, difficiliora: quia largius validiuſque alimentum hæc habent. Ob id inter frumenta quæ Athenas vehuntur, Siculum validiſſimum habitum eſt, & hoc longe pigrius Bœoticum: vt inter hiſtorias diximus. Etenim ager ille præpinguis, aërque frigidus eſt, & reliqui quoque fructus illius regionis tritico in grauitate reſpondent. Pieſangenſis agri triticum immodice ſumptum diſrumpit (vt dictum eſt) præ nimio ſcilicet faſtidio. Ponticum facillimum, ac duriſſimum eſt: quamuis in aëre gelido. Ratio, quod

ὥσπερ ἐν ταῖς ἱστορίαις εἴρηται. καὶ γὰρ ἡ χώρα πίειρα, καὶ ὁ ἀὴρ ψυχρὸς, καὶ τὰ ἄλλα δὲ τὰ τῶν καρπῶν παραπλησίως ἔχει τῇ βαρύτητι. ἐν δὲ ταῖς Πετάγγαις ὁ διαῤῥηγνύων, ὃν εἴπομεν, ὑπερβάλλων δηλονότι τῇ βαρύτητι. ὁ δὲ Ποντικὸς κουφότατος καὶ σκληρότατος, καίπερ ψυχροῦ τοῦ ἀέρος ὄντος· ὅτι καὶ τὰ σπέρματα καὶ τὰ ἐδάφη κουφότερα, καὶ ἡ χιὼν συνεκπέττει μᾶλλον. ὅτι δὲ καὶ τὰ σπέρματα ῥοπὴν οὐ μικρὰν ἔχει, φανερὸν ἐκ τῶν τελμήνων, καὶ εἴ τινες ἐν ἐλάττονι χρόνῳ τελοῦνται τούτου. οὐ πολὺ γὰρ τοῦ γεώδους ἕλκοντες, ἀλλὰ κουφοτέρᾳ τροφῇ χρώμενοι, κουφοτέραν ποιοῦσι καὶ τὴν προσφοράν. ἔοικε δὲ καὶ ἡ ὥρα τι συμβάλλεσθαι πρὸς τὸ μὴ χρονίζειν· οἷον γὰρ εἰς ὀργῶσαν πίπτειν τὴν γῆν. καὶ παραπλήσιον τὸ συμβαῖνον, ὥσπερ τὰ ἐπὶ τὸ ζέον ἐμβαλλόμενα τῶν ἑψομένων. οὐδεμίαν γὰρ οὐδ᾽ ἐκεῖνα λαμβάνει μόλωυσιν. εἰ δέ τινες τῶν ὀλιγοχρονίων τούτων βαρεῖς, ὥσπερ φασὶ τοὺς περὶ Λέμνον, ἐνταῦθα τοῦ σπέρματος τὴν φύσιν αὐτοῦ κατὰ λόγον αἰτιᾶσθαι. καὶ περὶ μὲν τούτων ἀρκεῖ τὰ εἰρημένα.

quod & ſemen, & ſolum leuius ſit: & nix iuuat certe ad excoquendum. Semina autem non parum momenti habere, conſtat ſane ex trimeſtribus,& ſi quædã tempore breuiori perfici valeant. Quod enim non multum terræ attrahãt,ſed leuiori pabulo vegetentur,vſum quoq; arborum faciunt leuiorem. Tempus quoque non nihil conferre videtur, quo minus diu inter ſemina maneãt, vt ſi terræ iam turgeſcenti committantur. Quippe ſimile euenit, vt in ijs, quæ non frigidæ ſed feruenti aquæ coquenda immittimus. Nec enim illa moroſitatem vllam recipiunt. At ſi ex ijs, quæ breui perficiuntur tempore, graue aliquod ſit, vt quod in Lemno fieri narrant, cauſam ſeminis ipſius naturæ tribuere decet. Et de his ſatis dictum.

ΚΕΦ. ΙΑ.

CAP. XI.

Cur legumina diutius floreant quam frumenta: & flos non ſimul omnibus partibus exeat.

Τὴν δὲ ἄνθησιν πολυχρονιωτέραν ποιοῦνται χεδροπὰ τῶν σιτωδῶν· ὅτι τῶν μὲν σιτωδῶν ἀσθενέστερον τὸ ἄνθος. εἴρηται δὲ ὅτι τὰ ἀσθενέστερα πανταχοῦ θᾶττον τελεοῦται. διὸ καὶ βρέχεσθαι τὰ μὲν οὐ δύνανται, τὰ δὲ, καὶ ζητεῖ καὶ ὀνίναται. τάχα δὲ τοῦτό τε κατὰ συμβεβηκὸς, ὅτι τὸ ὅλον φυτὸν εὐτραφεῖ βρεχόμενον· ὁ δὲ καρπὸς δεῖται βοηθείας πρὸς τὴν τελείωσιν. μάλιστα δ᾽ ὁ κύαμος, ὅτι μανότατον, καὶ πολυανθέστατον, καὶ πολυκαρπότατον. ὁ δὲ ἐρέβινθος ἀπόλλυται διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν. ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ σίτου τῆς διαφθορᾶς λεκτέον. αἰτιάσαιτο δ᾽ ἄν τις μάλιστα τὴν ἀσθένειαν· οὐχ ὑποφέρει γάρ· ἀλλὰ φθείρεται καὶ ἀποπίπτει, καθάπερ καὶ τῶν δένδρων ἐνίων. ὁτὲ μὲν, οἷον ἐρυσιβούμενα, ὁτὲ δ᾽ ἐξυγραινόμενα λίαν. εὐλόγως δὲ καὶ ἡ ἄνθησις οὐχ ἅμα πᾶσι τοῖς μέρεσι. κεχώρισται γὰρ ἐκτὸς τῶν λοβῶν καὶ διὰ τὴν εὐτροφίαν. τὰ μὲν γὰρ ἤδη κύει καὶ ἀνθεῖ· τὰ δ᾽ ἄνω προαύξεται. διὸ καὶ τὰ μὲν αὖα καὶ τέλεια, καίπερ ἐγγύτατα τῆς τροφῆς ὄντα· τὰ δ᾽ ἐπὶ τῶν ἄκρων χλωρά. τοῦτο δ᾽ οὐκ ἴδιον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων καὶ πλειόνων κοινόν. πολλὰ γὰρ ἀνθεῖ καὶ καρποὺς ποιεῖ κατὰ μέρος, καὶ ἅμα τὴν βλάστην ἀφίησιν εἰς τὸ ἄνω. διὸ καὶ τὰ μὲν τέλεα, τὰ δ᾽ ἀτελῆ, τὰ δὲ, μέλλοντα. καὶ οὐκ ἐμποδίζεται τὰ κάτω διὰ τὴν ἐπιῤῥοὴν καὶ τὴν ἀναφορὰν τὴν εἰς τὸ ἄνω. καθάπερ γὰρ ὑποκείμενόν τι πᾶσιν ὁ καυλὸς, ἐξ οὗ τὴν τροφὴν ἕλκουσιν, ὥσπερ

Florent diutius legumina quam frumenta, quia flos frumenti imbecillior eſt: perfici autem ocius in omni genere quæ ſunt imbecilliora iam diximus. Ex quo fit, vt etiam pluuiam altera nequeant tolerare, altera & quærant eam, & adepta bene ſuccedant. Sed hoc forſitan per accidens eſt, quod tota planta humorem adepta melius vegetetur: cum fructus, quo perficiatur, iuuari deſideret, & præcipue faba, quia rara & fertilis flore, fructuque omnium maxime ſit. Cicer tamen madefactum perit, ob eam quam retulimus cauſam. De frumenti autem corruptione aliquid dicendum eſt. Cuius cauſa eſſe imbecillitas videtur. Nequeunt enim ſufferre, ſed pereunt atque decidunt, vt etiam quibuſdam arboribus accidit. Alias enim rubigine infeſtantur: alias vehementer humeſcunt. Florem quoque non ſimul omnibus emergere partibus, rationi vtique datur. Sunt enim diſtincta inter ſe omnia ſemina ex paſtu fœcundo. Alia enim turgeſcunt, alia florent, alia in ſummitate præaugeſcunt. Quamobrem alia perfecta & arida ſunt, quamuis alimento proxima ſint: alia in ſummitate vireſcunt. Hoc tum non proprium, ſed cæterorum etiam plurium commune animaduertitur. Sunt enim complura,quæ ſigillatim florent atque fructificant, ſimulque germen ſurſum impellunt. Vnde fit, vt alia perfecta ſint, alia imperfecta, alia futura. Nec quicquam alimenti tranſcurſio atque relatio ali vetat inferiora. Omnibus enim caulis ſubiacet, ex quo ſuccos hauriunt, velut ex ali-

ὀχέτου τινός. ἡ μὲν οὖν ἄνθησις εὐλόγως, χρόνιός τε καὶ ἀβλαβὴς αὐτοῖς ὑπὸ τῶν ὑδάτων. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις, ὅταν ἀπανθήσῃ, σχεδὸν ἐπισινεστέρα τοῦ σίτου διὰ τὴν ἀσθένειαν. καὶ μάλιστ᾽ ὁ κύαμος· ἀσθενέστερον γάρ. καὶ περὶ μὲν τῶν πρὸς ἄλληλα διαφορῶν, τοσαῦτα εἰρήσθω.

ex aliquo aquario ductu. His igitur floris profluentis diuturnus ac nullis imbribus obnoxius, eſt non ſine ratione. Cæteris cum defloruerunt, imber nocet, ſed maxime frumento ac fabæ, vtpote imbecillioribus. Et de differentijs quidem quas interſe recipiunt, hactenus.

ΚΕΦ. ΙΒ.

CAP. XII.

Cur congenera non perficiantur omnia eodem tempore. Deque cauſis differentiarum, quibus congenera diſtinguuntur.

ΠΕρὶ δὲ τῶν ὁμογενῶν, τάχα ἄν τις ἀπορήσειε, τί ποτ᾽ οὐκ ἐν ἴσοις χρόνοις ἅπαντα τελειοῦται. ἀλλ᾽ οἱ μὲν τρίμηνοι τῶν πυρῶν, οἱ δὲ, δίμηνοι. καὶ τῶν κριθῶν ὡσαύτως. εἰ δὲ καὶ ἐν ἐλάττονί τινες χρόνῳ, πλείων ἡ διαφορὰ πρὸς τοὺς χειμοσπόρους. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. μάλιστα δ᾽ ἐπὶ τῶν εἰρημένων. τάχα δὲ καὶ μόνων αἱ διαφοραί. καὶ τοῦτ᾽ εὐλόγως. τὰ μὲν γὰρ ὄσπρια σπαρέντα χειμῶνος, οὐκ ἂν ὑπομείνειε διὰ τὴν ἀσθένειαν. πλὴν εἴ τινων ὀλίγων. ὄροβον γὰρ σπείρουσι καὶ πρώϊον, ὥστε μὴ ὥρα καταλείπεται. ἡ κριθὴ δὲ καὶ ὁ πυρὸς, ἀμφοτέρως. καὶ ὅσα * μήτραν ἁπλῆν ἐλάττους καὶ ἀσθενεστέρους φέρει τοὺς στάχυας. τοῦτο μὲν οὖν ὡς καθόλου τῷ γένει πρὸς τὸ γένος· τὸ δὲ μὴ ἰσοχρονίους εἶναι, κοινὸν καὶ ἐπὶ τῶν δένδρων. ἔστι γὰρ ἐν ἑκάστοις τὰ μὲν, πρώϊα, τὰ δ᾽ ὄψια. καθάπερ ἄμπελος, συκῆ, καὶ μηλέα, καὶ ἄπιος. αἴτιον δ᾽ ἐν ἀμφοῖν, ὅτι τῆς ἰδίας φύσεως ἡ διαφορά. τὸ δ᾽ ὄνομα κοινὸν, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ζώοις ἐπὶ τῶν κυνῶν. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο τὸ γένος. ἔνι δ᾽ αἰτία παραπλησία, καὶ διά τι τὰ μὲν πρώϊα, τὰ δ᾽ ὄψια. εἴτε γὰρ θερμότης, εἴτε ψυχρότης, εἴθ᾽ ὅ, τί ποτε, καὶ ἐνταῦθ᾽ ὁμοίως τὸ αἴτιον. καὶ καθόλου μὲν οὕτω. τοῖς δὲ σπέρμασι καὶ ἐμφανέστερον ἐκ τῶν συμβαινόντων τὸ αἴτιον. ὁ μὲν γὰρ χειμοσπορούμενος πυρὸς πολύρριζος ὢν, καὶ ἐνταῦθα πρῶτον ἀποδοὺς τὴν δύναμιν, ἀποδίδωσι πλῆθος καλάμου. καὶ γὰρ πολυκάλαμος. ὁ δὲ τρίμηνος, ὀλιγόρριζος καὶ πολυκάλαμος. διὸ τήν τε ἀναφορὰν εὐθὺς ἄνω ποιεῖται, καὶ τὴν τελείωσιν ταχεῖαν. ῥᾷον γὰρ τὸ ἔλαττον ἀποτελεῖσθαι. διὸ καὶ ὁ μὲν, πολύχους, ὁ δ᾽ ὀλιγόχους, καὶ κοῦφος. ὁ δὲ βαρὺς ὥσπερ ἐλέχθη, πλείω τὴν τροφὴν ἕλκων καὶ θολωτέραν. ἡ δ᾽ ἀποδρομὴ ταχεῖα κατὰ λόγον, ἅτε καὶ μὴ χρονίζοντος ἐν ταῖς ῥίζαις δι᾽ ὀλιγότητα. μέγα δὲ καὶ ὥρα συνεργεῖ. καὶ γὰρ πολύρριζος σπαρεὶς ἐν ταύτῃ, θᾶττον ἀναβλαστάνει, καὶ ὀλιγοκαλαμώτερος, καὶ ὁ στάχυς μικρὸς καὶ ὀλιγόπυρος. ὁ δὲ τρίμηνος πρωϊσπορηθεὶς, οὐκ ἂν ὑπομείνοι τὴν ἀσθένειαν. ἄτοπον δὲ

DE congeneribus quæret fortaſſe aliquis, cur non pari tempore perfici omnia poſſint: ſed triticum aliud bimeſtre aliud trimeſtre ſit, & hordeum ſimili modo. At ſi ſit quod etiam feſtinantius perfici poſſit, maior profecto ad genus hybernum erit differentia. Nec non & de cæteris eodem modo quærere licet. Sed maxime de ijs quæ diximus, quæſtio foret: ni forte & eorum tantummodo differentias iſtas eſſe quiſpiam credat: nec ſine ratione. Legumina enim hyeme ſata algorem ſufferre cauſa imbecillitatis ſuæ præter pauca quædam non poſſunt. Eruum etenim ſeritur quidem ſatu maturo: at hordeo, tritico, atque reliquis, quæ ſpica puſilla infirmaque ſunt, anceps ſatio datur. Hoc igitur velut in vniuerſum generi ad genus, notatum eſt. Temporis diſparitatem communem cum arboribus habent. Sunt enim in ſingulis generibus, aliæ præcoques aliæ ſerotinæ: vt vitis, ficus, malus, pirus. Ratio in vtroque genere, quod propriæ naturæ differentia ſit, quamuis nomine dicantur communi: vt & in animalium genere natura canis varia notatur conditione. Huic proxima cauſa eſt, quamobrem alia properant, alia differunt. Enimuero ſiue calor, ſiue algor, ſiue aliquid cauſam iſtam habeat, non aliter reddenda ratio eſt. Atque in vniuerſum diſſerendum ita cenſemus. Seminibus vero, ex ijs quæ eueniunt conſpectius aſſignari ratio poteſt. Triticum enim quod hyeme ſeritur, quia numeroſa radice eſt, vireſque ſuas ad ſe radicandum primum intendit, multitudinem culmi educit. Eſt etenim multicalamum. Trimeſtre contra paucis radicibus paucisque culmis conſiſtit. Qua de cauſa ſurſum continuo nititur, atque celeriter conſummatur. Quod enim minus eſt, perfici facilius poteſt. Hinc etiam alterum large fructificat, alterum parce: & alterum facile, alterum graue eſt (vt ante iam diximus) cum plus alimenti & turbulentius trahat. Excurſus quoque pro ratione proſpere agitur, cum in condendis radicibus haud multum requiratur temporis, vtpote paucis. Qualitas quoque temporis plurimum fauet. Nam & radicoſum illud ſi eo tempore ſeratur, velocius enaſcetur, & in culmos ſpargetur pauciores, & ſpicam paruam atque paucis fertilem geret: & trimeſtre ſi mature ſeratur, frigus tolerare non poterit, ſuæ

καὶ ὑπευναστέον τὸ συμβαῖνον, εἰ βαρεῖς οἱ ὀλιγοχρόνιοι. καθάπερ δὲ περὶ Αἶνόν φασι τοὺς ἰσημερινούς. λοιπὸν γὰρ αἰτιᾶσθαι τὴν ἰδίαν φύσιν, ἣν ὁρῶμεν ἐν πλείοσι μεγάλας ἐχούσας διαφοράς, καὶ κατὰ τὴν ἔμφυσιν καὶ τελείωσιν, καὶ κατὰ τὰς ἰδίας μορφάς· οἷον μεγέθους, καὶ μικρότητος, καὶ σχήματος. καὶ τῷ πολυάχυρον εἶναι καὶ μὴ καταμελῆ δὴ τῷ πρὸς ἡμᾶς, καὶ κατὰ τροφὴν καὶ [illegible] τάχα δὲ καὶ τὰ γένη ποιοῦσιν αἱ χῶραι. ἤτοι πάντα ἢ ἔνια. συνεξομοιοῦσι γάρ πως ἑαυταῖς καὶ διάφορα γένη ἐμποιοῦσαι ἢ καὶ πρὸς τὸ ἀχρήσιμον ὥσπερ τῷ Θρακίῳ πυρῷ τὸ πολύλοπον εἶναι καὶ ὀψιβλαστῆ. διὰ γὰρ τοὺς χειμῶνας ἀμφότερα συμβαίνει· καὶ διὰ ταῦτα καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις, πρωϊσπορούμενος ὁ Θρᾴκιος, ὀψὲ διαβλαστάνει. καὶ πάλιν ὁ παρὰ τῶν ἄλλων ἐκεῖ σπορούμενος, ὀψὲ βλαστάνει. γέγονε γὰρ οἷον φύσις τὸ ἔθος. ἐπεὶ καὶ ἐν ταῖς Ἐπισυνάγγαις καλουμέναις τῆς Ἀσίας οἱ διαρρηγνύναι λεγόμενοι, καὶ οἱ τὰ μεγέθη τοῖς πυρῆσιν ἴσοι, χώρας ἰδιότητι καὶ φύσει τὰς δυνάμεις ἔχουσι ταύτας, καὶ οὐ καλήροιον μετενεχθέντες. ὃ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀμπέλων λέγουσιν, ὡς ὅσα χώρας εἴδη, τοσαῦτα καὶ ἀμπέλων· τοῦτ᾽ ἀληθὲς καθόλου. καὶ οὐχ ἧττον ἐφ᾽ ἑτέρων, ἐὰν ἅμα τῇ χώρᾳ καὶ τὸν ἀέρα τις προσθῇ. διὰ τοῦτο γὰρ αἵ τε ἀνωμαλίαι τῶν καρπῶν ἀπὸ τῶν αὐτῶν φυτευομένων, αἵ θ᾽ ὅλως ἀκαρπίαι μὴ φερούσης τῆς χώρας. ἐκ δυοῖν γὰρ ἢ καὶ πλειόνων ὅταν γένηταί τι δύναμιν ἐχόντων, ἀνάγκη κατὰ τὰς τούτων διαφορὰς καὶ τὸ ὅλον διαφέρειν. ὃ καὶ ἐπὶ τῶν ζῴων συμβαίνει. καὶ γὰρ καὶ τῷ ἄρρενι καὶ τῷ θήλει καὶ τῇ χώρᾳ καὶ τῷ ἀέρι καὶ ἁπλῶς ταῖς τροφαῖς λαμβάνουσι διαφοράς ὅθεν καὶ γενῶν ἰδιότητες γίνονται. καὶ πολλάκις τὸ παρὰ φύσιν, ἐγένετο κατὰ φύσιν, ὅταν χρονισθῇ καὶ λάβῃ πλῆθος. ἀλλὰ γὰρ τοῦτο μὲν καθόλου καὶ κοινόν. αἱ δὲ τῶν σπερμάτων διαφοραί, γίνονται διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας. ἐπεὶ καὶ τοῦ θᾶττον τελειοῦσθαι παρά τισιν ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ φασί, μηνὶ πρότερον ἢ ἐν τῇ Ἑλλάδι· τὸν ἀέρα τις ἂν αἰτιάσαιτο, μαλακὸν ὄντα καὶ εὔτροφον. τὸ δ᾽ ὅλον, ἐν δυοῖν θετέον τὰς αἰτίας ὥσπερ εἴρηται, ἀέρι καὶ ἐδάφει. τὸ γὰρ αὖ περὶ Μῆλον συμβαῖνον τῆς τελειώσεως, ὥστε τὸν ὕστατον σπείροντα θερίζειν ἅμα τοῖς πρώτοις, ἐπὶ τὴν χώραν ἀνοιστέον ὡς εὔτροφον ὁ γὰρ ἀὴρ παραπλήσιον. τὸ γὰρ μὴ ἰσοχρονεῖν τὰ σπέρματα καθάπερ καὶ τὰ ζῷα παρὰ πᾶσιν, ὁποίας οὔσης τῆς χώρας, οὐδὲν ἄτοπον. ἐκεῖνα μὲν γὰρ ἐν ἑαυτοῖς ἔχει τὰς ἀρχὰς κυριωτάτας· τὸ δὲ σπέρμα καὶ ὅλως τὸ φυτὸν ἐν τῷ ἀέρι μᾶλλον εἰ δὲ μή, τάς γε πρὸς βλάστησιν καὶ ὅλως γένεσιν καὶ διαφθοράν.

cauſa imbecillitatis. Sed mirum atque diuerſum eueniat, ſi quod tempore breuiori conficitur, graue faſtidioſumque ſit: vt Aenenſes de eo referunt, cuius cura æquinoctio delegata eſt. Reliquum eſt, vt propriæ naturæ cauſa detur, quam in pluribus differentias recipere magnas, cum in exortu coſummatione que, tum in proprijs ſpeciebus videmus, ceu magnitudinis atque paruitatis & figuræ. Adde copiam paleæ, & incommoditatem ratione vſus cibarij hominum. Forſitan & genera regiones efficiunt: vel omnia, vel certe aliqua. Aſſimilant enim ſibi ipſis quodammodo, & aut differentiam aliquam generis pariunt, aut etiam minus vtile reddunt, vt tritico Thracio euenit. Fit enim multis cum tunicis ſeroque prouenit: quod vtrumque vis ſane frigoris facit. Qua de cauſa cæteris quoque agris, Thracium iſtud ſatum mature, ſero erumpit ac augeſcit: & quod mature apud alios ſeritur, ſero apud alios exit. Conſuetudo enim velut natura effecta eſt. Nam & quod in Aſiano agro Epiſynangis vocitato habet vim diſrumpendi, quodque magnitudine nuclei eſt, agri proprietate naturæque vires eiuſmodi ſortitur: nec alio tranſlata ſeruari incommutabilia poſſint. Quod enim de vitibus aiunt, quot agrorum genera, totidem & vitium eſſe, hoc vere in vniuerſum aſſeri poteſt. Nec minus locum habet in cæteris, ſiquis cum agro cœli quoque adijciat qualitatem. Hinc enim fructuum diuerſitates proueniunt, quanquam ſeminibus poſitis ex eadem parente petitis. hinc denique ſterilitates ſequuntur, cum planta in alieno agro nequeat hoſpitari. Cum enim ex duabus, aut etiam pluribus rebus, quæ vim habeat, quicquam conſtiterit; pro ratione differentiæ rerum illarum, totum quoque differre neceſſe eſt. Quod etiam in genere animalium euenit. Nam & in mare, & fœmina, & agro, & aëre, & omnino alimentis differentias capiunt. Itaque generum proprietates proueniunt, & ſæpe euenit, vt quod negaret natura, lege naturali proueniat: cum ſcilicet diu permanſerit multiplicatumque ſit. Sed commune hoc eſt, atq; in vniuerſum aſſeritur. Frugum autem differentiæ, ob eas quas retulimus cauſas, oriri ſolitæ ſunt. Nam & quod celerioris conſummationis apud nonnullos ſunt, vt in Aegypto, menſe priuſquam in Græcia perfici poſſunt, clementiam habilitatemque ad alendum aëris cauſam dixerim. Ad ſummam omnis ratio ex his duobus petenda eſt, videlicet ſolo, & aere (vt dictum iam eſt.) Quod enim in Melo in conſummãdis frugibus euenit, vt qui nouiſſimo ſeuit, cum primis metere poſſit, habitudini fertili terræ tribuendum eſt. Aeris enim ſimilis omnino percipitur qualitas. Nam quod non pari tempore ſemina perficiuntur, vt animalia, qualiſcunque regio ſit, minus admirari debemus. Genus etenim animalium quæ potiſſima ſunt principa in ſe habet: ſemen autem & planta, ex toto ſua principia vel omnia in aere potius habet: vel certe ea quidem, quæ ad germinationem, & omnino ad generationem corruptionemque pertinent.

διόπερ οἷον ἂν ᾖ τὸ ἔτος, ἀκολουθεῖ καὶ τὰ τῶν καρπῶν ἔν τε τοῖς ἄλλοις, καὶ ἐν τῇ πρωϊότητι καὶ ὀψιότητι. σύμφωνον δὲ τρόπον τινὰ καὶ οὐ πόρρω τούτων· καὶ τὸ μὴ κινεῖσθαι πρότερον, μήτε σπέρμα μηδὲν, μήτε φυτόν. ἀλλὰ κατὰ τὴν οἰκείαν ὥραν. ὃ καὶ θαυμάζεται. περὶ τῶν σπερμάτων, ὅτι διαμένει πρὸς τὸ θέρος ἔνια, καὶ οὐ διαφθείρεται πολλῶν ὑδάτων καὶ εὐδιῶν γενομένων. ἐπεὶ τόγε μὴ διαβλαστάνειν, ἧττον ἄλογον, μὴ ἔχοντα τὴν οἰκείαν κρᾶσιν. αἴτιον δὲ τοῦτό πως ὑποληπτέον, ἐς ἀσφαλὲς τῆς φύσεως πρὸς ἄμφω τιθεμένης, ἐν τῇ τῶν περιεχόντων ἰσχύϊ· φαίνεται γὰρ τὰ μὲν ξυλώδη, καθάπερ τὰ ἀνθικά· τὰ δὲ, πολυχίτωνα, τὰ δὲ ἄλλας τοιαύτας ἔχοντα φυλακάς. καὶ ταῦτα μὲν δὴ κοινά πως τῆς φύσεως.

Quamobrem qualis fuerit annus, talis & fructificatio cum cæteris in rebus, tum in celeritate tarditateue ſequitur. His reſpondet quodammodo, nec procul eſt ratio, qua nullum ſemen, nulla penitus planta prius mouetur, ſed normam tempeſtatis ſemper conſeruat. Quod in ſeminibus plerique admirantur, quoniam ad æſtatem nonnulla permaneant, nec poſſint vllo pacto corrumpi: quamuis imbres ſerenitateſque fuerint. Non enim pullulaſſe minus diſſonat rationi cum temperiem non obtinuerint ſibi conuenientem. Cauſam vero firmitati ambientium non inepte tribueris. Sunt enim alia lignoſa, ceu ſemina florum, alia tunicis intecta permultis, alia tutelis alijs eiuſmodi præmunita. Et hæc communia naturæ quodammodo putantur.

ΚΕΦ. ΙΓ.

Cap. XIII.

Quamobrem ſemina coctilia, & incoctilia fiant.

ΥΠὲρ δὲ τῶν σπερμάτων πῶς ποτε τὰ τεράμονα καὶ ἀτεράμονα γίνεται· πότερα διὰ τὴν χώραν, ἢ διὰ τὸν ἀέρα, καὶ τὰς ἰδίας κράσεις, καὶ διαθέσεις ἢ δι' ἄλλο τι πάθος, ἢ πάντα, ἢ ἔνια. δοκεῖ γὰρ δὴ καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν κυάμων καὶ φακῶν. συμβαίνει δὲ πολλάκις καὶ τὸ χωρίον, ὅτε μὲν, τεράμονα φέρειν, ὅτε δὲ ἀτεράμονα τῆς αὐτῆς ἐργασίας τυγχάνον. καὶ τῶν συνεχῶν αὔλακος μόνον διειργούσης, τὸ μὲν ἀτεράμονα, τὸ δὲ, τεράμονα· καὶ τῶν σπερμάτων ὅτε μὲν, ἐκ τῶν ἀτεραμόνων τεράμονα γίνεσθαι, ὅτε δ' ἐκ τεραμόνων ἀτεράμονα. κατὰ δὲ τὴν ἔκφυσιν καὶ βλάστησιν καὶ τὴν ἁδρότητα καὶ εὐκαρπίαν, οὐδὲν διαφέρει τὸ ἀτέραμον ἄν τι νενοσηκός. ὑπὲρ δὴ τούτων καὶ εἴ τι ἄλλο συνάπτει πρὸς τὴν ἀπορίαν ταύτην, πρῶτον ἐκεῖνο λεκτέον. ὅτι τὸ τεράμον καὶ ἀτέραμον, πρὸς τὴν πύρωσιν λέγεται καὶ διάχυσιν, καὶ ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν πρὸς τὴν τροφὴν τὴν ἡμετέραν. τὸ μὲν γὰρ εὐδιάχυτον, καὶ τῇ ἑψήσει ταχὺ ἀλλοιούμενον, τεράμον. τὸ δ' ἀδιάχυτον ἢ ἀναλλοίωτον ἢ βραδέως ἀλλοιούμενον, ἀτέραμον. τοιοῦτο δὲ ἑκάτερον, εἰ τὸ μὲν, μανὸν εἴη καὶ μαλακὸν, τὸ δὲ, πυκνὸν καὶ σκληρόν. οὕτως ἂν τὸ μὲν, δέχοιτο τὴν θερμότητα καὶ ὑγρότητα δι' ὧν ἡ διάχυσις· τὸ δ' οὐ δέχοιτο, ἀλλ' ἀποστέγει τῇ πυκνότητι καὶ σκληρότητι. διῃρημένου δ' οὕτω τοῦ τεράμονος καὶ ἀτεράμονος, σκεπτέον παρά τινας καὶ ποίας τινὰς αἰτίας ταῦτα συμβαίνει. τὸ μὲν οὖν ἁπλοῦν ἐκεῖνο καὶ ἀληθὲς ὂν, καὶ ἐπὶ τῶν πρότερον εἴρηται. διότι παρὰ τὴν τροφὴν τὰ τοιαῦτα γίνεται πάντα, τῷ ποιάν τε καὶ πόσην εἶναι.

DE ſeminibus vero quærendum eſt, quamobrem coctilia, & incoctilia fiant. Vtrum ratione agri, an aëris, an certæ affectionis: & omniane, an aliqua tam perdura effici poſſint. Fabis enim ac lentibus id potiſſimum euenire videmus. Fit ſæpe, vt & ager alias coctilia, alias & incoctilia ferat, tametſi eodem modo colatur: & ex continuis ſegetibus ſulco tantummodo arcente, altera incoctilia, altera coctilia profert. Semina quoq; alias ex incoctilibus coctilia prodeũt: alias cõtra ex coctilibus incoctilia. vt in exortu, germinatione, craſſatione, copia, bonitateq; nihil interſit, vtrum coctilia ſint, an incoctilia. Ergo de his, & ſi quid aliquid poſſit huic quæſtioni ſubiungi, primum illud dicendum: Quod coctile, & incoctile ad feruefactionem reſolutionemque, atque (vt ſummatim dixerim) ad noſtri vſus rationem dici ſolitum eſt. Quod enim reſolui facile poteſt, & coctura celeriter immutatur, id coctile eſt: contra quod reſolui immutarique nequit, vel quod ægre mutatur, hoc incoctile eſt. Tale autem ſit vtrumque, neceſſe eſt: ſi alterum rarum molleque ſit, alterum denſum durumque. Sic enim alterum caliditatem humiditatemque, quibus reſolutio inducitur, ſuſcipere valeat: alterum nequeat, ſed ſua denſitate duritateque indomitum ſemper reſiſtet. Cum igitur coctile & incoctile ad hunc modum diſtingui debeat: animaduertendum quibuſnam rationibus ea ipſa eueniant. Simplex igitur, veraque ratio illa eſt, quam & inter primas diſputationes reddidimus: quod alimenti cauſa hæc omnia fiunt, id eſt qualitate quantitateque eius. Sic enim alimentum commutare nimirum poteſt.

Euenit

μεθιστᾶσι γὰρ αὐτὴ συμβαίνουσα, τὰ μὲν ἐν τοῖς ἀλεεινοῖς καὶ διακόπροις καὶ λεπτογείοις καὶ ἡλιοβόλοις, κούφην τε τὴν τροφὴν καὶ εὐκατέργαστον ἔχει. ὥστε καὶ τὰ ἐξανιστάμενα μανὰ καὶ μαλακὰ γίνεσθαι. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὰ Λήμνια τεράμονα, διότι τοιαῦτα τὰ ἐδάφη. τὸ γὰρ ὅλον τὴν γῆν τεράμονά τινες καλοῦσι τὴν τοιαύτην. καὶ ἐν ταύτῃ τεράμονα φασὶ γίνεσθαι. τεράμονα δὲ καὶ τὰ ἐν Αἰγύπτῳ διά τε τὸ ἔδαφος, καὶ διὰ τὸν ἀέρα. τὸ γὰρ θερμὸν, οἰκεῖον τῇ τεραμότητι καὶ ὅλως τῇ πέψει. διὸ καὶ τὰ κοπριζόμενα προτερεῖν φασι τῶν ἀκοπρίστων σχεδὸν εἴκοσιν ἡμέραις. τὰ μὲν οὖν ἐν τῇ ἀλεεινῇ καὶ κούφῃ, διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας τεράμονα. τὰ δ᾽ ἐν τῇ ψυχρᾷ, καὶ πικρᾷ, καὶ γλίσχρᾳ, καὶ ὥσπερ κεραμίᾳ, καὶ ἔτι δὴ τῇ λειμωνίᾳ, καὶ ἐφύδρῳ, καὶ ἑλώδει, πάντα τεράμονα· διά τε τὸ πλῆθος καὶ τὴν ἰσχὺν τῆς τροφῆς πυκνά τε καὶ σκληρὰ, τοῦ γεώδους τε πολλοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ καταμιγνυμένων. ἡ γὰρ δὴ πῆξις καὶ ἡ πύκνωσις ἐκ τούτων, ἐξ ὧνπερ καὶ ἡ σκληρότης. ἐν δὲ τοῖς ἑλώδεσι καὶ ἐφύδροις ἀχρεῖα τὸ ὅλον. οὐ γὰρ ἐνδιδοῖ βρεχόμενα. διὸ καὶ καταχρῶνται πρὸς τὰς ὗς. αἱ οὖν ἐκ τῶν ἐδάφων αἰτίαι, σχεδὸν αὗται. ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ ὕδατα τὰ οὐράνια καὶ ὁ ἀὴρ συνεργεῖ ταῖς τροφαῖς, διὰ τοῦτο ταῖς γε ἐπομβρίαις ἀτεράμονα μᾶλλον γίνεται· πλείονος οὔσης καὶ ἀπεπτοτέρας τῆς τροφῆς. σχεδὸν γὰρ τοῦτο συμβαίνει, καὶ εἰ ἐκ τῆς τοιαύτης γῆς, καὶ ἐν τοιαύτῃ τοῦ ἀέρος ἡ ψυχρότης, ὥστε ἔνυδρός τις εἶναι καὶ μὴ πνευματική. πῆξιν γὰρ οὕτω ποιήσει καὶ πύκνωσιν· διῃρημένων δὲ εἰς ταῦτα τῶν αἰτιῶν, οὐδὲν κωλύει καὶ τὸ αὐτὸ χωρίον, ὅτε μὲν τεράμονα φέρειν, ὅτε δὲ ἀτεράμονα, μὴ ὁμοίων ἀλλ᾽ ἐναντίων γινομένων τῶν ἐκ Διός. καὶ τῶν διειργμένων αὔλακι, τὰ μὲν, τεράμονα, τὰ δὲ, ἀτεράμονα γίνεσθαι, εἴπερ τοῦ μὲν, τοιόνδε, τοῦ δὲ τοιόνδε τὸ ἔδαφος. ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς μετάλλοις τὰς ῥάβδους, οὕτω κἀν τοῖς ἐργασίμοις ὑπολαβεῖν χρὴ διατετάσθαι, τὴν μὲν τοιάνδε, τὴν δὲ, τοιάνδε παρ᾽ ἀλλήλως· ὥστε τῶν αὐτῶν ἐκ τῶν ἀέρος γινομένων, ταῖς ἰδίαις δυνάμεσι, ποιεῖν τὰς διαφοράς. ὅτε δὲ καὶ τοῦ αὐτοῦ χωρίου μικρόν τι μέρος εἶναι τοιοῦτο. ὡσαύτως δὲ καὶ εἴ τις ἀέρος ἢ πνεύματος προσπέσῃ τοιαύτη ψυχρότης, ὥστε ποιῆσαι πῆξιν ἢ καθ᾽ ὅλον ἢ κατὰ τὸ μόριον. ὃ καὶ κατὰ τὴν φθορὰν συμβαίνει, τῷ τὰ μὲν, παραλλάττειν, τὰ δὲ ἐπιμένειν. καὶ εἴ τις ἐν αὐτοῖς τοῖς σπέρμασιν ἀνομοία διάθεσις ὑπάρχει. τὰ γὰρ ἀσθενέστερα δῆλον εὐπαθέστερα. τὸ δ᾽ ἀσθενὲς, φύσει γένοιτο, τῷ λαμβάνειν τινὰ μεταβολὴν ἐν ἑαυτῷ,

Euenit namque vt quæ in locis calidis ſtercoroſiſque, tum tenuibus ſolique expoſitis, alimentum leue atque facile habeant. Itaque fructum rarum mollemque præſtant. Hac enim de cauſa non niſi coctilia fiunt in Lemno, quia huiuſmodi ſolum eſt: quippe omnino agrum eiuſmodi coctilem quidam appellant, atque in eo coctili fieri coctilia volunt. Sunt & quæ affert Aegyptus coctilia, ſoli & aëris cauſa. Calor enim coctioni atque omnino digeſtioni perneceſſarius eſt. Quapropter quæ ſtercorantur, antecedere ea, quæ non ſtercorantur, vicenis ferme diebus autumant. Quæ igitur agro feruenti leuique proueniunt, his de cauſis coctilia ſunt: contra quæ terra frigida, ſpiſſa, lenta, & quaſi figulari atque etiam pratenſi, madida & paluſtri, proueniunt; omnia hæc incoctilia propter copiam, vireſque alimenti, & denſa duraque ſunt ex permiſtione terrenæ atque frigidæ partis. Congelatio enim & condenſatio ex eiſdem quibus induratio fieri ſolet. Ex quo fit, vt locis paluſtribus atque præmadidis inutilia omnino creentur. Nihil enim in aqua remittunt. Quamobrem non niſi ſuo pabulo idonea ſunt. Has fere cauſas tribuere ſolo debemus. Sed cum aquæ quoque cœleſtis & aëris qualitas alimentum augeant; idcirco imbribus incoctilia potius fiunt, vtpote cum plus alimenti & crudius ſubminiſtretur. Hoc enim idem prope ſolum quoque eiuſmodi facit, & aër ſi ea frigiditate ſit, vt non flatilis ſed aquatilis ſit: ſic enim coget ſpiſſabitque. Cum igitur cauſæ ita diſtinguantur, nihil vetat, quo minus ager etiam idem alias coctilia, alias incoctilia ferat: vbi ſcilicet pluuiæ ac cœli conditiones, non ſimiles ſed aduerſæ inceſſerint. Etiam ſegetum quas ſulcus tantummodo diſgregat, altera coctilia, altera incoctilia facere poteſt: ſiquidem ſolum diuerſum ſit. Vt enim in metallis, ſic & in aruis putandum, venas eſſe vicinas, diuerſas inter ſeſe: quæ ſuis viribus differentias reddere poſſint, tametſi aëris idem ſtatus ſeruatur. Itaq; interdum ſegetis quoq; eiuſdem aliquam talem eſſe particulã patitur ratio naturæ. Idem eueniet, & ſi aëris flatuſue frigiditas talis accedat, vt vel totum, vel pars concreſcant. Quod etiam in corruptione euenire videmus, cum alia diuerſa, alia ſimilia ſint, & ſiqua in ipſis ſeminibus diſſimilis habitudo ſit. Infirmiora enim facilius affici certum eſt. Infirmum autem vel natura fieri poſſit, ſi quam mutationem receperit.

ΚΕΦ. ΙΔ.

CAP. XIV.

Cur in eodem caule, in eademque ſiliqua, fabæ aliæ coctiles aliæ incoctiles ſint. Ac de fabis circa Philippos. Item omnia legumina coctilia & incoctilia fieri, non tantum fabam, ac lentem. Necnon alia meliora, alia deteriora eueniant.

Διὸ καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καυλοῦ κυάμων, οὐδὲν κωλύει, τῶν μὲν, ἀτεράμονα τὸν λοβὸν εἶναι τῶν δὲ τεράμονα. καὶ ἐν τῷ αὐτῷ λοβῷ, καθάπέρ τινές φασιν, ὥσπερ λέγουσιν ἀληθῆ. τὸν μὲν γὰρ ἀσθενέστερον εἶναι, τὸν δὲ ἰσχυρότερον ἐνδέχεται. τῆς δ' ἀσθενείας τοῦ κυάμου, κἀκεῖνον σημεῖον ἄν τις λάβοι. μόνος γὰρ δοκεῖ μεταβάλλειν τὴν χρόαν ἐκ λευκοῦ μέλας. ὅτι ἡ πῆξίς τις καὶ πύκνωσίς ἐστιν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ, δι' ἣν ἀτεράμονα γίνεται. μαρτυρεῖ καὶ τὸ περὶ Φιλίππους συμβαῖνον περὶ τοὺς κυάμους. ἐκεῖ γὰρ σφόδρα ψυχρὸν πνεῦμα. καὶ ἀτεράμονές τινες γίνονται. ἐὰν δὲ ἐν τοῖς ἀχύροις ἀπηθαλωμένοις ἐν τῇ ἅλῳ καὶ καθαροῖς ὦσιν, οὐ μεταβάλλουσιν, ἀλλ' ἀτεράμονες. ὅ, τε μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν ἀχύρων, ὅ, τε δ' ὑπὸ τῆς πρὸς ἀλλήλους συναφῆς σκεπάζονται. καὶ ἅμα τῇ τῆς γῆς θερμότητι. ὅταν δὲ μετέωροι ληφθῶσι, τό, τε πνεῦμα μᾶλλον ἰσχύει· καὶ οὐδαμόθεν ἐχόντων σκέπην εἰσδύεται καὶ πήγνυσιν. ἅμα ἢ καὶ ἀσθενέστατοι τότε γίνονται, γυμνούμενοι πρῶτον τῶν ἀχύρων, καὶ τῆς θερμότητος τῆς περιεχούσης. αἱ δὲ μεγάλαι μεταβολαὶ μάλιστα κινοῦσιν. ἐπιγενομένου δὲ χρόνου, καὶ ὥσπερ ἤδη συνεστηκότων, ἐὰν δὲ λικμῶνται πάλιν, μηδὲν πάσχειν ὑπὸ τοῦ πνεύματος. ἰσχυρότερόν τε γὰρ ἤδη καὶ τὸ κέλυφος τὸ περιέχον. τὸ δὲ πλείω χρόνον ἐὰν λεχομένους ὑπαιθρίους, ποιεῖν ἀτεράμονα, ὥσπέρ τινές φασιν, οὐκ ἄλογον· ἀποψύχονται γὰρ δηλονότι μᾶλλον τοῦ συμμέτρου, καὶ ἅμα κατασκληρύνονται. ἀκόλουθον δέ πως τούτῳ, καὶ ὅτι τὸ μετὰ τὴν σπορὰν εὐθὺς ἐπιγινόμενον ὕδωρ, ἀτεράμονας ποιεῖ. ἀσθενῆ γὰρ αὐτὸν λαβὼν ἐν τῷ διαβλαστάνειν ὄντα, κατέψυξεν, ὃ πρὸς μὲν τὴν ἔκφυσιν οὐκ ἔβλαπτε, πρὸς δὲ τὴν ἕψησιν. ἐν ἑτέροις δὲ καὶ δι' ἄλλα τῆς δυνάμεως ἄλλης οὔσης, οὐκ ἄλογον τὸ μὲν, ὑπάρχειν, τὸ δὲ μή. τό, τε γὰρ ἀβλαστὲς καὶ ἄγονον, ἢ καὶ δυσαυξὲς, ὅταν βλαφθῇ πρὸς τὴν γέννησιν, οὐκ ἄλογον, οὐδ' ἐξ ἀτεραμόνων τεράμονα γίνεσθαι σπαρέντα πάλιν. ὑπὸ γὰρ τῶν αὐτῶν ἐναντίως τιθεμένων, ὥσπερ εἴπομεν, οὐκ ἄλογος ἡ τεραμότης. ὥστ' εἰ ὁ ἀὴρ καὶ τὰ ὕδατα καὶ τὰ ἐδάφη τοιαῦτα, τί κωλύει καὶ τὰ σπέρματα μεταβάλλειν. εἰ δὲ συμβαίνει τὰ μὲν τεράμονα μᾶλλον ἐνδεδωκέναι, τὰ δὲ ἀτεράμονα περιτετάσθαι τῷ κελύφει, καθάπέρ τινές φασι· καὶ καταχασμωμένων τὰ μὲν, μεταβάλλειν τὴν χρόαν, τὰ δὲ μή. καὶ τὰ ἐκλυτώτερα θεριζόμενα τεραμονέστερα γίνεσθαι (καὶ γὰρ τοῦτο λέγουσιν)

QVa de cauſa nihil prohibet inter fabas caulis eiuſdem, alias coctiles eſſe, alias incoctiles. Itidem & in eadem ſiliqua euenit, vt quidam referunt, ſi vere aiunt. Etenim fieri poteſt, vt alia valida, alia inualida ſit. Fabæ infirmitatis argumentum vel illud poteſt eſſe, quod ſola mutare ſuum colorem videtur, vt nigra ex candidis efficiatur. Concretionem vero, condenſationemque eſſe vi frigoris, quæ incoctilia reddat. Teſtificare illud quoque videtur quod apud Philippos euenire fabis ſolitum eſt. Flatus enim in eo loco vehementer frigidus eſt, ideoque fabæ incoctiles pleræque efficiuntur. At ſi in paleis torrefactis & puris in area relinquantur, nihil ſe mutant ſed incoctiles permanent: cum enim a paleis, tum ſuo mutuo contactu teguntur ſimulq; terræ calore conſeruantur. Contra ſi exaltentur ſublimeſq; attollantur, tum flatus amplius valet, nulloque tegimine defendente facile ſubit, atque cogit: tum etiam diſpoliatæ tunc primum ſuis paleis, & calore circumplectente deſtitutæ, infirmiſſimæ fiunt. Magna autem commutatio mouere plurimum poteſt: ſed ſi poſtquam tempus præterijt, & quaſi firmius ſibi iam conſtitêre, diuentilentur; nullam offeſam ex flatu capiunt. Iam enim & putamen ambiens robuſtius factum eſt. Incoctiles autem effici, ſi diutius relinquantur ſub dio, vt quidam aiunt, rationi eſt conueniens. Plus enim modico refrigeſcunt, ſimulque indurantur. Huic proximum quodammodo eſt, vt pluuia quæ protinus a ſatione ſecuta eſt, incoctilem reddat: quod enim in pullulando infirmam inuenit, rigere vehementiſſime facit. Idque ad coquendum, non ad naſcendum detrimentum affert. Nec temere dixerim eorum alterum abeſſe, cum vis illa in alijs propterque alia ſit. Tum enim infœcundum, & germinis ſterile, & difficulter auctile quid redditur; cum initia generationis impediuntur. Ex coctilibus quoque ſatis, iterum incoctilia fieri, rationi conſentaneum eſt. Nam ab eiſdem aduerſo modo diſpoſitis, non temere facilitas percoquendi proueniet. Itaque ſi aër, aqua, & ſolum ita ſe habeat, quidnam cauſæ ſit cur non ſemina quoque mutentur. Sin autem euenit, vt putamen coctilium remittatur, incoctilium obtendatur, vt quidam aiunt: & altera, cum ſi aut colorem ſuum immutent, altera minus. Et ſolutiora cum demetuntur, coctiliora reddantur (etenim id quoque narratur) nihil abſurdum: quippe obtentio illa

duritie

οὐδὲν ἄτοπον. ἥ τε γὰρ περίτασις σκληρότητος καὶ πήξεως καὶ ἀθρύσεως. οὐδὲν δὲ τούτων ἀλλότριον τοῖς ἀτεράμοσι. τό, τε μὴ ἀλλοιοῦσθαι καταβρεχόμενα, σημαίνει σκληρότητά τινα καὶ ἀπάθειαν. θάτερον δὲ τοὐναντίον· καὶ τὸ μὴ ἐκλύεσθαι θερίζεσθαι, σκληρότητος πλείω καὶ πῆξιν. τὸ δὲ ἄγαν σκληρὸν, οὐκ εὐδιάχυτον. ὃ καὶ ἐπὶ τῆς ἅλω φασί τινες ἂν συμβῇ, γίνεσθαι ἀτεράμονα, οὐκ ἄλλον τοῦτο λέγοντες πιθανόν. ἡ γὰρ ἀπὸ τοῦ ἡλίου ξηρότης, ἀχυρότερα μὲν ποιεῖ καὶ ἧττον ἡδέα, εὐεψητότερα δὲ οὐδὲν ἧττον, ἀλλὰ μᾶλλον. τὰ γοῦν ἐρεγμὰ τὰ ἀνηλιωθέντα, θᾶττον διαχεῖσθαι· εἰ δ' ἄρα καὶ τοῦτ' ἀληθὲς, οὐκ ἐναντιοῦται τοῖς πρότερον. οὐδ' εἰ παλαιούμενα γίνεται μᾶλλον ἀτεράμονα. καὶ οὕτω ξηρότερα συμβαίνει γίνεσθαι, διά τε τοῦ περιέχοντος, καὶ ὑπὸ τῆς διεκπνοῆς τοῦ θερμοῦ. ὃ ξυνεξάγει καὶ τὸ ὑγρόν. εὔλογον δὲ, καὶ θᾶττον καὶ μᾶλλον κόπτεσθαι τὰ τεράμονα. καὶ γὰρ γλυκύτερα ταῦτα καὶ πεπεμμένα μᾶλλον ζωοποιεῖ. μεταβολὴ δὲ καὶ τούτων θᾶττον. καὶ ταῦτα μὲν ἂν ἔχοι τὰς εἰρημένας αἰτίας. τὸ δὲ μόνα τῶν ὀσπρείων, ἢ καὶ τοῦ παντὸς σίτου, κύαμον καὶ φακὸν ἀτεράμονα γίνεσθαι, ψεῦδος ὑποληπτέον. ἀλλὰ μάλιστα διαπειρώμενοι τούτων διὰ τὴν χρείαν, ταῦτα μόνα φαμὲν, ὅτι τοῖς μὲν ἀλήθοντες χρώμεθα, τοῖς δ' ὅλοις. αὕτη δ' οὐ σμικρὰ διαφορά. καὶ γὰρ ἐπ' ἐκείνων εἰ λεπτύνοντες οὐκ ἂν ὁμοίως εὔδηλον ἦν. ἐκφαίνεται γοῦν καὶ ἐπὶ τῶν ἐρεβίνθων καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἑψομένων ὅλως τὸ ἀτέραμον. εἰ δ' ἀτέραμον ἐν τούτοις, οὐδὲ τοῦτο ἄλογον· ἀσθενέστερα γὰρ ὡς εἰπεῖν. τὸ δ' ἀσθενὲς, παθητικώτερον. ὃ δὲ λέγουσιν οἱ πολλοὶ, διά τι τὸ κερασβόλον ἀτέραμον γίνεται, μήποτ' ἄγαν εὔηθες ᾖ. σκληρότερος γὰρ ὁ λίθος, πρὸς ὃν πολλάκις προσπίπτει τὰ σπέρματα. κἂν μὴ προσκόψῃ μηδὲ βουσὶν ἀροτριᾷ τις, οὐδὲν ἧττον ἀτέραμον γίνεται. περὶ μὲν οὖν τούτων ἱκανῶς εἰρήσθω. ὅσα δὲ τῶν ὁμογενῶν μὴ ἅμα διαβλαστάνει τοῖς ἄλλοις, ἀλλ' ὕστερον πολλῷ, καθάπερ ἐλέχθη περὶ τοῦ τεύτλου, παραπλησία τις ἡ αἰτία ταύτῃ καθάπερ εἰπομένη ἐστιν. ὥσπερ γὰρ πρὸς ἕψησιν καὶ ὅλως πύρωσιν ἀτεράμονα, καὶ πρὸς ἔκφυσιν· οὕτω καὶ πρὸς βλάστησιν. ἡ γὰρ τοιαύτη ἀτέλειά τις τῶν σπερμάτων. ὁμοίως δ' ἐπὶ πάντων ὧν τοῦτο συμβαίνει. περὶ μὲν οὖν τούτων ἐπισκεπτέον. περὶ δὲ τοῦ ἰσχυρότερα καὶ εὐχυλότερα γίνεσθαι καὶ νοσιμώτερα ἢ ἀνοσότερα, καὶ πρὸς τὴν σίτησιν βελτίω ἢ χείρω, τὰ μὲν τοῖς τόποις διαφέρειν καθάπερ εἴρηται· τῷ ξηρότερα ποιεῖν καὶ πυκνότερα καὶ συνεκτικώτερα μᾶλλον· οἷον τὰ ὀρεινὰ τῶν πεδινῶν. καὶ ἔτι μᾶλλον τῶν ἐπόμβρων. εὐπνούστερά τε γὰρ καὶ ἐν τροφῇ συμμετρότερα. νοσιμώτερα δ' ἐκ τῆς αὐτῆς παρὰ τὴν τοῦ ἀέρος κρᾶσιν. οὐ γὰρ πάντως ὅταν πλείους

duritie concretionis craſſationiſque eſt, quorum nihil alienum ab ijs eſt: quæ ſunt incoctilia. Iam quod non immutentur ſi affientur, dura eſſe, nec facile affici euincit. Alterum vero contra. Minus quoque in meſſe reſolui, duritici concretionique datur. Quod enim durum admodum eſt, reſolui haud facile poteſt. quod etiam in area ſi euenerit, incoctilia fieri quidam dixerunt. Quamquam hoc minus veriſimile eſt. Solis etenim ſiccitas, etſi minus ſuavia reddit, coctilia tamen nihilominus, ſed magis poteſt efficere. Cæterum ſi verum id etiam eſt, prioribus rationibus nihil repugnat, nec quicquam diſſonat, etiam ſi cum veteteſcunt, incoctiliora reddantur. Sicciora enim ſic quoque efficiuntur, tam ex aëre circunfuſo, quam exhalatione humoris interni. Celerius quoque magiſque corrumpi, quæ coctilia ſunt, ratio exigit. Dulciora enim hæc ſunt, & proinde magis poſſunt animalia gignere. Concocta quoque eadem plenius ſunt, quod etiam ipſum facit vt celerius immutentur: Et horum quidem tales eſſe cauſæ poſſunt. Sola autem ex leguminibus, vel etiam ex omni frumentorum numero fabam, & lentem incoctilia fieri, falſo dici exiſtimandum. Sed quod hæc maxime experimur propter vſum frequentem, hinc ſola hæc incoctilia dicimus. Cæteris item mola frangentes vti ſolemus, his autem integris. Quæ certe non parva differentia eſt. Etenim ſi attenuatis ijs quoque uteremur, non æque incoctilia eſſe percipamus. Igitur & in cicere & in reliquis incoctilitas deprehenditur. Cæterum ſi quis illa tantummodo incoctilia eſſe contendat*, nec iſtud ratione caret. Sunt enim cæteris ferme debeliora, debile autem facilius affici neceſſe et. Quod autem vulgo quæritur, quamobrem ea, quæ cornu contigerit, incoctilia fiant videndum, ſtulta quæſtio ſit. Siquidem lapis multo durior eſt, cui ſemina ſæpe occurrunt: & non minus incoctilia fient, etiam ſi cornu non tangat, nec bobus aretur. Atque de his ſatis. Quæ aut ex congeneribus non vna cum cæteris exeunt, ſed multo poſt (vt dictum de beta eſt) proximam huic cauſam habent, vt anteiam diximus. Quemadmodum enim ad coctionem, & omnia ad ſeruefactionem incoctile aliquid eſt, ita etiam ad exortum germinationemque eſſe poteſt. Et hoc enim ſeminum imperfectio quædam eſt, pariterque in omnibus euenit. Verum de his cogitandum amplius eſt. Validiora, vegetiora, ſuauiora, inſuauioraue, atque ad vſum cibarium meliora, deterioraue pro locorum natura redduntur (vt diximus) quod ſicciora, ſpiſſiora, conſtantioraque procreentur locis montuoſis, quam planis, atque etiam magis, quam pluuijs. Nam & melius ſpirant, & ſunt in vegetando temperatiora. Non enim cum ſemina plurima

καὶ ἁδρότατος γένηται, καὶ νοσιμώτατος. ἀλλ' ἑτέραν δεῖ διάθεσιν ἔχειν. δοκεῖ δὲ μεγάλα συμβάλλεσθαι καὶ ἡ σκάλισις πρὸς τὸ νοσιμώτερον ποιεῖν, καὶ τὸ ἐγχυλότερα θερίζειν. ἐξαναλωθέντος γὰρ παντὸς τοῦ ὑγροῦ, καὶ χείρω πρὸς τὴν σίτησιν καὶ ἐλάττω. τὰ δ' ὄσπρια θερίζουσιν ἐγχυλότερα καὶ πρὸς τὸ δύνασθαι συλλέγειν. ξηρανθέντα γὰρ καταῤῥεῖ. τὸν δὲ θέρμον ἤδη λήγοντος τοῦ θέρους, τοῦ ἀέρος ἀνυγραινομένου κατὰ τὸ ἑωθινόν. ἂν γὰρ πρότερον θίγῃ τις, ἐκπίπτει καὶ οὐκ ἔστι λαβεῖν. καὶ ταῦτα μὲν ὡς γεωργικά. τὰ δὲ τῆς φύσεως, οἷον τὸ ἁδρύνειν τὰ πνεύματα, καὶ τὸ βόρειον μᾶλλον, καὶ ὅλως οἷς ἕκαστα ψυχρά. καὶ τἀναντία δὲ φθείρειν· καὶ ὅσα δὴ τοῖς ὕδασιν ἢ τοῖς πνεύμασιν ἀπόλλυται τοῖς παρώροις. ὥσπερ ἐλέχθη περὶ ἐρεβίνθων τῶν ἀνθούντων· ὁ δὲ κύαμος, ἐὰν πνεῦμα ἐπιγένηται λαμπρὸν, καὶ ὁ πυρὸς, καὶ ἡ κριθὴ, καὶ ἀπηνθηκότα ὑγρὰ δέ τινα λειφθῇ διαπνεῖται γάρ. καὶ κοπτόμενα πρὸς ἄλληλα κενοῦται. κενουμένων δὲ, ἐπιγινόμενον ὕδωρ ἐναντίως, τὴν μὲν κριθὴν βλάπτει, τὸν δὲ πυρὸν ὠφελεῖ, μᾶλλον καὶ γυμνοῖ. καὶ τὸ ὅλον ἀσθενής. ὁ δὲ, καὶ ἐν χιτῶσι καὶ πυκνότερος, καὶ ἰσχυρότερος. ὥστε τὴν μὲν, ὀλίγης δεῖσθαι τροφῆς, καὶ σχεδὸν ἀπὸ τοῦ ἀέρος μόνης· τὸν δὲ, πλείονος. ὅτι δὲ ἰσχυρότερος ὢν καὶ κατακρατεῖ καὶ συμπέττει μᾶλλον καὶ τὸ ὅλον οὐ δὲ πολλὴν δέχεται διὰ τὴν πυκνότητα καὶ τοὺς χειμῶνας. ἡ δὲ, πλείω τε ἕλκει μανὴ τὴν φύσιν οὖσα, καὶ ταύτην οὐ καταπέττει δι' ἀσθένειαν, καὶ ὑγρᾶς γενομένης, ὁ ἥλιος ἅμα τῇ ἐπιγενομένῃ συνεξάγει, τὴν οἰκείαν ὑγρότητα συνεφελκομένην. καὶ τὰ πνεύματα δὲ κόπτοντα φθείρει μᾶλλον διὰ τὴν ἀσθένειαν.

crasſiſſimaque euadunt, ſuauia quoque eadem eſſe neceſſe. Sed alia opus eſt habitudine. Sarritio quoque plurimum conferre ad ſuauitatem videtur. *Iuuat & vegetiora* demeti. Humore namque vniuerſo conſumto, cum ad cibum deteriora, tum minora efficiuntur. Legumina vero & vt melius legantur, vegetiora demetunt. Arefacta enim defluunt. Lupinum poſt dies feruentes aëre humefacto, mane demetitur. Quoniam ſi prius tangatur, decidit, & capi non poteſt. Sed hæc ad agriculturam potius ſpectant. Illa autem ad naturam. Sicut, exempli gratia, ventos craſſare ſemina Aquilonios, omneſque frigidos præcipue, contrarios autem extenuare atque corrumpere conſtat. Pereunt quædam imbre ventoque intempeſtiuo, vt de cicere florente retulimus. Faba, triticum, atque hordeum etiam poſt florem, ſi adhuc humida tenellaque afflatu vehementur vexentur, facile pereunt. Educitur enim quod in his tenuiſſimum eſt, & conflicta inter ſe euaneſcunt. Pluuia ſecuta hordeo nocet, tritico prodeſt. Hordeum enim nudum, & omnino debilius eſt: triticum contra tunicis intectum, denſius ac robuſtius eſt: vt illud paruo indigeat alimento, & ferme tanto duntaxat, quantum aëris opera miniſtretur. Hoc largius expoſcit. Item triticum quia validius eſt, alimenti copiam vincit magis quam excoquit, nec nimium recipit ſuæ cauſa denſitatis. Hordeum contra plus attrahit pabuli, quia rarum natura eſt, idque excoquere nequit: quoniam inualidum eſt. & cum riguum imbre fuerit, ſol vna cum aduentitio humore internum quoque, & proprium educit. Et a flatibus concuſſum magis hoc perit, vtpote quod imbecillius eſt.

ΚΕΦ. ΙΕ.

CAP. XV.

Cur frumentum demeſſum condatur in metas. Curque rubigo triticum hordeumque magis infeſtet, quam cæteras fruges. Item cur faba rubiginem inter legumina maxime ſentiat. Deque vermiculatione frugum.

Ἀπορεῖται δὲ διὰ τί ἁδροῦ ὄντος τοῦ σίτου καὶ σχεδὸν ὥσπερ ξηροῦ, ἔκφυσις οὐχ ὅτι βελτίων, ἀλλὰ καὶ χείρων γίνεται. ἐὰν δὲ θερισθεὶς εἰς θωμοὺς συντεθῇ, ἁδρότερος καὶ βελτίων. ἔνιοι δὲ καὶ ῥαίνουσιν. αἴτιον δ' ὅτι τὸ μὲν, ἀνυγραίνεται, καὶ ὁ ἥλιος ὅταν ἀναλάμψῃ, συνεξάγει τὴν οἰκείαν ὑγρότητα καὶ ἰσχαίνει. ὅταν δὲ εἰς θωμοὺς συντεθῇ, συνικμάζεταί τε, καὶ ἡ ἀναγομένη ἀκμὶς λεπτὴ καὶ πνευματώδης οὖσα, παρεισδύεται καὶ ἁδρύνει τοὺς ὄγκους. ταὐτὸ δὲ τοῦτο συμβαίνει, καὶ ὅταν εἰς τὰ οἰκεῖα τεθῇ χύδην· διὸ καὶ τὸ ἐπίμετρον ποιεῖ. τὸν γὰρ ἀτμὸν τὸν ἀνιόντα λεπτὸν ὄντα δέχεται. καὶ διὰ τοῦτο εἰς

Sed quæritur quamobrem frumentum, quod craſſatum & iam ſiccum propemodum demeſſum eſt, ſi expandatur non ſolum non melius, ſed etiam deterius fiat: ſin autem componatur in metas, craſſius meliuſque efficiatur. Nonnulli etiam aquam conſpergere aſſolent. Ratio, quod tunc humeſcit. Secutus etiam ſol tenerius facit, cum alieno humore proprium quoque educit, itaque comprimit ſemen. At cum in aceruum extructum ſit, vapor terræ prætenuis atque animalis, ſemina ſubit, craſſioraque reddit. Quod idem etiam euenit cum in horreis ſuum repoſitum ſit, & menſuram hinc auget: vaporem enim prætenuem aſcendentem recipiens, coaleſcit. Quam-

βαθέως καταβάλλουσιν, ὅπως πλέον αὖ εἴη. πάντα δὲ ταῦτα διασημαίνει· καὶ ἔτι πρὸς τούτοις ἡ ἐμβαλλομένη γῆ, καὶ ἄκοπον παρέχουσα καὶ ἀνοιδίσκουσα. καὶ ὅτι δύνανταί τινα δι' αὑτῶν ἕλκειν τροφὴν ἄνευ τῶν ῥιζῶν. ὅθεν καὶ ὑπὸ τῶν πνευμάτων καὶ τοῦ ἀέρος οὐκ ἄλογος. τὰ δὲ τῆς ἐρυσίβης κοινὸν οὐχ ἧττον, ἀλλὰ μᾶλλον ἅπτεται τῶν σιτωδῶν· κριθῆς δὲ μᾶλλον καὶ πυροῦ. διότι τὸ τὰ μὲν γυμνότερα εἶναι, τὰ δὲ, χιτῶσι πλείοσι διὰ τὸ ἐγγυτέρω τοῦ στάχυος ἔχειν τὸ φύλλον, ὅθεν ἡ ἀπόφυσις, ἐν ᾧ μένει καὶ ἡ ὑγρότης. ὥστε σαπεῖσα μᾶλλον ἅπτεται. καὶ ἄτοπον, στάχυν ὀρθὸν εἶναι καὶ πυκνότερον. ἀπορρεῖ γὰρ ἧττον. διὸ καὶ ἐπικύπτειν συμφέρει. καὶ ἀπολύει τὸ συνεχὲς θᾶττον. ἐν δὲ τῷ ἄνω πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ διεκπίπτει ἡ ὑγρότης. ἡ αὐτὴ δ' αἰτία καὶ τῆς κριθῆς, καὶ ἀναλογία συνεχὴς πρὸς τοὺς ἄλλους· ἅπαντα γὰρ μάλιστα ἔχει τῶν ἄλλων. τῶν δ' ὀσπρίων μάλιστα ἐρυσιβᾷ κύαμος· καὶ διὰ πολύφυλλον εἶναι πολλαχόθεν, καὶ διὰ τὸ πυκνοσπορεῖσθαι· καὶ διὰ τὸ τὴν ὑγρότητα μάλισθ' ἕλκειν εἰς ἑαυτὸν διὰ τὴν μάνωσιν. καὶ ἔτι διὰ τὸ πρὸς τῇ γῇ μάλιστα τὸν καρπὸν ἔχειν· σήπεται γὰρ μάλιστα τὰ κάτω διὰ τὴν ἄπνοιαν. καὶ ὅλως δὲ τῶν χεδροπῶν τὰ τοιαῦτα· ἐρυσίβη δὲ, σῆψίς τίς ἐστι τοῦ ἐφισταμένου ὑγροῦ. διὸ πολὺ μὲν ὕσαντος, οὐ γίνεται. καταπλύνεται γάρ. ἐὰν δὲ ψεκάδες ἢ καὶ δρόσοι πλείους γένωνται, καὶ ὁ ἥλιος ἐπιλάβῃ καὶ ἄπνοια, τότε σήπεται. διὸ καὶ ἐν τοῖς εὐπνόοις καὶ μετεώροις ἧττον. ἐν δὲ τοῖς κοίλοις καὶ δροσοβόλοις μᾶλλον. καὶ πανσελήνοις δὲ μᾶλλον. ὅτι συνεργεῖ καὶ ἡ τῆς σελήνης θερμότης. καὶ ὅλως ὁ ἀὴρ ὑγρότερος. πάντων δ' ἐπικηρότατον ὁ πισὸς πρὸς μὲν τὰς ἐρυσίβας· ὅτι πολύφυλλον καὶ χαμαισχιδὲς καὶ εὐαξές. συμπληροῖ γὰρ τὸν τόπον, κἂν ἀραιὸς ᾖ. πρὸς δὲ τὰ ψύχη καὶ τοὺς πάγους, ὅτι ἀσθενόρριζον· σκωληκοῦται δὲ μάλιστα μόνα, πυρὸς καὶ ἐρέβινθος· οὐκ ἐν τοῖς αὐτοῖς δὲ ἑκάτερος, ἀλλ' ὁ μὲν, ἐν τῷ καρπῷ, ὁ δὲ ἐν ταῖς ῥίζαις. ἄμφω δὲ διὰ γλυκύτητα. ὁ μὲν ἐρέβινθος, ὥστ' ἂν ἡ ἅλμη περιλυθῇ, καθάπερ εἴρηται· ὁ δὲ πυρὸς, ὅταν ἡ ῥίζα ὑγρανθῇ. ζωοποιεῖ δὲ πυρὸς ἐπόμενα τὰ γλυκέα. γλυκύτερον γὰρ ὁ πυρὸς κριθῆς. διὸ καὶ τὸ ἄχυρον ἥδιον. ὁ δὲ σκώληξ γινόμενος, ὅταν ἐξαναλώσῃ τὴν ἐν τῷ καλάμῳ τροφὴν αὐτὸς εἰς ἄκρον ἀνέρπει, ὥστε ὅλον ἐξαπολλύναι τὸν στάχυν, ἢ κατὰ θάτερον μέρος. ταῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα καθάπερ νοσήματος ~~ἔχει χώραν~~· ὑπὲρ ὧν οὐ χαλεπὸν τὰς αἰτίας ἰδεῖν.

haud difficile eſt.

Quamobrem alte demittunt, vt plus vaporis obtineat. Hæc igitur rem confirmant, atque etiam terra quæ iniecta incorruptum tuetur, ac tumefacit. Addo etiam quod ſemina ipſa per ſe, ſine vllis radicibus nutrimenti aliquid poſſint attrahere: vnde fit vt a flatibus & ab aëre ſemina vegetari poſſe, non temere credas. Rubigo quamuis commune omnium vitium ſit, tamen frumenta magis infeſtat, & magis triticum atque hordeum: quod alterum nudum eſt, alterum tunicis integitur pluribus, & folium ſpicæ gerit proximius, vnde frugem ſuam effundit. Reſidet enim in eo humor putrefactus qui rubiginem creat. Adde quod ſpicam gerat erectam, denſioremque: hinc enim humor minus poteſt defluere. Qua de cauſa ſpicam aliquantulum inclinari melius eſt. Sic enim quod continuum eſt, diſſolui atque decidere celerius poteſt. Hæc eadem cauſa reddenda etiam de hordeo eſt, ſcilicet cæterorum omnium comparatione. Habet enim prædicta omnia maxime cæterorum. Faba inter legumina magis rubiginem ſentit: tum quia folia multa vndique gerit, tum quia denſa ſeritur: tum etiam quia humorem maxime ad ſe trahit ſuæ raritudinis cauſa. Adde quia fructum terræ proximiorem gerit. Putreſcunt enim inferiora potiſſimum, quoniam minus perflantur. Et ad ſummam legumina huiuſcemodi omnia eadem facilius abolentur. Rubigo autem putredo quædam reſidentis humoris eſt. Quamobrem ſi copioſæ pluuiæ fuerint, rubigo nulla eſt: diluitur enim, atque detergitur. Sed ſi ſtillicidia, vel etiam rores plures inceſſerint, ſolque ſecutus ſit, flatuſque deſit; tum putrent. Quapropter locis editis, commodeque perflatis, minus rubigo creatur. In cauis vero, roruléntiſque magis, & plenilunijs: quoniam lunæ quoque caliditas putredinem auget, & omnino aër humidior. Sed omnium fragiliſſimum piſum eſt: quippe quod rubiginem vehementiſſime ſentit, quia multifolium, terrenum, amplum, vagumque eſt. Implet etenim locum totum, etiam ſi amplo interuallo poſitum ſit. Et frigoribus atque gelationibus id obnoxium maxime, quia radice imbecilla cohæreat. Vermem maxime ſentiunt triticum atque cicer, verum non eadem parte vtrumque. Alterum in fructu, alterum in radice: ambo tamen dulcedinis cauſa. Cicer abluta ſalſugine vti retulimus, triticum radice humefacta. Euenit vero, vt triticum beſtiolas ita gignat, quia dulcius quam hordeum eſt: qua de cauſa palea quoque huius ſuauior. Vermis generatus in eo, vbi alimentum conſumpſit quod in culmo eſt, ſpicam aggreditur, & vel totam erodit, vel alteram partem. Sed hæc, cæteraque eiuſmodi vel loco morbi habenda ſunt, quorum cauſas aſſignare

ΚΕΦ. ΙϚʹ. | CAP. XVI.

De ſatu rationeque fructuum æſtiuorum. Curque fertiliſſima ſint, quæ fructum exiguum pariunt. Item quæ optime reponantur: & quæ corrupta beſtiolas non creent.

Περὶ δὲ τῶν θερινῶν σπερμάτων, οἷον σησάμου, ἐρυσίμου, κέγχρου, ἐλύμων, ἐπὶ τοσοῦτον μὲν εἰπεῖν, ὅτι παντὶ πρόχειρον, ὅτι διʼ ἀσθένειαν ταύτην τὴν ὥραν σπείρεται καὶ τὸ ταχὺ τελεοῦν. ἡ δὲ φύσις αὐτῶν ποία τις ἂν εἴη, σκεπτέον. οὐδὲ γὰρ γεώδης ὥσπερ τῶν ὀσπρίων, οὔτε πάντη κούφη. τὸ γὰρ σήσαμον λιπαρὸν καὶ δεόμενον πέψεως. καὶ τοῦτο μὲν μονόρριζον. ὁ δὲ κέγχρος καὶ πολύρριζος, καὶ βαθύρριζος καὶ πολυκάλαμος, ὥστʼ εἰς ἀμφότερα μεριζομένης τῆς τροφῆς καὶ τῆς δυνάμεως, χρονιώτερον ἐχρῆν εἶναι. τὸ γὰρ σήσαμον ἐπεὶ μονόρριζον καὶ βαθύρριζον, ἄνω πᾶσαν ἀφίησι τὴν δύναμιν. ἀλλʼ ἀντίκειται τούτῳ τὸ λιπαρόν. τὰ γὰρ αὖ γλίσχρα πλείονος πέψεως δεῖται. ταῦτα δʼ ὥσπερ εἴρηται πάντα πολύκαρπα. περὶ μὲν οὖν τούτων σκεπτέον. ἐπεὶ δʼ, ὅλως εἰπεῖν, τὰ μικρόκαρπα, πολυκαρπότερα καθάπερ τά τε νῦν εἰρημένα, καὶ οἱ φακοὶ δὴ, καὶ ὅσα τοιαῦτα, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὰ πολυχούστατα λεγόμενα, κύμινόν τε καὶ μήκων, καὶ ὅλως δὴ τὰ λαχανώδη πάντα καὶ τὰ ἐναγγειόσπερμα πολύχοα, τίς ἂν οὖν αἰτία τούτων εἴη; πότερον ὅτι τὰ μικρὰ ῥᾷον ποιῆσαι. καὶ γὰρ ζῶά φαμεν ἔνια τοιαῦτα, καὶ μάλιστα δὴ τὰ ᾠοτόκα καὶ σκωληκοτόκα. ἢ αὕτη μὲν ἔξωθεν, ἄλλην δέ τινα οἰκειοτέραν ζητητέον· ἐπεὶ καὶ τῇδε διαφέρει τῶν περὶ τὰ ζῶα. τῶν μὲν γὰρ ἐκτρέφει τὰ ᾠὰ καὶ τελειοῖ, καὶ ὅλως ζῳογονεῖ τὸ περιέχον, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς πρότερον εἴρηται· τῶν δὲ καρπῶν ἐν αὐτοῖς τοῖς φυτοῖς ἡ ἐκτροφὴ καὶ τελείωσις. ὥστε πλείονος ἀεὶ δεῖσθαι δυνάμεως. πρὸς δὲ θησαυρισμὸν ἄριστα μὲν κέγχρος καὶ ἔλυμος, καὶ σήσαμον, καὶ θέρμος, καὶ ἐρέβινθος· τὰ μὲν, ὅτι πολυχίτωνα καὶ ξηρά· τὰ δʼ ὅτι λιπαρά. ὁ δὲ θέρμος καὶ ὁ ἐρέβινθος, πικρότητά τινα ἔχουσι καὶ δριμύτητα. καὶ διατηροῦσι δὲ ταῦτα ἀπαθῆ ὥσπερ εἴρηται. ὅθεν καὶ διαφθειρόμενα τὰ τῶν σιτωδῶν οὐ ζωοῦται, καθάπερ οὐδὲ τὰ τῶν λαχάνων. καὶ γὰρ ταῦτα ἄζωα. ἢ ὅσα δὴ τῇ ξηρότητι ἢ τῇ δριμύτητι ἀντέχεται. συμβαίνει γὰρ ὥσπερ ἀνάμιξίν τινα γίνεσθαι τοῦ ἔξωθεν θερμοῦ· σηπόμενον δὲ ἕκαστον, ἰδίαν τινὰ ποιεῖται τροπὴν ἐκ τῆς οἰκείας ὑγρότητος. οἷον οἱ μὲν πυροὶ καὶ αἱ κριθαὶ, τοὺς κίας· ὁ δὲ κύαμος, τὸν ὑπό τινων καλούμενον μίδαν. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ φακοί, καὶ αἱ ἀφάκαι, καὶ πισοὶ, καὶ ἄλλα. τὸ δὲ αἴτιον, κοινὸν πλειόνων· οὐ γὰρ μόνον ἐν τοῖς καρποῖς, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς δένδροις, καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς ξύλοις, καὶ ὅλως ὅσα τῶν ἀψύχων ζῳογονεῖται, διαφόρους ποιεῖ πάσας τὰς μορφὰς, ὡς ἂν ἐξ ἑτέρας ὕλης.

DE æſtiuis autem fructbus, ſeu ſeſama, triono, milio, panico, dictu facile id cuique eſt, ea vidilicet, quia imbecillia ſint & perfici celeriter poſſint, tempore ſeri æſtiuo. Sed quænam ſit eorum natura, quærendum. Neque enim terram ſapit: quemadmodum illa leguminum, neque lenior omnino. Seſama enim pinguiuſcula eſt, coctionemque deſiderat, & hæc radice ſingulari cohæret. At milium numeroſa radice, altaque eſt, ac multiplici culmo exurgit. Itaque cum alimentum vireſque in partem digerantur vtranque, diuturnius eſſe deberet. Seſama enim quia ſtirpe ſimplici altaque, ſurſum vires ſuas omnes intendit. Sed repugnat huic illa pinguedo. Lenta enim glutinoſaque plus excoctionis deſiderant. Hæc autem (vt dictum iam eſt) fœcundiſſima omnia ſunt. Ergo de his cogitandum latius eſt. Cum vero ex toto propemodum quæ fructum exiguum ferunt, fertiliora ſint, iſta, quæ modo enumerauimus, & lens, & reliqua generis eiuſdem, atque etiam illa quæ fertiliſſima vocitantur, vt cuminum atque papauer, denique omne olerum genus, & quæ in vaſculis fructificant, quærendum, quænam eorum cauſa ſit. Vtrum quia minora ſunt, confici poſſunt facilius? Nam & animalia quædam talia eſſe videmus, præcipue quæ oua vermeſque gignunt. At ratio hæc extrinſecus, aliqua vero interior petenda. Nam ea quoque re ab animalibus differunt, quod illorum oua ab aëre circumfuſo aluntur perficiunturque, & omnino grauida fœtu redduntur, vt inter priores rationes retulimus: at fructuum educatio atque perfectio in ipſis plãtis peragitur, vt viribus aſſidue melioribus opus ſit. Omnium optime reponuntur milium, panicum, ſeſama, lupinum, cicer. Milium & panicum, quia tunica multiplici integunter & ſicca ſunt. Seſama, quia pinguis: lupinum & cicer amaritudinem quandam & acredinem habent. Quæ quidem qualitates conſeruare ea ſine noxa poſſunt, vt dictum eſt. Quamobrem & corrupta hæc nullas beſtiolas creant, quemadmodum nec ſemina olerum. Etenim ea quoque nulla animalia contrahunt. Nec quæcunpue ſicca & acria. Euenit nanque, vt veluti permiſtio quædam alimenti extrinſecus fiat. Singula pro ſuo humore peculiariter mutantur. Sicut triticum atque hordeum curculionem: fabæ, quod aliqui midam vocant. Simili modo & lens, lenticula, piſum, & alia. Ratio communis plurium eſt. Non enim ſolum in fructibus, verum etiam in arboribus, atque etiam in lignis, atque ad ſummam in omnibus inanimis, quæ beſtiolas gignunt, varia ſpecie fœtificatur, vtpote ex alia atque alia generandi mat ria.

CAP.

Quomodo triticum putreſcat, hordeumque, & faba. Item quæ non marceſcant. Ac cur frumentum contuſum vetuſque feruenti perfuſum aqua pullulet.

Ὁ δὲ κονιορτώδης σῖτος, θᾶττον σήπεται. ὁ ἐν τοῖς κονιατοῖς ἢ ἀκονιάτοις οἰκήμασι, ὅσῳ τὸ πλεῖον θερμότητα ἔχειν. καὶ γὰρ ὁ κονιορτὸς θερμὸς, ἅτε ξηρὸς ὢν, καὶ τὸ κονίαμα ὅταν ἀναδέξηται, τηρεῖ τὴν θερμότητα. σήπεται γὰρ, καὶ ἐὰν ἀθρόος ᾖ καὶ κατὰ βάθους ὢν. πλείων γὰρ ἡ θερμότης. θᾶττον δὲ πολὺ κόπτεται κριθὴ πυροῦ· διὰ τὸ μανότερον εἶναι καὶ γυμνότερον. τάχιστα δ' ὁ κύαμος. θερισθεὶς γὰρ εὐθὺς καὶ συντεθεὶς ἐνιαχοῦ, καθάπερ ἐν Θετταλίᾳ. φαίνεται δὲ κατὰ τοὺς τόπους. παρ' ἐνίοις γὰρ ἄσηπτος, ὥσπερ ἐν ταῖς ἱστορίαις εἴρηται, περὶ Ἀπολλωνίαν, περὶ Τάραντα. καὶ ἀναπληροῦσθαι δέ φασι κοπέντα. τοῦτο μὲν οὖν σκεπτέον. ἀκόπως δὲ ἔχει τάδε, θέρμος, κέγχρος, αἰγίλωψ, αἶρα, σήσαμον, ἐρέβινθος. καὶ ὅλως τὰ δριμέα. ὁ μὲν οὖν αἰγίλωψ, πολυχίτων, ἡ δ' αἶρα ς γυμνή· διὸ καὶ ἄλλῃ τινὶ δυνάμει. τὸ δ' ὅλον, ἄκοπα· τὰ μὲν ξηρότητι, διὸ καὶ ἡ κέγχρος χρονιώτερον· τὰ δὲ ἀμιξίᾳ καὶ καθαρότητι, καθάπερ ὁ χόνδρος· τὰ μὲν χυμῶν φύσει καὶ δυνάμει φυσικῇ, καθάπερ ἐρέβινθος, θέρμος, σήσαμον· τὰ δὲ, τῷ πολὺ τὸ ἀποστέγον ἔχειν. ὥσπερ ὁ ὦχρος. ἅμα δὲ τοῦτό γε καὶ ξηρὸν καὶ θερμὸν τῷ σίτῳ κοπέντι βοήθεια ταχίστη, τὸ εἰς τὴν ἅλω φέροντας ἀπολικμῆσαι. καὶ τούτων μὲν σχεδὸν ἐνταῦθά που τὸ αἴτιον. ὃ δὲ παρά τινων ζητεῖται, διὰ τί ποτε ὁ κεκομμένος σῖτος καὶ παλαιὸς, ὕδατος μὲν ἐπιχεομένου θερμοῦ, διαβλαστάνει· ταύτῃ γὰρ δὴ διάπειραν λαμβάνουσιν εἰ φύσιμος, ὅταν ἐμβάλλοντες εἰς σκαφίον ἐπιχέωσι· σηπόμενος δ' οὐ διαβλαστάνει, καίτοι καὶ ἡ σῆψις ὑπὸ θερμοῦ καὶ ὑγροῦ, κομιδῇ δόξειεν ἂν παρ' ὁμωνυμίαν εἶναι. διαφέρει γὰρ, ἥτε φθαρτικὴ καὶ ἡ γόνιμος θερμότης· καὶ ἡ ὑγρότης ὡσαύτως. ἔστι δ' ἡ μὲν σήπουσα ἀλλοτρία καὶ φθαρτική· ἡ δὲ τοῦ ὕδατος τοῦ θερμοῦ, συμμετρίαν τινὰ ἔχουσα. δεῖται γὰρ τοιαύτης πρὸς τὴν βλάστησιν. ἐπεὶ τρόπον τινὰ παρόμοιον, καὶ εἴτις ἀποροίη, διὰ τί ἡ θερμότης καὶ ἡ ὑγρότης, καὶ ὑγείαν ἐν τοῖς σώμασι ποιοῦσι καὶ νόσον· δῆλον οὐχ ὡς αἱ αὐταὶ, ἀλλ' ὡς ἕτεραι καὶ ἐναντίαι. θερμὸν δ' ἐπιχέουσι, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν σπερμάτων, ὅπως μὴ καθάπερ ἐκπαγῇ, διὰ τὸ θᾶττον ἀποδηλοῦν. ἐπεὶ οἵ γε μὴ παντελῶς διεφθαρμένοι, [illegible] βλαστάνουσι. συμβαίνει δὲ καὶ κόπτεσθαι καὶ σήπεσθαι δι' ἀλλοτρίας θερμότητος.

TRiticum puluerulentum putreſcit celerius: & quod in domicilijs opere tectorio leuigatis conditum eſt, celerius quam quod non leuigatis conditum eſt: quoniam id caloris plus ſentiat. Puluis enim calidus eſt, vtpote ſiccus, & illimentum calcis calorem ſuſceptum vtique ſeruat. Nam & cum vniuerſum alte aceruatum eſt, putret. Sic enim plus caloris exoritur. Hordeum multo celerius quam triticum tunditur: quia ſolutius ac nudius eſt. Sed celerrime faba. Protinus a meſſe condita perit nonnuſquam, vt in Theſſalia. Prorſus perinde ac loca valent, ſemina durare poſſe apparet. Seruatur enim apud nonnullos faba omnino ſine putredine ceu apud Apolloniam, & Tarentum (vt inter hiſtorias dictum eſt) & contuſam reparari poſſe affirmant. Sed de hoc cogitandum. Nonnunquam ſponte ſuæ naturæ tunduntur, lupinum, milium, auena, lolium, ſeſama, cicer: omnino quæ acerbi ſaporis ſunt. Sed cum auena tunica multiplici integatur, lolium contra nudum ſit, alia quoque vi ſeruari poſſe neceſſe eſt. In ſumma tamen permanent incorrupta: alia ſiccitate, qua cachris diuturna eſt, alia puritate ſynceritateque ſua, vt alica, & alia ſucci ſui natura poteſtateque naturali, vt cicer, lupinum, ſeſama: alia, quod plene id habeant, quod arcere, tutarique poſſit, vt cicera. Quæ tamen & ſicca atque calida eſt. Frumento ſponte contuſo præſentiſſimum remedium, areæ illatum peruentilari. Et horum rationes hinc peti oportet. Quod autem a quibuſdam quæritur, quamobrem contuſum vetuſque frumentum aqua perfuſum feruenti pullulet (ſic enim periculum faciunt, an vim habeat pullulandi) putreſcens autem nunquam germen emittere valeat, quanquam putredo quoque humore, caloreque fieri ſolita ſit: hoc per æquiuocationem eſſe ambiguum prorſus appareat. Calor enim cui vis corrumpendi datur, plurimũ differt ab eo calore, qui vim obtinet generandi. Et de humore pari modo ſentiendũ eſt. Calor autem qui putredinem creat, alienus aduerſuſque eſt. At qui feruenti aqua inducitur, conuenit ac modice applicatur, quemadmodũ frumentum deſiderat, quod germinaturum eſt. Nam ſimile quodammodo eſt, vt ſi quis quærat, quamobrem calor & humor, modo morbum modo ſanitatẽ corporibus cauſentur. Conſtat enim, quod non vt idem, ſed diuerſi aduerſique illud faciant. Aqua vero feruenti ſolent perfundere, propter ſeminum imbecillitatem, ne quaſi gelentur, quoniam celeriter ſentiunt. Nam penitus quod corruptum non eſt, vel in frigido loco pullulare poteſt. Accidit vero vt & tondantur & putreſcant, cauſa alieni caloris.

THEOPHRASTI DE CAVSIS PLANTARVM

LIBER QVINTVS.

ΚΕΦ. Α. CAP. I.

De operoſitate in plantis, & quæ præter naturam parari arte queant. Ac de ficorum generibus plurimis, curque aliquæ præcoques ſint.

Τῶν ἐν τοῖς δένδροις καὶ φυτοῖς τὰ μὲν, αὐτόματα γίνεται, τὰ δ' ἐκ παρασκευῆς καὶ θεραπείας. ἑκάτερα δὲ τῶν αὐτομάτων, τὰ μέν ἐστι φύσει, τὰ δὲ παρὰ φύσιν. καὶ γὰρ ἐν τοῖς φυτοῖς ὑπάρχει τι τοιοῦτον, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ζώοις. οἷον ἐάν τι μὴ τὸν οἰκεῖον ἐνέγκῃ βλαστὸν, ἢ καρπόν· ἢ μὴ κατὰ τὴν τεταγμένην ὥραν, ἢ μὴ ἐκ τῶν εἰωθότων μερῶν. ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον. ἅπαντα γὰρ ταῦτα παρὰ φύσιν. τῶν δ' ἐκ τέχνης καὶ θεραπείας, τὸ μέν ἐστι συνεργοῦν τῇ φύσει πρὸς εὐκαρπίαν καὶ πλῆθος· τὸ δὲ, εἰς ἰδιότητα καὶ τὸ περιττὸν τῶν καρπῶν· οἷον, τὸ ποιῆσαι βότρυν ἀγίγαρτον. ἢ ἐκ τοῦ αὐτοῦ κλήματος μέλανα καὶ λευκὸν φέρειν, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ βότρυϊ. καὶ ὅσα δὴ τοιαῦθ' ἕτερα ποιοῦσι· πλείω γάρ ἐστι. περὶ μὲν οὖν τῶν κατὰ φύσιν καὶ τῶν συνεργούντων τῇ φύσει, πρότερον εἴρηται. περὶ δὲ τῶν παρὰ φύσιν καὶ ὅσα πρὸς τὸ περιττὸν ἥκει, νῦν λεκτέον. καὶ πρῶτον ὑπὲρ τῶν παρὰ φύσιν ἢ ὄντων ἢ δοκούντων. καὶ γὰρ τούτων ἐστί τις αἰτία, καθάπερ ἐν τοῖς πρώτοις. οἷον ὅσαι πάρωροι καρποτοκίαι καὶ μὴ ἐκ τῶν αὐτῶν γίνονται· λέγω δ' οἷον, εἴ ποτε κατὰ χειμῶνα τοῦ ἦρος ὑποφαίνοντος ἤνεγκε καρπὸν, καὶ ῥόα καὶ ἄμπελος, ἐκ τῶν ἀκρεμόνων καὶ ἐκ τοῦ στελέχους καὶ εἴ δή τι παραπλήσιον τούτοισι. πρὸς δὲ ταῦτα λαβεῖν· πρῶτον μὲν ὅτι συμβαίνει τὰ τοιαῦτα τοῖς πολυκάρποις καὶ ὑγροῖς. οἷον ἀμέλει καὶ τοῖς εἰρημένοις. ἅπαντα γὰρ ὑγρὰ ταῦτα καὶ πολύκαρπα. ξηρῷ δ' οὐδενὶ καὶ ὀλιγοκάρπῳ. δεύτερον δὲ, πρός τε τὰς βλαστήσεις καὶ καρποτοκίας τὰς παρώρους. ὅτι πάντων ἔχουσι τινὰς ἀρχὰς ἐν αὐτοῖς βλαστητικὰς, ἢ κλῶνες, ἢ πτόρθοι, ἢ ἀκρέμονες, ἢ ὅτι χρὴ καλεῖν τὰ ἐσχατεύοντα τῶν δένδρων. οὐδὲν γὰρ ἐπὶ πᾶσι κοινὸν, ἀλλ' ἔνια προσηγορίας τινὰς ἔχει ἰδίας. καθάπερ θαλία, κραδὴ, κλῆμα. καλοῦσι δέ τινες καὶ κλῶνας· ὅτι δὲ ἔχουσιν ἀρχάς τινας τοῦ βλαστάνειν, φανερὸν ἐκ τῶν καταπηγνυμένων ἃ πολλάκις ἀῤῥιζώτων ὄντων τῶν κάτω, μεθίησι βλαστόν. οἷον, κλήματα, καὶ κραδαὶ, καὶ ἐλαίας χάρακας

EORVM quæ in arboribus, plantiſque fieri ſolita ſunt, alia ſponte proueniunt, alia labore & opera hominum: quæ vtraque digerere item poſſumus. Eorum enim quæ ſponte procedunt, alia natura ſunt, alia præter naturam. Quippe cum & plantarum etiam genere quiddam eiuſmodi, vt in animalibus fiat. Vt ſi quid non ſibi conueniens germen fructumue tulerit: aut ſi eiuſmodi aliquid commiſſum ſit. Hæc enim omnia præter naturam. Quæ vero ars curaque affert, aut fauent naturæ ad fructuum bonitatem & copiam: aut proprietatem operoſamque naturam fructuum creant. Vt cum vua ſine vinaceo efficitur, vel cum ex eodem palmite nigræ candidæque vuæ proueniunt, aut etiam cum in eadem vua coloris illa eadem eſt varietas: & quæcunque eiuſmodi alia facere conſueuerunt agricolæ. Sunt enim complura. Sed cum de ijs quæ ſecundum naturam ſunt, quæque naturam adiuuant, ante iam diſputatum ſit, ſupereſt vt de ijs quæ præter naturam eueniunt, quæque operoſe excogitantur, diſſeramus: & primum de ijs quæ præter naturam vel certo ſunt, vel eſſe videantur. Nam eorum quoque ratio eſt, vt cum intempeſtiue fructificantur, nec de eiſdem fructus proueniunt, vt ſiquando ficus per hyemem Vere appropinquante fructum attulerit, & punica vitiſque ramis prægandibus, vel caudice fructificauerit: & quicquid his proximum. Igitur ad hæc ipſa notandum imprimis eſt, illis duntaxat hæc accidere poſſe, quæ humida atque fertiliſſima ſunt, qualia prædicta quoque eſſe apparet. Humida enim ac fertiliſſima hæc omnia ſunt. Siccis enim minuſque fertilibus nullis eueniunt. Secundum ad germinationem fructificationemque intempeſtiuam ſupponatur, aliqua germinandi principia obtinere ramos, ſiue ſcapos, ſiue ſtipites, ſiue quo tandem planceat nomine partes poſtremas arborum nominare. Nullum enim vocabulum commune omnium eſt. Sed alia proprias quaſdam appellationes habent, vt thalia, crada, palmes. Quod aliqua germinandi principia obtinent, conſtat ex ijs, quæ defixa germen ſæpenumero emiſerunt: quanquam ima pars nullis penitus radicibus niteretur, vt vallum vitineum, & ficulneum, & oleagineum.

ἐνίοτε δὲ καὶ μὴ καταπαγέντα, ἀλλ' ἀφῃρημένα. καθάπερ τά τε κλήματα καὶ τὰ τῆς ἐλαίας ξύλα. τρίτον ὅτι συμβαίνει, τὴν παρώρον βλάστησιν γίνεσθαι χειμώνων μαλακῶν ἢ νοτίων γενομένων. ἐκ τούτων γὰρ οὐκ ἂν δόξειεν ἄλογον εἶναι τὸ συμβαῖνον, ἀθροιζομένης τῆς γονίμου δυνάμεως καὶ ὑγρότητος, ὁτὲ μὲν καθ' αὑτήν, ὁτὲ δὲ ὑπολειπομένης τῆς ἔμπροσθεν ἀφ' ἧς ὁ καρπὸς ἦλθεν. ὥσπερ συμβαίνει καὶ ἐπὶ τῆς συκῆς. ὑπολειπομένης γὰρ πλείονος τῆς τοιαύτης ὑγρότητος, ὅταν ἀὴρ ἐπιγένηται μαλακὸς καὶ ὑγρὸς καὶ θερμός, ἐξεκαλέσατο τὴν βλάστησιν· ὅτε δὲ τοῦτο συμβαίνει φανερόν, ὅτι ἐκ τούτου τοῦ μέρους ὁ καρπὸς ἀνίεται, ὅθεν καὶ οἱ πρόδρομοι. τάχα δὲ καὶ οἱ πρόδρομοι διὰ τὴν μαλακότητα τοῦ ἀέρος, πρότεροί τε καὶ πέττονται μᾶλλον. εἰ δ' ἄρα μὴ τοῦτο, ἀλλὰ τά γ' ἄλλα γε πάντα διὰ τὰς αὐτὰς καὶ παραπλησίας αἰτίας ἐστίν, ἤτοι γινομένων τινῶν ὑπολειμμάτων, ἢ κατὰ ταῦτα συνισταμένων ἀμφοῖν. οὐκ ἄλογον δὲ οὐδὲ ἑκατέρως. προϋπάρχει γὰρ ἡ τοῦ δένδρου πρὸς ἄμφω φύσιν, ὑγρά τις οὖσα καὶ πρόβλαστος. ὥστ' ἂν εὐδίαι πλείω χρόνον ἐπιγένωνται, καὶ τοῦ χρώματος ποιεῖν τὴν μεταβολήν. ἐπεὶ τόν τε χυλὸν οὐ δύναται πέττειν οὐδαμῶς, ἀλλ' ἡ φαντασία σχεδὸν γίνεται κατὰ τὴν χρόαν. οἱ δ' ὄλυνθοι, συνεργούσης ἤδη τῆς ὥρας, πεπαίνονται μέχρι τινός. ἔτι δ' οὗτοί γε κατὰ φύσιν πῶς εἰσιν. αἰεὶ γὰρ γίνονται τὴν αὐτὴν καὶ τεταγμένην ὥραν. ὥσπερ καὶ ὁ τῶν διαφόρων συκῶν λεγόμενος καρπός. ἀλλ' ἐπὶ τοσοῦτον τὸ ὅμοιον ληπτέον, ὅτι παραπλησία τις ἡ αἰτία πάντων, ἐκ τοῦ συνίστασθαι τὴν τοιαύτην ὑγρότητα καὶ δύναμιν. διὸ καὶ ὄπισθεν τῶν φύλλων πάντα ταῦτα γίνεται, καὶ οὐχ ὥσπερ τὸ σῦκον ἔμπροσθεν. ἀλλ' αἱ μὲν φύουσαι τοὺς προδρόμους, ἀσθενέστεραι τυγχάνουσιν. ὥστε οὐδ' ἐπιμένειν δύνανται τῆς βλαστήσεως γινομένης ἐκεῖσε. ὅλως δὲ πολυειδές τι τὸ τῶν συκῶν ἐστιν. αἱ μὲν γάρ, ὀλυνθοφόροι μόνον, σῦκα δ' οὐ φέρουσιν· οἷον, αἱ τοὺς λευκοὺς ὀλύνθους φέρουσαι τοὺς ἐδωδίμους. ἕτεραι δὲ φέρουσι καὶ σῦκα καὶ ὀλύνθους μέλανας, ἀβρώτους τε καὶ ἐδωδίμους· φέρουσι δὲ τὸν ὄλυνθον ὄπισθεν τοῦ θρίου. γίνονται δ' ἐν αὐταῖς καὶ ψῆνες, αἳ ὅλως οὐ φέρουσιν ὀλύνθους. πάλιν δὲ τοὺς προδρόμους, αἱ μὲν φέρουσιν, οἷον, ἥ τε Λακωνικὴ καὶ Λευκομφάλιος, καὶ ἕτεραι πλείους· αἱ δ' οὐ φέρουσι. τῶν δὲ φερουσῶν οὐ συνεχής, ἀλλὰ παραλλάττουσα ἡ διαφορὰ κατὰ τὴν διάθεσιν. ὅτε μὲν γὰρ ἤνεγκαν, ὅτε δ' οὐκ ἤνεγκαν· ἐὰν δέ, κακῶς ἤνεγκαν. φέρουσι δὲ οὐ παρ' αὐτὸ τὸ θρίον μόνον ἀλλὰ καὶ κατωτέρω πολύ. καὶ ἔνιαί γε ἐκ τῶν παχέων σφόδρα. συμβαίνει δ' ἐνίους καὶ ἐκπέττειν τινὰς τῶν ὕστερον. οὐ γὰρ ἅμα πάντας, ἀλλὰ τοὺς μέν, πρότερον φέρουσι, τοὺς δέ, μικροῦ πρὸ τῶν ἐρινῶν. ἐγγύτεροι δὲ οὗτοι τοῦ βλαστοῦ καὶ τῶν συκῶν. ἀποπίπτουσι δ' ἐκεῖνοι πρότερον, καὶ ἧττον ἐκπέττονται.

neum. Interdum etiam non defixa, ſed a parente deciſa tantummodo germinant, vt palmites, & ligna oleæ. Tertium ponatur, germinationem in tempeſtiuam fieri poſſe hyeme placida, auſtroue ſequente. Ex his enim minime id quod euenit præter rationem eſſe videatur, cum vis generandi, humorque fœcundus aggregentur, alias per ſe, alias ex parte reſidua humoris prægreſſi, quo fructus prodierat, quemadmodum etiam in fico. Cum enim plus illius humoris in hac ſuperfuerit, aër mitis, tepidus, humiduſque ſecutus, mox germina euocat. Quod ita fieri conſtat profecto ea ratione, quod fructus poſteri de parte eadem naſcuntur, qua præcoques: & forſan præcoques etiam ipſa aëris mollitia præcurrunt, maturanturque celerius. Sin autem minus hoc ita ſit, at cætera omnia iiſdem proximiſue de cauſis ſunt, id eſt humoris reliquijs, vel etiam ratione vtraque. Eſt enim natura eius arboris ad vtrumque aptiſſima, cum humida ſit pronaque ad partum. Itaque ſi tempus ſerenum diutius fuerit, & coloris immutatio trahitur. Succus enim haud excoqui poteſt, ſed maturitatis imaginatio in colore tantum fere eſt. Caprificus tamen iuuante iam tempore maturari aliquatenus poſſunt: quas étiam ipſas ſecundum naturam quodammodo eſſe cenſendum eſt. Semper enim eodem certoque tenore temporis ſolent enaſci, ſicut & & fructus earum ficorum, quas biferas vocant. Verum ſimilitudinem ſumere eouſq; par eſt, quia proxima quædam omniũ ratio, quatenus ſimilis humor & potentia conſiſtit. Quamobrem ab auerſis folijs hæc omnia enaſcuntur, non ab aduerſis, quemadmodum ficus erumpit. Quæ præcoques pariunt, imbecilliores ſunt, vt differre non valeant facto illuc impetu humoris. Omnino genus ficorum multiforme quiddam & varium eſt. Aliæ namque caprificus tantummodo ferunt, ficus autem nullas, ſicut illæ, quæ caprificus candidas cibo idoneas afferunt. Aliæ tam ficus quam caprificus nigras vel inguſtabiles vel cibo idoneas pariunt a tergo folij, caprificum tamen ab auerſo folio generant. Culices quoque creare ſolitæ ſunt quæ caprificus nullas penitus ferunt. Item quædam præcoques gignunt, ceu Laconica & Leucomphalia: & plures aliæ, quæ quam minimæ: nec earum quæ gignunt differentia continuo, ſed diuerſo habitu eſt. Alias enim gignunt, alias non gignunt. Quod ſi gignunt, male gignunt. Ferunt autem non modo apud folium ipſum, verum etiam multo inferius: nonnullæ etiam ex parte admodum craſſa. Euenit, vt aliquæ poſteriores quoque nonnullas præcoques valeant maturare. Non enim omneis ſimul, ſed alias prius, alias paulo ante caprificus ferunt. quæ certe proximiores germini atque ficubus ſunt: ſed prius decidunt illæ, minuſque concoquuntur.

τὰ μὲν οὖν συμβαίνοντα ταῦτ᾽ ἐστί. οὐκ ἀλόγως δ᾽ ἂν δόξειεν οὐδέν. τὸ γὰρ μὴ πάσας φέρειν, ἀλλ᾽ ὅσαι ὑγρότεραι καὶ ἰσχὺν ἔχουσαι εἰς τὴν ἐπίσπασιν, εὔλογον. ἐκ γὰρ τῆς ὑπολοίπου τροφῆς ἐβλάστησεν ἡ σύστασις. ἐφελκυσαμένη δὲ πλέον, οὐκ ἄλογον τὸ μὴ πᾶσαν καταπέψαι τότε τὸ μὴ ἐντελεχὲς αὐτῶν τούτων, διὰ τὸ μὴ ὁμοίας εἶναι τὰς διαθέσεις. ἀσθενεστέρως γὰρ ἔχουσα καὶ χεῖρον θεραπευθεῖσα, δῆλον ὡς ἐλάττω λήψεται τὴν ὑγρότητα. μὴ λαβοῦσα δὲ πλῆθος, οὐδ᾽ ὑπόλειμμα ποιῆσαι. ἐπεὶ γεωργηθεῖσα ὁμοίως, καὶ τῶν ἐκ τοῦ ἀέρος συνεργησάντων, ἀποδώσει καὶ τῷ ὕστερον. ἐνίοτε δὲ κἀκεῖνο συμβαίνει, μὴ τυχούσης θεραπείας, ὥστε τοὺς μὲν προδρόμους ἐνεγκεῖν, τὸν δὲ καρπὸν μὴ δύνασθαι. τοῦτο δ᾽ ὅτι μὲν ὑπῆρχε προκατειργασμένον· θάτερον δ᾽ ὥσπερ ἐκ καινῆς ἔδει ποιεῖν. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τὸ ἐκπέττειν τοὺς ἐκ τῶν παχέων, ἀλλὰ τοὺς ἄνω μᾶλλον. ἡ τροφὴ γὰρ ἅμα καὶ ἡ θερμότης ἄνω φέρεται. καὶ ὅλως ἡ τοῦ δένδρου ὁρμὴ πρὸς τὴν βλάστησιν. ὥσθ᾽ ἅμα συναναφερομένου καὶ τοῦ θερμοῦ, δι᾽ ἀμφοτέρων ἡ ὑπόλειψις. διὸ καὶ αἱ κατὰ μέρος ἀνθήσεις καὶ αἱ καρποτοκίαι τῶν ἀνθῶν ὕστερον. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἱκανῶς εἰρήσθω.

Quæ ficis eueniunt, hæc ſunt. Nec temere quicquam euenire videatur. Non enim omnes præcoques ferre, ſed eas duntaxat, quæ humidiores ſunt, vireſque ad trahendum obtinent. Ratio eſt, quoniam ex alimenti reſiduo poma eiuſmodi pariant: nec procul ratione eſt, humorem totum minus excoqui potuiſſe, cum vires plus attraxerint, quam percoquere poſſint. Accedit autem his ipſis interdum quibuſdam, quia non ſemper eodem habitu ſunt: debiliorem enim ac deterius cultam minus humoris poſſe capeſſere certum eſt. Quod ſi copioſe nihil hauſerit, nec relinquere quicquam poſſe fatendum. Nam ſi pariter culta ſit cœlumque fauerit, etiam anno ſequente proferre poterit. Interdum ſi cura defuerit, eueniet illud quoque, vt præcoques ferre poſſit, fructum autem nequeat. Quod propterea euenit, quia alterum iampridem confectum paratumque adeſt: alterum tanquam de nouo conſici opus eſt. Nec eas, quæ ex craſſa illa prodierint parte, percoqui potius quam e ſummitate enatas, ratio vult. Alimentum enim & calor, ſumma potius petere ſolent, atque omnino arbor ad germen producendum enititur. Itaque cum vna etiam calor ſurſum feratur, vtraque fit ratione, vt pars aliqua relinquatur. Quamobrem & germinationes, & florum particulatim prouentus, & fructificationes poſteriores ſunt. Sed de his ſatis dictum eſt.

ΚΕΦ. Β.

CAP. II.

Cur vites aliquæ prouentus ſuos accelerent: curque partes inſolitæ interdum germinent.

Παραπλήσιον δὲ καὶ τὸ συμβαῖνον καὶ ἐπὶ τῶν ἀμπέλων ἐστί. καὶ γὰρ αὗται προβλαστάνουσιν ἐνίοτε συνηθροισμένης τῆς γονίμου καὶ βλαστικῆς ἀρχῆς. ὁ δὲ τόπος ὡρισμένος αὐταῖς. ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν γὰρ ἡ βλάστησις. ὁποῖα δ᾽ ἂν καὶ τὰ τοῦ ἀέρος ἐπιγένηται καὶ ἐπὶ πόσον χρόνον, οὕτω καὶ τὰ τῆς αὐξήσεως ἀκολουθεῖ. σχεδὸν δὲ καὶ ὅσα πρωϊβλαστῆ καὶ πρωϊανθῆ φύσει, ταὐτὸ τοῦτο πάσχει. κυϊσκόμενα γὰρ ἐν ὥρᾳ προκαλουμένων τῶν εὐδιῶν, πολλάκις ἀποτίκτει πρὸ τῶν καιρῶν, καὶ προάγει, μέχρις οὗ ἂν ὁ ἀὴρ ὁμαλίζῃ. τὰς μὲν οὖν παρώρους βλαστήσεις ἐν τούτοις ὑποληπτέον ταῖς αἰτίαις εἶναι· τὰς δὲ μὴ ἐκ τῶν οἰκείων μερῶν, ἀλλ᾽ οἷον ἀκρεμόνων καὶ στελέχους, οὐ πόρρω τούτων· ὅταν ἀθροισμὸς εἰς ταῦτα γένηται τῆς γονίμου δυνάμεως. ἀρχῆς γὰρ ἐπιστάσης, ἡ ἐπιρροὴ τῆς τροφῆς ἐξομοιοῦται τῷ ὑποκειμένῳ, καθάπερ ἐν τοῖς ἄλλοις. ἡ δὲ σύστασις οὐκ ἂν ἄλογος· εἰ τοιαύτην τινὰ κατὰ μόριον ἔλαβε κρᾶσιν. ἀλλ᾽ εὐλογωτέρα πολλῷ τῆς ἐν ζῴοις γινομένης, οἱονεὶ κέρας ἐκ τοῦ στήθους, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον. αὕτη γὰρ μει-

PRoximum autem huic, quod vitibus euenit. Nam illæ quoque germinum ſuorum prouentum nonnunquam accelerant, collecto illo fœcundo germinatoreque humore. Locus tamen germinandi certus ijs eſt. Gemma etenim dehiſcente germen emergit. Augeſcit vero, proinde ac cœli qualitas & temporis ſpacium fuerint. Omnia ferme, quæ natura ſua vel germinant vel florent; hoc idem facere aſſolent. Quæ enim propere concepiſſent, ſæpe tempore inuitante ſereno, ante ſtatum tempus pariunt atque educant, dum cœli ſeruetur æqualitas. Igitur germinationes intempeſtiuas his de cauſis fieri arbitrandum eſt. Illas vero, quæ non parte ſolita, ſed vel ramo prægrandi vel caudice prodeunt, haud procul ab his abeſſe credendum. Cum enim vis generandi in eas partes ſeſe collegerit, mox germen exoritur. Quippe cum ibi principium id conſtiterit, affluens alimentum ſubiecto aſſimuletur neceſſe eſt: vt & in cæteris fieri ſolet. Nec temere collectio illa fit, ſiquidem talis acceſſerit temperies. Sed longe probabilius quam in genere animalium agitur, cum ex pectore cornu erumpit, vel cum aliquid eiuſmodi

ζώων ἡ παραλλαγὴ τῶν ἐν τοῖς φυτοῖς, ὅσῳ μᾶλλον ὁμοιομερῆ τὰ φυτὰ τῶν ζώων. ἐὰν δὲ δὴ καὶ προβλάστημά τι γεννῆται τῷ βλαστῷ πρωϊκαρπότερον, ἔλαττον ἔτι τὸ ἄτοπον. ἐνίοτε γὰρ καὶ φύεται κλῆμα ἐκ τοῦ στελέχους. ἰσχύσαντα δὲ καρποφορῆσαι ταῦτ᾽ οὐκ ἄλογον. ἀλλ᾽ ὅταν αὐτὸς ὁ καρπὸς ἐκ τοῦ ἀκρεμόνος ἢ τοῦ στελέχους, ἀτοπώτερον. ὥσπερ ἐπὶ τῶν ῥοῶν. αἰτίαν δὲ τὴν εἰρημένην ὑποληπτέον. αἱ δὲ τοιαῦται παραλλαγαὶ τῶν τόπων ἐλάττους εἰσίν, οἷον εἴποτε συκῆ τις ἐνέγκειεν ἐκ τοῦ ὄπισθεν τοῦ θρίου τὸν καρπόν. μικρὰ γὰρ ἡ μεταβολή. καὶ ὁ τόπος ὅλως οὐκ ἀλλότριος τοῦ συμβαίνοντος. αἴτιον δὲ ὅτι τὴν μὲν ἐπιβλάστησιν, ἀσθενῆ· τὴν δ᾽ ἐνταῦθα συρροὴν, ἰσχυροτέραν ἔσχεν. ὥστ᾽ ὀψιαιτέρας γενομένης τῶν προδρόμων, ἐπένεψέ τε καὶ ἐξέπεμψε. φανείη δὲ καὶ τῇδε ἧττον ἄτοπον· ὅτι γένος [illegible] δή ὃ καλοῦσιν ὀπισθόκαρπον. εἰ γὰρ ὅλως τι πέφυκεν οὕτω καρποτοκεῖν τῶν ὁμογενῶν, οὐκ ἄτοπον συμβῆναί ποτε καὶ τοῖς μὴ πεφυκόσι, τῆς ὁμοίας διαθέσεως γινομένης. ἐπεὶ καὶ ἐκ τῶν ἀκρεμόνων ἐνεγκεῖν, τινὰ ὁμοιότητα ἔχει τῇ ἐν Αἰγύπτῳ συκαμίνῳ. φέρει γὰρ δὴ κἀκείνη τὸν καρπὸν ἐν τοῦ στελέχους, οὐκ ἐκ τῶν ἀκρεμόνων· εὐβλαστής τις οὖσα καὶ εὔτονος ὡς ἔοικε πρὸς καρποτοκίαν. σημαίνει δὲ τὸ πλεονάκις ἀπὸ τῶν αὐτῶν φέρειν ἀφαιρουμένων. οὐ πεπαίνει δὲ καλῶς μὴ ἐπικνισθέντων καὶ περιαλειφθέντων ἐλαίῳ καθάπερ ἐλέχθη· διὰ τὴν εὐτροφίαν καὶ τὸ πλῆθος τῆς ἐπιρροῆς. ἀφαίρεσίς τε γὰρ γίνεται τῇ ἐπικνίσει, καὶ τὸ ἔλαιον ἅμα διαθερμαῖνον καὶ ὁ ἥλιος ἀνεῳγμένων ταχεῖαν ποιεῖται τὴν πέψιν. ἔοικε δὲ παραπλησίως τρόπον τινὰ τὸ συμβαῖνον τοῖς κατὰ μέρος ἀνθοῦσιν, ἀπὸ τῶν κάτωθεν ἀρχομένοις. ἐκείνων τε γὰρ τὰ μὲν ἰσχύοντα καὶ οἷον τετελεωμένα, καὶ ἀνθεῖ καὶ καρπογονεῖ· τὰ δὲ ἀσθενέστερα, καὶ ἐπάνω προσαύξεται καὶ βλαστάνει. καὶ ἀεὶ τὸ τελειούμενον ἀνθεῖ. τὴν δὲ τῆς τροφῆς ἐπιρροὴν, ἕκαστον εἰς τὴν αὐτοῦ φύσιν καταμερίζεται καὶ δύναμιν. καὶ τούτων ὁμοίως μὲν εἰς τὴν βλάστησιν φέρεται τὸ τῆς τροφῆς. εἰ δ᾽ εἰς τὸ ἰσχυρὸν, ἤδη καρπογονεῖ. ἐκεῖνο δὲ οὔπω δύναται διὰ τὴν ὑγρότητα καὶ τὴν ἀτέλειαν. καὶ περὶ μὲν τούτων, ἀρκείτω τὰ εἰρημένα.

eiuſmodi euenit. Hæc enim diuerſitas eo maior eſt, quo plantæ magis quam animalia partibus conſtant ſimilibus. Si vero & germen aliquod præcurrerit fructui, minus admiranda res vtique ſit. Interdum enim & palmes de caudice prouenit, qui ſi cum vires ceperit fructum fert, non temere eſt. Sed abſurdius certe, cum fructus ipſe uel ramo prægrandi vel caudice promitur, quod punicis euenit. Cauſam tamen prædictam eſſe illam exiſtimandum. Diuerſitates autem minores ſunt, quæ ab ipſo loco ſolent proficiſci: vt cum ficus fructum ab aduerſis folijs tulerit. Commutatio enim parua hæc eſt, nec locus ipſe alienus omnino ab eiuſmodi euentu percipitur. Ratio enim, quod aggregatio imbecilla, confluxus in eam partem validior fuerit. Itaque humoris collectione iſta ſeriore pomis præcoquibus, arbor digeſſit atque emiſit. Quin & illa ratione minus abſurdum id eſſe appareat. Eſt enim genus quoddam eiuſmodi, quod auerſiferum vocat. Enimuero ſiquid eiuſdẽ generis fructum ita natum ſit parere, cæteris quoque aſſociatis idem euenire interdum haudquaquam abſurdum eſt. ſcilicet vbi ſimilis fuerit habitudo. Nam & ramis prægrandibus aliquando tuliſſe ferunt, ſiqua fertilis ac valida ſimilitudinem quandam fici Ægyptiæ refert. Quippe cum illa fructum ſuo caudice ferat, quoniam fertilis validaque ſit ad fructificandum. Huius enim argumentum illud poteſt deduci, quod ſæpius partibus ferat eiſdem, fructu decerpto priori: nec plene maturitatem fructus capere poteſt, niſi ſcalpatur perungaturque oleo (vt dictum eſt) propter affluentiam pabuli. Scalptu etenim illo aliquid humoris detrahitur, & oleum feruefaciens cum ſole, pomum apertum celeriter coquit. Proximum id quodammodo illis videtur, quæ particulatim floreſcunt, a parte ima exorſa. Etenim, quæ inter ea viribus valent, & quaſi perfecta ſunt, partim florent, partim fructificant: quæ imbecilliora ſunt, etiam parte ſuperna augeſcunt & germinant. Quodque aſſidue perficitur, floreſcere incipit. Alimenti vero influxum pro ſua natura ſuiſque viribus vnumquodque diſpenſat. Quod ſi perfectum atque validum ſit, fructum parere continuo incipit. Sed imperfectum ac debile, ante augeſcit corroboraturque, quam aliquid pariat. Et de his hæc dixiſſe ſat eſt.

ΚΕΦ. Γ.

CAP. III.

Vnde variatio fructuum in eadem planta proueniat: vnde etiam varietas in radice plantarum & aliæ mutationes eueniant.

Τὰς δὲ μεταβολὰς τῶν καρπῶν, εἴ τινες ἢ ἐκ λευκῶν μέλανες, ἢ ἐκ γλυκέων ὀξεῖς, ἢ ἀνάπαλιν, καθάπερ φασὶν ἐπί τε συκῆς καὶ ἀμπέλου καὶ ῥόας τοῦτο συμβαίνειν, ἐνιαχοῦ μὲν

FRuctuum immutationis, ſiqui vel ex candidis tranſeant in nigros, vel ex dulcibus in acutos, aut e contrario, quemadmodum fico viti atque punicæ euenire proditum eſt, locis

οὐδὲν θαυμαστὸν, οὐδ᾽ ὅλως ἄτοπον φαίνεται τῷ τὴν φύσιν ὅτε μὲν οὕτως, ὅτε δὲ, ἐκείνως, καὶ τοῖς μέρεσιν ἀνομοίως φέρειν. οἷον, τὴν κάπνιον ἄμπελον καλουμένην. αὕτη γὰρ δοκεῖ τοὺς μὲν, λευκοὺς ἐνίοτε, τοὺς δὲ μέλανας, καὶ ὅτε μὲν πάντας τοιούτους, ὅτε δὲ τοιούτους φέρειν. διὸ καὶ οὐδ᾽ οἱ μάντεις εἰώθασι τοῦτο κρίνειν ὡς τέρας. τὸ γὰρ εἰωθὸς, οὐ τέρας. αἴτιον δὲ τῆς παραλλαγῆς, ὅτι τὸ χρῶμα τούτων τῶν βοτρύων οὔτε μέλαν οὔτε λευκὸν ἔχει, ἀλλὰ καπνῶδες· ὅθεν καὶ τὴν προσηγορίαν ἔσχεν. ἐὰν οὖν μικρά τις ἐναλλαγὴ γένηται, δοκεῖ μεταβεβληκέναι τὴν χρόαν. οὐδ᾽ ἕτερον δ᾽ εἰλικρινὲς οὔτε τὸ μέλαν οὔτε τὸ λευκὸν ἔχει· διὸ καὶ ἐνίοτε τῶν βοτρύων ἑτερόχροοί τινες, οἱ μὲν εἰς τὸ λευκὸν, οἱ δ᾽ εἰς τὸ μέλαν μᾶλλον ἀποκλίνοντες. αἰτία δ᾽ ἡ τροφὴ καὶ ἡ διάθεσις αὐτῆς τῆς ἀμπέλου. τοῦτο μὲν οὖν ὥσπερ ἐλέχθη συγχωρεῖται τῷ μὴ θαυμαστῷ. τὸ δ᾽ ἐπὶ τῶν ῥοῶν, εἰ μὲν ὅλων τῶν δένδρων γίνονται μεταβολαὶ, παρόμοιον ἄν τι τὸ συμβαῖνον ἦν, τοῖς περὶ Κιλικίαν καὶ Αἴγυπτον, εἴπερ αὐτόματος ἡ μεταβολή. τῆς γὰρ χώρας τὸ πάθος καὶ ἡ δύναμις. εἰ δὲ μὴ ὅλον, ἀλλά ποτε τοῦτο συνέβη, τῇ τροφῇ καὶ τῇ διαθέσει τὴν αἰτίαν ἀποδοτέον. * ὡς ἐκ τοιαύτης γενομένη καὶ κρατηθεῖσα ὅτι ἂν ἐθίσῃ. εἰ δ᾽ ἀνωμάλους ἤνεγκε, ταῖς ῥίζαις ἡ αἰτία· καὶ εἴ τι μέρος ἄλλο κύριον, τῷ τὰ μὲν, τοιαύτην, τὰ δὲ, τοιαύτην λαβεῖν, ἢ καὶ ποιῆσαι καὶ ἀναδοῦναι τὴν τροφήν. ἅμα δὲ καὶ τὸν ἀέρα συνεργεῖν τι. καὶ γὰρ ὑπὸ τούτων γίνονται διαφοραί. δόξειε δ᾽ ἂν ἀτοπώτατον ἐνταῦθα εἶναι, τὸ μερίζεσθαι τὰς ῥίζας. ἐνίοτε γὰρ ἐκ θατέρου μέρους οὐκ ἔχει τὸ δένδρον ἢ ἐλάττους. ὁ δὲ καρπὸς ὁμοίως, ἀναμιγνυμένης δηλονότι πανταχοῦ τῆς τροφῆς. οὐ μὴν, ἀλλ᾽ ἴσως ἐὰν μὲν ἐκλείπωσί τινες, ἀπὸ τῶν δένδρων ἡ τροφὴ πᾶσιν· ἐὰν δὲ πανταχόθεν ἔχῃ, τὸ καθ᾽ αὐτὴν ἑκάστη τρέφει μέρος· κατὰ λόγον ὡς ἄν τις φθάσειεν, εὐθυπορούντων πως τῶν πόρων. ἔνια γὰρ συμβαίνει καὶ ζῆν τῶν φυτῶν ἐκ θατέρου μέρους. αὐξανόμενα γὰρ συνεκπληροῖ πως τὸ ὅλον· τὰ μὲν ἐκ περιλαμβανόντα, τῶν δὲ, καὶ ἀποπιπτόντων διὰ τὸ αὖον. εἰ δέ τις καὶ αὐτὴ πίστις ἐστὶν ἐκ τῶν συντιθεμένων κλημάτων μὴ ὁμογενῶν, ὅτι μία μὲν ἡ ἄμπελος, φέρει δ᾽ ἑκατέρων τῶν μερῶν τὸν οἰκεῖον καρπὸν, ὡς οὐ μιγνυμένης ἀλλ᾽ εὐθυπορούσης τῆς τροφῆς, εἴη δ᾽ ἂν καὶ ταύτῃ χρῆσθαι. τοῦτο δὲ ἥκιστα γινόμενον, καὶ ἥκιστα πίστιν ἔχον ἐστίν· αἱ δ᾽ ἄλλαι μεταβολαὶ, μάλιστα τὰς εἰρημένας ἂν ἔχοιεν αἰτίας ὁμοίως ἐπὶ πάντων· εἴ τε χρώμασιν, εἴ τε χυλοῖς, εἴ τε ἄλλῳ τινὶ μεταβάλλουσιν. αἱ γὰρ τροφαὶ, διαθέσεις ἀλλοιοῦσι καὶ μεθιστᾶσιν, ὅτε μὲν, κρατούμεναι, ὅτε δὲ, κρατοῦσαι. καθάπερ καὶ ἐν τοῖς ἀπὸ τῶν σπερμάτων φυομέ-

locis quibuſdam nulla in admiratione ſunt, neque vllo modo abſurdæ videntur: quoniam natura alias hoc modo, alias illo, & partibus quoque non pariter ferat, vt in vite fumida vocata, pateſcit. Hæc enim vuas alias candidas, alias nigras proferre videtur, & alias omnes candidas nigraſue promiſcue generat. Quamobrem nec augures hoc iudicare tanquam oſtentum conſueuerunt. Quod enim ſolitum, oſtentum eſſe non poteſt. Ratio varietatis, quod color earum vuarum, neq; niger, neque candidus eſt, ſed fumo proximus, a quo & nomen vitis accepit. Itaque vbi vel aliqua parua mutatio euenit, colorem omnino ſuum commutaſſe videtur, vtpote quæ neutrum colorem ſincere habeant. Quapropter verſicolores vuæ interdum perficiuntur, vt aliæ ad albedinem aliæ ad nigredinem potius inclinent. Cauſam alimento vitiſque ipſius habitu reddi oportet. Hoc igitur (vt dictum eſt) concedi facile poteſt. Quod autem punicis euenit, ſi mutatio facta totarum ſit arborum, proximum illi profecto erit, quod in Cilicia & Aegypto fieri perhibent, ſiquidem ſponte mutatio veniat. Affectio enim & vis illa, naturæ agri tribuenda eſt. At ſi non arbores totæ mutentur, ſed interdum id aliquibus eueniat, alimento & habitudini cauſa imputanda eſt. Sin autem enormiter tulerint, radicibus cauſa dabitur, & ſiqua pars alia principalis ſit: quod alia nutrimentum aliud ceperit, vel etiam varie coxerit atque reddiderit. Cœlum quoque non nihil efficere poſſe credendum eſt. His enim ipſis de cauſis oriri differentias certum eſt. Sed omnium abſurdiſſimum hoc in loco diuiſio radicum videatur. Interdum enim altera parte vel nullas vel certe pauciores radices arbores gerunt, quanquam vndique fructus pariter ferant, ſcilicet alimenti quaqua verſus permiſſione. Cæterum ſiquæ deſint, pabulum ſingulis ab arbore diſpenſatur: ſi vero vndique adſint, ſuæ parti vnaquæque miniſtrat, cum meatus recto (vt ita dixerim) tramite porrigant ſeſe, portioniq; radicis ſuæ reſpondeant. Euenit quippe, vt pleræque plantæ parte altera viuant, demunque repleantur pene vndique, alijs recreatis, alijs ob ariditatem delapſis. Sin autem palmitum quoque diuerſi generis compactio, fidem aliquam facit, quando vitis, quæ vna eſt, parte vtraque fructum ferat diuerſum, ceu alimenti nulla fieri poſſit confuſio, ſed recto tramite feratur aſſidue, vti ea quoq; licebit. Hoc tamen minime fit, & fidem proinde minime facere poteſt. Cæteræ commutationes, prædictis cauſis maiore ex parte proueniunt æque in omnibus: ſiue colore, ſiue ſapore, ſiue aliquo alio immutentur. Enimuero alimenta diſpoſitiones arborum alterare & mutare poſſunt, vel dum ſuperant, vel dum ſuperantur, quemadmodum etiam in frugibus euenit. In his ta-

...ρον. πλὴν ἡ μὲν ... ἔκστατις ἀεὶ πρὸς τὸ χεῖρον. ... τῶν ἐξειργασμένων καὶ ἡμερωμένων ἔχει τὴν ὁμοίωσιν. ἁπλῶς δ᾽ ὥσπερ ἐλέχθη μικράν τινα καὶ νομίζειν ἐν τούτοις εἶναι τὴν μεταβολὴν, ὅπου μὴ ἡ χώρα μεταβάλλῃ. ταῦτα δὲ τῷ χρόνῳ γίνεται καὶ οὐκ ἐπέτεια. καθάπερ ... ἡμερούμενα καὶ ἀγριούμενα. μέγα δ᾽ ἂν πρὸς πίστιν τῆς μεταβολῆς, τὸ περὶ τὰς χώρας. καὶ ὅτι θεραπεῖαι τινὲς τῶν ῥιζῶν καὶ τῆς τροφῆς ποιοῦσι μεταβολάς. ἀλλὰ ταῦτως ἐν βραχεῖ χρόνῳ καὶ ταχέως, ἄτοπον. εἰ μή τις ἄμφω ταῦτα συνθήσει, καὶ τὸν χρόνον λανθάνειν, καὶ τὴν μεταβολὴν εἶναι βραχεῖαν· ἐπεὶ ἔνγε τοῖς ἐπετείοις, οὐκ ἄλογον. οὐδ᾽ ὁμοίως ἐφ᾽ ὧν συμβαίνει θαυμαστὸν, εἴπερ ἄρα συμβαίνει. καθάπερ ὅταν ἐκ πυρῶν αἶρα γένηται, διά τε τὸ πολλάκις γίνεσθαι, καὶ διὰ τὸ τὴν αἰτίαν εἰδέναι οἴεσθαί πως. αἴτευ[illegible]αι ποιοῦσιν. εἰ δὲ καὶ ἐκ τῶν αἰρῶν εἰς πυροὺς πάλιν ἀποκαθίσταται, τοῦτο θαυμασιώτερον· εἴη δ᾽ ἂν ὥσπερ ἀσθένειά τις ἢ νόσος γεγενημένη τοῦ σπέρματος, ἥτις ἀπολύεται, μεθισταμένων ἄρα τῶν περὶ τὸν ἀέρα καὶ τὴν τροφήν. ἀλλὰ γὰρ ταῦτα μὲν ἐπὶ πλέον εἴρηται, συμπαραλαμβανόμενα πρὸς τὴν τῆς αἰτίας πίστιν τὰ ὁμολογούμενα.

men ſemper in partem deteriorem mutatio fit: ſed in mitigatis excultiſque ſimilitudo plane animaduertitur. Omnino (vt dictum eſt) paruam in his fieri poſſe mutationem credendum, vbi nihil ager mutatus eſt. Sed hæc ſpatio temporis longinquo perficiuntur: nec annus ſufficit vnus, ſicut in ijs, quæ ex ſilueſtri habitu tranſeunt in vrbanum: vel contra ex vbano in agreſtem mutantur. Magno igitur argumento ad fidem immutationis, agrorum cura etiam eſt, quæ radicibus alimentiſque adhibita mutationem facere poteſt. Sed tam breui effici poſſe incredibile eſt, niſi quis & tempus latere, & mutationem eſſe perexiguam dixerit. Nam in annuis quidē hoc haud temere veniat, neq; in quibus eueniat, ſiquando euenire poſſit, æque mirandū eſt: ceu cum ex tritico lolium proueniat. Id enim ſæpenumero fit, & cauſam ſcire quodammodo arbitramur. Imbres namque id poſſunt efficere. At ſi ex lolio in triticum redeat, hoc certe admirabilius eſt. Ergo ceu imbecillitatem quandam vel morbum ſeminis intelligere licet, quam alimenti cœlique mutatio tollere poſſit. Sed hæc latius dicta ſunt, quoniam ad cauſam confirmandam ea quoque aſſumenda cenſuimus, quæ latiſſime patent.

ΚΕΦ. Δ.

CAP. IIII.

Cur fructus aliquando ſine folijs viſuntur: ligna quæ ſeparata ab ſua arbore germinent. Et ſtatuæ ligneæ interdum deſudent. Item cur plantæ in plantis naſcantur, & arbor proſtrata interdum reſurgat.

Τὸ δ᾽ ἐνεγκεῖν ἄμπελόν ποτε ἄνευ φύλλων, ὡς μὲν ὅλως εἰπεῖν, οὐ πιθανόν· ὡς δὲ μικρᾶς τινος γινομένης βλαστήσεως καὶ ταύτης διὰ τὴν ἀσθένειαν ἀποῤῥυείσης, μᾶλλον πιθανόν· ὡς ἐνταῦθα πλείονος καὶ σφοδροτέρας τῆς ὁρμῆς ὅταν εὐκαρπήσωσιν, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἀμυγδαλῆς. διὰ γὰρ τὸ πλῆθος οὐδὲ φαίνεται τὰ φύλλα. καὶ ἄλλα μικρὰ καὶ ἀσθενῆ γίνεται, τῆς φύσεως ἐνταῦθα ὡρμηκυίας. ὥσπερ καὶ ἐν τῷ ἀνθεῖν ἡ ἄμπελος, ὅταν ὀψίσῃ καὶ διατηρῇ τὸν καρπὸν ἄνευ τῶν οἰνάρων. ὥσπερ καὶ ἡ συκῆ ἄνευ τῶν θείων. ἰσχυρότεροι γὰρ, ὅταν ἅπαξ γένωνται, τῶν φύλλων· οἱ μὲν, διὰ τὸν μίσχον καὶ τὴν προσάρτησιν, οἱ δὲ διὰ τὸ πιλοῦσθαι τῷ ψύχει. τῶν μὲν γὰρ φύλλων, ἐξαιρεῖται τὴν ὑγρότητα καὶ τὸν ὀπόν. τῶν δὲ καρπῶν, διὰ τὸ πλῆθος ἢ τὸ μᾶλλον ἔχειν θερμότητα, τοῦτο μὲν οὐ δύναται, συμπυκνοῦται δὲ καὶ πιλοῦται. παραπλήσιον δὲ τούτῳ, καὶ εἴ ποτέ τις ἐλαία, τὰ μὲν φύλλα ἀπέβαλε, τὸν δὲ καρπὸν, ἐξήνεγκεν. ἀσθενέστερον γὰρ ὂν, μᾶλλον ὑπήκουσε τοῦ ψύχους. ἢ εἴ τι πάθος εἴη ἕτερον. πεπανθεὶς μὲν γὰρ ὁ καρ-

Vitem autem ſine folijs fructum aliquando tuliſſe ſi ex toto dixeris incredibile eſt: ſed ſi exiguo quodam producto germine, eoque mox imbecillitate ſua delapſo, vuas ſine folijs extitiſſe dicas, res veriſimilior redditur: tanquam ad fructum edendum amplior vehementiorque impetus factus ſit. Quod vere arboribus nonnullis propemodum euenit, cum abunde fructificant. ceu amygdalæ. Quippe cum & propter nimiam fructuum multitudinem folia cerni non poſſint, & alia imbecilla exiguaque prodeant. Quoniam natura ſe totam ad fructum generandum contulerit. Sicut etiam vitis, cum floret, ſi ſero inceperit, fructum ſine folijs ſeruat, & ficus quoque delapſis folijs poma diutius retinet. Cum enim fructus ſteterint, firmius adhærent quam frondes: alij ex ſoliditate pecioli, atque retinaculi ſui: alij quia frigore conſtipantur. Frigus enim humorem foliorum penitus tollit: fructum, quia largior & calidior eſt, tollere ex toto non poteſt, ſed conſtipat atque condenſat. Huic proximum, & ſiqua olea folijs aliquando amiſſis fructum attulerit. Folium enim, vt pote imbecillius, frigori magis obnoxium. Vel ſi quid aliud

πός, αὐτόματος ἀπορρεῖ, πρὸ δὲ τοῦ πεπανθῆναι, μᾶλλον ἰσχύει καὶ προσήρτηται· διὸ καὶ οὐ ῥαβδίζουσι τὰς ἐλαίας. ταῦτα μὲν οὖν καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, φυσικάς τινας ἀρχὰς τὰ μὲν ἐξ αὐτῶν τὰ δ᾽ ἐκ τοῦ περιέχοντος ἔχει. ἐπεὶ καὶ τὰ αὐτόματα διαβλαστάνοντα ξύλα, καθάπερ τὰ ἐλάϊνα καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον, ἅπερ εἰς τέρατα καὶ σημεῖα ἀνάγουσιν, οὐκ ἔστιν ἄλογον. φύσει τε γὰρ εὔζωα καὶ βλαστικὰ διὰ πυκνότητα καὶ τὸ ἔγχυμον. καὶ ὅταν ἔξωθεν ἰκμάδα τινὰ λάβῃ, βλάστας δίδωσιν. ὡς δ᾽ ἐπὶ τὸ πολὺ κατορυττόμενα καὶ ἐν ὑγρῷ τόπῳ βλαστάνει, πλὴν εἴ τι κοπὲν ὕστερον μικρῷ διεβλάστησεν, ἔχον ἐν ἑαυτῷ συνηθροισμένην τὴν γόνιμον ὑγρότητα. ἅμα δὲ καὶ τῆς ὥρας ὑπεγγὺς τῆς βλαστητικῆς οὔσης. τούτῳ δὲ ὁμοιότροπόν τι καὶ ἐπὶ τῆς σκίλλης καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐκβλαστανόντων. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ἐκ τῶν ξύλων ἐκφυόμενα, καὶ μάλιστα ἐκ τῶν ἐλατίνων, ἃ καλοῦσιν οἱ μάντεις εἰλειθυίας. ἀνειμένου γὰρ ὄντος καὶ μαλακοῦ τοῦ ἀέρος, ἐκφύεται μάλιστα, ὁπότε ἡ ἐνυπάρχουσα ὑγρότης συρρυεῖσα, καὶ ἡ ἔξωθεν προσπίπτουσα συνεπάγῃ, καὶ ἐποίησεν οἷον σφαιροειδές. ὁμοίως δὲ καὶ ὅσα ἱδροῖ τῶν ξύλων. καὶ γὰρ ταῦτα νοτίου καὶ ὑγροῦ τοῦ ἀέρος ὄντος, τοῦτο πάσχει, καὶ οὐ πάντα, ἀλλ᾽ ἐν οἷς ἐστι λεπτὴ ὑγρότης· οἷον, κέδρου, κυπαρίττου, ἐλαίας, ἃ δὴ καὶ σημεῖα καὶ τέρατα νομίζουσιν. ὅσα δὲ ἄλλα συμβαίνει καὶ προφέρεται τῶν τοιούτων, οἷον ὥς ποτέ φασιν ἐν πλατάνῳ φῦναι δάφνην, ἢ ἁπλῶς περὶ τὰς ἐμβλαστήσεις τὰς ἐν ἀλλήλοις, ἐκ λανθανούσης ἀρχῆς ὑποληπτέον γίνεσθαι σῆψιν ἢ ἀλλοίωσιν. ἄλλως τε καὶ πολὺ διεστώσης, οὐκ εὔλογον. οἱ δὲ τρόποι τοιοῦτοι. λέγω δὲ λανθανούσης, εἰ ἐπιπέσοι σπέρμα καὶ ἔμβρυον γένοιτο, σῆψιν ἔχοντος γεώδη τινὰ τοῦ δένδρου. βλαστοίη γὰρ ἂν οὕτως ἕτερον ἐν ἑτέρῳ. ἀλλ᾽ ἡ τοιαύτη βλάστησις ὁμοία τῇ τῶν ἰξῶν. ἢ ὡς διὰ πλείονος ἐπὶ τῇ πλατάνῳ ἐκ τοῦ χαλκοῦ τρίποδος. μᾶλλον δὲ ἀμφότεραι τῇ ἐκ τῆς γῆς· οὐ γὰρ οἷόν τε φῦναι μὴ γεώδους τινὸς ἐνυπάρχοντος, ὥσπερ οὐκ ἐκ τῶν τοίχων τῶν λιθίνων, ἐὰν μὴ τοιαύτη τις συρροὴ γένηται καὶ σῆψις, ἐξ ἧς πέφυκε βλαστάνειν, ἔτι δ᾽ ὕστερον ἐπιρροήν τινα λαμβάνῃ τῆς τροφῆς. οὕτω γὰρ αὐτῶν ἡ αὔξησις· ἀλλὰ τὰ μὲν τοιαῦτα καὶ αὐτομάτως ἢ πάντα ἢ ἔνια γίνεται. τάχα δὲ καὶ σπερμάτων τινῶν καταρρυέντων ἅμα τῇ σήψει, καὶ συστάσει. δάφνη δὲ καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον, ἀπὸ τῶν καρπῶν. εἰ δ᾽ ἄρα καὶ τοῦτο ἀπὸ σήψεώς τινος, οὐδὲν διαφέρει πρὸς τὴν αἰτίαν. ἤδη ποτὲ δένδρον ἐκπεσὸν ὑπὸ χειμῶνος, ἀνέστη πάλιν αὐτόματον, ὥσπερ ἐν Φιλίπποις μὲν ἰτέα ἐν Ἀντάνδρῳ δὲ πλάτανος. καὶ τῆς μὲν, οὐκ ἐναφῃρέθη, πλὴν ὅσοι τῶν ἀκρεμόνων κατεκλά-

aliud ſimile eueniat. Quippe fructus maturi ſponte ruunt. Sed antequam fiant maturi, valenter adhærent. Quamobrem perticis oleas non percutiunt. Hæc igitur & cætera id genus, eiuſmodi primordia tum naturalia ex ſe ipſis, tum ex circumfuſo aëre capiunt. Nam & ligna quæ ſponte germen emittunt, ceu oleagina, & quicquid generis eiuſdem, quæ ad prodigia oſtentaque referunt, ratione non carent. Sunt enim natura viuacia, pronaque ad germen fundendum, ſuæ denſitatis humiditatiſque cauſa: quod cum extrinſecus liquoris aliquid ſenſerint, quamprimum germina edunt. Enimuero magna ex parte obruta, & locis humidis poſita germinant, præterquam ſi quid præciſum paulo poſt pullulauit: quod humorem in ſe aggregatum ſatis haberet, tempuſque vna germinandi proximum e[illegible] ſimile quodammodo ſcillæ euenit, [illegible] quæ ſuſpenſa germen emittunt. Pr[illegible] am illa, quæ de lignis naſcuntur: [illegible] quæ de abiete, quas lucinas augures vocant. Aëre namque mitigato atque remiſſo, hæc erumpere potiſſimum ſolent, vbi inteſtinus humor collectus, & exterus quoque occurrens, concreuerint, atque in rotundum conglobati fuerint. Adde his ſtatuas quæ exudant. Cœlo enim auſtrino humectoque ita afficiuntur, nec omnis, ſed in quibus aliquid tenuis humoris ineſt, vt cedrus, cupreſſus, olea. quæ quidem prodigia & oſtenta eſſe creduntur. Cæteros autem huiuſcemodi euentus, quos narrant, vt laurum aliquando in platano proueniſſe, aliaſque germinationes, quæ in loco alieno prouenerint, hæc omnina ex aliquo occulto primordio exoriri putandum eſt; putredine vel aliqua immutatione facta in in arbore. Ex primordio latente inquam, ſi ſemen delapſum excipiatur in arbore; comprehendaturque putredine aliqua ſubiacente terrena. Sic enim aliud in alio naſci & adoleſcere poteſt. Sed eiuſmodi germinatio viſco proxima eſt, aut platano: quanquam eſt longior, quę ex æneo prouenerit tripode. Vel potius hæc omnia germinationi proxima illi ſunt, quæ ex terra contrahitur. Nihil enim prodire poteſt, niſi aliqua terrena putredo anteceſſerit, ſicut neque ex parietibus quicquam prouenit, niſi confluxus aliquis putredoque talis fuerit, qua planta erumpere poſſit, atque etiam alimentum poſtea influat. Sic enim eorum incrementum accedit. Sed hæc ſponte quoque vel omnia vel certe aliqua fiunt. Forſitan & ſeminibus delapſis putredine collectioneq; humoris fauente pleraque exeunt. Laurus & quicquid eiuſmodi, fructu ſuo creatur. Verumtamen ſi hæc etiam ex putredine fiere poſſint, nihil ad cauſam refert. Quid quod arbor aliquãdo tempeſtate proſtrata, rurſus erecta, & vitæ reddita eſt? vt in Philippis ſalix, & Platanus in Antandro: quarum alteri nihil detractum eſt, præterquam pars ramorum, quæ in proſtratu perfracta fuerat. Alteri,

[illegible] ἐν τῇ πλάσει τῆς πλατάνου δὲ ἀφῃρέθη. καί τι περιετελέχθη. τὴν δ' αἰτίαν ὑπελάμβανον, ὅτι πεσοῦσα ἐπὶ θάτερον μέρος ἀνέσπασε πολλὴν γῆν, ἐπιγενομένου δ' εἰς νύκτα τότε πνεύματος ἐναντίου καὶ μεγάλου κινήσαντος αὐτὸ, διὰ τὸ ἐμπίπτειν τοῖς ἀκρέμοσι, ῥοπὴν ἐποίησεν ἐγκείμενον τὸ μέρος, καὶ κατέστα[illegible] ὤρθωσεν. οὕτω γὰρ συνέβη τῷ ἐν Φιλίπποις. τὸ δ' ἕτερον ἐκινήθη μὲν ὁμοίως, καὶ τὴν [illegible] ἀπεῖχε τῆς γῆς. διὰ δὲ τὴν περικοπὴν [illegible] αὔξην ῥᾷον. ἀλλὰ γὰρ ταῦτα μὲν ἴσως ἔξω φυσικῆς αἰτίας ἐστίν. ὑπὲρ δὲ τῶν ἐν αὐτοῖς τοῖς φυτοῖς ἐκ τῶν εἰρημένων πειρατέον μετιέναι καὶ θεωρεῖν.

teri, id eſt platano, rami amputati ſunt, & pars aliqua circumdolata. Cauſam hanc eſſe putarunt, quod arbos proſtrata parte altera plurimum terræ euulſerit: mox flatus noctu ingens aduerſuſque ſecutus eam in alteram partem flexerit, ramiſque occurrẽs ſeque inſinuans erexerit. Sic enim eueniſſe in Philippis proditum eſt. Reliqua vero permota pariter eſt, terræque non minorem euelleat partem: & quia detruncata eſt facilius exurgere potuit. Sed enim his nulla cauſa naturalis reddenda forſitan eſt. Quæ autem in ipſis plantis eueniunt, ex prædictis aſſequi, contemplarique tentandum.

ΚΕΦ. Ε.

CAP. V.

Quamobrem vuæ ſine vinaceis parentur, ac in eodem palmite vua nigra & alba naſcatur. Item cur varij fructus in eadem arbore, & cur mitiſcant terra obruti.

Ἐ[illegible]α δέ πως ἐστὶ τούτοις εἰπεῖν, ὅσα διὰ τέχνης καὶ παρασκευῆς γίνεται τῶν περιττῶν. ὑπὲρ ὧν φανερωτέρας ἄν τις ὑπολάβοι τὰς αἰτίας εἶναι, καθάπερ καὶ εἰσίν. ἀγιγάρτους μὲν γὰρ ποιοῦσι τοὺς βότρυς ἐξαιροῦντες τὴν μήτραν, ἀφ' ἧς γίνεται τὸ γίγαρτον. ἐκ τοῦ αὐτοῦ δὲ κλήματος φέρειν λευκὸν καὶ μέλανα βότρυν. ἢ ἐν αὐτῷ τῷ βότρυϊ τὰς τοιαύτας. τὰς δὲ τοιαύτας ὅταν συνέχοντες συνθλῶσιν ἑκατέρου τὸ ἥμισυ, πλὴν τοῦ κάτω μέρους, καὶ συνδήσαντες καταπήξωσι, σύμφυλοι γὰρ ἀλλήλοις. σύμφυλον μὲν γὰρ ἅπαν τὸ ζῶν τῷ ζῶντι, καὶ μάλιστα τὸ ὁμογενές. ὅταν ἀφελκωθῇ καὶ γένηται μία τις φύσις· ἑκάτερος δὲ καθ' αὑτὸν καὶ τὴν τροφὴν δίεισιν· ὥστε μὴ ἐπιμιγνυμένως ἀποδιδόναι τὸν οἰκεῖον καρπόν. ὅπερ καὶ οἱ ποταμοὶ ποιοῦσιν οἱ συμβάλλοντες ἀλλήλοις. ὥσπερ ὅτε Κηφισὸς ἐν τῇ Βοιωτίᾳ, καὶ ὁ Μέλας. ἑκάτερος γὰρ εἰς τὸν αὑτοῦ πόρον. ἐνταῦθα δ' οὐδὲν συμβάλλουσιν. ἀλλὰ παρ' ἀλλήλας ὀχετεύονται καὶ ῥέουσιν αἱ τροφαί. ταὐτὸ δὲ καὶ παραπλήσιον τούτῳ, καὶ ὅταν τὸ αὐτὸ δένδρον παντοδαπὰς φέρῃ ῥοάς, ἢ μῆλα. τῇ σφύρᾳ γὰρ οἷον μαλάξαντες τὰς ῥάβδους ἵνα συμφύωσιν, ἢ κατὰ τὴν ἀφέλκωσιν συνδήσαντες, ἐφύτευσαν· εἶτα γίνεται τὸ μὲν δένδρον ἐν τῇ συμφύσει, διατηρεῖ δ' ἕκαστον τὸ γένος, ἕλκον καθ' αὑτὸ καὶ πέττον τὴν τροφήν. οὐδὲν δὲ ἄλλο ἔχει τῆς συμφύσεως κοινωθείσης. σχεδὸν δὲ καὶ παρόμοιον τούτῳ καὶ ἐπὶ τῶν μειζόνων γίνεται, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν ἀγρίων τῇ φύσει. περιπλακεῖσα γὰρ συκῆ καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτόν ἐστι, συμφύεταί τε, καὶ ἓν ποιεῖ [illegible]έλεχος. καὶ τ[illegible]ταῦτα μὲν ἐξεπίτηδες ποιοῦσιν, ἔνια δὲ καὶ αὐτομάτως λαμβάνει τοιαύτην σύμφυσιν· ὅσα προσφιλῆ τε καὶ μὴ ἐναντία ἀλλήλοις. ὅταν γὰρ ἅπαξ συμπλακῇ, καὶ δέξηται, καθά-

SEquitur vt ea nunc explicemus, quæ arte, paratuque operoſo efficiuntur: quorum cauſas conſpectiores eſſe aliquis putet, quemadmodum certe ſunt. Vuas enim vinaceis vacuas faciunt detracta medulla palmitis, qua vinaceum gignitur. Palmes idem vuam nigram ſimul & candidam fert, & in eadem vua acina, alia nigra, alia candida cohærent, cum vtriuſque malleoli dimidiam partem ſuperiorem contuderint: deinde æqualiter compoſitos, arteque colligatos defixerint. Sic enim compages vna ex vtroque coagmentatur. Quippe cũm omne viuum cum viuo ſociabile ſit, & maxime quæ ſocietatem generis habent, cum colluxata in naturam conflantur vnicam. Sed vterque per ſe alimentum ſine confuſione tranſmittit: itaque fit vt fructus reddatur varius, prout vtrique conueniat. Quod etiam fluuij faciunt inuicem congredientes, vt Cephiſus, & Melas in Bœotia. Seruat enim vterque ſuum meatum, in his tamen nec inuicem alimenta iunguntur, ſed æque diſtantia deriuantur & perfluunt. Hæc eadem cauſa eſt, & cum arbor varia granata malaue fert. Virgas etenim malleo velut præmollientes, vt parte contuſa facilius inter ſe cohæreant, mox arctiſſime colligatas deponunt. Tum arbor vna ex coitu compoſitarum virgarum exurgit, ſed ſingulæ genus ſuum conſeruant, alimentumque per ſe trahunt atque excoquunt: nec aliud commune inter ſe quam mutuum illum complexum, coagmentationemque gerunt. Huic proximum & maioribus euenit, & maxime ijs quæ natura ſylueſtria ſunt. Ficus enim & quicquid generis eiuſdem, arboris complectens caudicem cohæret, atque vnam efficit molem. Quæ quidem partim homines de induſtria faciunt, partim ipſa ſponte vnitatem eiuſmodi capiunt, quæ ſcilicet non aduerſa inter ſe ſunt, ſed mutuo deuinciuntur amore.

περ φύσις τις αὕτη μία γίνεται, διὸ κἂν ἀφαιρῇ κἂν λύῃ τις, αὐαίνονται, καθάπερ καὶ τῶν μὴ ὁμογενῶν τὰ ὁμοβλαστῆ καὶ συντροφαγενόμενα ἀλλήλοις. ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἀναδενδράδος ἐλέχθη καὶ τῆς συκῆς. ἐπεὶ ὅσα γε βλάπτει, περιφυόμενα καὶ ἐμφυόμενα, καθάπερ ὁ κιττὸς, ἐκ τούτων οὐ γίνεται μία φύσις· αὐαίνεται γὰρ θάτερον. πολυφορεῖν μὲν οὖν τοῦτο διὰ ταύτας ὑποληπτέον τὰς αἰτίας. ὅμοια γὰρ τρόπον τινὰ καὶ ὥσπερ εἴ τις ἐνοφθαλμίσειε δένδρον ἓν ἀπὸ πλειόνων καὶ διαφόρων. ἀρχὰς γὰρ πεποίηκε, καὶ φύσεις πλείους ἀπὸ μιᾶς οὐσίας. ἐκεῖνο δὲ ἐξ ἀρχῶν πλειόνων μίαν οὐσίαν τῇ φύσει· τὰ δὲ τῶν καρπῶν μεγέθη τῶν κατορυττομένων ἐν ταῖς χύτραις, ὅταν κατάγωσι τοὺς ἀκρέμονας, οἷον ῥόων καὶ μήλων, εὐλόγως γίνεται. τότε γὰρ ὑπὸ τοῦ ἡλίου καὶ τοῦ ἀέρος ἀφαιρούμενον. ὑγρὸν ἡ χύτρα κωλύει ἀποστέγουσα, καὶ ἅμα τὴν ἐκ τῆς γῆς καρπὸς ἕλκει νοτίδα, δι' ἧς τρέφεται. τὴν γὰρ ἀπὸ τοῦ δένδρου ἐπιρροὴν οὐκ εὔλογον γίνεσθαι, πάρωρον οὖσαν, ἢ βραχεῖάν τινα πάμπαν. διὸ καὶ ὁ μὲν κόκκος οὐδὲν μείζων τῆς ῥόας γίνεται· τὸ δὲ σίδιον παχύτερον, ὡς οὐ διϊκνουμένης εἰς ἐκεῖνον τῆς τροφῆς. ἔοικε γὰρ ὁ οἰκεῖος χυλὸς τῇ φυσικῇ δυνάμει πάντων γίνεσθαι καὶ πεπαίνεσθαι. διὸ καὶ τὰ μῆλα χείρω καὶ ἀχυλότερα γίνεται. τὸ δὲ σίδιον καὶ ἐκ τῶν ἔξωθεν λαμβάνει αὔξησιν· ὡς ἀλλοτριώτερον τῆς φύσεως. ἡ δ' ὁλκὴ τῆς νοτίδος, ἐξ ἧς ἡ τροφὴ καὶ ἐπίδοσις, οὐκ ἄλογος, ὥσπερ τοῦ ἄρου καὶ ἑτέρων, ὥσπερ καὶ πρότερον εἴπομεν. ὁμοίως δὲ τοῦτο συμβαίνει καὶ ἐν τοῖς λαχάνοις· ἐφ' ὧν παχύνουσι τὰς ῥίζας, τῶν μὲν ἀφαιροῦντες τὰ φύλλα. καθάπερ τῆς ῥαφανίδος, ὅταν μάλιστα εὐαύξωσι τοῦ χειμῶνος, καὶ καταστάττοντες τὴν γῆν, ὥστε καὶ τὸ ὕδωρ ἀποστέγειν. ἐν γὰρ τῷ θέρει γίνονται θαυμασταὶ τῷ πάχει.

Vbi enim alterum complexum alterum ſit, velut natura vnica ex ambobus conſiſtit. Quamobrem ſiquis alterutrum detrahat vel diſſoluat, vtrumque exareſcat neceſſe eſt: ſicut & inter diverſigenera quæ ſimul enata educataque fuerint, vt de vite fico nupta, & ipſa marita retulimus, nam quæ complexu, aut obrependo nocent, vt edera: hæc naturæ vnitatem facere nequeunt. Alterum enim moriatur neceſſe eſt. Varios igitur fructus ab eadem produci arbore his de cauſis opinari conueniet. Res enim ſimilis quodam modo eſt, vt ſiquis arborem vnam ſurculis pluribus ac varij generis inſerat. Primordia enim naturaſque plures ab vna diffundet ſubſtantia: ſicut illæ ex primordijs pluribus natura vna conflatur. Fructuum magnitudo, quos ramis ſuis annexos ollis incluſos flexu ſequaci deductos in terram obruunt, ceu punicorum aut malorum, ratione contingit. Quantum enim humoris a ſole aereque detrahitur, olla coërcendo vtique ſeruat, & ſimul vaporem ex humo attrahit fructus, quo ſe alere poteſt. Arborem enim alimentum tranſmittere tam intempeſtiue, minus rationi conuenit, niſi admodum parce. Qua de cauſa granum punici nihilo maius effici poteſt: cortex autem in plenum craſſeſcit, ceu nihil ad illud alimenti perueniat. Succus etenim omnium proprius vi tantum naturali confici atque excoqui poſſe videtur. Quamobrem mala deteriora, inſipidioraque fiunt. At cortex granati vel extrinſecus recipit incrementum: vtpote qui minus naturæ conueniat. Vaporis vero attractio, qua nutrimentum profectuſque accedit, ratione minime caret, quemadmodum ari & cæterorum, quæ ante iam diximus. Pari modo & oleribus ſane euenit, quorũ radices olitores percraſſant folijs direptis quorumdam: vt raphani per hyemem cum maxime vigent, terraque aggerata, vt nec imbres poſſint admitti. Sic enim per æſtatem mira craſſitudine diſtenduntur.

ΚΕΦ. ϛʹ.

CAP. VI.

Qua cura colatur apium, curq; ei cachryliũ iungatur. Cur item fructus virides conſeruentur. Tum de cucumeribus præcoquibus: & quamobrẽ ſpeciem ſuam apium mutet.

ΤΟΥ δὲ σελίνου περιορύξαντες κάτω μέχρι τῶν ῥιζῶν, καχρύλιον περιλαμβάνοντες, καὶ ἄνωθεν τὴν γῆν. αἴτιον δὲ, ὅτι τὴν τροφὴν ἅπασαν αὗται λαμβάνουσι, καὶ οὐ διδόασιν εἰς τοὺς βλαστούς. μεριζομένης δὲ, πλείων ἡ αὔξησις. ὅσα μὲν οὖν παραβλαστητικὰ, οἷον κρόμμυα, ῥίζας ἑτέρας ἀφίησι, καὶ ἄλλα δὲ τῶν ἀγρίων. ἡ δὲ ῥαφανὶς μὴ οὖσα παραβλαστητικὴ, τροφὴν δὲ λαμβάνουσα, καὶ οὐ διαπέμπουσα εἰς τὸ ἄνω, παχύνεται καὶ μείζων γίνεται. τοῦ δὲ μὴ συμβαίνειν φθορὰν καὶ σῆψιν, ἡ ἐπίσαξις αἰτία τῆς γῆς, ἀποστέγουσα τὸ ὕδωρ, καὶ ὅλως πᾶν τὸ ἀλλότριον.

APium vero radice tenus circumfodientes cachrylio plene obducunt, mox inſuper terram accumulant. Ratio quod totum alimentum radices abſumunt, nec ad germina quicquam trãſmittunt: quod ſi diuidatur, plus increměti ſequatur, neceſſe eſt. Quæ igitur germen ab imis educere poſſunt, vt cepæ, & quædam alia generis ſylueſtris, radices mittunt. Sed raphanus, quia nullam vim germinandi ab imis obtinet, alimentumque capit, quod nõ ſurſum tranſmittere apta ſit: idcirco ſubtus craſſatur, ampliſſimaq; efficitur. Cauſa vero, vt nulla putredo, nulla corruptio accederet, humo congeſtitiæ darur, quam aquam arcet, & in totum, omne quod alienum eſt, admitti non patitur.

Apijs

τοῦ δὲ σελίνου τὸ καχρύλιον θερμὸν καὶ πυκνὸν ὄν, [illegible] μὲν τῇ πυκνότητι τὴν τροφήν· κατέχει καὶ οὐ διαδίδωσιν εἰς τὸ ἄνω, καὶ ἅμα τῇ θερμότητι καταπέττει. πολλῆς οὖν τροφῆς γινομένης καὶ πεττομένης, πολλὴ καὶ αὔξησις. παραπλήσια δὲ τούτοις καὶ τὰ περὶ τοὺς σικύους ἐστὶ καὶ τὰς κολοκύντας γινόμενα, κατά τε τὴν ἁπαλότητα καὶ τὴν [illegible] ἐάν τις μικρὰς οὔσας [illegible] μικρούς. οὐδὲν γὰρ ἀφαιρεῖται τῆς τροφῆς, ὁ δ' ἥλιος καὶ τὰ πνεύματα ἀναξηραίνει καὶ τοὺς ὄγκους ἐλάττους ποιεῖ, ὥσπερ καὶ τῶν δένδρων τὰ ἐν τοῖς προσηνέμοις καὶ εὐηλίοις. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ἐν τοῖς ἀγγείοις τιθέμενοι, καθάπερ ἐν νάρθηκι καὶ κα-[illegible] μὲν γὰρ τροφὴ πλείων, διὰ τὸ μήτ' ἀποπνεῖσθαι μήτ' ἐξηραίνεσθαι μηδέν. ἡ δ' αὔξησις εἰς μῆκος, καὶ διὰ τὸ εὐρεῖν τὴν τροφὴν εὐθυπορήσασαν, καὶ διὰ τὸ μηδὲν ἐναντιοῦν μηδ' [illegible]. ὁμοία δ' αἰτία καὶ τοῦ διαμένειν χλωροὺς ἐάν τις φυτεύσας περὶ φρέαρ, ὅταν ὦσιν ὡραῖοι καθεὶς ἀποστεγάσῃ. ἡ μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ ἡλίου καὶ τοῦ πνεύματος οὐ γίνεται ξηρότης. ἅμα δὲ καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ ὕδατος ἀτμὶς οἷον θάλλοντά τε παρέχει καὶ κωλύει ξηραίνεσθαι. τροφὴν δὲ λαμβάνοντα διαμένουσι φυομένων τῶν ῥιζῶν. ἔμβιοι δὲ γίνονται καὶ θεραπευόμεναι πλείω χρόνον. διὸ καὶ ἄν τις περιελὼν τὴν βλάστησιν, ὅταν καρποτοκήσωσι, περισάξῃ τὰς ῥίζας εὐμαλα τῇ γῇ, καὶ καταπαλήσῃ γίνονται πάλιν ἐκ τῶν ῥιζῶν σίκυοι καὶ πρωΐτεροι πολὺ τῶν σπειρομένων. ὅτι προϋπάρχει τὸ τῶν ῥιζῶν, ὅτι ἡ περίσαξις ἀλέαν παρέχουσα, θᾶττον ἀνιέναι ποιεῖ βλαστόν. μέγα γὰρ καὶ ἡ ἀλέα πρὸς τὸ πρωϊβλαστεῖν. σημεῖον δὲ καὶ τοῦτο φανερόν. ἐὰν γάρ τις χειμῶνος ἐν ταλάροις φυτεύσῃ σικύου σπέρματα, καὶ ἄρδῃ τε θερμῷ καὶ πρὸς τὸν ἥλιον ἐκφέρῃ καὶ πρὸς τὸ πῦρ τιθῇ, καὶ ὅταν ἡ ὥρα τοῦ σπείρειν καθήκῃ, σὺν αὐτοῖς τοῖς ταλάροις φυτεύῃ, πρώϊοι σφόδρα γίνονται· ταῦτα μὲν οὖν διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας συμβαίνει. τῷ δὲ σχήματι καὶ τῇ μορφῇ μεταβάλλει τὸ σέλινον, ἐὰν σπαρὲν καταπαληθῇ καὶ ἐπικυλινδρωθῇ. γίνεται γὰρ οὖλον διὰ τὸ μὴ διϊέναι τὴν βλάστησιν, ἀλλὰ διεξομοιοῦσθαι. ἐξομοιοῦται γὰρ ἐν ᾧ ἂν τεθῇ ἀγγείῳ. τοῦτο δ' ὅτι ἡ τροφὴ κωλυομένη καὶ ἀποστεγομένη τῷ πέριξ, φέρεται πρὸς τὸ ἐφελκόμενον καὶ εὐοδοῦν· οἷον γὰρ ὀχετεία τίς ἐστιν. ὥστε λαμβάνειν τὴν ὁμοιότητα τοῦ περιέχοντος. συμβαίνει δὲ τρόπον τινὰ καὶ ἐπὶ τῶν ζώων τοῦτο, κατὰ μικρότητα καὶ μέγεθος, βραχύτητα καὶ μῆκος. μεμορφωμένα γὰρ εὐθὺς ἐκεῖνα· ταῦτα δ' ἅμα τῇ γενέσει μορφοῦται. διὸ καὶ τὸ σέλινον ὅταν μεταφυτεύηται, κελεύουσιν ὁπηλίκον ἄν τις βούληται ποιῆσαι, τηλικοῦτον πάτταλον καταρύττειν. ὥστε καὶ πληροῦν πάντα τὸν τόπον τὴν ῥίζαν.

Apiis vero cachrylium iungitur, quia calidum denſumque eſt. Iuuat enim ad alimentum trahendum viſuæ vtique denſitatis. Idemque retinet, nec ſurſum tranſmittit, ſimulque ſui caloris beneficio poteſt conçoquere. Itaque cum alimenti copia large accedat percoquaturque, incrementum quoque large conſequitur. Eodem & ea pertinent, quæ cucumeribus cucurbitiſque quod ad mollitiem & incrementum eueniunt, ſiquis paruos paruaſque abſconderit. Sic enim nulla pars alimenti a ſole detrahitur, nec flatibus reſiccatur. Quibus cauſis moles augeri non poſſunt, ſicut etiam arboribus euenit, quæ in locis ſoli ventoque expoſitis ſunt. His illi quoque reſpondent qui in vaſe aliquo conduntur, vt qui in ferula vel tubo fictili includuntur. Plus enim alimenti præbetur, quoniam nulla pas exhalatur, nec exſiccatur. Creſcunt vero in longitudinem, & quia nutrimētum facilius recto tramite fluit, & quia nihil eſt, quod auocet aduerſeturque. Ratio ſimilis facit, vt virides quoque valeant perdurare, ſiquis apud puteum ſerat, cumque tempeſtiui iam ſunt dimiſſos in puteum bene operiat. Sic enim ſol afflatuſue haud quicquam ſiccare poteſt, & aquæ ſubditæ vapor aſcendens, facit vt nullam ſentiant ſiccitatem, ſed quaſi recenti habitu vireant. Durant autem diu ex pabuli facultate, quod radices aſſidue mittunt. Quippe radices diu viuere poſſunt cura adhibita. Quamobrem ſiquis poſtquam fructificarunt, germina decidat, & radices terra tuto operiat atque conculcet, rurſus ex eiſdem radicibus cucumeres depromentur, & multo maturius, quam qui e ſemine proueniunt: quoniam radix iam adeſt, & terra congeſta conculcataque, tepefaciens ſatis germen celerius elicit. Nam & tepor ipſe non parum confert ad præcoquem germinationem. Argumentū hoc quoque euidētiſſimum, quod ſiquis hyberno tempore ſemina cucumeris ſerat in calathis, rigetque aqua tepida, & ſoli exponat & igni admoueat, ac poſtea cum tempus ſeminādi fuerit totos cophinos demittat in terra, præcoques admodum faciet. Et hæc prædictas cauſas habent. Figuram autem & ſpeciem ſuam apium mutat, ſi ſatum conculcetur: cylindroque ſuperinuoluto coërceatur. Fit etenim criſpum, quoniam incrementum tranſire facile nequit, & vaſis quoq; in quo poſitum fuerit ſpeciem imitatur: quod propterea euenit, quia nutrimentum, cum prohibetur arceturq; a vaſe circumueniente, fertur ad id quod trahit, libertateque permeandi concedit: fit enim velut riuuli cuiuſdam deductio. Itaque ſpeciem vaſis ambientis capeſſit. Euenit hoc idem quodammodo & generi animalium in magnitudine, paruitate, breuitate, & longitudine. Quippe illa formata iam ſunt: hæc vero cum generentur, formam recipiunt. Quapropter cum apium transferre oportet, palum defigere tantum præcipiunt, quantum apium efficere libeat. Radix enim totum locum implere facile poteſt.

 Cap.

Quibus rationibus & radices & germina augeri contingat. Curque ſcilla & lentiſco inſerta melius proueniant. Cur item in ficu rutam ſerant. Quamque ob cauſam cinis radicibus congeratur, ſeminaque inuoluant ſtercore. Quæ ex ſeminibus ſtabiliora dulcioraque euadant. Tum quæ detractione immutentur.

Ὅμοιον δὲ τρόπον τινὰ τούτῳ καὶ ἡ τῶν ῥιζῶν αὔξησις ἐν τοῖς ἡμερώμασιν. εὐοδοῦσαι γὰρ καὶ ἔχουσαι τροφὴν, αὔξονται μᾶλλον καὶ εἰς μῆκος καὶ εἰς πάχος· ποιεῖ δὲ μεγάλας καὶ τὰς ῥίζας καὶ τὰς βλάστας. καὶ ἐὰν πλείω τις εἰς ταὐτὸ σπέρματα ξυνδήσας εἰς ὀθόνιον φυτεύσῃ. διὸ καὶ ἐπί τινων τοῦτο ποιοῦσι, καθάπερ ἐπὶ τοῦ πράσου, σελίνου, καὶ ἑτέρων. ἰσχύει γὰρ τὰ πλείω δηλονότι μᾶλλον, καὶ ἐξ ἁπάντων γίνεται μία τις φύσις. ἔνια δὲ κατὰ τὴν τῆς σπορᾶς ὥραν λαμβάνει μορφὴν ἀλλοίαν, οἷον ἡ γογγυλὶς ἂν εὐθύς τις ἀπὸ τῆς ἅλω φυτεύσῃ, πλατεῖα γίνεται. τοῦτο δὲ, ὅτι ῥιζοῦται καὶ διευρύνεται μᾶλλον. ὅσα δὲ ἐν σχίνῳ φυτεύουσιν ἢ σκίλλῃ, πάντα τῆς εὐβλαστίας ἕνεκα καὶ εὐτροφίας φυτεύουσιν. ἔχει γάρ τινα ἄμφω θερμότητα καὶ ὑγρότητα. καὶ γίνεται καθάπερ ἐμφυτεία τις. ὁμοίως δὲ καὶ εἴ τι ἕτερον ἑτέρῳ, καθάπερ τὸ πήγανον ἐν συκῇ· δοκεῖ γὰρ δὴ κάλλιστον γίνεσθαι. φυτεύεται δὲ παρὰ τὸν φλοιὸν παραπηγνύμενον, καὶ τῇ γῇ κατακρύπτεται. καὶ συμβαίνει δὲ τὸν ὀπὸν ἅμα τῇ τροφῇ, διὰ θερμότητα καὶ βοήθειάν τινα ἔχειν εὔκαιρον, ὥσπερ καὶ τὴν τέφραν παττομένην· εἴτ᾽ οὖν πρὸς τὸ μὴ σκωληκοῦσθαι τὰς ῥίζας, εἴ τε καὶ πρὸς τὸ τρέφεσθαι ἅλμῃ· ἔχει γάρ τιν᾽ ὁμοίαν θερμότητα. μέγεθος γὰρ γίνεται φακῶν καὶ ἐρεβίνθων. τῶν μὲν, ἂν ἐν βολίτῳ φυτεύεται τὸ σπέρμα· συνεκτρέχει γὰρ τῇ θερμότητι καὶ ξηρότητι τῶν ἐρεβίνθων, ἐὰν μετὰ τῶν κελύφων βρεχθέντες. ἔλαττον γὰρ τὸ ἀποσηπόμενον, καὶ ἡ τροφὴ πλείων ἡ πρώτη. πρώϊοι δὲ ἂν ἅμα τοῖς ἄλλοις σπαρῶσι. καὶ ταῦτα μὲν δὴ τὸ θαυμαστὸν ἔχει. καὶ ἔνια δοκεῖ γε παρὰ φύσιν. αἱ δὲ τοιαῦται μεταβολαὶ καὶ αὐτόματοι γίνονται, καὶ τέχνῃ παρὰ τὴν φύσιν· οἷον ἐπὶ τίφης καὶ ζειᾶς περιπλαττομένοις πυροῖς. ὥσπερ ὅσα καὶ τῶν σπερμάτων ἢ ἐν λίτρῳ προβρεχόμενα· πέφυκε γὰρ οἷον ἂν σπαρῇ, τοιοῦτον καὶ γεννᾶν. σπείρεται δὲ διαλλοιωμένον, καὶ μεταβεβηκός. ἐν ἀμφοῖν δέ πως ἐν ἅπασι συμβαίνει μετακινεῖσθαι τὴν ἀρχήν· ἔνθα μὲν κατὰ τὸ ποιὸν, ἔνθα δὲ κατὰ τὸ ποσὸν, καθάπερ ταῖς τίφαις καὶ ζειαῖς· καὶ τῶν μορίων τι μὴ ἔχειν. ὅπερ ἐξ ἀρχῆς μὲν περιαιρεθὲν οὐκ ἀδυνατεῖ γεννᾶν. πλεονάκις δὲ τοῦτο παθοῦσα καὶ ὥσπερ τελέως γυμνωθεῖσα καὶ παθητικωτέρα γινομένη, τῷ τε ποιῷ μεταβάλλει, καὶ τὸ

HVic proxima quodammodo eſt in magnandis arboribus radicum auctio. Cum enim tranſire libere poſſint, alimentique obtinere copiam, amplius tum in longitudinem tum in craſſitudinem augeſcunt. Nec non & qui ſemina plura in linteolo colligata ſeuerit; radices & germina faciat ampliora. Quamobrem ſerere quædam hac ratione conſueuerunt: ceu porrum, apium, atque alia quædam. Plus enim valent, quæ plura, atque ex his omnibus natura vna conſiſtit. At ſunt, quæ vi temporis quo ſeruntur diuerſam ſpeciem aſſumunt: ſicut rapa, ſi quis protinus ex area ſerit ampla efficitur. Quod ideo fit, quia [illegible] radicatur dilataturque amplius. Meliora euadunt & quæ lentiſco aut ſcillæ inſerta terræ mandantur: habet etenim vtraque humorem, caloremque aliquem, & fit velut inſitio quædam. Omnino quicquid in alio ſeri poteſt melius redditur, ſicut ruta in fico: ſic enim optimam poſſe fieri creditur. Cortici infixam ſerere & terra occultare conſueuere. Euenit namque vt humor lacteus ille fici, ſuper alimoniam auxiliari quoque ſuo calore valeat opportune. Sicut & cinis congeſtus radicibus. Siue ne radices vermiculentur, ſeu etiam ſalſugine coaleſcant. Habet enim ſimilem quandam vim calefaciendi. Quippe lentis amplitudo efficitur, ſi ſemen ſtercore bubulo inuolutum ſeratur. Facit enim ad nutritionem calor & ſiccitas ſtercoris. Ciceris autem ſi cum putaminibus aqua præmaceratum ſeratur. Minus etenim eſt quod putreſcat, alimentumque primum largius miniſtratur, & ſi cum cæteris ſeratur, maturius veniet. Hæc admiranda & penitus a natura negata putantur. Verumtamen mutationes eiuſmodi ſponte quoque & arte præter naturam eueniunt: vt in tipha, & ſemine tritico obducto. Sicut etiam quæ ex ſeminibus coctiliora nitro præmacerata euadunt, aut quæ melle lacteue pari ratione macerata dulciora redduntur. Quale namque ſemen terræ committitur, tale quoque progenerare aptum eſt. Committitur autem alteratum & commutatum. Duabus enim in rebus quodammodo principium omnium immutatur, id eſt, aut in qualitate aut in quantitate: ceu thiphæ & ſemini, quod pars aliqua deſit. quæ ſi detrahatur principio, generationem minus impediet. Sed ſi exempta ſæpius ſit, & velut penitus ſemen diſpolietur, magiſque ad patiendum idonea fiat, tum in qualitate mutatur, nec eandum multitudinem paleæ retinet.

ἀληθὲς οὐκ ἴσχει τοῦ ἀχύρου· συμβαίνει δὲ καὶ μορίων τινῶν ἀφαιρουμένων ποιεῖν τινα διαφοράν· ὥσπερ τὰς ἀμπέλους, ὅταν ἡ μήτρα τοῦ κλήματος ξυσθῇ, τοὺς βότρυς ἀγιγάρτους εἶναι· καὶ πίστιν ταῦτα παράσχοιτ' ἂν ἴσως, τοῖς ἀφ' ἑκάστου τῶν μερῶν λέγουσιν ἀπιέναι σπέρμα. λύσις δ' ἥπερ εἴρηται καὶ ἐπὶ τῶν ζώων. αἱ μὲν οὖν μεταβολαὶ διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας.

Euenit quoque alijs, vt partibus quibuſdam detractis nonnihil differentiæ oriatur, ſicut viti, palmitis medulla exempta, ſicut vua ſine vinaceis gignitur. Quod quidem fidem nonnullam illis forſitan faciat, qui ſemen a parte vnaquaque tranſmitti aſſerunt. Sed huius ſolutio eadem eſt, quam de animalibus diximus. Hæc igitur propter prædictas cauſas commutari putandum.

ΚΕΦ. Η.

CAP. VIII.

Quamobrem ſiſymbrium in mentam, & ocinum in ſerpyllum tranſeat. Quæ in aliam ſpeciem tranſeant: vt eruca in aureliam, atque ea in papilionem.

Ἡ δὲ τοῦ σισυμβρίου εἰς μίνθαν, ὥσπερ ἐναντία δι' ἀργίαν γινομένη. συμβαίνει γὰρ ὅταν μηδεὶς ἐξεργάζηται μηδ' ἀποδιδῷ τὴν οἰκείαν θεραπείαν, καὶ ῥιζοῦσθαι μᾶλλον εἰς τὸ κάτω, ῥιζούμενον δὲ καὶ τὴν δύναμιν ἐκεῖσε τρέπον, ἀσθενέστερον εἴωθε γίνεσθαι, καὶ τὴν δριμύτητα ἀποβάλλειν τῆς ὀσμῆς· ὥσπερ ἐξ ἀμφοτέρων ἡ ὁμοιότης τῆς τε βλάστης καὶ τῆς ὀσμῆς. τῆς γὰρ δριμύτητος ἀφαιρουμένης, ἡ καταλοιπος ὀσμὴ μαλακή τις οὖσα καὶ ἀνειμένη, προσεμφερὴς τῇ μίνθῃ γίνεται· διὸ καὶ μεταφυτεύειν κελεύουσι πολλάκις ὅπως τοῦτο μὴ συμβαίνῃ. καὶ τοῦ μὲν σισυμβρίου, τοιαύτην τὴν αἰτίαν ὑποληπτέον. τὸ δ' ὤκιμον τὸ ἐνηλίῳ πολλάκις κείμενον ἀφερπυλοῦται. διὰ τὸ καταξηραίνεσθαι μᾶλλον. καὶ γὰρ τὸ φύλλον ἔλαττον γίνεται, καὶ ἡ ὀσμὴ δριμυτέρα τῶν ξηρῶν. ἐλάττων γὰρ καὶ ἡ τροφή. δεῖ δὲ τὰς μεταβολὰς τοιαύτας ὑπολαμβάνειν, ὡς ἂν ὁμοιότητά τινα ἐχούσας, οὐχ ὡς τελείας· ἡ δὲ λεύκη πλατυφυλλότερόν τε τῆς αἰγείρου καὶ λειοφλοιότερον καὶ τὸ ὅλον εὐτροφώτερον· ἀπογηράσκουσαν δὲ καὶ ἐλάττονι τροφῇ χρωμένην, οὐκ ἄλογον καὶ τὸ φύλλον στενότερον καὶ τὸν φλοιὸν τραχύτερον ἔχειν· καὶ εἴ τι ἄλλο συνακολουθεῖ τοῖς μὴ ὁμοίως εὐτρόφοις. τὸ δ' ὅλον οὐκ ἄγαν ἴσως τὸ συμβαῖνον θαυμαστόν, τό, τε εἰς τὸ σύνεγγυς καὶ εἰς τὸ ὅμοιόν πως μεταβάλλειν καὶ τὸ ὁρμᾶν. καὶ ἐπί γε τῶν ζώων γινομένας τοιαύτας τινὰς μεταβολάς, τὰς μὲν, κατὰ τὴν γέννησιν· οἷον ἐπ' ἄλλων καὶ ἐπὶ τῶν καλουμένων ψυχῶν· ἐκ κάμπης γὰρ χρυσαλλίς· εἶτα ἐκ ταύτης ἡ ψυχή. τοῦτο γὰρ ἐπὶ τῶν ψυχῶν οὐδενὸς δὲ ἄλλου συμβαίνει. τῶν δὲ, καὶ τελειωμένων ἤδη κατὰ τὰ πάθη καὶ τὰς διαθέσεις τοῦ σώματος, αἳ γίνονται διὰ τὰς ἐπετείους ὥρας, ὥσπερ ταῖς ὄρνισιν. ἐπὶ τούτων γὰρ μάλιστα καὶ λέγεται, καὶ ἔνδηλος τῶν χρωμάτων μεταβολὴ καὶ τῶν ὅλων σωμάτων, ὥστε δοκεῖν ἑτέρας εἶναι. ταῦτα μὲν οὖν ὥσπερ εἴρηται φυσικῶς ὑποληπτέον. τὰ δ' ἐξ ἀρχῆς λεγόμενα μᾶλλον κατὰ φύσιν.

Siſymbrij vero mutatio in mentam, velut prædictis oppoſita ſcelicet eſt, cum ex neglectu eueniat. Fit enim, cum quis non excolit, neque curam ſolitam adhibet, vt radices amplius deducantur. Quam in partem vi tota conuerſa debilior pars ſuperna fit: odoriſque ſui vehementiam amittit, quaſi ex ambobus illis, germine atque odore, ſimilitudo proueniat. Quippe acritudine exoleſcente reliquus odor, quia mollis remiſſuſque eſt, proxime ad mentam accedit. Quamobrem transferre ſæpenumero iubent, ne iſtud eueniat. Hæc ſiſymbrij cauſa eſt. Ocimum autem, quod loco ſoli expoſito ſitum eſt, tranſit in ſerpyllum, quia vehementer ſiccatur. Folio namque minus odoreque vehementius redditur. Quippe cum alimenti quoque minus habeant, quę ſicca ſunt. Sed eiuſmodi mutationes ita euenire putandum, vt aliquid ſimilitudinis faciant, non vt omnino ſpeciem exprimant alienam. Populus alba, fronde latiore, cortice læuiore, atque omnino ſucco lætiore, quam nigra eſt: ſed eadem in ſenecta ob alimenti inopiam haud procul eſt a ratione, vt & frondem anguſtiorem, & corticem ſcabriorem habeat: & quicquid euenire ijs ſoleat, quæ non æque alimento abundant. Omnino fortaſſe mirum non minus eſt, quod in hac euenit, cum in proximum atque ſimile quodammodo tranſeat. Nam & in animalibus mutationes eiuſmodi pleraſque videmus, & alias quidem in generatione, vt cum in cæteris tum in ijs quos papiliones vocamus. Enimuero ex eruca aurelia naſcitur, mox ex ea papilio. Id enim non alijs, quam papilionum generi euenit. Alias in ijs, quæ perfecta jam ſunt tum affectione, tum diſpoſitione corporis perſpicua, quas anni tempora faciunt, ceu in auibus. Quippe in his potiſſimum & dicitur, & conſpicua eſt colorum, integrorumq; corporum immutatio, vt eſſe aliæ videantur. Hæc igitur, (vt dictum iam eſt) naturali tribui rationi par eſt. At quæ principio dicimus, ſecundum naturam potius euenire exiſtimandum eſt.

ΚΕΦ. Θ. — Cap. XI.

De morbis corruptioneque plantarum. Præterea morborum initia aut intrinſecus contrahi, aut extrinſecus.

Ἀκόλουθα δέ πως τοῖς εἰρημένοις καὶ ὥσπερ ἐσχάτης θεωρίας, περὶ νοσημάτων καὶ φθορᾶς εἰπεῖν. ἀμφοτέρων δὲ μετέχονται καὶ τῶν κατὰ φύσιν καὶ τῶν παρὰ φύσιν. φθοραὶ μὲν γὰρ εὐθὺς αἱ μὲν, οὕτως, αἱ δ' ἐκείνως λέγονται. νόσοι δὲ, τῇ μὲν ὅλως δόξαιεν ἂν εἶναι παρὰ φύσιν· ἔκβασις γάρ τις ἀεὶ καὶ σύγχυσις τοῦ κατὰ φύσιν ἡ νόσος· τῷ δ' εἰωθέναι καὶ πολλάκις συμβαίνειν, κατὰ φύσιν λέγομεν. ὁμοίως ἔντε ζώοις καὶ φυτοῖς αὐτὰ ταῦτα διαιροῦντες τὰ βίαια πάθη, καὶ φανερῶς ἀπὸ τῶν ἔξωθεν αἰτιῶν, οἷον τραυμάτων καὶ πληγῶν. τὰ γὰρ ὑπὸ ψύχους ἢ καύματος ἤ τινος ἑτέρου συμβαίνοντα τῶν ἐν τῷ ἀέρι παθημάτων, λέγομεν παρὰ φύσιν. καί τοι βίᾳ γέ πως καὶ ταῦτα καὶ ἀπὸ τῶν ἔξωθέν ἐστιν. ἀλλὰ γὰρ τοῦτο μὲν, οὔτ' ἴδιόν ἐστιν ἐπὶ τῶν φυτῶν ἀλλὰ ἐπὶ τῶν ζώων, οὔτε διάφορον πρὸς ὃ νῦν ζητοῦμεν. τῶν δὲ νόσων ἀρχαὶ καθάπερ τοῖς ζώοις ἢ ἀπ' αὐτῶν, ἢ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν. καὶ ἡ φθορὰ, ἢ ὅλως ἢ εἰς καρπογονίαν. ἀπ' αὐτῶν μὲν, ὅταν ἢ πλῆθος, ἢ ἔνδεια τῆς τροφῆς, ἢ ποιότητος. ἀπὸ δὲ τῶν ἔξωθεν, ὅταν ἢ χειμῶνες ὑπερβάλλοντες, ἢ καύματα, ἢ ἐπομβρίαι, ἢ αὐχμοὶ, ἢ ἄλλη τις δυσκρασία τοῦ ἀέρος. ἔτι δὲ ὅσα διὰ πληγὴν, ἢ ἕλκωσιν, ἢ σκαπάνην, * ἧς ἡ τομὴ, ἢ διὰ καθάρσεως ἢ ἐξαλλαγῆς ἢ τοιαύτης αἰτίας. ὥστ' ἔνιαι καὶ ἀπὸ τοῦ δαίμονος συμβαίνουσι. καθάπερ ἡ χαλαζοκοπία. εἰ δὲ καὶ ἡ ἔνδεια καὶ ὑπερβολὴ τῆς τροφῆς τῶν ἔξωθεν ὥς τινές φασιν, οὐδὲν διαφέρει· πάντα δὲ ἰσχύει μᾶλλον τὰ ἀπὸ τοῦ ἀέρος ἐν τοῖς ἀσθενῶς διακειμένοις. τὰς γὰρ ὑπερβολὰς ἧττον δύνανται φέρειν. ἀσθενεστάτη δὲ διάθεσις μελλόντων τε καὶ ἀρχομένων βλαστάνειν. καὶ πάλιν μετὰ τὴν καρπολογίαν ὥσπερ ἐξηρημένων· τότε γὰρ ἐν μεγίστῃ μεταβολῇ. διὸ καὶ τὰ ἄγρια μάλιστα πονεῖ περὶ τῆς βλαστήσεως, ἢ ὑπ' αὐτὴν τὴν βλάστησιν, ὅταν χαλαζοκοπηθῇ, ἢ πνεῦμα τι ἐπιγένηται ψυχρὰ σφόδρα ἢ θερμά. κρατεῖται γὰρ ταῖς ὑπερβολαῖς. οἱ δ' ὡραῖοι χειμῶνες, ὠφελοῦσι καὶ τὰ ἄγρια καὶ τὰ ἥμερα. καὶ γὰρ ἰσχὺν ἐμποιοῦσι καὶ τῇ πιλώσει καὶ πυκνώσει καὶ εὐβλαστίαν. ταῦτα μὲν οὖν ἀμφοῖν κοινά.

Sequitur, vt loco poſtremæ contemplationis de morbis & corruptione plantarum loquamur, quæ quidem ratio euentus ancipitis eſt, quoniam & ſecundum naturam & præter naturam fit. Plerunque enim corruptiones alias ſecundum naturam euenire, omnes dicere ſolent. Morbus autem partim omnino præter naturam eſſe videri poſſit: eſt enim diſceſſus quidam atque perturbatio rei, quæ ſecundum naturam eſt: partim, quia ſolitus eſt, & ſæpenumero accidit, ſecundum naturam eſſe aſſerimus. Eodem modo in animalibus pariter & plantis, affectiones ſcilicet diſcernendo eas quæ violentæ ſunt planeque extrinſecus veniunt, id eſt vulnerum plagarumque cauſa. Quæ enim algore, aut ardore, aut aliqua ratione aëris accidunt, hæc præter naturam eſſe nunquam cenſemus: quamuis ea quoque violenta quodammodo atque extrinſecus ſint. Sed enim hoc neque proprium plantarum generi datur, cum & in animalibus idem ſit; neque refert ad eam rem, quam in præſentia quærimus. Morborum autem initia, ſicut & in animalium genere, vel intrinſecus vel extrinſecus contrahuntur. Et corruptio quoque pari ratione exoritur, aut in totum, aut certe quoad minus poſſint fructificare. Intrinſecus inquam, cum nutrimenti copia vel inopia fuerit, aut qualitatis plus minuſue acceſſerit: extrinſecus autem, cum aut frigora ſupra modum, aut æſtus, aut imbres, aut ſquallores, aut aliqua cœli grauitas fuerit. Adde plagas, & vlcera, quæ ligone, vel falce, vel aliqua eiuſmodi cauſa veniunt. Nam & a Dijs non nulla euenire creduntur, qualis eſt grando. At ſi inopia quoque fœcunditaſue alimenti extrinſecus fit, vt placet quibuſdam, nil refert. Omnia vero, quæ ab aëre veniunt, vehementius imbecilliora infeſtant, vtpote quæ minus tolerare exceſſum valeant. Infirmiſſima vero ſunt, cum primum turgeſcunt atque germinare occipiunt, deinde cum fructum crearunt, quaſi humor deſierit. Tum enim ſumma mutatio eſt. Qua de cauſa genus agreſte maxime ante germinationem, aut ſub ipſam germinationem laborat, vbi grando, aut flatus prægelidus vel præferuidus inuaſit: vincuntur enim ab intemperie. Hyems tempeſtiua prodeſt tam agreſtibus quam ſatiuis. Facit enim conſtipando & condenſando, vt magis valeant: atque proinde vt melius germinent. Hæc igitur amborum generi communia intelligere licet.

ΚΕΦ. Ι. CAP. X.

Agreſtium plantarum morbos tradi nullos, ſed vrbanarum complures: atque alios carere nomine, alios nominari: ceu ſcabiem, radicationem, ſiderationem, vermiculationem.

Νοσήματα δὲ τῶν ἀγρίων οὐ λέγεται. τῶν δ' ἡμέρων λέγεται πλείω. τάχα δὲ καὶ ἔστι διὰ τὴν ἀσθένειαν. ὧν τὰ μὲν ἀνώνυμα, τὰ δ' ὠνομασμένα. καθάπερ ἡ ψώρα, καὶ ὁ σφακελισμός, καὶ ἀστρόβλητα καὶ σκωληκόβρωτα γίνεσθαι. ἀστρόβλητα μὲν οὖν μάλιστα γίνεται τὰ φυτὰ καὶ οἱ μόσχοι, διὰ τὴν ἀσθένειαν. συμβαίνει δὲ τὸ πάθος, ὅταν ἡ γῆ ξηρανθῇ, καὶ μὴ ἔχωσιν ἕλκειν ὑγρότητα. διὸ καὶ ὑπὸ ἄστρον πλεῖστα. τὰ δὲ πρεσβύτερα διὰ τὴν ἰσχὺν ἀντέχει τε μᾶλλον, καὶ ἕλκει πόῤῥωθεν. ἔτι δ' ὑγρότης ἡ οἰκεία πιοτέρα τε καὶ λιπαρωτέρα καὶ πρωϊκωτέρα τῶν νέων. καὶ ὅσα ἂν προδείξωσι, πάντ' ἐκφέρουσιν. ὅλως δὲ πᾶσαν μεταβολὴν ἧττον δύναται τὰ ἀσθενέστερα φέρειν. ὑπὸ δὲ τὸ ἄστρον καὶ διυγραίνεταί πως μᾶλλον τὰ δένδρα, καθάπερ πρότερον ἐλέχθη. διὸ καὶ ἡ ἐπιβλάστησις. ἡ μὲν οὖν ἀστροβολία διὰ ταῦτα συμβαίνει, καὶ ἔτι διὰ τὰς πληγὰς τὰς ἔξωθεν καὶ τὰς ἑλκώσεις. ἀσθενέστερα γὰρ καὶ ταῦτα γίνεται. καὶ ἐπὶ πλεῖον αὐτῶν αἱ δυνάμεις διικνοῦνται. σκωληκοῦται δὲ μᾶλλον τὰ πρεσβύτερα. συμβαίνειν δὲ δοκεῖ καὶ τοῦτο τὸ πάθος, ἢ διὰ ἑλκώσεις τῶν περισκαπτομένων· ἢ ὅταν ἐκδιψήσῃ, διὰ τοὺς αὐχμούς. ἐκ μὲν γὰρ τῆς πληγῆς σήπεται. διελκούμενα δὲ τῇ σήψει ζωογονεῖ. καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα. ἐκ δὲ τοῦ διψῆσαι, διὰ τὸ ἔλαττον ἔχειν τοῦ συμμέτρου τὸ ὑγρόν. οἷον γὰρ ἔκστασις γίνεται τῆς ἐκφύσεως ἐν δὲ τῇ ἐκστάσει, μεταβολὴ καὶ ἀλλοίωσις. ἐν δὲ τῇ μεταβολῇ, διὰ τὴν σῆψιν ἡ ζωογονία. συμβαίνει δὲ καὶ τοῦτο καὶ ἐν ταῖς ἀφαυαινομέναις. ἐνισχύει γὰρ τότε τὸ θερμόν· σκωληκοῦνται δὲ μάλιστα αἱ μηλέαι. διὸ κἂν τοῖς ἐμπύροις, φαῦλαι. ταχὺ γὰρ αἱ ῥίζαι ξηραίνονται.

Agreſtium morbi nulli tradentur. Sed vrbanorum complures, & forſitan ita eſt propter infirmitatem horum. Alij nomine vacant, alij nominantur, ceu ſcabies, radicatio, ſyderatio, vermiculatio. Syderantur præcipue plantæ nouellæ ac ſurculi ſuæ cauſa imbecillitatis. Quod accidit, cum ſiccata tellure humorem trahere nequeant: quapropter plurima pereunt ſub ſidus. At maiores ætate vtpote validiores, magis reſiſtunt & alimentum eminus trahunt. Item humor in veteribus pinguior & ad fructificandum maturior, quam in iuuenibus eſt: quæque oſtenderint, cuncta educant. Omnino mutationem minus ſufferre poſſunt, quæ imbecilliora ſunt. Necnon & humeſcunt quodammodo magis ſub ſidus arbores, vt ante retulimus. Quamobrem eo tempore germinum germinatio accedit. Syderatio his de cauſis accidit, atque etiam ictu iniurioſo & vulnere. Nam ea quoque ratione infirmiora redduntur. Vermiculantur magis quæ ætate prouectiores ſunt, quod & ipſum euenire videtur iniuria circumfodientium, aut cum ſiti propter ſqualorem laborauerint. Quippe ex ictu putreſcũt, vlcerataq; vermes per famem creant. Quemadmodũ & alijs omnibus euenit. Sitis autem idem propterea facit, quia minus humoris quam ſatis ſit, habeant. Fit enim velut alienatio a natura: alienationem mutatio atque alteratio ſequitur: mutatione animal ex ſanie gignitur. Accidit hoc & illis quæ areſcunt: ſic enim calor redditur efficacior. Vermiculantur maxime mali, quamobrem in locis feruidis obnoxiæ ſunt: radices enim breui ſicceſcunt.

ΚΕΦ. ΙΔ. CAP. XI.

Publicos maxime omnium morbos vermiculationem, & ſyderationem. Tum quæ magis minuſue his infeſtentur. Item vbi ſphaceliſmum fieri dicant.

Κοινότατα δὲ φαίνεται τῶν νοσημάτων εἶναι τοῦτό τε καὶ ἡ ἀστροβολησία. πάντα γάρ, ὡς εἰπεῖν, σκώληκας ἴσχει. πλὴν τὰ μὲν πλείους καὶ θᾶττον ἀπόλλυται. καθάπερ μηλέα. συκῆ. ἄπιος, τὰ δ' ἐλάττους καὶ βραδύτερον· ἥκιστα δὲ σκωληκοῦται τὰ δριμέα. οὐχ ὅτι ἄσηπτα μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ ἡ δριμύτης κωλύει ζωογονεῖν. σημεῖον δὲ τὸ τῆς δάφνης. αὕτη

Communis tamen omnium maxime morbus prædictus hic, atq; ſideratio videntur eſſe. Nulla enim fere ſunt, quæ non vermibus infeſtentur. Alia tamen pluribus celeriusque intereunt: vt malus, ficus, pirus. Alia paucioribus atque ægrius moriuntur. Minime vermiculantur quæ acerba & vehementia ſunt: non modo quia minus putreſcunt, verumetiam quia acerbitas partum animalium

prohi-

μὲν γὰρ σήπεται ταχέως. σκωληκοῦται δ' οὐχ ὁμοίως. ἐπεὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐρινεὸς ὁμοίως τῇ συκῇ· δριμύτερος γὰρ ὁ ὀπός. ὁπόσα γὰρ γλυκέα σήπεται θᾶττον. εὐμετάβλητος γὰρ ὁ χυμὸς ἀσθενέστερος ὤν. διὸ καὶ αἱ μηλέαι, καὶ αἱ ῥόαι μᾶλλον αἱ γλυκεῖαι τῶν ὀξέων πάντων δὲ αἱ ἠριναὶ μᾶλλον, διὰ τὴν ἀσθένειαν τοῦ τε χυλοῦ, καὶ τῆς ὅλης φύσεως. ἐν σχίνῳ δὲ φυτευόμενα, πάνθ' ἧττον σκωληκόβρωτα. διά τε τὴν θερμότητα καὶ τὴν ὀσμήν. ταῦτα μὲν οὖν τὰ νοσήματα συμβαίνει διὰ τὰς ῥηθείσας αἰτίας. οἴονται δέ τινες καὶ τὸν σφακελισμὸν ἀπὸ τῶν πληγῶν καὶ τῶν ἔξωθεν γίνεσθαι τραυμάτων, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ζώων. μετενεχθῆναι γὰρ τοὔνομα καὶ τὴν ὁμοιότητα τοῦ πάθους. οὐ μὴν ἔοικεν ἀληθὲς, οὐδὲ τοῦτ' ἐπὶ πάντων, εἴπερ ὁ ἐρέβινθος ἀπόλλυται σφακελίας, ὅταν ἀνθοῦσιν ὕδωρ ἐπιγινόμενον ἐπικλύσῃ τὴν ἅλμην. τὸ γὰρ ἔφαλμα οἷον σφακελίζειν ἐστί. φαίνεται δὲ καὶ ἄλλα χωρὶς πληγῆς πάσχειν τοῦτο τὸ πάθος. ἔνιοι δὲ καὶ τὸ ἀστροβολεῖσθαι, σφακελίζειν καλοῦσι. τοῦτο μὲν οὖν τάχα ὀνόματος ἂν εἴη διαφορά. δι' ὑπερβολὴν γὰρ καὶ ἔνδειαν τροφῆς οὕτως ἀπόλλυται τὰ δένδρα· τάχα δὲ μᾶλλον δι' ἀπεψίαν, καὶ διὰ τὴν τῶν ἔξωθεν δύναμιν. οἷον ὅταν μετὰ τὴν καρποτοκίαν λεπτῆς οὔσης ἔτι τῆς ὑγρότητος διὰ τὴν ἀσθένειαν ἐπιγένηται πάγος ἰσχυρός. ἀποθνήσκει γὰρ καταψυχόμενα. τὸ γὰρ ὀρρῶδες λεπτὸν ψυχρὸν, τὸ δὲ παχὺ καὶ ὥσπερ πῖον, θερμόν. αὕτη μὲν οὖν εἴτε διὰ πλῆθος, εἴτε δι' ἀπεψίαν, εἴτε δι' ἄμφω, καὶ ἔτι ἀσθένειαν ἡ φθορά.

prohibet. Argumento laurus eſt, quæ cum breui putreſcit non breui vermiculatur. Nam ea de cauſa nec caprificus ſimiliter atque ficus putreſcit: lac enim eius acerbius eſt omnino. Quæcunque enim dulcia ſunt, celerius putreſcunt, etenim ſuccus eorum mutationem facilius recipit: quoniam imbecillior eſt. Hinc mali, & punicæ dulces magis putreſcunt, quam acidæ, & omnium maxime vernæ: ſucci ſcilicet imbecillitate, atque totius naturæ. Omnia quæ lentiſco inſerta terræ mandantur, minus vermiculationem ſentiunt, odoris caloriſque cauſa. Genera hæc morborum cauſis prædictis veniunt. Quidam & ſphaceliſmum, id eſt morbum radicis, extrinſecus plagis atque vulneribus fieri aiunt, vt in animalium genere. Tranſlatum enim id nomen a ſimilitudine illius vitij eſt. Sed minime in omnibus verum hoc eſſe videmus: ſiquidem cicer radicitus mareſcens intereat, cum in flore ſalſuginem imber eluerit. Enimuero iactura ſalſuginis velut ſphaceliſmus eſt. Quin & alia pleraque ſine ictu vitio illo videntur ægreſcere. Et ſiderationem ſphaceliſmum quidam appellant. Sed hoc nominis forte differentia eſt. Copia enim alimenti nimia vel inopia arbores eo quoq; modo intereũt. Ni forte ſucci potius cruditate, ac vi extrinſecus occurrente: vt cum poſt fructificationem humore adhuc tenui cauſa imbecillitatis gelicidiũ vehemens conſecutum ſit. Hac etenim ratione intereunt: quippe ſuccus ſeroſus & tenuis, frigidus & craſſus, & tanquam pinguis, calidus eſt. Igitur hæc corruptio accidit ſiue copia, ſiue cruditate, ſiue etiam vtraque ratione, atque etiam imbecillitate placuerit.

ΚΕΦ. ΙΒ.

CAP. XII.

De alijs quibuſdam morbis, vt ſquallore. De morbo ficus qui glabratio dicitur. Deque articulatione vitium morbo. Item de ſcabie, impetigine, roratione.

Δι' ἔνδειαν δὲ κατ' ἄλλον τρόπον. καὶ ὅταν αἱ ῥίζαι μετέωροι γένωνται καὶ ἐπιφανεῖς. οὐ γὰρ δύνανται παρέχειν ἰκμάδα διὰ τὸν ἥλιον. ὥστε συγκαίεται καὶ παχύνεται μᾶλλον τοῦ δέοντος ὁ ὀπός. ἐκ τούτου δὲ νόσος καὶ φθορά. παραπλήσιον δὲ τὸ συμβαῖνον, καὶ ὅταν ἐξαυχμώσῃ δι' ἀνυδρίαν· οὐ δὲ γὰρ τότε διαδιδόασι. βοήθεια δὲ καὶ φυλακὴ πρὸς τὰς ἐνδείας, τὸ κινεῖν ἀεὶ καὶ ὁμαλίζειν τὴν γῆν. οὕτω γὰρ τοῦ θέρους ἕλξει τινὰ ἰκμάδα, καὶ τοῦ χειμῶνος ἐνυπάρχει μᾶλλον τὸ θερμόν. ὃ διαδίδωσι τὴν τροφὴν ἐξ ὑπερβολῆς διὰ τὴν ἐπομβρίαν· τότε γὰρ διὰ τὴν ἀτροφίαν, ἀτροφεῖ γὰρ τὸ μὴ κρατοῦν μηδὲ πέττον. ἐκλευκαίνεται γὰρ καὶ ἀπόλλυται τὰ δένδρα, καθάπερ καὶ ὁ σῖτος. ἐνίοτε δὲ οὐκ ἀπόλλυται μὲν, εἰς δὲ τὴν καρπογονίαν νοσοῦσιν. ἀκαρπεῖ γὰρ τὸ μὴ πέττον μηδὲ κρατοῦν. τῇ δὲ συκῇ καὶ

AT ob alimenti inopiam aliter corruptio ſequitur, cum radices ſublimes conſpicuæque fuerint (humorem enim tranſmittere nequeunt propter ſolis ardorem) itaque ſuccus vritur, craſſaturque plus quam commodum ſit: vnde morbus, atque interitus. Huic proximum accidit, cum ob aquæ inopiam ſquallent. Neque enim tunc humorem poſſunt tranſmittere. Iuuat tueturque contra humoris penuriam, ſolum aſſidue ſolicitare coæquareque, ſic enim per æſtatem humoris aliquid trahent, & per hyemem calor aderit amplius, qui alimentum diſpenſet, quod large imbrium copia ſubminiſtrat. Tunc enim quia nequeunt vegetari, pallent atque intereunt arbores modo frumenti. Quippe quod pabulum euincere atque percoquere nequit, ieiunio laboret neceſſe eſt. Interdum non penitus pereunt, ſed tantum ægrotant, vt minus queant fructificare. Quod enim pabulum non excoquit, neque

euincit

νόσημα τὸ συμβαῖνον περὶ τὰς ῥίζας, ὃ καλοῦσι λιπᾶναι. τοῦτο δ' οἷον μύδησίς τίς ἐστι τῶν ῥιζῶν καὶ ῥυπαρὸν γίνεται, διὰ τὴν πολυυδρίαν. ἐξ ὑπερβολῆς δὲ καὶ τὸ τραγᾶν τῆς ἀμπέλου. καὶ ὅσοις ἄλλοις ἀκαρπεῖν συμβαίνει διὰ τὴν εὐβλαστίαν. ἀδυνατοῦσι γὰρ οὐ ταῦτα ἐκπέττειν· ἀλλ' εἰς τὴν βλάστησιν ἡ ὁρμὴ τρέπεται, καθάπερ ἐπισπωμένη διὰ τὸ πλῆθος· ὡς ἐπὶ πολὺ δὴ ἐκ τούτων συμβαίνει, συκῇ μὲν ψωριᾶν, ἐλαίᾳ δὲ λειχηνιᾶν, ἀμπέλῳ δὲ ῥεῖν· ὥσπερ καὶ Κλείδημός φησι. λεπτὸς γὰρ ὁ καρπὸς ἄπεπτος ὢν καὶ ῥοώδης. βοήθεια δ' ἐν δυοῖν, ἔν τε τῷ παραιρεῖσθαι τὴν εὐτροφίαν, ὥσπερ καὶ τὰς ἀμυγδαλᾶς καὶ ῥοιάς τινὲς κολάζουσι· καὶ ἐν τῷ τὴν δύναμίν τινα προστιθέναι τῷ δένδρῳ καὶ ἰσχύν. τοῦτο γὰρ ἥ τε διακοπὴ ποιεῖ τῆς συκῆς, ὅταν ἄρχηται βλαστάνειν, ὅπως μὴ παλίσκιος οὖσα παχύνῃ τὸν ὀπόν. καὶ αἱ ἀποψιλώσεις τῶν ἀμπέλων, καὶ ἀποκνίσεις τῶν οἰνάρων τῶν μεγίστων παρ' ὅλον τὸ θέρος, ὥς τινες κελεύουσι. καὶ αἱ περικαθάρσεις δὲ τῶν ἀνωτάτων ῥιζῶν, καὶ τὰ κλήματα ἐπιβαλλόμενα, καὶ ὑποκατώρυχα καθιέμενα, καὶ ἡ σκαπάνης βοήθεια γενομένη, καὶ γυμνοῦσα τὰς ῥίζας, ὅπως ἐθισθῶσι πνεύματι καὶ ψύχει καθάπερ ἔνιοι κελεύουσι· * πάταγον εὐλαβουμένους, καὶ μετὰ ταῦτα δὲ τὴν κατεργασίαν ἀποδιδόναι. πάντα γὰρ ταῦτα τῆς τροφῆς ἀφαιρεῖ καὶ συναύξει τὴν δύναμιν· ἐναντίως δὲ τοῖς ἐξησθενηκόσι διὰ τὴν ἔνδειαν, ἡ κατεργασία καὶ ἡ ἄλλη θεραπεία, τήν τε δύναμιν ἅμα καὶ τὴν εὐτροφίαν ἀντιποδίδωσι.

euincit, iam fructificare minime poteſt. Ficus morbum quendam in radicibus & paulo ſuperius ſentit, quod pingueſcere appellant: qui certe ex nimietate humoris ſolet accidere. Articulatio quoque vitis nimietati prorſus tribuitur, & quæcumque fructificare nequeant, propter luxuriam germinis, eodem proculdubio pertinent. Nec enim iſta pabulum excoquere poſſunt, ſed & ad germinandum vis tota conuertitur, quaſi detracta, fluxu rapido nimij alimenti. Accidit magna ex parte fico ſcabies, oleæ impetigo, viti roratio, vt & Clidemus autor eſt. Fructus enim prætenuis fluxuſque vtpote crudus creatur. Remedium eſſe poteſt, vel cum nimia nutrimenti vbertas detrahitur, quemadmodum & amygdalas & punicas caſtigare aliqui ſolent: vel cum arbor firmior atque robuſtior redditur. Hoc enim amputatio fici efficit cum germina inchoat, ne ſua opacitate ſuccum percraſſet. Depampinatio quoque vitium, & prægrandium foliorum deputatio, per totam æſtatem identidem facit, vt quidam præcipiunt. Item reſectio ſummarum radicum, & ſarmenta ſuperiniecta & demiſſæ propagines, eodem proculdubio pertinent. Adde ſuffoſſiones & ablaqueationes, quibus radices deteguntur, vt flatibus atque frigoribus aſſueſcant, vt quidam præcipiunt: vt caueas tamen ne quid paxillus officiat. Hæc etenim omnia alimentum diminuunt vireſque augent. Contra, illis quæ ob alimenti inopiam deficiunt viribus, foſſio atque reliqua cura exhibita recreat vires, ſimul & alimenti copiam præſtat.

ΚΕΦ. ΙΓ.

Cap. XIII.

Cur fico ſcabies accidat. Cur item vites arculentur, geminamq; eſſe rorationis cauſam. Atq; vnde oculorum obtuſio accidat. Deq; fructuum morbis, cramboq; animali.

ΤΗν ψώραν οἴονταί τινες γίνεσθαι καὶ ἄλλως, οἷον, ὅταν ὕδωρ ἐπὶ Πλειάδι γένηται μὴ πολύ. τότε γὰρ ἀναζυμοῦται, καὶ ἀναθερμαινόμενα, δίδωσιν ἔξω· καθάπερ τὰ ἐξανθήματα. ἐὰν δὲ πολὺ γένηται, ἀποκλύζεται τὰ αἴτια. τάχα δὲ καὶ διαδίδωσιν εἰς τὰ ἐντὸς καὶ παύει. συμβαίνει δὲ τότε καὶ τὰ ἐρινὰ καὶ τοὺς ὀλύνθους ἀποῤῥεῖν. διικνεῖται γὰρ εἰς ταῦτα ἡ ὑγρότης. τῆς μὲν οὖν ψώρας, ταῦτ' αἴτια τῇ συκῇ λέγουσι. τῇ δὲ ἀμπέλῳ τοῦ τραγᾶν, ὅταν ἢ ὑπὸ πνεύματος βλαστοκοπηθῇ, ἢ ὅταν τῇ ἐργασίᾳ συντμηθῇ, ἢ τρίτον ὅταν ὕπτια τμηθῇ. συμβαίνει γὰρ πλείω τὸν ἀθροισμὸν γινόμενον, μᾶλλον εἰς τὴν βλάστησιν σφοδροτέρως ὁρμᾶν, ὥστε μὴ δύνασθαι καρπογονεῖν. τοῦ δὲ ῥοιάδα ἐπιγίνεσθαι, δύο αἰτίαι· ἢ ὅταν ἐπινίφῃ κατὰ τὴν ἀπάνθησιν, ἢ ὅταν κυρτωθῇ· τοῦτο δ' εἰ ἀληθές, ἔοικε κατὰ μὲν τὴν ἀπάνθησιν ὑγρότερος ὢν ὁ ἀὴρ,

SVnt qui ſcabiem alia quoque ratione fieri poſſe arbitrantur, id eſt cum pluuia lenta Vergilijs exorientibus fuerit. Tum enim humor vitiatus ille refermentatur, & referueſcens erumpit, vt puſtulæ. At ſi copioſe aqua inceſſerit, cauſa quæ ſcabiem creat, eluetur. Forſitan & interdum detruſa introrſus abolet ac deſinit. Euenit per idem tempus, vt & caprificus & groſſi delabantur, quod eas humor nimium ſubeat. Scabiem his de cauſis fico accidere aiunt. Vitis autem hirculatio quam vocant, aut flatu ablatis germinibus, aut imperitia culturæ conciſis, aut tertio in ſupinum exciſis, venire ſolet. Sic enim humor largus collectus vehementer ad germinandum excurrit, ita vt nihil queat fructificare. Rorationis gemina cauſa eſt: aut enim quod rores ſtatim poſt florem inſederint, aut quod exuperantia fuerit. Quod ſi ita ſit, aërem dixerim in profluuio floris humidiorem,

ὥσπερ ἀπερυσιβοῦν· ἡ δὲ κύρτωσις, οἷον ἀντισπᾶν καὶ μεθιστάναι τὴν τροφήν. ὥστε ἐξ ἀμφοτέρων εὔλογον ἀπορρεῖν τὰς ῥάγας, καὶ τὰς ἐπιμενούσας ὡς μικρὰς εἶναι. ἡ δ' ἄμβλωσις τῶν ὀφθαλμῶν ὅταν ῥιγῶσι. ταὐτὸν δὲ καὶ παραπλήσιόν ἐστιν, ὅπερ ἐπὶ τῶν ἀγρίων προβλαστάνειν ἀρχομένων· ἐὰν ἐπιγένηται χειμών. πάσχει δὲ τοῦτο καὶ ἡ πρὸ ὥρας ἄνθησις· ἐπ' ἀσθενεία γὰρ πνεύσας ἄνεμος ψυχρὸς, ἀπέκλυσε. ταῦτα μὲν οὖν τῶν δένδρων αὐτῶν ἐστὶ νοσήματα καὶ πάθη. τὰ δὲ τῶν καρπῶν, οἷον τῶν μὲν βοτρύων ὁ καλούμενος κράμβος. τοῦτο δ' ὅμοιον τῇ ἐρυσίβῃ. γίνεται γὰρ ὅταν ὑπούσης ὑγρότητος μετὰ τὰς ψεκάδας, ἐπικαύσῃ σφοδρότερον ὁ ἥλιος. ὅπερ συμβαίνει καὶ ἐπὶ τῶν οἰνάρων. μηλέας, δὲ καὶ ἐλαίας, καὶ συκῆς σκωληκοῦνται οἱ καρποί· καὶ τὰς μὲν μηλέας καὶ συκᾶς ἀεὶ διαφθείρουσιν οἱ σκώληκες· τὰς δ' ἐλαίας, ἐὰν μὲν ὑπὸ τὸ δέρμα γένωνται, διαφθείρουσιν. ἐξεσθίουσι γάρ. ἐὰν δὲ ὑπὸ τὸν πυρῆνα διαφύγωσιν, ὠφελοῦσιν. ἐντὸς γὰρ ὄντες, οὐχ ἅπτονται τῆς σαρκός. κωλύονται δ' ὑπὸ τῶν πνευμάτων εἶναι ἢ ὑδάτων ἐπ' Ἀρκτούρῳ γενομένων· καταψυχόμενοι γὰρ φεύγουσι. νοσεῖ δὲ πολλάκις καὶ τὰ σῦκα καὶ οἱ ἄλλοι καρποί. τὸ δ' αἴτιον ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν ἐν δυοῖν. ἢ γὰρ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ δένδρου καὶ τῆς τούτου διαθέσεως· ὥσπερ ὅταν ἐν ταῖς ἀμυγδαλαῖς ἡ ὑγρότης κομμιδώδης ὑπογένηται. ἢ ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν ἀέρα συμβαινόντων. τῇ δ' οὖν ἐλαίᾳ καὶ τὸ ἀράχνιον ἐμφύεται δι' ὑγρασίαν τινὰ τοῦ ἀέρος τοῦ περὶ αὐτάς. ὃ καὶ διαφθείρει τὸν καρπόν. ἡ δὲ ἐκ τοῦ ἔνου βλάστησις, ὑδάτων ἐπιγινομένων γίνεται. δι' ἣν ἀποβάλλει τὸν καρπόν· ἐνταῦθα τῆς τροφῆς γε οὔσης, ἅτε καὶ ἰσχύοντος τοῦ καρποῦ. τῆς δ' ὑγρότητος ἠθροισμένης* τῆς βλαστήσεως.

velut rubiginem procreare: exuperantia vero quaſi auocare, dimouereque alimentum videtur. Itaque vtraque de cauſa defluere acina, & pauca eſſe quæ maneant. Oculorum obtuſio accidit cum acriter frigent. Proximum illi eſt quod agreſtibus euenit, ſi cum germina ſua feſtinantius inchoant, gelatio conſecuta eſt. Flos quoq; intempeſtiuus ratione eadem perit: flatus etenim gelidus adhuc imbecilli occurſans, totũ perfundit. Arborum morbi & vitia hæc ſunt. Fructuum autẽ ſicut in vuis qui cranſbus vocatur. Eſt autem hoc animal rubigini ſimile: naſciturq; cum humido reſidente, ſol acrior conſecutus inuſſerit: quod etiã pampinis accidere conſtat. Mali, oleæ, atq; fici fructus vermiculos ſentiunt. Sed mala & ficus, quoties vitium hoc acciderit, pereunt. Oliuæ ſi ſub cute vermes naſcantur, pereunt: quoniam penitus adimuntur: ſed ſi ipſo nucleo, augentur. Caro enim non tangitur. Prohibent illos flatus & pluuiæ, quæ fiunt ſub Arcturum. Facit enim refrigeratio vt fugiant omnes. Ægrotant ſæpe & ficus & reliqui fructus. Cauſam autem (vt ſimpliciter loquar) aut ipſa arbor, eiuſque diſpoſitio habet: vt cum in amygdalis humor gummoſus efficitur: aut ijs attribui debet quæ in aëre eueniunt. Oleæ arachnium quoque innaſcitur humiditate quadam aëris proximi, quod fructum adimit. Germinatur ramis anniculis, cum imbres ſecuti ſint. Qua quidem germinatione fructus amittitur: quia pabulum eo fluit. Quandoquidem & fructus nondum vires conceperit. humore autem aggregato mox germen proſilit.

ΚΕΦ. ΙΔ. — CAP. XIV.

De vitijs ratione cœli, ventorum & imbrium. Quodque præcipuum diſcrimen ſit in fructuum vermibus. Tum de ceraſta.

Χείριστον δὲ ἂν ἀνθούσαις ἐφύσῃ καὶ ἐλαίαις καὶ ἀμπέλοις καὶ τοῖς ἄλλοις. ἀπορρεῖ γὰρ τὰ ἄνθη καὶ οἱ καρποὶ δι' ἀσθένειαν. ἐνιαχοῦ δὲ ἴδια πάθη συμβαίνει, καθάπερ ἐν Μιλήτῳ καὶ Τάραντι περὶ τὰς ἐλαίας. ἐν Μιλήτῳ μὲν γὰρ ὅταν περὶ τὸ ἀνθεῖν ὦσι, νοτίου ἀέρος ὄντος καὶ εὐδιεινοῦ, κάμπαι γινόμεναι κατεσθίουσιν, αἱ μὲν τὰ φύλλα, αἱ δὲ τὰ ἄνθη, ἕτεραι τῷ γένει. βοηθεῖ δὲ πρὸς ταῦτα, ἐὰν ἐπιγένηται καῦμα. διαρρήγνυνται γάρ. ἐν Τάραντι δὲ περὶ τὴν ἄνθησιν, ὁτὲ μὲν ἀπερυσιβοῦνται διὰ τὴν ἄπνοιαν· ὁτὲ δὲ πνεῦμά τι πνέον ἐκ τῆς θαλάττης ὁμιχλῶδες καὶ παχὺ, προσίζον ἐν τοῖς ἄνθεσιν, ἀπόλλυσι τὰ ἄνθη τῇ ὀσμῇ.

PEſſimum & oleis, vitibus, & alijs omnibus, ſi dum florent, impluerit. Defluunt etenim flores & fructus, cauſa imbecillitatis. At ſunt & propria vitia locorum, vt apud Miletum atque Tarentum oleis euenit. Quippe apud Miletum, cum florent, ſi aër auſtrinus ſerenuſque ſit, erucæ varium genus creatur: quarum aliæ frondem erodunt, aliæ florem. Iuuat contra hoc ſi æſtus ſit conſecutus. Omnes etenim diſrumpuntur atque intereunt. Apud Tarentum cum florent, alias deſiderio flatus rubigine infeſtantur: alias habitu quodam ex mari caliginoſo craſſoque, in floribus reſidente, odorem florum amittunt.

διὰ τοῦτο καλλίστων ὄντων καὶ μεγίστων τῶν δένδρων, ἐλάχιστος παρ' αὐτοῖς ὁ καρπός. ὅλως δὲ ἕκαστοι τῶν τόπων ἰδίας ἔχουσι κῆρας, οἱ μὲν, ἐκ τοῦ ἐδάφους, οἱ δ' ἐκ τοῦ ἀέρος, οἱ δ' ἐξ ἀμφοῖν. κοινὴ δὲ αἰτία κατὰ πᾶσιν ἡ ἀπὸ τῶν πνευμάτων καθ' ὥρας ἑκάστας, ὅσα θερμὰ τοῦ θέρους πνεῖ καὶ τοῦ ἦρος ψυχρὰ σφόδρα, τῶν δένδρων ἄρτι βλαστανόντων καὶ ἀπὸ τὴν ἄνθησιν. τὸ γὰρ ὅλον ἀληθὲς καὶ ἐπὶ τούτων, ὅτι δι' ὑπερβολὴν καὶ ἔνδειαν τροφῆς καὶ καύματος καὶ ψύχους νοσοῦσιν. ἔτι δ' ἂν μὴ κατὰ καιρὸν τὰ πνεύματα καὶ τὰ ὕδατα τὰ ἐαρινὰ γένηται. συμβαίνει γὰρ ὁτὲ μὲν ἀποβάλλειν μὴ γινομένων ὑδάτων, ὥσπερ τὰς συκᾶς· ὁτὲ δὲ χείρους γίνεσθαι, σηπομένους καὶ καταπνιγομένους, ἢ πάλιν ἀποξηραινομένους παρὰ τὸ δέον. ἐκκάει καὶ καυμα[illegible]ένια καὶ βότρυν καὶ ἐλαίαν, ἀποκαίει δὲ καὶ ἄλλους καρπούς. τῶν δὲ σκωλήκων πολλοὶ διαφέρουσι μὲν καὶ μορφαῖς. οὐ μὴν ἀλλ' ἐκείνη μείζων ἡ διαφορά, τὸ μὴ δύνασθαι τὰ ἐξ ἑτέρου δένδρου καὶ καρποῦ μετατεθέντα ἐν ἑτέρῳ γένει σώζεσθαι. τοῦτο δ' εὔλογον· ἑκάστῳ γὰρ ἐκ τῆς οἰκείας ὕλης ἡ τροφή· πλὴν ἴδιον τὸ περὶ τὸν κεράστην καλούμενον συμβαῖνον. τοῦτον γάρ φασι καὶ ἐν τῇ ἐλαίᾳ γίνεσθαι, καὶ εἰς τὴν συκῆν ἐντίκτειν. ἔχει δὲ ἡ συκῆ καὶ ἐξ ἑαυτῆς σκώληκας, καὶ τοὺς ἐντικτομένους ὑπὸ τοῦ καλουμένου κεράστου τρέφει. πάντες δ' εἰς κεράστην ἀποκαθίστανται, καὶ φθέγγονται οἷον τρισμόν. περὶ μὲν οὖν νοσημάτων ἱκανῶς εἰρήσθω.

Qua de cauſa cum arbores maximæ atque pulcherrimæ illic ſint, fructum tamen minimum reddunt. Omnio ſingula loca, ſua vitia habent, alia ex ſolo, alia ex aere, alia ex vtroque. Sed communis cauſa flatibus datur, qui per æſtatem feruidi, per ver frigidi admodum ſpirant, cum arbores germina floreſque ſuos incipiunt edere. In totum enim vere in ijs quoque aſſeri poteſt, exceſſu defectuue alimenti, aut æſtus frigoriſue languorem accidere. Addo etiam ſi flatus & pluuiæ non tempeſtiuæ acceſſerint. Accidit enim vt alias fructus amittant propter aquæ penuriam ceu fici: alias deterius fructificent, cum vel putreſcant ſtrangulenturque nimio humore, vel contra pluſquam ſit commodum deſiderio humoris ſicceſcant. Cum etiam æſtus plerumque, tum vuas, tum oliuas, atque alios fructus adurant. Vermiculorum multi etiam ſpecie inter ſe differunt. Diſcrimen tamen præcipuum in his eſt, quod in alia arbore fructuue alio nati, tranſlati in aliud genus ſeruari nequeant: quod nõ ſine ratione vtiq; fit. Alimentum enim cuiq; ex propria ſubminiſtratur materia. Sed peculiare quod de eo notatur, quem ceraſtam appellant. Hunc enim, & in olea creari, & in fico parere aſſeuerant. Habet ficus & ſuos vermiculos, & illos quoque enutrit quos alienos receperit. Omnes tamen in ceraſtam figurantur, & ſonum edunt paruuli ſtridoris. De morbis dixiſſe hæc ſatis eſt.

ΚΕΦ. ΙΕ. — CAP. XV.

De corruptione plantarum. Quodque arbores quædam obeſitate, vt & animalia ſtrangulentur.

ΠΕρὶ δὲ φθορᾶς ἁπλῶς τῶν δένδρων, ἐκεῖνο πρῶτον δεῖ διελθεῖν· ὅτι εἰσίν, αἱ μὲν κατὰ φύσιν, αἱ γηραιαὶ καὶ δι' ἀσθένειαν αὐάνσεις. ὥσπερ ἀποπνεόντων καὶ ἀπομαραινομένων αὐτομάτων. παρὰ φύσιν δὲ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν. τούτων δὲ αἱ μὲν βιαιότεραι φαίνονται, καθάπερ ἐὰν κοπὲν ἢ πληγέν· αἱ δ' ἧττον διὰ χειμῶνας ἢ πνεύματα. πασῶν δὲ ἥκιστα διὰ νόσον ὥσπερ ἐπὶ τῶν ζώων. ἐγχρονίζουσι γὰρ αὗται μάλιστα. διὸ καὶ οὐδὲ φαίνονται παρὰ φύσιν ὁμοίως ἔντε ζώοις καὶ φυτοῖς. εἴπερ ἐκεῖνο τῆς φύσεως ἡ ἔκλειψις. ἔστι δέ τις καὶ ἑτέρα παρὰ ταύτας, ἡ διὰ τὴν ἀκαρπίαν καὶ πολυκαρπίαν. τοῦτο μὲν οὖν ὥσπερ ἐλέχθη, φύσει βραχύβιον ἐξαναλισκομένης ἐνταῦθα τῆς οὐσίας· ὅσα πολυκαρπήσαντα, ἀφαυαίνεται, καθάπερ ἐλέχθη. συμβαίνει γὰρ τοῦτο πλείοσιν. ἐπεὶ καὶ ἐλαῖαι αἱ νέαι δοκοῦσι φθείρεσθαι δι' εὐκαρπίαν. ὅτι οὔπω τετελεσμέναι, τὴν τῆς αὐξήσεως τροφὴν ἐξαναλίσκουσιν εἰς τοὺς καρπούς.

DE corruptionibus arborum primum illud ſignificare oportet. Alias ſecundum naturam accidere, ceu ariditates in ſenecta cum imbecillitate langueſcunt, quaſi expirent ſponte, atq; aboleantur. Alias præter naturam extrinſecus aduentare. Quarum alias violentas putari, vt ſi arbor præciſa aut vulnerata, mortua ſit. Alias minus, vt quæ propter frigora tempeſtateſue accidunt. Atque minime omnium violẽtas eſſe quas morbus attulerit, ſicut & in animalium genere. Sunt enim iſtæ maxime diuturnæ. Quamobrem nec præter naturam eſſe apparent, æque in animalibus atque in plantis: quippe cum naturæ interſit, vt vires paulatim deficiant. Eſt præter prædictas alia quoque corruptio, quæ a nimia fertilitate oritur. Quippe omnino quæ large fructificant, vitę ſunt breuis, vt dictum eſt. Exareſcunt enim, quia totus humor ad fructum conſumitur, quod accidit pluribus. Nam & nouellæ oleæ pereunt ex fertilitate, quod priuſquam perficiantur, alimentum incrementi ſui ad fructificandum conſumunt.

ταύτην δ᾽ οὐ τῶν κατὰ φύσιν ἄν τις θείη τὴν φθορὰν, οὐδ᾽ ὡς ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, καὶ βιαίως· ἀλλ᾽ ὡς ἀπ᾽ αὐτῶν, διὰ τὴν ἐπιπλέον ὁρμὴν τοῦ συμμέτρου πρὸς τὸν καρπόν. ἢ συναίτιός πως καὶ ὁ ἀὴρ καὶ ἡ τοῦ ὅλου κατάστασις. εὐκαρπία γὰρ γίνεται τοιαύτη διὰ τὴν τοῦ ἀέρος εὐκρασίαν. ταύτην μὲν οὖν εἴ τε κατὰ φύσιν εἴ τε παρὰ φύσιν, εἴ τε καὶ μέσην τινὰ χρὴ λέγειν, οὐδὲν διαφέρει. τάχα δὲ καὶ γένει τινὶ δένδρων ἔνια κατὰ φύσιν αὐτομάτως τε γινόμενα, καὶ οὐ κακουμένης ἀλλ᾽ εὐθενούσης· οἷον τῆς πεύκης, ὅταν αἱ ῥίζαι δαδωθῶσι. πάσχουσι μὲν γὰρ τοῦτο δι᾽ εὐτροφίαν καὶ δι᾽ ὑπερβολήν. ἅμα δὲ τῇ δαδώσει τὴν τροφὴν οὐ διιεῖσαι φθείρονται. καὶ ἔοικε παραπλήσιον τὸ συμβαῖνον τῷ ἐπὶ τῶν ζώων, ὅταν ὑπερπαχυνθῶσιν. οὐ δυνάμενα γὰρ ἕλκειν τὴν πνοὴν, οὐδ᾽ ὅλως τῷ πνεύματι χρῆσθαι, διὰ τὴν σύμφραξιν καὶ τὴν πύκνωσιν· ἐκεῖνά τε ἀποπνίγονται, καὶ αἱ πεῦκαι. διὸ καὶ οὐ κακῶς οἱ ὀρειτύποι τοὔνομα τέθεινται. φασὶ γὰρ ἀποπνίγεσθαι τὴν πεύκην διὰ τὴν πιότητα. πάντα γὰρ ὡς ἔοικε δεῖται πνεύματός τινος, ἢ μανώσεως, ἢ πόρων. τὰς μὲν οὖν τοιαύτας φθορὰς, μᾶλλον ἄν τις θείη φυσικάς. ἐκείνας δὲ ὁποτέρως δεῖ προσαγορεύειν, μηδὲν διαφερέτω καθάπερ ἐλέχθη.

Sed corruptionem hanc, neque ſecundum naturam eſſe, neque extrinſecus violenterque dixerim euenire: ſed ipſis arboribus imputem, quæ plus quam modicum ſit, ad fructum generandum citantur. Sic tamen vt aeris cœlique vniuerſi ſtatus, tanquam cauſa quodammodo altera coniungatur. Sequitur enim talis fœcunditas mitigato optimeque temperato aere. Hanc igitur ſiue ſecundum naturam, ſiue præter naturam, ſiue etiam mediam quandam ſtatuere placeat, nihil refert. Arborum autem genus etiam aliquod fortaſſe eſt, cui corruptio ſecundum naturam ſponte, nec vllo pacto læſo, ſed bene vigenti eueniat: vt pino, cum radices mutatæ in tædam fuerint. Ita enim fit ex nimietate nutritionis atque exceſſus. cumque per tædam tranſmittere pabulum arbores nequeant, moriuntur. Quod proximum illi videtur quod animalibus euenit, quæ extra modum craſſantur atque pingueſcunt. Cum enim auram attrahere nequeant, nec vllo pacto ſpiritu vti poſſint, propter obeſitatem condenſationemque; tum illa ſtrangulantur, tum pinus. Quamobrem non inepte ruſtici vocabulum iſtud de pino vſurpant. Pinum enim ſtrangulari aiunt obeſitate atque pinguedine. Quippe omnia ſpiritum deſiderant aliquem, vel ſolutionem, vel meatuum libertatem. Ergo cotruptiones huiuſcemodi naturales potius eſſe putauerim: illas autem vtro nomine appellare conueniat, nihil refert. ut iam dictum eſt.

ΚΕΦ. Ιϛʹ.

CAP. XVI.

De cauſis corruptionis ſecundum naturam. Plures fieri corruptionis cauſas rigore & frigoribus. Qui flatus vrant, & quamobrem. Cur frigus vrat. Tum quæ loca vrantur frigore.

Περὶ δὲ τῶν κατὰ φύσιν λεκτέον. ἐπεὶ καὶ αἱ κατὰ φύσιν ἁπλαῖ τινές εἰσι καὶ φανεραί. τούτων δὲ σχεδὸν ἐν δυοῖν αἰτίαιν τῶν κατὰ τὸν ἀέρα γινομένων, ὑπερβολῇ ψύχους τε καὶ καύματος. αἱ γὰρ δι᾽ ἔνδειαν τροφῆς. οἷον ἢ λειψυδρίαν, ἢ χώρας κακίας ἕτερον εἶδος ἔχουσι, καὶ φανεραὶ τῶν εἰρημένων· αἱ μὲν ὑπὸ καύματος, ἐλάττους, ἂν μή τις αὐχμὸς ὑπερβάλλων γένηται. καὶ οὗτος δὲ μᾶλλον τ᾽ ἄλλ᾽ ἀπόλλυσιν ἢ τὰ δένδρα. ταῦτα δ᾽ ἂν συνεχὴς γένηται, καὶ πλείω χρόνον. ἀλλοῖα δὲ τὰ ἐπέτεια καύματα γίνεται καὶ κατὰ τὸν οἰκεῖον καιρόν· οἷον ὑπὸ κύνα. μόνα γὰρ ἀπόλλυται τὰ φυτὰ ἀστροβολούμενα. καὶ ἐὰν ἄρα τι τύχῃ πεπηρωμένον ἢ ἀσθενές· οὐδὲ γὰρ ταῦθ᾽ ὑπομένει. ὑπὸ δὲ τοῦ χειμῶνος πλείω καὶ κατὰ πλείω τρόπους. ὅτε μὲν γὰρ αἱ ὄρειος νιφάδες καὶ πάγων σφοδρότητες ἐμπηγνύουσιν, ὅτε δ᾽ ἄνεμοι ψυχροὶ πνεύματος ἐπέκαυσαν. ἐνίοτε δὲ καὶ ἀπνοίας οὔσης, ἢ μετρίας πνοῆς, οὐ καθαροῦ δὲ

Sed de his dicendum quæ ſecundum naturam eueniunt: quoniam hæ ſimplices quædam atque conſpicuæ ſunt. Harum igitur cauſæ in duobus verſantur, id eſt in exceſſu frigoris atq; æſtus. Nam quæ ob inopiam alimenti eueniunt: exempli gratiâ, vel quia humor deeſt, vel quia ager vitiatus eſt, hæ ſui generis ſunt, atque latiſſime patent. Sed pauciores illæ profecto quas affert æſtus, niſi ariditates vehementes infeſtent: qui tamen & ipſi cætera potius necant quam arbores. Nec niſi perpetui diutinique fuerint, illas perdere poſſunt annuis ardoribus, qui tempeſtiue ſub caniculam fieri ſoliti ſunt. Plantæ ſolæ nouellæ ſiderantur, & ſi quid mancum imbecillumue ſit. neque enim hæc poſſunt ſufferre. Plura vero intereunt rigore, modiſque pluribus. Alias enim algoris vehementia gelat, alias flatus prægelidus ruit. Nonnunquam etiam ſilente, vel certe non vehemente vento, non tamen puro aere, ſed turbido atque calignioſo, itidem euenit. Sic enim ferme gelatio arborum ſequitur, ſiue cœlum ſerenum ſit, ſiue non ſerenum. Quippe circa

Arcadiam

τοῦ ἀέρος, ἀλλὰ θολεροῦ καὶ ἐπινεφοῦς. καὶ σχεδὸν ἐπὶ [illegible] γίνεται πῆξις. ἐάν τε αἰθρία, ἐάν τε μὴ αἴθριος ὁ οὐρανός. γίνεται δὲ περὶ μὲν Ἀρκαδίαν καὶ Εὔβοιαν, αἰθρίας καὶ πνεύματος μᾶλλον. περὶ δὲ Θετταλίαν καὶ τοὺς τούτους τόπους, ἀπνοίας καὶ ἐπινεφοῦς. οὐ μὴν ἀλλὰ πνευμάτων ὄντων συμβαίνει τὸ πάθος. ὅταν τὰ ὄρη λάβῃ χιόνα τὰ περικείμενα καθ' ἑκάστους τόπους. ἀφ' ἑκάστου γὰρ αἱ ἀπόπνοιαι καὶ τὸ ψῦχος τὸ ἀποκαῖον. ὅτε δὲ καὶ νηνεμίας οὔσης εἰσδυόμενος ὁ ἀήρ. ὃ δὲ λέγουσιν, ὡς ἧττον γίνεται περὶ Εὔβοιαν καὶ Βοιωτίαν ὅταν ἡ Ὀρχομενία λίμνη πληρωθῇ, τάχ' ἂν τις ἀμφοτέρως λάβοι. καὶ ὡς κατὰ συμβεβηκός, ὅτι ἑπόμενα συμβαίνει τότε μᾶλλον εἶναι τὰ ἔτη, καὶ χιόνα μὴ πίπτειν, καὶ ὡς ὑδρωδεστέραν τὴν ἀναθυμίασιν γινομένην, διὰ τὸ ἀπὸ πλείονος. ἡ τοιαύτη δ' ἧττον ψυχρὰ καὶ κακοποιός· καὶ φανερὰ ἔν τισι τόποις γέγονεν. ἀλεεινότεροι γὰρ γεγένηνται, λιμνωθέντων τῶν πλησίον. πνεῖ δὲ τὰ πνεύματα, ἀποκαίοντα περὶ τοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόπους ἀπὸ δυσμῶν. ὥσπερ ὁ Ὀλυμπίας ὁ ποιῶν ἄλλοθί τε καὶ ἐν Χαλκίδι τὸν καλούμενον καυθμόν. ἐν Θετταλίᾳ γὰρ ἀμφοτέρωθεν πνέοντες ἐμπηγνύουσιν. ἡ δ' ὥρα τῆς πνοῆς μάλιστά πως περὶ τροπὰς ὑπὸ τὰς τεσσαράκοντα. τότε γὰρ καὶ ὁ ἀὴρ ὅλως ψυχρότατος. τὰ μὲν οὖν γινόμενα ταῦτ' ἐστίν. ἡ δ' αἰτία σχεδὸν ὡς καθόλου τε εἰπεῖν φανερά. τὸ γὰρ θερμὸν ἐξελαυνόμενον ὑπὸ τοῦ ψύχους, συνεξάγει καὶ τὸ ὑγρὸν ὥστε διαπνεῖσθαι. συμβαίνει δὲ τοῦθ' ὡς ἐπὶ τὸ πλέον ἐν τοῖς ὑπὲρ γῆν. τὰ δὲ κατώτατα περὶ τὰς ῥίζας ἀπαθῆ. πολλάκις δὲ καὶ αὐτοῦ τι τοῦ στελέχους. οὐ μὴν ἀλλ' ἐνίοτε διικνεῖσθαι καὶ πρὸς τὰς ῥίζας, ὥστ' ὅλον ἐξαυαίνειν δένδρον· ἁπλῶς γὰρ ἄνωθεν ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ παρείσδυσις τοῦ ψύχους. εἶτε ἀπὸ τούτων ὥσπερ ὀχετῶν τινων καταβαίνει πρὸς τὰ κάτω. διὸ καὶ παρ' οἷς συμβαίνει τὸ πάθος, κατακρύπτουσι τὰς ἀμπέλους, καὶ τὰς συκᾶς θαμνώδεις ποιοῦσιν. οὐδὲν δὲ δεῖ πολλῆς γῆς. ἀλλὰ μετρία τις ἐπιοῦσα δύναται διατηρεῖν. ἔνιοι δὲ μόνον τὰ πέρατα ἄκρων τῶν κλημάτων, καὶ τῶν κραδῶν αὐτῶν. καθάπερ ἔντε τῷ Πόντῳ καὶ περὶ Μήδειαν, οἷον ἐμφράττοντες τὰς ἀρχάς. ἐὰν γὰρ ταῦτα συγκλεισθῇ καθάπερ ἀλλ' ἄττα γυμνὰ, οὐδὲν πάσχουσι, διὰ τὸ μὴ ἔχειν εἴσοδον· διικνεῖται γὰρ ἀπὸ τῶν ἄνω πρὸς τὰ κάτω καὶ τὰς ῥίζας. ἡ δ' ἰδιότης τῆς καύσεως ἰσχυρὰ, καθάπερ ὑφ' ἡλίου καὶ χρόνου πολλοῦ, διὰ τὴν σφοδρότητα καὶ τὴν ἰσχὺν τοῦ ψύχους. ἐξάγει γὰρ μᾶλλον καὶ ἀθροώτερον τὸ ὑγρὸν ἅμα τῷ θερμῷ. τὸ δὲ πονεῖν μάλιστα τῶν τόπων, ὅσοι κοῖλοι καὶ αὐλῶνές εἰσι, καὶ ὅσοι περὶ τοὺς ποταμοὺς, καὶ ὅλως τοὺς ἀπνευστοτάτους, οὐκ ἄλογον. ἵσταται γὰρ μάλιστα ἐνταῦθα φερόμενον πνεῦμα καὶ πλεῖστον διατρίβει χρόνον. ὥστε καὶ μάλιστ' ἀπεργάζεται. καὶ γὰρ ὅπου μὴ διὰ πνεύματα τὸ πάθος ἀλλὰ

Arcadiam Euboiamque cœlo ſereno, ventóque flante potius gelatur. At in Theſſalia locíſque proximis, aëre immoto caliginoſoque. Cæterum cum ſpirat potius hoc euenit, cum montes ſingula circumdantes loca niuem exceperint. Hinc enim flatus & frigora eueniunt, quæ denſare ac vrere poſſunt. Interdum etiam ſine vento aër ſubiens ipſe identidem facit. Quod autem referunt, minus gelari circa Euboiam atque Bœotiam lacu Orchomenio inundante; alterutrâ fortaſſe ratione intelligi poteſt: id eſt per accidens: aut quod eo tempore annus magis pluuius ſit, nixque proinde non vrgeat, & vapores humidiores citentur, vtpote a largiore humore. Talis etenim vapor minus frigidus aut noxius eſt. Quod & in locis quibuſdam eſt manifeſtum, quæ tepida redduntur, quoniam fluminum alluuie loca vicina concreuerint. Flatus, qui adurunt locis Græciæ, veniunt ab occaſu: vt Olympias, qui tum ibi, tum apud Chalcidem, cauthmum quem vocant, efficere ſolet. In Theſſalia enim, & qui ab occaſu, & qui ab exortu aſpirant, gelare nimirum poſſunt. Tempus huiuſmodi afflatus maxime circa ſolſtitium ſub diem quadrageſimum eſt: tum enim aër penitus alget. Quæ eueniunt, hæc fere ſunt. Cauſa autem (vt in vniuerſum agatur) manifeſta propemodum eſt. Calor enim pulſus a frigore ſecum humorem educit, ita ut exhaletur, diffleturque. quod maiore ex parte ijs euenit, quæ eminent ſupra terram. Radices enim parteſque imæ, ſine noxa manent: vt & ſæpe aliquid ex caudice. Cæterum radices quoque interdum vis aggreditur frigoris, vt arbor tota exareſcat. Omnino enim origo acceſſuſque frigoris deſuper, mox inde per ductum quaſi ad ima deſluit. Quamobrem coloni apud quos iſtud euenit, bene vites operiunt, & ficos fruticoſas reddunt. Nec terræ magno cumulo opus eſt, ſed mediocris ſeruare vtique poteſt. Quidam extrema tantummodo palmitum & ramorum fici aperiunt: vt in Ponto & in Media, tanquam aditum frigori negent. Etenim ſi ea tute integantur, ſicut & alia quædam nuda munire conſueuerunt, nihil nocet, cum nullus aditus frigori pateat. Tranſit enim a ſummis ad ima & radices vis frigoris. Aduſtio autem huiuſcemodi vehemens eſt, non ſecus atque ſi a ſolis ardore ac mora longinqui temporis fieret, ſcilicet propter vim vehementiſſimam frigoris. Hæc enim humorem ſimul & calorem, amplius frequentiuſque educit. Caua autem & anguſta, atque fluminibus loca appoſita, & omnino quæ ob omni aliena ſunt vento, magis laborare rationi conſentaneum eſt. Præſertim enim locis eiuſmodi ſpiritus conſiſtit, diutiſſimeque moratur. Ita quippe efficacius agere poteſt. Etenim vbi non flatus,

διὰ παρουσίαν καὶ στάσιν τινὰ τοῦ ἀέρος γίνεται, καθάπερ ἐν Μακεδονίᾳ τε καὶ Θετταλίᾳ, ἐνιαχοῦ καὶ περὶ Φιλίππους, ἐνταῦθ᾽ οἱ κοῖλοι τόποι μάλιστα πονοῦσιν. ἐφεστηκὼς γὰρ ὁ ἀὴρ, πήγνυται. καὶ πήγνυσι τὸ ὅλον πλείω χρόνον καὶ ἐργάζεται. κατὰ τοὺς ὑπτίους δὲ οὐδὲ γίνεται πῆξις ὅλως, ὥσπερ ἡ τοῦ ὕδατος ἢ πνεύματος. κωλύει γὰρ ἡ κίνησις.

flatus, ſed præſentia, ſtatuſque aëris, hanc adducit iniuriam, vt in Theſſalia & Macedonia, tum alibi, tum apud Philippos, loca foſſionis concauæ magis laborant. Aër enim immotus gelatur, agrumque totus diutius congelaſcere facit. At locis ſupinis nulla penitus aquæ aut aeris fieri gelatio poteſt. Motus etenim prohibet.

ΚΕΦ. ΙΖ.

Cap. XVII.

Cur minus firma, frigore aliquando minus laborent. Deque ventis vernaculis.

Ἀλλ᾽ ἐκεῖνο θαυμαστὸν, καὶ λόγου δεόμενον, ὅτι οὐ τὰ ἀσθενέστατα πονεῖν εἴωθεν· ἀλλ᾽ ἐνίοτε τὰ ἰσχυρὰ μᾶλλον. ἐλαίαν γὰρ καὶ συκῆν οὐδὲν ἄλογον ἀποκαυθῆναι. τῆς μὲν γὰρ μετέωροι, τῆς δὲ καὶ μαναὶ αἱ ῥίζαι· ὥστε καὶ ἄνωθεν τὸ ψύχος διϊκνεῖσθαι. καὶ ἡ ἄμπελος δὲ ἔχει τινὰ αἰτίαν ἐκ τῆς φύσεως, καὶ ἐκ τῆς ἑλκώσεως τῆς περὶ τὴν τομήν. ἀλλὰ τὸ τὸν κότινον μᾶλλον πονεῖσθαι τῆς ἐλαίας, ἄτοπον· καὶ τὸ τὴν ῥόαν μηδὲν παθεῖν, ἀσθενῆ πρὸς τοὺς χειμῶνας οὖσαν· ἐμπήγνυσθαι γὰρ τάχιστα δοκεῖ. καὶ γὰρ εἰ διαφέρουσιν αἱ ἐμπήξεις αἱ ὑπὸ τῶν πάγων καὶ τῶν πνευμάτων, ὅλως οὐκ ἄλογον, ἀμφοτέρων τὰ ἀσθενέστατα μάλιστα ὑπακούειν· εἰ μὴ ἄρα τὸ αὐτὸ γίνεται καὶ ἐνταῦθα τῷ πρότερον εἰρημένῳ. μᾶλλον γὰρ καὶ ἐφίσταται καὶ ἐμμένει τοῖς πυκνοῖς ἢ τοῖς μανοῖς. τὰ δὲ μανὰ, διΐσιν. ὃ καὶ τοῦ μὴ ἐκπήγνυσθαι τὰς μηλέας αἴτιον ἦν. ἧττον δ᾽ ἑτέρων ἀσθενεῖς οὔσας, ὥσπερ καὶ περὶ Θετταλίαν· τῇ γὰρ μανότητι δίεισι καὶ οὐκ ἀποστέγει. τὸ δὲ μὴ χρονιζόμενον μηδὲ ἀθρόον, οὐδ᾽ ἐργαστικόν· ὥσπερ οὐδ᾽ ἐν τοῖς κεραυνοῖς. δεῖ δὲ δυεῖν θάτερον, ἢ μὴ δέχεσθαι καθάπερ τὰ πυκνὰ καὶ ἰσχυρὰ (τοιοῦτον γὰρ ἡ ἄπιος, καὶ τὰ ἄγρια δὲ καὶ τὰ ἄκαρπα ἔτι μᾶλλον, οἷον πτελέα, ὀστρύα) ἢ δεξάμενον διϊέναι καὶ μὴ κατέχειν. ὑπὲρ μὲν οὖν τούτων ἐνταῦθά που τὸ αἴτιον. ἡ δὲ τοῦ πνεύματος φορὰ, καθ᾽ ὃν ἂν γένηται τόπον ἐπέκλυσεν, οἷον ποταμός τις ῥυείς. ὥσπερ ἐν τοῖς λοιμοῖς. διὸ καὶ τὰ σύνεγγυς ἀπαθῆ πολλάκις. ἐνίοτε δ᾽ οὕτως εἰς ἀκριβὲς διῆλθεν. ὥστε τῶν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ κλήματος ὀφθαλμῶν, οἱ μὲν, ὑγιεῖς, οἱ δὲ, πεπηγότες εἰσί. πολλάκις δὲ κεκρυμμένης ὑπὸ χιόνος ὅλης τῆς ἀμπέλου (γίνεται γὰρ τοῦτο ἐν τοῖς ψυχροῖς τόποις) ἐὰν λάβῃ γυμνὰ τὰ ἄκρα κλήματα, ταῦτα ἀπέκαυσε, καὶ ἀπὸ τούτων διαδίδωσι πρὸς τὰς ῥίζας· ὥστ᾽ ἐνίοτε ζῆν. περὶ δὲ τὸν Πόντον, ὑπὸ τῶν πνευμάτων ἔκπηξις γίνεται, ὅταν αἰθρίας οὔσης καταφέρωνται. ταῦτα δέ ἐστι πλατέα. ἄττα φερόμενα μὲν φανερὰ, πεσόντα δ᾽ οὐδὲν διαμένει. δῆλον δὲ ὅτι πῆξις

Sed mirum ſane illud eſt, rationemque deſiderat, quod non ea quæ infirmiſſima ſunt laborare ſolent: ſed interdum quæ egregie robore valent. Oleam enim & ficum aduri nihil mirum, cum alterius radices per ſumma ceſpitum natent, alterius non ſublimiter ſolum obhæreant, ſed etiam raræ ſint: vt frigus etiam deſuper inuadere poſſit. Vitis vero nonnihil cauſæ ſua natura & vlcere cæſuræ oſtendit. At oleaſtrum magis olea laborare, punicamque nullam admittere iniuriam quæ imbecilla contra frigora eſt (concreſcit etenim celerrime) mirum certe eſt. Quippe ſi gelationes, quas algores flatuſque faciunt, differant inter ſe, non videtur abhorrere a ratione aut alienum eſſe, vt illa potius ſequacia temporis ſint, quæ infirmiſſima ſunt: niſi forte idem in ijs quoque euenit quod prius diximus. Denſis enim magis inſidet atque immanet frigus quam raris. Rara autem ipſa nimirum penetrat. quod & vt mali non congelaſcant, cauſa: quamuis imbecilles admodum ſunt. vt in Theſſalia. Facit etenim raritas arboris, vt frigus tranſeat, nec aliqua parte arceatur. Quod autem diu non immoratur, nec vniuerſum contendit, efficax id eſſe non poteſt: ſicut nec in fulmine. Porro alterutrum opus eſt, aut ne admittant vim frigoris, vt quæ denſa, & valida ſunt (talis enim pirus, & omne genus agreſte, atque etiam magis, quam ſteriles, ceu vlmus & oſtrya) aut cum admiſerint, ſtatim tranſmittant expellantque, nec vſquam retineant. Cauſa eorum petenda hinc eſt. Impetus autem flatuum, loca quæ inuaſerit perfundit ac diluit, quaſi flumen irrumperet. Quemadmodum cum peſtilens inceſſerit lues. Quapropter ſæpe quæ tangunt, ac proxima ſunt, damnum euadunt: & adeo vis illa rapax, celeriter plerumq; tranſcurrit; vt gemmas eiuſdem palmitis ex parte incolumes relinquat. Sæpe etiam vite tota a niue abſcondita, quod fit locis prægelidis, ſi poſtremos palmites nudos excipiat, hoſce vrit, ac inde ad radices pertranſit. Flatus in Ponto congelant, cum cœlo ſereno ac ſudo, quædam in modum ſquamarum perferuntur: quæ quidem ampliuſcula ſunt, dumque feruntur admodum patent, dilapſa minime durant. Quare conſtat, quod aliqua in aere gelatio

more

τις τῆς ὑγρότητος ἐν τῷ ἀέρι, καθάπερ τῆς πάχνης· ὅταν οὖν τοιοῦτος ὁ ἀὴρ περιπίπτῃ ὑπὸ τοῦ πνεύματος ᾖ, καὶ ταῦτα συγκαταφέρηται, κατὰ λόγον ἡ ἐκπῆξις γίνεται. τὰ δὲ πνεύματα, τοῖς μὲν ἐπιχώροις φύσει τῶν τόπων, ὅπως ἐγχώρια ἀεὶ ᾖ, καθάπερ ἐν τῷ Πόντῳ καὶ τῇ Θρᾴκῃ· τοῖς δ' ἀλεεινοτέροις ἐκ τῶν ἔξωθεν ἡ ἐπιφορά, καθάπερ ἐν Εὐβοίᾳ. δηλοῖ δὲ καὶ ἡ φύσις ὡς αὐτόθεν ἐκ ἀσήμου τινὸς καὶ ὅλου πνεύματος, ἀλλ' ἡ αὐτοῦ τοῦ τύχῃ ῥυέν. οὐδὲ γὰρ ἂν διέφυγε τὰ πλησίον. τῶν μὲν οὖν πνευμάτων καὶ αὕτη τις ἰδιότης.

more pruinæ conſiſtit. Cum igitur aër concreſcens flatu percitus occurſat, ſquamasque illas deducit, gelatus ratione conſequitur. Flatus autem locis natura frigidis quidam vernaculi ſunt, vt in Ponto & Thracia: tepidioribus vero extrinſecus veniunt, ceu Euboiæ. Natura quoque plane indicat ipſa, non flatu aliquo ſtabili vniuerſoque, ſed temere paſſim vagante iniuriam illam afferri. Aliter enim nunquam intacta euaderent, quæ proxima eſſent. Igitur flatibus eam quoque proprietatem poſſumus adnotare.

ΚΕΦ. ΙΗ.

CAP. XVIII.

De corruptione ex gelu.

Ὁ δὲ τῆς γῆς πάγος χαλεπώτατος, ὅταν περιβεβοθρωμένα καὶ γυμνὰ λάβῃ τὰ δένδρα· μάλιστα δὲ ἐὰν καὶ ὕδωρ ἐνεστηκός. ἐὰν γὰρ διαμένῃ πλείω χρόνον, ἐξέπηξε, εἰς ἀσθενεῖς τε καὶ γυμνὰς τὰς ῥίζας εἰσδυόμενος. ἐπεὶ καὶ ὅλως ἂν διειργασμένην λάβῃ τὴν γῆν, χαλεπώτερος. μανῆς γὰρ οὔσης ἐνικνεῖται μᾶλλον. ἀνθίσταται δὲ, ἐὰν κεκοπρισμένη τύχῃ· θερμὴ γὰρ ἡ κόπρος οὖσα βοηθεῖ. εὐλόγως δὲ καὶ χιόνος πεσούσης, καὶ ἐὰν ἀναζυμωμένης τῆς γῆς ἐπιγένηται (ψύχη γὰρ καὶ πάχνη καὶ πάγος ἐκπηγνύουσιν) διαλύεσθαι διὰ τὴν μανότητα καὶ αὐτὴν τὴν πῆγνυσιν. ὁ δὲ τῆς γῆς πάγος ὀλεθριώτερος τοῖς δένδροις. ἅπτεται γὰρ μᾶλλον τῶν ῥιζῶν· ὁ δὲ τοῦ ὕδατος καὶ ἧττον. χαλεπώτερος δὲ καὶ οὗτος κἀκεῖνος, ὅταν ἀνείῃ καὶ πάλιν ἐπιπηγνύηται, καὶ τοῦτο ποιῇ πολλάκις. ἐξαιρεῖται γὰρ τὴν δύναμιν. ὁ δὲ συνεχὴς ἐγκατακλείσας τὸ θερμὸν, οὐχ ὁμοίως. πλὴν ἐὰν ὑπερβάλῃ τῷ χρόνῳ. καὶ χαλεπώτερος δ' ὅλως ὁ κάτωθεν πάγος ταῖς μὴ εὐγείοις, μηδὲ πυκναῖς, μηδ' ἐνίκμοις. οὐδὲ γὰρ ὁμοίως θερμαίνει. καὶ διαλύεται δὲ πορρωτέρω, καὶ ἅπτεται τῆς ῥίζης. συμβαίνει δὲ τὰς μὲν τῶν βλαστῶν ἐκπήξεις καὶ ἁπλῶς τῶν ἄνω πολλάκις γίνεσθαι. τὰς δὲ τῶν ῥιζῶν καὶ ὅλως τῶν δένδρων, ὀλιγάκις καὶ παρ' ὀλίγοις. αἴτιον δὲ τὸ ἔχειν προβολὴν καὶ οἷον ἀποσέγασμα τοῦ ψύχους τὴν γῆν· εἰς ἣν καὶ συνελαύνεται τὸ θερμόν. ἐνίοτε δ' οὐκ ἀπόλλυται οὐδὲ τὰ ἄνω, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπικάεται. καὶ τοῦτ' οὐκ εὐθὺς ἀφαιρεῖν δεῖ. πολλάκις γὰρ ἅμα τῇ ὥρᾳ διεβλάστησε. καὶ αὐτὰ τὰ φύλλα δοκοῦντα αὖα εἶναι, πάλιν ὑγράνθη καὶ ἐγένετο χλωρά. διὸ καὶ οὐκ ἄτοπον εἴ τι που συνέβη τοιοῦτον, ὥστε ἐλαίας ἀναυανθείσης καὶ αὐτῆς καὶ τῶν φύλλων, πάλιν ἀναβλαστῆσαι· οὐ γὰρ ἦν αὔανσις, ἀλλὰ φαινομένη τις ξηρότητι καὶ τῇ ἄλλῃ χρόᾳ. πρὸς δὲ τὴν ἀρχὴν οὔτε τὴν τῶν φύλλων

Gelicidium humi damnoſum admodum eſt, cum arbores ablaqueatas diſpoliataſque ceſpite occupauerit, ſed maxime ſi adſit aqua reſtagnans. Quippe ſi diutius frigus durauerit radices infirmas diſpoliataſque ſubiens, penitus congelabit. Nam etſi omnino ſolum agitatum inuenerit, vehementius offendet. Penetrat enim liberius quod rarum eſt: reſiſtit valentius, quod fuerit ſtercoratum. Stercus enim vtpote calidum iuuat. Quin ſi niue delapſa, ſoloque fermentato, frigus, pruina, geluque ſucceſſerit; minus ægre non ſine ratione vtique congelabitur. Raritas enim facit, vt ſeges facilius ſentiat. Sed pernitioſius gelicidium terræ arboribus euenit, quam aquæ. Magis enim radices id tangere poteſt. Damnoſius vero vtrumque redditur, cum pluuia & gelu miſcentur inter ſe vicibus, ſæpeque alternantur. Hac etenim ratione vires omnes tolluntur. Quod nō æque glacie perpetua euenit, præterquam ſi diutiſſime infeſtauerint. Calor enim concluſus coarctatuſque aſſidue ſatis tuetur. Omnino damnoſior glacies illa eſt, quæ ſubtus inuadit agrum tenuem, ſolutum, ſiticuloſumque. Haud enim calore poteſt æque reſolui, & vlterius irrepit atque radices attingit. Euenit autem, vt germinum congelatio, & omnino ſuperiorum partium ſæpenumero fiat: radicum perraro, & apud paucos. Ratio, quod radices terram protegentem & frigus arcentem obtineant, ad quam etiam calor compellitur. Interdum nec ſuperiora ipſa intereunt, ſed potius leuiter vruntur. Atque hæc non protinus auferre oportet. Enimuero ſæpe vere ineunte illa quoque germinare incipiunt. Quippe quæ exaruiſſe viſa ſunt, humeſcere rurſus, reddique viridia poſſunt. Qua de cauſa mirandum non eſt, ſicubi ita euenerit, vt olea quæ tum fronde, tum toto corpore exaruiſſe videtur, poſſet regerminare. Haud enim arefactio fuit, ſed eſſe viſa fuit, ex ſiccitate atque calore,

διήκειν. ἔτι δὲ ἧττον τῶν βλαστῶν καὶ τῶν ἀκρεμόνων. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπ' ἄλλων τινῶν τοῦτο συμβαίνει. μάλιστα δ' εἰκὸς ὧν τὸ φύλλον σαρκῶδες, καὶ αὐτὰ τῇ φύσει θερμά. τὰ γὰρ ἀσθενῆ καὶ λεπτὰ τοῦτο πάσχει, καθάπερ τὰ τῶν μορεῶν. ἀλλὰ καὶ τάχιστα ἐπικαίεται. λεπτὰ γὰρ καὶ αὐτὰ τὰ κλωνία καὶ ἁπαλὰ τῇ φύσει· καὶ ὅλον τὸ δένδρον οὐ θερμόν. διὸ καὶ πήγνυται τάχιστα. ἡ γὰρ αὖ δάφνη καίπερ οὖσα μανὴ καὶ διαμένει διὰ τὸ θερμόν. ἡ δὲ ῥόα καὶ ἡ συκῆ, μαναί τε καὶ ὑγραί, καὶ οὐχ' ὁμοίως θερμαί.

calore, quæ vim genitalem frondis nō attingit. Atque etiam minus germinis & rami. Idem & alijs quibuſdam accidit, ſed conſentaneum maxime illis, quæ natura calida ſunt, frondemque gerunt carnoſam. Imbecilla enim atque gracilia facile aboleſcunt; ſicut myrtus. Hæc enim celerrime vritur: quia & ipſa ramuli tenues tenellique ſunt, & tota arbos minus calida eſt, & proinde ad gelu facillima. Laurus etiā quamuis rara, tamen reſiſtit perdurátque ſui caloris potentia. Punica vero & ficus, raræ humidæque minuſque calidæ ſunt.

ΚΕΦ. ΙΘ. — CAP. XIX.

Cur arborum quæ congelauerit germinatio velox ſit. Cur item nix non gelet, pruina gelet.

Ταχεῖα δὲ ἡ ἐκ τῶν ἐκπηγνυμένων ἅμα βλάστησις. ὅτι συμβαίνει τὴν ῥίζαν ἰσχυρὰν γίνεσθαι καὶ πλήρη· συνηθροισμένης τῆς ἔνης τροφῆς, ἣν οὐ διέδωκεν. ἔτι δὲ τὴν πρότερον οὐ πολλὴν καὶ ἰσχυρὰν διανεμομένην, τότε εὔλογον ἀλίσκεσθαι. ὥστ' εὐλόγως καὶ ἡ αὔξησις ταχεῖα καὶ ἡ καρποτοκία. τοῦτο μὲν οὖν ὁμολογουμένως γίνεται παρὰ πᾶσιν. ὃ δέ τινες θαυμάζουσιν, ὅτι ἡ μὲν χιὼν οὐκ ἐκπήγνυσιν, ἡ δὲ πάχνη, μετεωροτέρα τῆς χιόνος οὔσης, οὐδὲν ἄτοπον. πρῶτον μέν, ὅτι ἡ μέν, οὐκ ἐπιμένει, ἀλλ' ἀπολήκεται ἀπὸ τῶν κλημάτων καὶ τῶν βλαστῶν· ἡ δὲ πάχνη, ταῦτ' ἀποκαίει, ἔπειτα καὶ ἡ διάθεσις αὐτὴ τοῦ κλήματος. ἡ μὲν γὰρ ἀβλαστοῦς, ἡ δὲ, διεβλαστηκότος ἄρτι πίπτει, ὅτε ἀσθενέστατον. ἐνίοτε δὲ ἀνοιδοῦντος πρὸς τὴν βλάστησιν, ὅτι οὐχ ἧττον ὡς εἰπεῖν ἐπίκηρον. ἐπὶ πᾶσι γὰρ διϋγραινόμενον ἤδη καὶ μανούμενον, ἔτι καὶ λεπτοτέρα τῆς χιόνος ἡ πάχνη ὥστε δι' ἄμφω σφοδροτέραν τὴν πῆξιν εἶναι. ἡ δὲ χιὼν ὅλως οὐδ' αὖ ἐπιμένειν ἐπὶ τοῖς κλήμασι, μὴ κατακρυπτομένης ὅλης ἀμπέλου. ὅταν δὲ τοῦτο πάθῃ, σκεπάζει τῷ ἐπιμένειν ἐγκατακλείουσα τὴν θερμότητα, καὶ ἀποστεγάζουσα τὴν ἔξω· καθάπερ καὶ ἡ γῆ. τὸ δ' ὅλον, καὶ τμητικωτέρα δοκεῖ ἡ πάχνη τῆς χιόνος εἶναι. διὸ καὶ τοὺς νεοὺς οἴονταί τινες βελτίους ταύτην ποιεῖν. διαχεῖν γὰρ τὰς βώλους διαδυομένην καὶ δάκνουσαν τῷ συνεστάναι μᾶλλον. λεπτοτέρα δ' ἐστὶ τῆς χιόνος· ὅτι ἡ μὲν ἐκ νέφους, καὶ οἷον ἀφρός τις ἐμπεριειληφυῖα πνεῦμα· ἡ δ' αὐτὴ καθ' αὐτὴν συνεστηκυῖα καὶ ἐκ λεπτοτέρου τινὸς ἀέρος καὶ ὑγροῦ. τούτων μὲν οὖν ταύτας ὑποληπτέον τὰς αἰτίας.

Arborum quæ congelauerint, germinatio velox frequenſque eſt. Fit enim vt radix corroboretur, & collectione reficiatur alimenti anniculi, quod haud diſpenſatum tranſmiſſumque eſt. Item alimentum primum, quod non effuſe valenterque fuerit diſtributum, conſumi tunc ad germen citandum, non ſine ratione eſt. Itaque incrementum atque fructificatio celeriter veniunt. De hoc igitur dubium non eſt. Quod autem quidam mirantur niuem gelare nequire, pruinam autem poſſe, quæ niue infirmior eſt; nulla ratione admirari debemus. Primum quod nix non omnibus partibus reſidet: ſed a palmitibus aut germinibus ſtatim liqueſcens delabitur. At pruina hæc diu inhærendo exurit, tum etiam habitus palmitis cauſam habere videtur. Quippe cum nix antequam germen prodierit, cadat; pruina vero vbi proxime prodijt, cum infirmiſſimum eſt. Interdum etiam cum turgeſcit, quo tempore non minus fragile eſt. Iam enim humeſcit rareſcitque. Ad hæc pruina niue tenuior eſt: itaque ratione vtraque vehementius congelatur. Sed nec illo modo nix reſidere palmitibus poſſit, niſi vitis tota cæletur: quod ſi euenerit, calor a niue vndique integente concludetur friguſque foras verſus arcebitur. Quemadmodum a terra fieri ſolet. In totum autem vim quoque incidendi pruina quam nix efficaciorem habere putatur: & noualia proinde meliora fieri pruina, exiſtimant. Glebas enim diffundi ſubeunte mordenteque. quoniam conſtantior eſt. Tenuior autem niue propterea eſt, quia nix ex nube conſiſtit, & velut ſpuma eſt quædam ſpiritum in ſe admodum continens. Ipſa autem pruina per ſe ex tenuiori quodam aëre & humore conſtat. Horum igitur cauſas has eſſe exiſtimandum eſt.

ΚΕΦ. Κ. CAP. XX.

Vtrum gelatio aëris craßitudine accidat, an tenuitate. Hinc rationes ad vtramq; partē

Ἀ[illegible] ἡ δὲ ἐκπῆξις ὅλως, πότερον διὰ τὴν παχύτητα τοῦ ἀέρος, ἢ διὰ τὴν λεπτότητα γίνεται, εἰ δὲ ἄμφω, διὰ πότερον μᾶλλον, ἀπορήσειεν ἄν τις. εἰ μὲν γὰρ [illegible] διὰ τοῦ ἀέρος γίνεται πῆξις, ὅταν μὴ αἴθριος ὁ ἀήρ, μηδὲ ἂν τοῦ ἀέρος [illegible]ξεν. ὁ γὰρ αἴθριος λεπτότερος. ἅμα δὲ καὶ διαλυτικώτερος μᾶλλον ὁ λεπτός· ἡ δ' ἔκπηξις, εἰσδυομένου καὶ τέμνοντος. ἔτι δὲ ψυχρότερος καὶ εὐπαθέστερος ὅλως ὁ λεπτός. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὰ ὕδατα προθερμανθέντα ψύχεται καὶ ἀποπήγνυται θᾶττον· ὅτι λεπτύνεται τῇ θερμότητι. συνεπιμαρτυρεῖν δὲ καὶ οἱ τόποι δοκοῦσιν, οἱ ἐναίθριοι λεγόμενοι. πλείω γὰρ ἐκπήγνυται, καὶ πολλάκις ἐν τούτοις ἐνιαχοῦ μέν, καὶ μικρὸν πάνυ διεχόντων· ὥσπερ ἐν Κορίνθῳ τὸ Κρανίον, καὶ τὸ Ὀλύμπιον. σκληραὶ γὰρ αἱ αἰθρίαι σφόδρα περὶ τὸ Κρανίον, ὥστε καὶ τοῖς φυτοῖς καὶ τῇ αἰσθήσει δῆλον εἶναι. ἐνιαχοῦ δὲ καὶ ἐπὶ πλείονι διαστήματι, καὶ ὅλως οἱ πρώτως οὐκ ἐκπηγνύντες τόποι παχέος ὄντος τοῦ ἀέρος, νῦν ἐκπηγνύουσι. καθάπερ οἱ περὶ Λάρισσαν τὴν ἐν Θετταλίᾳ. τότε μὲν γὰρ ἐνεστηκότος ὕδατος πολλοῦ, καὶ λελιμνωμένου τοῦ πεδίου, παχὺς ὁ ἀὴρ ἦν, καὶ ἡ χώρα θερμοτέρα. τούτου δ' ἐξαχθέντος καὶ ἐνίστασθαι κωλυθέντος, ἥτε χώρα ψυχροτέρα γέγονε, καὶ ἐκπήξεις πλείους. σημεῖον δὲ λέγουσι, ὅτι τότε μὲν ἦσαν ἐλαῖαι καὶ ἄλλοθι καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἄστει, μεγάλαι καὶ καλαί· νῦν δὲ οὐδαμοῦ. καὶ αἱ ἄμπελοι, τότε μὲν οὐκ ἐξεπήγνυντο, νῦν δὲ πολλάκις. ὅτι δὲ ὕδωρ οὐκ ἀεὶ χώρας ψυχροτέρας ποιεῖ, ἀλλ' ὥσπερ καὶ πρότερον ἐλέχθη, σημεῖον τὸ περιγενόμενον· αὕτη γὰρ ἀλεεινοτέρα δοκεῖ νῦν γεγονέναι πλησιαίτερον ὄντος τοῦ Ἕβρου. ταύτῃ μὲν οὖν δόξειεν ἂν ὁ λεπτὸς ἀὴρ πηκτικώτερος εἶναι. τῇ δὲ, πάλιν ὁ παχύτερος· ἀκινητότερος γάρ. ὁ δ' ἀκίνητος εὐπηκτότερος. ὅτι δὲ καὶ αἱ στύγες ἐν τοῖς τοιούτοις γίνονται τόποις, αἵπερ μάλιστα εἰσδύονται εἰς τὰ σώματα· φυλάξασθαι γὰρ οὐκ ἔστιν οὐδ' ἐν τοῖς στρώμασι κατακείμενον· ἐπιβεβαιοῖ δὲ καὶ τὸ ἐν τοῖς ὄρεσιν ἧττον, ἢ ἐν τοῖς πεδίοις ἔκπηξιν γίνεσθαι. λεπτότερος γὰρ ὁ ἀὴρ καὶ εὐκινητότερος. οἱ δὲ καθ' ἕκαστα τόποι καὶ ἐπὶ τούτων πίστιν ἔχουσι. τῆς τε γὰρ Θετταλίας περὶ Κίθρον ὡς εἰπεῖν, ἔκπηξίς ἐστιν· ὁ δὲ τόπος κοῖλος καὶ ἔφυδρος. ἔντε Φιλίπποις πρότερον μὲν μᾶλλον ἐξεπήγνυντο, νῦν δ' ἐπεὶ καταποθεὶς ἐξήρανται τὸ πλεῖστον, ἥτε χώρα πᾶσα κατεργὸς γέγονεν, ἧττον πολύ. καίτοι λεπτότερος ὁ ἀὴρ δι' ἄμφω. καὶ διὰ τὸ κατεργάσασθαι τὴν χώραν (ἡ γὰρ ἀργὸς ψυχροτέρα) καὶ παχύτερον ἔχειν τὸν ἀέρα, διὰ τὸ ὑλώδης εἶναι, καὶ μήτε τὸν ἥλιον ὁμοίως διικνεῖσθαι, μήτε τὰ πνεύματα διαπνεῖν· ἅμα δὲ

Gelatio vero vtrum craſſitate aëris an tenuitate conficiatur : etſi ratione vtraque vtra magis quærendum quis profecto exiſtimet. Nam ſi aër nunquam geletur cœlo minus ſereno, nullo pacto gelationis cauſam habere aëris craſſitudo poſſit videri. Quippe ſerenus ac ſudus aër, tenuior : & proinde diſſolutioni habilior eſt. Gelatio autem non niſi ſubeunte illo quod incidat fieri poſſit. Item refrigeſcit facilius, & omnino ſentit celerius, qui tenuis eſt. Hinc enim, & aqua præcalefacta refrigeſcit, gelaturque celerius : quia ex calore tenuior facta eſt. Confirmare hoc idem & loca putantur, quæ ſuda & ſubdiualia vocitamus. Plus enim ac ſæpius in his congelatur. Nonnuſquam etiam parui interualli diſcrimine, vt apud Corinthum, Cranium, & Olympium. Quamuis enim vicina inter ſe ſint, duræ tamen ſerenitates fieri circa Cranium ſolent. Ita vt & plantarum affectione & hominis ſenſu res percipi poſſit. Alibi longiuſculo interuallo idem animaduertimus. Omnino loca quæ ante nunquam glacie rigeſcebāt, propter aëris craſſitudinem, nunc congelaſcunt aëre commutato, vt apud Lariſſam Theſſaliæ. Prius enim, quod aqua ſtagnante pigraque campus eſſet repletus, aër craſſus & calidior erat : poſtea vero cum aqua educta eſſet, & conſiſtere prohiberetur, aër frigidior eſt redditus, & gelationes plures ſecutæ ſunt. Cuius rei argumētum afferunt, quod tunc oleæ cum alibi, tum in ipſa vrbe magnæ & optimæ aderant, nunc autem nuſquam habētur : & vites quoq; tunc nunquam congelabantur, nunc perſæpe. Aqua autem non ſemper agrum reddi frigidiorem, ſed etiam ijs, quæ prius iam diximus, argumētum, quod circa euenerat. Hæc enim tepidior nunc eſſe putatur, quia Ebrus amnis propius. His de cauſis aër tenuis gelationi aptior eſſe videatur : at illis contra, craſſior potius habilior eſſe creditur. Eſt enim ſtabilior atque immotior. Qui autem eſt immotus, facilius congelatur. Item ſtyges locis iſtiuſmodi fiunt quæ maxime corpora ſubeunt. Haud enim quiſquā vitare poteſt, etiamſi in lecto contectus admodum iaceat. Confirmat etiam illud, quod in montibus minus quam in planis gelatur. Aër enim tenuior atq; agilior vbi eſt; fidem ijs quoque loca ſingula faciūt. Quippe cum circa Cithrum Theſſaliæ maxime fere congelatur, qui locus cauus ac riguus eſt : & apud Philippos ante magis congelabatur, ſed nunc quod aquā ager ſorbuerit, atque ita maiore ex parte reſiccatus ſit, totuſque excoli incœperit, multo minus rigeſcit. Atqui tenuior ager redditus eſt, & quia abſumpta fuerit aqua, & quia excultus ſit ager (incultus enim, neglectuſque frigidior) & aërem habet craſſiorem. Neque enim ſolis æque ſentit ardorem, neq; perflatur ſpiritibus propter materiam : tum etiam aquas

καὶ φύλλα ἔχειν ὑδάτων συῤῥοὰς καὶ συστάσεις πλείους. ὅπερ καὶ περὶ τὰς Κρηνίδας, ἣ τῶν Θρᾳκῶν κατοικούντων. ἅπαν γὰρ τὸ πεδίον δένδρων πλῆρες ἦν καὶ ὑδάτων. ὁπότε οὖν μᾶλλον πρότερον ἐκπήγνυσιν ἐξηραμμένων τῶν ὑδάτων, τὴν λεπτότητα τοῦ ἀέρος αἰτιατέον, ὥς τινές φασιν. αἱ μὲν οὖν αἰτίαι ὑπὲρ ἑκατέρων, τοιαῦταί τινες. ἴσως δὲ ἀμφοτέρων γινομένων ἐκπήξεων (τοῦτο γὰρ φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων) διαφέρει καὶ τόπος τόπου καὶ τῷ μᾶλλον παχύνεσθαι καὶ λεπτύνεσθαι. ὁ γὰρ ὑδατώδης καὶ θολερὸς, οὐχ ὁμοίως ἐργατικός. οὐδ' αὖ πάλιν ὁ λεπτός· καὶ γὰρ εὐκίνητος καὶ οὐκ ἔμμονος. ἡ πῆξις δὲ εἰς χρόνους. ἔτι δὲ καὶ τὰ ἐπιγινόμενα δεῖ ποῖ' ἄττα εἶναι, καὶ τὴν ὅλην κατάστασιν, καὶ εἴ τι ἄλλο τῶν ἔξωθεν. εἰ γὰρ μεταβολαὶ ταχεῖαι πρὸς τὰς ἀνέσεις, κωλύοιντ' ἂν αἱ πήξεις· ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν, εὐπαθέστερος μὲν εἰς τὸ πάσχειν ὁ λεπτός. ὅταν μέντοι καταψυχθῇ ὁ παχύτερος, ψυχρότερος· ὥσπερ καὶ θερμανθεὶς θερμότερος. ἔμμονος γὰρ μᾶλλον ἡ θερμότης καὶ ἡ ψυχρότης, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις τοῖς σωματωδεστέροις. διὸ καὶ εἴπου μὴ ὑδατώδης, ἀλλ' ἅμα τῷ πάχει ξηρός, οὐκ ἄλογον εἰ μᾶλλον ἐκπηκτικός. ἀλλὰ γὰρ περὶ μὲν τούτων, ἱκανῶς εἰρήσθω.

ſtagnantes pigraſque, locus ille complures habet: quod idem & apud Crenides olim fuiſſe proditum, cum Thraces eum locum inhabitabant. Totus etenim campus ſcatebat arboribus, aquiſq; permadebat. Cum igitur nunc magis quam ante locis his congeletur, aquarum copia reſiccata, aëris tenuitati cauſa tribuenda eſt, vt placet quibuſdam. Tales in vtramq; partem rationes poſſunt afferri: forſitan quia vtroque modo fieri gelatio poteſt. Id enim ex prædictis pateſcit. Sed differt etiam locus a loco, quod plus craſſetur aut attenuetur. Aquoſus enim turbulentuſque non æque efficax eſt, nec rurſus qui prætenuis eſt. Agilis enim minuſque ſtabilis. Gelatio autem ſpacio conficitur temporis. Ad hæc qualitatem quandam illis quæ ſequuntur, totique ſtatui cœli, & quicquid extrinſecus veniat, ineſſe oportet. Nam ſi mutationes remiſſioneſque crebris inter ſe vicibus alternentur, nulla poſſit fieri gelatio: ſed (vt ſimpliciter dicam) celerius affici poteſt qui tenuior eſt. Frigefactus tamen qui craſſior, frigidior redditur, ſicuti & calidior. Caliditas enim aut frigiditas in eo firmius continetur: quemadmodum & in cæteris quæ calloſiora corpulentioraque ſunt. Quamobrem ſicubi non dilutus ſed craſſus ſimul & ſiccus ſit, non abſque ratione hic facilius congelaſcet. Sed de his ſatis.

ΚΕΦ. ΚΑ.

Cap. XXI.

De pernicie arborum per æſtus nimios. Deque violentis affectionibus, & quæ hominis fiunt iniuria. Tum quo modo ſtercus exitio ſit.

Ἡ δὲ τοῦ καύματος ὑπερβολὴ, τὰ μὲν φυτὰ καὶ παντελῶς νέα φθείρει διὰ τὴν ἀσθένειαν. ὥσπερ καὶ τὰ ἐπέτεια. τὰ δ' ἐῤῥιζωμένα καὶ ἔχοντα μέγεθος, οὐ φθείρει· διὰ τὸ μὴ δύνασθαι διαδύεσθαι. μὴ δὲ ὁμοίως θιγγάνειν τῆς ἀρχῆς. ἀλλ' εἴπερ βλάπτει τοὺς βλαστοὺς καὶ τοὺς καρποὺς ἐπικαίει. καὶ τὸ ὅλον ἴσως ἀλλοτριώτερον τῇ φύσει τὸ ψυχρόν. ἐπεὶ ὥσγ' ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐπὶ πάντων γίνεται ἡ φθορὰ ταῖς ὑπερβολαῖς, ὅσα συνεργεῖ πρὸς τὸ ζῆν. καὶ γὰρ χώρα τις ἄφορος, ἡ μὲν, διὰ λιπαρότητα, ἡ δὲ, διὰ λυπρότητα, ἡ δὲ διὰ λεπτότητα. καὶ ἀὴρ κωλύει περισκελὴς ὢν· ἐφ' ἑκάτερα καὶ ὕδατος ἔνδεια καὶ πλῆθος. φθείρει γὰρ καὶ τὸ στάσιμον ἐὰν ὑπερβαίνῃ τὸ μέγεθος τοῦ δένδρου, καθάπερ ἐν ταῖς ἐπομβρίαις καὶ τοῖς λιμνώδεσι τόποις· ὃ καὶ περὶ Φενεὸν συνέβαινεν. ὅπου ἡ ἀποῤῥοὴ γίνεται· κἂν ἔχῃ βάθος, διαφθείρουσι μᾶλλον. βοηθεῖ γὰρ ἡ κίνησις, καὶ τὸ ἱκανὸν ἀεὶ πρὸς τὸ πίπτειν. εἶναι τούτων μὲν οὖν, ταύτας ὑποληπτέον τὰς αἰτίας. λοιπὸν δὲ δεῖ εἰπεῖν περί τε τῶν βιαίων παθῶν, καὶ εἴ τις ἄλλη μὴ ὑπὸ τοῦ ἀέρος καὶ τῶν τῆς φύσεως ἀλλ' ὑφ' ἡμῶν γίνεται. καθάπερ ἤτε διὰ τὸν περιφλοισμὸν καὶ διὰ τὴν ἕλκωσιν τῶν φυτῶν· καὶ ὅσα παραβαλλό-

Aeſtus autem nimius plantas, & omnino nouellas arbores perdit ratione infirmitatis: ſicut etiam illa quibus vita annua data eſt. At vero quæ radices conceperint, & iam factæ grandiuſculæ ſint, has interimere non poteſt: quia ſubire atque vitalem originẽ æque attingere nequit. Sed ſi quid offendere poſſit, germina fructus adurit: quippe in totum frigiditas alienior a natura forſitan eſt. Quandoquidem vt ſimpliciter dicam, omnia exceſſu rerum quæ vitam tuentur, intereunt. Enimuero inter agros, alius ex nimia pinguedine ſterileſcit, alius ex immodica macie, & aër quoq; impedimento eſt, cum in alteram partem modus defuerit: necnõ & æque inopia, multitudoue officit. Nam & ſtabilis aqua, ſi arboris magnitudinem exceſſerit, perdet: vt cum imbres percrebuerunt, aut loca inundationibus concreuerunt. Quod etiam circa Pheneum euenerat. Vbi tamen aqua poſſit effluere, arbores melius tolerant, quamuis alte ingurgitatæ. Iuuant etenim motus, vt nunquã vires deficiantur contra præſentẽ alluuiem. Hæc igitur illis de cauſis fieri arbitrandũ. Sequitur vt de violẽtis affectionibus diſſeramus: & ſi quæ aliæ nõ aëre aut natura, ſed ab hominis iniuria veniant, has quoque adijcamus. Vt eam, quam corticis in orbem detractio, aut vulnus aliquod inferat: quæque appoſitis

παρὰ τὰς ῥίζας ἀναιρεῖ. καθάπερ τὰ τῶν κυάμων κελύφη, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον ἕτερον. καὶ πρῶτον μὲν ὑπὲρ τῶν κυάμων λέγωμεν. φθείρει γὰρ τὰ τῶν κυάμων κελύφη, περιβαλλόμενα ταῖς ῥίζαις καὶ τοῖς βλαστοῖς, οὐ πάντα, ἀλλὰ τὰ ἄρτι ἀναφυόμενα. ταῦτα γὰρ ἀσθενέστερα· φθείρει δ᾽ ὅτι τῇ σκληρότητι ἀφαιρεῖται τὴν τροφήν· τὴν μὲν ἕλκοντα αὐτά, τὴν δ᾽ ἀποστέγοντα· μὴ τρεφόμενα γὰρ φθείρεται. καὶ ταῦτα μὲν καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον, ὥσπερ ἐναντία πρὸς τὴν βλάστησιν ὄντα, φθείρει. ἔνια δὲ καὶ τῶν οἰκείων καὶ συνεργούντων, ἐὰν πλείω συνεχθῇ τοῦ συμμέτρου, ἢ ἰσχυρότερα ἢ μὴ κατὰ καιρόν. οἷον ἡ κόπρος, ἢ συνεχῶς, ἢ ἰσχυρότερα παραβαλλομένη· καθάπερ ἡ σκυλοδεψική· πάντα γὰρ ὡς εἰπεῖν, αὕτη δοκεῖ φθείρειν, ἄκρατος οὖσα. καὶ μὴ καλῶς μιχθεῖσα. καὶ ὅσαι δὲ θερμαί, καὶ ξηραί, καὶ ἰσχυραὶ τὸ ὅλον· καὶ μὴ οἰκεῖαι πρὸς ἕκαστον. εἰσὶ γὰρ ὥσπερ εἴπομεν αἱ πρὸς τὰς φυτείας ἁρμόττουσαι. καὶ οὐχ ὥσπερ τὸ ὕδωρ πᾶσι κοινόν. ἀλλὰ τοῦτο ἐνίοτε τῷ πλήθει διαφθείρει, σῆπον τὰς ῥίζας καὶ λίαν ἐκμεθύσκον. ἐὰν δὲ νέα τύχῃ καὶ μὴ ἄγαν ὄντα φίλυδρα, καθάπερ ὁ κιττὸς καὶ τ᾽ ἄλλα τὰ ξηρά. καὶ μᾶλλον ἐὰν δή τις μὴ κατὰ καιρὸν ἢ τούτοις ἢ τῇ διακαθάρσει ἢ τῇ σκαπάνῃ χρήσηται. πάντα γὰρ συναίτια γίνεται φθορᾶς· ὁ δὲ καιρὸς καὶ πρὸς αὐτά, καὶ πρὸς τὰ ἐπιγινόμενα, παρὰ τοῦ θεοῦ κατὰ τὰς ὥρας. αὗται μὲν ἐν τοῖς οἰκείοις αἱ φθοραί· δι᾽ ὑπερβολήν, ἢ δι᾽ ἔλλειψιν τροφῆς, ἢ ἀκαιρίας ἔργου.

appoſitis quibuſdam fit. Sicut de putaminibus fabarum narratur, & quicquid eiuſmodi. Ac primum quidem de fabis dicamus. Enimuero fabarum putamina radicibus aut germinibus appoſita vitam penitus tollunt: non tamen omnibus, ſed ijs quæ nuper prouenere, vtpote imbecillioribus. Quod ea de cauſa hæc facere poſſunt, quia ſua duritia ſiccitateq́;, alimentũ partim trahendo partim arcendo auferunt. Aliméto etenim deſtituta protinus moriuntur. Sed hæc & quicquid generis eiuſdem, tanquam germinationi aduerſa, interimunt. Quædam autem ex eorum numero quæ conueniunt iuuareque poſſunt, exitio aliquando ſunt, ſi immodica, aut vehementiora, aut minus tempeſtiua exhibeantur: ut ſtercus ſi crebrius, vel effuſius, vel vehementius ceu fex pellium diſponatur. Hac enim prope omnia poſſe interire creduntur. Et ſi intemperata ſit non recte, periculum idem impendet. Et ſi calidum aut ſiccum, aut omnino vehemens, minuſque plantæ conueniens ſtercus fundatur. Sunt enim (quemadmodum diximus) quæ ſingulis ſationibus congruant: nec idem ſtercus commune omnium eſt, modo aquæ. Quanquam ea quoque radices ſua multitudine inebrians putrefacit: longeque magis ſi plantæ nouellæ, nec nimium aquæ cupientes ſint, ceu cupreſſus, & reliquæ ſiccæ. Aut ſi quis non tempeſtiue vel ijs, vel purgatione, foſſioneue vtetur. Omnia namque dant cauſam emoriendi. Temporis autẽ ſingulis horis, cum adhæc ipſa, tũ ad ſequentia Deus autor eſt. Corruptiones, quæ per alimenti exceſſum defectumue, aut per intempeſtiuitatem operis eueniunt, hæ ſunt.

ΚΕΦ. ΚΒ.

CAP. XXII.

De pernicie quæ vicinitate iuxta ſatorũ, aut contagione ſponte ſe aſſociantiũ affertur. Item quæ herbæ alias interimant. Quodq́; oleũ, & pix, & pingue plantas enecent.

Αἱ δ᾽ ἀπὸ τῶν φυτευομένων ἢ παραβλαστανόντων αὐτομάτων, τῷ ἀφαιρεῖσθαι τὰς τροφάς. θᾶττον δ᾽ ἐὰν ἰσχυρότερα καὶ πλείω· καθάπερ τὰ ἄγρια. καὶ ὅσα δὴ πολύρριζα καὶ πολύτροφα, καὶ ἐπισχίζοντα, καὶ περιπλεκόμενα, καὶ καταπνίγοντα, καὶ ἐμφυόμενα, καθάπερ ὁ κιττός. ἐπεὶ καὶ ἡ ἰξία δοκεῖ καὶ ὅλως τὰ ἐμβλαστάνοντα φθείρειν. ὁ δὲ κιττὸς καὶ τὸ ἄλιμον, τῇ τε πολυτροφίᾳ καὶ τῇ ἀλμυρίδι τῇ περὶ αὐτά. ἰσχυρότερόν γε τὸ ἄλιμον, διὰ τὸ πλείω ἔχειν. φθοραὶ δὲ καὶ ἄλλοις ὑπ᾽ ἄλλων εἰσὶν ἴδιαι, καθάπερ ἐν τοῖς ἐλάττοσι. καὶ γὰρ ἡ ὀροβάγχη καλουμένη, τὸ ὄροβον τῷ περιπλέκεσθαι καὶ καταλαμβάνειν. καὶ τὸ λειμόδωρον τὸ βούκερας εὐθὺς τῇ ῥίζῃ παραφυόμενον· καὶ ἄλλα δι᾽ ἄλλων. καὶ ὅσα δὴ συγγενᾶται καθ᾽ ἕκαστον σπέρμα. οἷον, αἶρα καὶ αἰγίλωψ καὶ πυροῖς καὶ κριθαῖς, καὶ ἡ ἀπαρίνη φακοῖς. καὶ ἕτερα δ᾽ ἑτέροις. ἅπαντα δὲ τῷ τὰς τροφὰς ἀφαιρεῖσθαι.

QVæ autem vicinitate iuxta ſatorum, aut contagione ſponte ſe aſſociantium conferuntur, has alimenti ſublatio ſolet efficere: eoque celerius, quo validiora pluraque ſint quæ infeſtant: ceu quæ ſylueſtria ſunt, quæ radice numeroſa cohærent, quæ multo indigent alimento, quæ abſcindere, amplecti, ſtrangulare atque irrepere poſſunt, vt edera. Nam viſcum quoque, & omnino quæ aliquam plantam pro ſede capiunt, interimere poſſunt. Edera & aurio, nimio pabuli deſiderio ſalſugineque ſibi ingenita arbores necant: ſed aurio pernicioſior eſt quod plus habet ſalſuginis. Neces alijs quoque ab alijs accidunt propriæ, ceu in minoribus patet. Quippe orobancha vocata eruum necat amplexu compreſſuque ſuo, & limodorum, fœnum græcum interimit, protinus radici adnaſcẽs. Ita alia cladem alijs inferunt: vt quæ cum ſingulis frugibus ſimul proueniunt, ceu lolium & auena, tritico atque hordeo: & lappa lenti, & alia alijs. Omnia tamen idcirco interimunt; quia pabulum tollunt: tam quod terra miniſtrat,

τάς τε ἐκ τῆς γῆς καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ ἡλίου καὶ τοῦ ἀέρος. καὶ τούτων μὲν σχεδὸν φανεραί τινες αἱ αἰτίαι. ἡ δ' ὑπὸ τοῦ ἐλαίου καὶ τῆς πίττης καὶ τοῦ στέατος (καὶ γὰρ καὶ ταῦτα φθείρει καὶ μάλιστα τὰ φυτὰ τὰ νέα, καὶ οὐκ ἐῶσιν ἅπτεσθαι καὶ περιπλέκεσθαι) ἐν ἐκείναις εἰσὶ ταῖς αἰτίαις, ὅτι θερμὰ καὶ λεπτὰ τὴν φύσιν ὄντα, διαδύεταί τε πόρρω, καὶ πυκνοῖ καὶ ἐπικαίει τὸν φλοιόν. σημεῖον δ' ὅτι καὶ σκληρύνεται καὶ ἀφίσταται· πονήσαντος δὲ καὶ ἀποσκληρυνθέντος οὐ δύναται διιέναι ἡ τροφή. τοῦ δ' ἐπικαίειν καὶ διαδύεσθαι πόρρω, κἀκεῖνο σημεῖον. οἱ γὰρ ἡμεροῦντες τοῦ θέρους, ἐπὶ τὰ ὑπολείμματα τῶν ῥιζῶν, ἔλαιον ἢ πίτταν ἐπιχέουσιν, ἢ τῷ στέατι ἀλείφουσιν· ἅπερ ὅλως ξηραίνουσι. καὶ μάλισθ' ἡ πίττα, διὰ τὸ ἰσχυροτάτη εἶναι.

quam quod a ſole,& aëre veniat. Atque eorum quidem ratio manifeſta fere eſt. Oleum autem & pix, atque pingue (nam ea quoque pecandi vim habent, & maxime contra plantas nouellas: quare tangi eas minime ſinunt, ſed tutiſſime circumdant viminibus) cauſam illam habent, quod ſua caliditate atque tenuitate labili longe effundũtur,& condenſant aduruntque corticem. Argumentum, quod cortex dureſcit atque detruditur. quo laborante perdureſcenteque, alimentum tranſire non poteſt. Vim adurendi longe ſubeundique haberi. argumento illud etiam eſt: quod qui agrum ſylueſtrem in aruorum formam tradūcunt, radicum reſiduis oleum aut picem infundunt, aut adipe vngunt. Quæ omnino ſiccant: præſertim pix, vtpote quæ validiſſima eſt,

ΚΕΦ. ΚΓ.

CAP. XXIII.

De corruptionibus, quæ aut ictu, aut aliquarum partium detractione, aut diminutione, aut omnino ſublatione fiunt. Quæ præterea plagam tolerent, aut non tolerent. Hinc quæ diſsecta ſciſſaque coëant.

Λοιπαὶ δὲ τῶν φθορῶν ὥσπερ βίαιοι λεγόμεναι. αὗται δὲ γίνονται πληγῇ ἢ περιαιρέσει τινῶν ἢ κολούσει, ἢ τοῦ ὅλου ἀφαιρέσει. ἔνια μὲν γὰρ ἑλκούμενα βαθύτερον, ἀπόλλυται διὰ τὴν ξηρότητα καὶ ἀσθένειαν. ὁ δὲ φοῖνιξ, τιτρωσκόμενος εἰς τὸν ἐγκέφαλον. ἐν τούτῳ γὰρ ἡ ζωὴ καὶ βλάστησις ὅταν οὖν ἀναξηρανθῇ ἢ τὸ ὅλον ἀλλοιωθῇ, παρεισπεσόντος ἀέρος τε καὶ ἀλλοτρίου θερμοῦ, διαφθείρεται. ἡ διαφθορὰ δὲ δίεισιν εἰς τὰ κάτω. τούτου μὲν οὖν καὶ ἰδία τις ἡ φύσις, ὥστε καὶ ἐμφανὲς εἶναι τὸ κύριον τοῦ ζῆν. ἔνια δ' οὐ πρὸς πληγὴν ἀπαθῆ μόνον, ἀλλὰ καὶ ξύλων ἐξαιρουμένων ἐκ τοῦ στελέχους. οἷον ὅσα φύσει καὶ εὔβλαστῆ καὶ ὑγρά. καθάπερ πτελέα, πλάτανος, τὰ πολλὰ τῶν παρύδρων· ἡ δὲ πεύκη, καὶ δαδοκοπουμένη σώζεται· μέγα δὲ ταύτῃ καὶ ἡ λιπαρότης. ἅπαντα δὲ ταῦτα καὶ τ' ἄλλα μέγεθος ἔχοντα ὑπομένει. διὸ καὶ τὰ ἐκσηπόμενα σώζεται καὶ ζῇ. ἐπεὶ καὶ τὴν πεύκην οὐκ ἀεὶ δαδουργοῦσιν· ἀλλ' ὅταν ἐν ἀκμῇ καὶ πορρωτέρω γένηται. νέα γὰρ οὐκ ἔχει· διὰ τὸ μὴ πέττειν μηδὲ συναθροίζειν τὸ ὑγρὸν, ἀλλ' εἰς τὴν βλάστησιν καὶ τὸ μῆκος καταναλίσκειν. ἅμα γὰρ τῇ εἰς βάθος αὔξῃ, καὶ ἡ τοιαύτη διάθεσις καὶ δύναμις ἔοικεν ἀκολουθεῖν. ὅσα δὲ καὶ τετρωσμένα καὶ κολαζόμενα, βελτίω γίνεται καὶ καρπιμώτερα, δῆλον καὶ ταῦθ' ὑπομένειν. πληγὴν μὲν οὖν καὶ διαίρεσιν καὶ τὰ τοιαῦτα δέχεται· σχίσιν τε τοῦ στελέχους πρὸς τούτοις, ἄμπελος καὶ συκῆ, καὶ ῥόα καὶ μηλέα· τὰ δ' ἄλλα ἀπόλλυται. ὅσα γὰρ αὖ πληγέντα καὶ σχισθέντα συμμύει πάλιν καὶ συμφύεται, ταῦθ' ὥσπερ ὑγιασθέντα ζῇ· καὶ οὐχ'

Reſtant corruptiones quæ violentæ appellantur, quæ fieri ſolent ictu aut detractione partium aliquarum, aut dimutilatione: aut omnino ſublatione. Quædam enim vbi altius vulnus ceperint, intereunt: ſiccitatis imbecillitatiſque ſuæ ratione. Palma vulnerata quoque in cerebro, perit. Vis enim vitalis germinatrixque ſita in eo eſt. Quamobrem cum id reſiccatum, aut omnino alteratum ſit, interuentu aëris caloriſque alieni corrumpitur: partiſque ſuperioris corruptio mox ad ima deſcendit. Huius ergo peculiaris quædam natura eſt, vt & pars conſpici poſſit vitæ præſtitrix. Sed ſunt quæ non plagam tolerant ſolum, ſed etiam lignis detractis caudici, ſine noxa manent. Vt quæ humida ſunt probeque germinant, ceu vlmus, platanus: & pars maior eorum quæ iuxta aquas viuiſcunt. Pinus teda quoque detracta ſeruari poteſt. Huic etiam pinguedo pro magno habetur. Sed hæc omnia, cæteraque non niſi bene adulta ſufferre poſſunt,& hinc quamuis putruerint, ſeruari tamen ac viuere queunt. Nam & pinum hanc ſemper tædificare conſueuere, ſed cum viget ætateque maior eſt. Caret enim tædā nouella, quia humorem non excoquit, neque aggregat: ſed totum ad germina incrementaque altitudinis abſumit. Statim enim ac dilatari incœperit, vis illa & habitudo tedæ videtur conſequi. Quæ autem vulnerata aut caſtigata, meliora & fertiliora euadunt: hæc quoque poſſe ſufferre certum eſt plagam. Igitur & diſciſſionem hæc tolerant: ſed vitis, ficus, punica, olea, amygdala & malus, non ea ſolum, ſed etiam fiſſionem caudicis ſuſtinent. Cætera omnia fixo caudice pereunt. Etenim quæ ita vulnerata fiſſaue rurſus cōprimuntur, & coeunt; hæc velut ad ſanitatem redu-

ἀναξηραίνεται διεσχισμένα. τῆς δ' ὑπομονῆς, αἴτιον ἡ ὑγρότης καὶ ἡ φύσει μανότης. τροφήν τε γὰρ ἱκανὴν λαμβάνουσι, καὶ οὐκ ἀναξηραίνονται διὰ τὴν σχίσιν, οὐδὲ ὑπὸ τοῦ ψύχους οὐδὲν πάσχουσιν. εἰ δ' οὕτω δεῖ λαβεῖν τὴν σχίσιν, ὥστε ἀνέχεσθαι μὲν, ἃ μόνα δοκεῖ τῶν ἡμέρων τοῦτο δύνασθαι, συκῆ, ἄμπελος, ἐλαία, ἀμυγδαλῆ, διὰ τὸ συμμύειν τάχιστα. διὸ καὶ δύσχιστα τῷ κολλώδη τὴν σύστασιν ἔχειν. καὶ γὰρ ὁ ὀπὸς καὶ τὸ τῆς ἐλαίας τοιοῦτο καὶ πᾶν λιπαρόν. τὸ δὲ τῆς ἀμπέλου ξύλον αὐτὸ τοιοῦτον. σημεῖον δὲ ὅτι καὶ σχιζόμενα τὰ κλήματα καὶ τῆς ἐντεριώνης ἐξαιρουμένης, ταχὺ συμφύεται· ἔτι τούτου γε μᾶλλον ὁ κάλαμος. καὶ γὰρ συνέρχεται αὐτόματος. φασὶ δὲ καὶ τὴν ἄπιον σχίζεσθαι. περὶ μὲν οὖν τούτων σκεπτέον.

ducta viuunt, non ſicut illa nihil perfiſſa deficiunt. Cauſam autem talis tolerantiæ, humor & naturalis reſolutio dant. Quippe alimentum quantum abunde ſit capiunt, neque reſiccantur, neque a frigore quicquam læduntur fiſſuræ cauſa. Quod ſi ita eſt, hinc ea quæ ex vrbanorum genere fiſſionem tolerant, ceu ficus, olea, amygdala, poſſe id ſuſtinere credendum: quod partes diſiectas celerrime comprimant coagmententque. Vnde & difficile iſta ſcinduntur, quia tenaci compage conſtant. Talis enim ſuccus ficorum, & oleæ pinguiuſculus ille humor,& quidque pinguedinem habens. Vitis quoque materies eiuſdem generis eſt. Argumentum quod palmites fiſſi & medulla exempta celeriter coeunt, atque etiam magis arundo: hæc enim ſponte coit, atque concorporatur. Pirum quoque ſcindi quidam dixere. Sed de his cogitandum.

ΚΕΦ. ΚΔ.

CAP. XXIIII.

De corticis detractione in orbem. Deque medulla exempta, ac decacuminatione mutilationeque plantarum.

Ἡ δὲ τοῦ φλοιοῦ περιαίρεσις, κοινὴ πάντων ἢ τῶν πλείστων ἐστὶ φθορά. περὶ ἧς εἴρηται πρότερον. εἴ τε γὰρ ἐν τοῖς κυκλίοις ἐστὶ τὸ ζῆν, εὐλόγως ἂν γίνοιτο, καθάπερ τινές φασιν· εἴ τε καὶ ἀπὸ τούτων πυκνουμένων διικνεῖται πρὸς τὸ ὅλον, εὔλογον οὕτω. ἡ δὲ μήτρα, μέχρι μὲν τινος ἐξαιρουμένη οὐ φθείρει· δι' ὅλου δὲ, φθείρει· καθάπερ οἱ περὶ Ἀρκαδίαν φασὶ, καὶ πεύκην καὶ ἐλάτην, καὶ ἄλλ' ὅ, τι ἄν. οὐκ ἄλογος δ' οὐδὲ ταύτης ἡ αἰτία· καὶ ταῦτ' εἴη τῶν εἰρημένων. ὑγρότατον γὰρ δοκεῖ καὶ ὥσπερ μάλιστα εἶναι ζωτικόν. σημεῖον δ' ὅτι καὶ τὰ ξύλα καὶ τὰ ἔμμητρα διαστρέφεται κατειργασμένα ἤδη, μέχρις οὗ ἂν τελέως ἀναξηρανθῇ· διὸ καὶ ἔνσχιστα καὶ οὐκ ἔμμητρα ποιοῦσι τὰ τῆς ἐλάτης καὶ τῆς πεύκης. ταύτης δὲ, μέχρι μέν τινος ἐξαιρουμένης, οὐκ ἄτοπον διαμένειν τὸ δένδρον, ὥσπερ καὶ τοῦ φλοιοῦ μέχρι τινὸς ἀφαιρουμένου. τελέως δ' ἐξαιρεθείσης, αὐαίνεσθαι, καθάπερ ἀρχῆς τινος ἢ καὶ οἰκείας ὑγρότητος συμφύτου στερουμένον. περὶ δὲ τῆς ἐπικοπῆς καὶ τῆς κολούσεως, ἐν ὀλίγοις ἡ σκέψις. ὀλίγα γὰρ τὰ φθειρόμενα. κατὰ μὲν τὴν ἐπικοπὴν, ἐλάτη, πεύκη, πίτυς, φοῖνιξ· ἔνιοι δὲ καὶ κέδρον καὶ κυπάριττον φασι. καλοῦσι δ' ἐπικοπὴν, ὅταν ἀφαιρεθείσης τῆς κόμης ἐπικόψῃ τις τὸ ἄκρον. οὐκ ἀλόγως δ' ἂν δόξειε φθείρεσθαι ξηρὰ τῇ φύσει, καὶ εὐθυπορώτατα μὲν, μονόρριζα δ' ὄντα. καὶ γὰρ αἱ ἑλκώσεις πόνον παρέχουσι, καὶ εὐπαθέστερα ποιοῦσιν, εἰς τὸ διικνεῖσθαι καὶ τὸ καῦμα καὶ τὸ ψῦχος. ἄλλως τε καὶ πανταχόθεν οὖσαι, καὶ διὰ τὴν ὀρθότητα καὶ διὰ τὴν εὐθυπορίαν, ταχὺ διικνεῖται καὶ πρὸς τὰς ῥίζας.

Corticis autem in orbem detractio, communis omnium, aut certe plurimorum interitus eſt: de qua prius ſatis retulimus. Siue enim pars arborum vitalis hæc ſit (vt placet quibuſdam) ratione optima ſequetur interitus: ſiue hæc condenſata arborem contagione deprauet totam; ratione id quoque eueniet. Medulla autem aliquatenus exempta, nunquam arbos emoritur: at ſi tota detracta ſit, moriendum omnino eſt, vt Arcades aiunt. Nec pinus aut abies ſeruari amplius poteſt. Cauſam haud temere illam putaueris, quod medulla pars humidiſſima & vitalis præcipue ſit. Cuius rei argumentum, quod materies quæ medulla viduata non eſt, peruertitur recuruaturque iam confecta, vſque dum penitus reſiccetur. Quapropter abietis pinique materiem filo findunt, nec quicquam medullæ relinquunt. Itaque ſi hæc aliquatenus detrahatur, nihil abſurdum, arborem poſſe durare: ſicut etiam ſi cortex aliquatenus detrahatur. ſed ſi tota dematur, exareſcat arbos neceſſe eſt: ceu deſtituta vitali quodam principio, aut ſuo natiuo humore. Decacuminationis dimutilationiſque ratio in paucis cogitanda eſt. Pauca enim ſunt quæ mori ea de cauſa poſſunt. quippe decacuminatione abies, pinus, larix, & palma duntaxat pereunt. Quidam & cedrum, & cupreſſum annumerant. Vocant decacuminationes, cum detracta coma, arboris extremitas præciditur, quod non ſine ratione arbores prædictas interimit: cum ſiccæ natura ſint & meatu condantur rectiſſimo, & vnica radice inhæreant. Vulnus enim infeſtat, facitque, vt & frigus & ardor facilius ſubeant: præſertim cum vndique infertur, & ex proceritate atque meatuum rectitudine, non pigre ad radices

ὥστε πολλαχόθεν ἡ φθορά. φύσει δὲ ἀπαραβλαστα πάντα, καὶ διὰ τὴν ξηρότητα τῶν ῥιζῶν, καὶ διὰ τὴν εἰς τὸ ἄνω φοράν. καὶ ἐπὶ τὸ μονόῤῥιζα, καὶ ἐπὶ τὸ βάθος ἐνίας ἔχειν. οὐδαμοῦ γὰρ οὐδὲν περιττὸν, οὐδὲ παροχετευόμενον ἐκπίπτει τῆς τροφῆς· ὥστε μὴ εἶναι παραβλαστήσεως ἀρχήν. ὅταν οὖν πάντα ταῦθ' ὑπάρχῃ πᾶσι, σχεδὸν ἀναγκαίαν τὴν φορὰν εἶναι τελείαν. αἱ δὲ κολούσεις φθείρουσιν ὅλως ὀλίγα. μόνον γὰρ μάλιστα τὸ τῆς ἀμπέλου φυτὸν ἀπόλλυται, καὶ εἴ τι ἕτερον ἁπαλὸν, καὶ ἀσθενὲς, καὶ εὐθύπορον. ταῦτα γὰρ αἴτια τοῖς τοιούτοις τῆς φθορᾶς· χείρω δὲ ποιοῦσι πλείω. καὶ γὰρ ἡ ἀμυγδαλῆ πικρὰ γίνεται· καὶ ἡ ῥόα σκληροτέρα, καὶ ἕτερ' ἄττα μεταβάλλει. τὸ δ' αἴτιον εἴρηται πρότερον· ὅτι τῆς ἀρχῆς ἀλλοιουμένης, συναλλοιοῦται καὶ τὸ τέλος.

quoque deueniat. Ita multis de cauſis arbores iſtæ decacuminatæ intereunt. Negata his omnibus a natura nepotum procreatio eſt, tam ſiccitate radicis, quam quod impetu ſuo toto ſurſum contendant: atque etiam quia radice ſingulari nitantur, alteque deſcendant. Nunquam enim alimoniæ quicquam ſuperfluit, nec vero dimotum aliorſum ſe vertit. Itaque fit vt nullum ſit exurgendæ prolis initium. Quando igitur hæc omnia inſunt, in his ſingulis ferme arboribus corruptionem illam omnino ſectari neceſſe eſt. Dimutilatione autem pauciſſima pereunt. Sola enim vitis nouella maxime interit, & ſiquid tenellum, imbecillam atque rectifluum ſit. Hæc enim iſtis moriendi cauſam præbent. Sed plura certe deteriora redduntur. Amygdala enim amara efficitur, & punica durior: & alia quædam mutari plane videmus. Ratio autem reddita eſt, quia principio alterato, finis quoque alteratio ſequitur.

ΚΕΦ. ΚΕ.

CAP. XXV.

De animalium depaſtione, & corruptione ſeminum. Item plurimum ad ſeminum vitam tuendam locum referre.

Χαλεπαὶ δὲ καὶ ἐπιβοσκήσεις, ὅτι συνεπικάουσιν ἅμα τῇ τομῇ καὶ ἀφαιρέσει. διὸ καὶ ὁ πόνος πλείων. ἴδια δὲ τὰ περὶ τὸν φοίνικα καὶ τὴν πίτυν· ὅταν γάρ τι κολουθῇ, ταῦτ' οὐκ ἀπόλλυται μὲν, ἄκαρπα δὲ γίνεται. τὴν δ' αἰτίαν παραπλησίαν ὑποληπτέον εἶναι τῷ πρότερον. ὅτι τῆς ἀρχῆς ἀλλοιουμένης καὶ ἀσθενεστέρας γινομένης, ἀφαιρεῖται τῆς δυνάμεως, καὶ μάλιστα τὸ ἔσχατον ὁ καρπός. ἅμα δὲ καὶ ἡ μὲν βλάστησις ὑπάρχει, καὶ ὥσπερ ἤδη γέγονεν· ἐκεῖνο δὲ δεῖ γίνεσθαι. τὸ δὲ γίνεσθαι μελλήσειν, τοῦ ὄντος ἀσθενέστερον. ἐπὶ τούτων δὲ μάλιστα μόνων, ὅτι ὀλιγόκαρπα καὶ βραδύκαρπα, κατά γε τὴν παρ' ἡμῖν φυτείαν. ἐν δὲ ταῖς οἰκείαις χώραις ἴσως οὐκ ἄκαρπα· οὐδὲ θαυμαστὸν εἰ μὴ ἀκαρπεῖ ταῦτα, ἐκεῖ κολουόμενα· τὰ δὲ τῆς ἀρχῆς ὅτι μεγάλα, πολλαχόθεν μὲν φανερόν· εἰ δὲ μὴ, καὶ ἐκ τῶν βλαστήσεων, ὅταν κακωθῶσιν, ἔν ἄλλοις τε καὶ οὐχ ἥκιστα ἐν τῇ ἀμπέλῳ. κατέδεται γὰρ ὑπὸ τῶν κτηνῶν, καὶ οὐκέτι δύναται βλαστάνειν. ἀλλ' αὐτὴ ἡ τῆς βλαστήσεως ἀποῤῥοὴ παύεται καὶ ἀποσβέννυται· ᾧ φαίνεται ὥσπερ τυφλουμένη καὶ πηρωμένη πως. ἰσχυρὸν δὲ καὶ ἅπασιν ἡ ἀρχὴ καὶ ἀσθενές. οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον. ἐπεὶ ὅτι βλαστητικὸν ἡ ἄμπελος, καὶ αἱ εἰς τὸν ὕστερον χρόνον ἐπιβλαστήσεις μηνύουσι. φθοραὶ δὲ καὶ τῶν σπερμάτων εἰσί τινες τῶν μὴ κατὰ φύσιν σπειρομένων. ὁμοίως τῶν τε δενδρικῶν καὶ τῶν σιτηρῶν, καὶ τῶν ἄλλων. ὧν καὶ χρόνοι τινές εἰσιν ὡρισμένοι. πάντα γὰρ ζῇ μέχρι τινὸς, εἶτ' ἀπόλλυται. ζῆν δὲ

Quin & depaſtio animalium damnoſa admodum eſt, quod dum germen cedit ac detrahit, ſimul quoque adurit. Fit enim hinc vt plantæ grauius infeſtentur. Peculiare, quod de palma & picea proditur: has ſcilicet dimutilatione non interire, ſed ſterileſcere. Communem autem ſuperioribus cauſam eſſe exiſtimandum. quod principio alterato imbecilliorique reddito, vires deficiunt: & fructus idcirco vtpote vltimus, creari minime omnium poteſt. Præterea iam germen adeſt, & quaſi paracta res eſt fructus. Quod autem eſt futurum, imbecillius illo eſt quod peractum iam eſt. Sed his tantummodo iſtuc euenit, quia hæc paucifera ſunt, pigreque fructificant, ratione quidem noſtratis regionis. Suis etenim locis ſteriles fortaſſe non fiunt. Nec mirum ſiqua parte deciſa, non totæ deficiant. Principium autem plurimum poſſe, tametſi multiplici ratione iam liquet, tamen germina quoque ipſa confirmant, cum affligantur: tam in alijs, quam vel maxime in vitium genere. Quippe a pecudibus præmordentur, & ita nihil amplius germinatur, ſed protinus ipſe germinandi effluxus ceſſat atque extinguitur: quaſi vitis excæcata, & manca quodammodo fuerit. Principium enim omnibus validiſſimũ eſt, non tamẽ modo eodem. Nam vitem fertilem admodum germinibus eſſe, germinationes ſequentis temporis latiſſime indicant. Sunt & ſeminum corruptiones, eorum ſcilicet quæ non ſecundum naturam ſeruntur. Arborum pariter & frumentorum, & omnium cæterorum, quorum & tempora certa ſunt. Viuunt etenim omnia ad quoddam tempus, deinde intereunt. Viuere inquam

λέγω δυνάμει· φθείρονται δὲ φυσικῶς ἀποξηραινόμενα, καὶ ὥσπερ διαπνευσθείσης ἅμα τῆς θερμότητος καὶ ὑγρότητος. αἱ δὲ ἄλλαι πᾶσαι παρὰ φύσιν, οἷον ὅσα θηριοῦται καὶ ἀνυγραίνεται, καὶ ἄλλως πως ἐξίσταται. διὸ καὶ τὰ μὲν πολύλοπα, καὶ πολυχίτωνα, καὶ λιπαρά, καὶ δριμέα, καὶ πικρά, καὶ ὀστώδη, καὶ ξηρά, πάντα πολυχρόνια. ταχὺ γὰρ ἐξίσταται· τὰ μὲν γὰρ ὑπ' ἀλλήλων θερμαινόμενα, καθάπερ ὁ σῖτος, καὶ τὰ χεδροπά· τὰ δ' ὑπὸ τοῦ ἀέρος καὶ τῶν ἔξωθεν ὑγραινόμενα. καθάπερ τὰ τῶν λαχάνων καὶ τῶν στεφανωμάτων. οἷον γὰρ μυδᾷ, καὶ εἰς διαβλάστησιν οὐ μυδᾷ· ζῳοῦται δὲ θᾶττον καὶ φθείρεται. τῶν δὲ χεδροπῶν τὰ τεράμονα· γλυκύτερα γάρ. ἐν τούτῳ δὲ ἡ ζῳοποιία. καὶ ἅμα θᾶττον ἐξίσταται, διὰ ἀσθένειάν τε καὶ διὰ τὸ ὥσπερ ἐν τέλει εἶναι. καὶ τοῦ σίτου δ' ὡσαύτως ὁ γλυκύτερος. μέγα δ' οἱ τόποι διαφέρουσιν εἰς φυλακήν, ἐὰν ὦσι ξηροὶ καὶ ψυχροί. διαμένουσι γὰρ πλείω χρόνον. ὥσπερ ἔν τε Μηδείᾳ καὶ Παφλαγονίᾳ· καὶ τούτων ἐν τοῖς ὑψηλοτάτοις χωρίοις. ὡσαύτως δὲ καὶ εἴπου ἄλλοθι τοιοῦτον. ἀμφότερα γὰρ ἐξείργονται τὰ φθείροντα, τό, τε θερμὸν καὶ ὑγρόν· ἐπεὶ καὶ ἡ διαπαττομένη γῆ τοῦτο ποιεῖ. ξηραίνει τε γὰρ καὶ ψύχει. τῶν δὲ δενδρικῶν ὅσα μὲν μαλακὰ καὶ σαρκώδη, καθάπερ ἡ ἀμυγδαλῆ, καὶ τὸ κάρυον, καὶ ἡ βάλανος, τοῖς περιέχουσι σώζεται. τὰ δὲ ξηρὰ καὶ ξυλώδη, καθάπερ τὸ γίγαρτον καὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ ἑαυτοῖς. ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν, πάντα πολυχρονιώτερα διὰ τὸ περιέχον. ἐπεὶ καὶ τὸ γίγαρτον καὶ ἡ κεγχραμὶς καὶ τ' ἄλλα τὰ τοιαῦτα, πολλῷ μᾶλλον ἀποξηραίνεται γυμνούμενα. μάλιστα δὲ διαμένει τῶν τοιούτων, ὅσα πυρῆσι περιέχεται· καθάπερ τὸ τῆς ἐλαίας, καὶ εἴτι ὑλῶδες, ἢ ὀστῶδες τυγχάνει. καθάπερ τὸ τοῦ φοίνικος, καὶ ὁ κνίκος, καὶ τ' ἄλλα τὰ κνικώδη. πυκνὰ γὰρ πάντα, καὶ προβολὴν ἔχοντα. τὸ δὲ σπέρμα τὸ ἐντός, ὁτὲ μὲν κεχωρισμένον τι καὶ φανερόν, ὁτὲ δὲ ἀχώριστον καὶ ἀφανές, ὥσπερ τὸ τῶν φοινίκων.

inquam non actu, ſed potentia; pereunt naturali ſorte, cum exſiccata penitus ſint, & calor humorque totus exactus fuerit. Reliqui omnes interius vel inuita natura eueniunt: vt cum innatis beſtiolis exeduntur, aut cum humeſcunt, vel aliter commutantur. Quamobrem quæ multiplici continentur vagina, aut diuerſa tunica veſtiuntur, aut pinguia, vel acria, vel amara, vel oſſea, & ſicciſſima ſunt; hęc omnia diu perdurant, reliqua celeriter vitiantur. Alia enim inter ſe feruefacta abolentur, ceu frumenta & legumina. Alia ex aëre, alijſque extrinſecus rationibus humefacta, vt olera, & quæ coronaria vocitamus. Putreſcunt enim quodammodo, vt animalia gignant quibus pereant. Quæ inter legumina excoqui facilius poſſunt, celerius pereunt: vtpote dulciora. Partus enim beſtiolarum cauſam dulcedo miniſtrat, tum etiam ſua imbecillitate deprauantur: & quia iam velut finem ſuum attigerint. Frumentum quoque celerius deficit, quod dulcius eſt. Locus tamen plurimum ad perennitatem ſeminum cōfert, ſi ſiccus ac frigidus eſt. Diutius enim locis eiuſmodi durant, vt in Media, & Paphlagonia, & in ijs facilius ſeruantur, quæ locis editioribus recondita fuerint. Pari modo & ſi quis eiuſmodi locus alius ſit, diu ſeruabit. Quippe ambo illa arcentur quæ ſolent corrumpere, calor & humor. Nam & terra, quam frumentis reſpergunt, identidem facit. Siccat enim atque refrigerat. Arborum enim ſemina, quæ mollia carnoſaque ſunt, ceu amygdala, nux, glans, putamine ambiente ſeruantur. Quæ ſicca lignoſaque ſunt, vt vinaceum & eiuſmodi, ſuis etiam viribus reſiſtere queunt. Verum (vt ſimplici ratione loquar) omnia diuturniora redduntur putaminis circundantis præſidio. Nam & vinaceum, & granum ficulneum, & reliqua generis eiuſdem tegumentis ſuis exuta longe amplius reſiccantur. Sed omnium iſtiuſmodi maxime illa permanent, quæ nucleo continentur: ceu ſemen oleæ. Et quicquid ligni, aut oſſis ſpeciem gerit, vt ſemen palmæ, & cnici, & reliqua cnicei generis. Denſa enim hæc omnia ſunt, protectuque munita tutiſſime. Semen autem illud interius alijs abſolutum conſpicuumque ineſt, alijs indiſcretum atque incertum, vt palmulis.

THEO-

THEOPHRASTI DE CAVSIS PLANTARVM

LIBER SEXTVS.

ΚΕΦ. Α. CAP. I.

Quid ſit ſapor. Quid odor. Item ſaporum genera, dulce, pingue, auſterum, acerbum, acre, ſalſum, amarum, acidum. Vtrum affectionibus ſenſuum, an figuris ſapores definiantur. Platonis determinatio de ſaporibus.

Περὶ δὲ χυμῶν καὶ ὀσμῶν, ἐπειδὴ καὶ ταῦτα τῶν φυτῶν οἰκεῖα, πειρατέον ὁμοίως ἀποδοῦναι τοῖς πρότερον, τά τε συμβαίνοντα περὶ ἕκαστον εἶδος, καὶ διά τινας αἰτίας. ἡ μὲν οὖν φύσις, ποία τις ἑκατέρου τοῦ γένους, ἐν ἄλλοις ἀφώρισται· καὶ ὅτι μικτά πως ἄμφω κατὰ λόγον ἐστί. χυμὸς μὲν ἡ τοῦ ξηροῦ καὶ γεώδους τῷ ὑγρῷ ἐναπόμιξις· ἢ ἡ τοῦ ξηροῦ διὰ τοῦ ὑγροῦ διήθησις ὑπὸ θερμοῦ. διαφέρει δ' ἴσως, οὐδέν. ὀσμὴ δὲ τοῦ ἐν χυλῷ ξηροῦ τῷ διαφανεῖ. τοῦτον γὰρ κοινὸν ἀέρος καὶ ὕδατος, καὶ σχεδὸν τὸ αὐτὸ πάθος ἐπὶ χυμοῦ τε καὶ ὀσμῆς. οὐκ ἐν τοῖς αὐτοῖς δὲ ἑκάτερον. ταῦτα μὲν οὖν οὕτω κείσθω κατὰ τὸν εἰρημένον ἀφορισμόν. τὰ δ' εἴδη τῶν χυλῶν, ὡς μὲν ἰσάριθμον ἀποδοῦναι ῥᾴδιον· οἷον, γλυκύς, λιπαρὸς, αὐστηρὸς, στρυφνὸς, δριμὺς, ἁλμυρὸς, πικρὸς, ὀξύς· ὡς δὲ κατὰ τὴν οὐσίαν ἑκάστου, χαλεπώτερον. αὐτὸ γὰρ τοῦτο πρῶτον ἔχει τινὰ σκέψιν. πότερον γὰρ τοῖς πάθεσι τοῖς κατὰ τὰς αἰσθήσεις ἀποδοτέον, ἢ ὥσπερ Δημόκριτος τοῖς σχήμασιν, ἐξ ὧν ἕκαστοι. εἰ μὴ ἄρα καὶ ταῦτα συνάπτει πως εἰς τὰς δυνάμεις, κἀκείνων λέγεται χάριν, εἰ καὶ εἴ τις ἄλλος τρόπος ἐστὶ παρὰ τούτους. λέγω δὲ τοῖς πάθεσι τοῖς κατὰ τὰς αἰσθήσεις. οἷον εἴ τις ἀποδοίη, γλυκὺν μὲν, τὸν διακριτικὸν τῆς ἐν γλώττῃ συμφύτου ὑγρότητος, ἢ χυμὸν λεαντικὸν, ἢ λεπτὸν, ἢ λεῖον· στρυφνὸν δὲ, τὸν ξηραντικὸν, ἢ πηκτικὸν ἠρέμα, ταύτης, δριμὺν δὲ, τὸν πηκτικὸν ἢ δηκτικὸν, ἢ ἐκκριτικὸν τῆς ἐν τῇ συμφύτῳ ὑγρότητι θερμότητος εἰς τὸν ἄνω τόπον. ἢ ἁπλῶς χυμὸν καυστικὸν ἢ θερμαντικόν. ἁλμυρὸν δὲ, τὸν δηκτικὸν καὶ ξηραντικόν. πικρὸν δὲ, τὸν φθαρτικὸν τῆς ὑγρότητος, ἢ τηκτικὸν, ἢ δηκτικὸν, ἢ ἁπλῶς τραχὺν, ἢ μάλιστα τραχύν. αὐστηρὸν, τὸν ῥυπτικὸν τῆς αἰσθήσεως ἢ ὑγρότητος τῆς ἐν αὐτῇ. ἢ τῆς ἐπιπολῆς ὑγρότητος δηκτικὸν, ἢ πηκτικὸν, ἢ ξηραντικόν. ἢ ἁπλῶς στρυφνότητά τινα ἠρεμαίαν

De Sapore atque odore, quoniam ea quoque plantis conueniunt, tentandum pari ratione atque de cæteris diſputare, ac oſtendere, quæ quibuſque de cauſis generibus eueniant ſingulis. Ergo quæ nam ſit generis vtriuſque natura, amboque miſta quadammodo eſſe, pro ratione alibi determinatum a nobis abunde eſt. Sapor enim partis ſiccæ terrenæque in humore miſtio eſt; vel partis ſiccæ per humorem ex vi caloris percolatio, quod forte nihil differt. Odor autem eſt partis ſiccæ, ſapidæ, non tranſparentis, hoc eſt tranſlucido corpore, miſtio. Id enim aëris atque aquæ commune eſt. Eadem ferme ſaporis & odoris affectio eſt, ſed non in eiſdem vtrumque. Hæc igitur ſint hunc in modum determitata. Saporum autem genera numero quidem complecti facile eſt: exempli gratia, dulcis, pinguis, auſterus, acerbus, acris, ſalſus, amarus, acidus. Sed naturam explicare cuiuſq;, difficile. Quippe primum illud ipſum diſcutiendum: Vtrum affectionibus ſenſuum reddenda ratio ſit, an figuris, quibus ſinguli conſtent: vt Democritus cenſet. Ni forte figuræ etiam iſtæ redigi ad potentias quodammodo poſſint, illarumque gratia ſubiungantur: aut alio modo, ſi quis extra prædictos alius eſſe poſſit. Affectionibus ſenſuum, inquam, vt ſi quis dulcem, qui humorem linguæ innatum diſcernat, dixerit eſſe, aut ſaporem qui laniat, aut ſaporem tenuem, vel leuem. Acerbum, qui reſiccet, aut leuiter denſet eundem illum humorem. Acrem, qui coagulandi, aut mordendi vim habeat, aut qui calorem, qui in innato humore eſt, excernit, aut ſaporem denique qui vim aduſtoriam vel calefactoriam habet. Salſum, qui aſsiccet & mordeat. Amarum, qui humorem corrumpit, aut liqueſcere facit, aut mordet: aut denique aſperum, vel maxime aſperum. Auſterum, qui abſtergere poteſt ſenſum, aut ſenſus humorem, aut humorem per ſumma reſidendem mordet, vel cogit, vel aſsiccat: aut omnino acerbitatem levem atque molliſsimam, aut ſi (quem-

καὶ μαλακόν. ἢ πάλιν ὡς Πλάτων καθόλου τὰς διαφορὰς τῶν δυνάμεων ἀποδίδωσι τῷ συγκρίνειν καὶ διακρίνειν, κεχρημένας τραχύτητι καὶ λειότητι· καθ᾽ ἑκάστας δὲ διαιρεῖ τοῖς εἴδεσιν. ὅσα μὲν ἐκτήκει τὰ φλέβια καὶ ἀποξηραίνει τραχύνοντα, στρυφνά. αὐστηρὰ δὲ τὰ τούτων ῥυπτικώτερα καὶ πάντα τὸ περὶ τὴν γλῶτταν ἀποπλύνοντα. ὅσα δὲ ῥύπτει, πέρα μὲν τοῦ μετρίου, ὥστε καὶ ἀποτήκειν αὐτῆς τι τῆς φύσεως, οἷον ἡ τοῦ νίτρου δύναμις, πικρά. τὰ δὲ ὑποδεέστερα τούτων καὶ ἐπὶ τὸ μέτριον τῇ ῥύψει χρώμενα, ἁλυκὰ, ἄνευ πικρότητος τραχείας, καὶ φίλα μᾶλλον ἡμῖν. τὰ δὲ τῇ τοῦ στόματος θερμότητι κοινωνήσαντα, καὶ λεαινόμενα καὶ συνεκπυρούμενα, καὶ πάλιν ἀντικάοντα, φερόμενα δ᾽ ὑπὸ κουφότητος ἄνω πρὸς τὰς τῆς κεφαλῆς αἰσθήσεις καὶ τέμνοντα, δριμέα. τὰ δὲ προλελεπτυσμένα ὑπὸ σηπεδόνος, εἰς δὲ τὰς στενὰς φλέβας εἰσδυόμενα καὶ ἀνακυκῶντα καὶ ἀναζυμοῦντα καὶ ἀφρίζειν ποιοῦντα καὶ ἕλκειν δυνάμενα, ὀξέα. τὸ δ᾽ ἐναντίον ἅπασι τοῖς περὶ ταῦτα πάθος [illegible], οἰκεῖόν ἐστι τῆς γλυκύτητος, ὅταν λεαίνῃ [illegible] τραχυνθέντα. καθιστᾷ δὲ καὶ συνάγει τὰ παρὰ φύσιν κεχυμένα. τὰ δὲ αὖ συνεστῶτα διαχαλᾷ· καὶ ἁπλῶς ὅτι μάλιστα δριμὺ εἶναι κατὰ ** φύσιν γλυκύ. τούτους μὲν οὖν τοὺς τρόπους ταῖς δυνάμεσιν ἀφορίζει.

ſi (quemadmodum Plato) virium differentias in vniuerſum reddiderit, aggregandi ſcilicet diſgregandique ratione, addito leuitatis aſperitatiſue vſu. Atque ita per ſpecies digerit. Vt acerba quæ venas adurunt, aſſiccant, atque exaſperant. Auſtera quæ his magis poſſint abſtergere, atque eluere quicquid linguæ inhæreat. Amara quæ extra modum detergunt, vt aliquid ipſius quoque naturæ abſumant, ceu nitrum. Salſa quæ temperatiora his ſunt, minuſq; abſtergunt, & amaritudinis vacant aſperitate, grataque magis palato hominis ſunt. Acria, quæ oris calore ferueſacta mutuo ferueſaciunt: leuigataq; ſurſum leuitate ſua feruntur ad ſenſus capitis, atque incidere poſſunt. Acida, quæ putredine attenuata iam fuerint, venaſque ſubeant anguſtas, & agitent, fermentent, ſpumam excitent, atque attrahere poſſint. Quæ autem omnibus prædictis aduerſa paſſio ſeu affectio eſt, hæc dulcedini conuenit, cum ſcilicet ſapor leniter mulcet, & mitigat, quæ aſperitate horreſcunt. Aggregat hæc affectio & componit quæ diffuſa ſint præter naturam: contra, quæ conſiſtunt, duraque ſunt, laxat & diſcutit. Ita Plato ratione potentiæ ſapores determinat.

ΚΕΦ. Β. CAP. II.

Figuram ſingulis ſaporibus reddi a Democrito. Tum contra Democriti ſententiam de ſaporibus.

Δημόκριτος δὲ σχῆμα περιτιθεὶς ἑκάστῳ, γλυκὺν μὲν τὸν στρογγύλον καὶ εὐμεγέθη ποιεῖ, στρυφνὸν δὲ, τὸν μεγαλόσχημον. τραχὺν δὲ, τὸν πολυγώνιον καὶ ἀπεριφερῆ. ὀξὺν δὲ κατὰ τοὔνομα, τὸν ὀξὺν τῷ ὄγκῳ, καὶ κωνοειδῆ, καὶ καμπύλον, καὶ λεπτὸν, καὶ ἀπεριφερῆ. δριμὺν δὲ, τὸν περιφερῆ, καὶ λεπτὸν, καὶ γωνοειδῆ, καὶ καμπύλον. ἁλμυρὸν δὲ, τὸν γωνοειδῆ καὶ σκολιὸν καὶ ἰσοσκελῆ. πικρὸν δὲ, τὸν περιφερῆ καὶ λεῖον ἔχοντα σκολιότητα, μέγεθος δὲ μικρόν. λιπαρὸν δὲ, τὸν λεπτὸν, καὶ στρογγύλον, καὶ μικρόν. οἱ μὲν οὖν τρόποι, τοσοῦτον διαφέρουσι. τάχα δ᾽ ἂν δόξειεν ὥσπερ ἐλέχθη καὶ οὕτως ἐκείνων εἶναι χάριν. αὐτῶν γὰρ τῶν δυνάμεων οὕτως ἀποδιδοὺς, οἴεται τὰς αἰτίας ἀποδιδόναι, δι᾽ ἃς ὁ μὲν, στύφει καὶ ξηραίνει καὶ πήγνυσιν· ὁ δὲ λεαίνει καὶ ὁμαλύνει καὶ καθίστησιν· ὁ δὲ, ἐκκρίνει καὶ διαχεῖ. καὶ ἄλλο τι τοιοῦτον. πλὴν ἴσως ἐκεῖνα ἄν τις ἐπιζητήσειε παρὰ τούτων, ὥστε καὶ ὑποκείμενον ἀποδιδόναι ποιόν τι. δεῖ γὰρ εἶναι μὴ μόνον τὸ ποιοῦν, ἀλλὰ καὶ τὸ πάσχον. ἄλλως τε εἰ καὶ μὴ πᾶσιν ὁ αὐτὸς ὁμοίως φαίνεται καθάπερ φησιν.

DEmocritus figuram ſingulis reddit, ac dulcem eſſe ſaporem qui rotundus ampluſque eſt. Acerbum qui figura magna perficitur. Aſperum qui multis angulis, minimeque orbiculatus eſt. Acutum (vt nomen indicat ipſum) qui mole conſtat acuta, & nucis pineæ ſpeciem gerit, & incuruus, tenuis, nulloque orbe conglobatus eſt. Acrem, qui orbiculatus, tenuis, angulatus, atque incuruus eſt. Salſum, qui angulatus, magnus, diſtortuſque eſt, & cruribus paribus conſtat. Amarum, qui rotundus, leuis atque diſtortus parua cum magnitudine eſt. Pinguem, qui tenuis, rotundus, paruuſque eſt. Igitur modi tantum inter ſe diſtant, ſed forte (vt dictum eſt) ratio quoque figurarum ſaporum vires ſecuta eſt, atque illarum gratia excogitata. Ipſarum etenim virium cauſas hunc in modum ſatis aſſignaſſe exiſtimāt. Quibus ſcilicet de cauſis ſapor alius aſtringit, aſſiccat, atque cogit: alius lenit, æquat, atque componit: alius excernit, diffunditque, aut aliquid eiuſmodi facit. Illud tamē ab his fortaſſe quis exiget, vt ſubiectum quoque aliqua cum qualitate reddatur. Non enim ſolum quod agit, verum etiam quod afficitur, noſſe oportet: præſertim ſi non idem ſapor percipiatur ab omnibus, vt etiam Democritus ait.

οὐδὲν γὰρ κωλύει τὸν ἡμῖν γλυκὺν, ἑτέροις τισὶ τῶν ζώων εἶναι πικρόν. καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ ὁμοίως. δῆλον γὰρ ὡς ἐν τῷ αἰσθητηρίῳ τίς ἐστιν ἑτέρα διάθεσις· ἐπεὶ τό τε τοῦ χυμοῦ σχῆμα ταυτὸ, καὶ ἐν ἄλλῳ ἔοικεν οὐ ταυτὸ δύνασθαι πανταχοῦ ποιεῖν. εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, αἰτίαν ἀνομοιότητος εἶναι τῶν ὑποκειμένων. διὸ δὴ καὶ λεκτέον ὑπὲρ αὐτῶν. ἅμα δὲ κἀκεῖνο φανερὸν, ὡς οὐ μία τις δύναμις τοῦ αὐτοῦ σχήματος· εἴγε τ᾽ ἀναντία πέφυκε ποιεῖν ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ. τὸ μὲν γὰρ μὴ πάντα πρὸς τὴν αὐτοῦ δύναμιν ἄγειν, οὐχ ὁμοίως ἄτοπον. ὥσπερ οὐδὲ τὸ πῦρ μὴ πάντα καίειν. εἰ δὲ καὶ ἐναντίως ἔνια διατίθεται, τοῦτο πλείονος λόγου δεῖται· καίτοι κἀκείνου δεῖ τινα λέγειν αἰτίαν. ἐπὶ γοῦν τοῦ πυρὸς ὅταν μὴ δύνηται καίειν, ἢ τὸ ὕδωρ ὑγραίνειν, ἔστι τις αἰτία καὶ λόγος· εἰ δὲ καὶ τ᾽ οὐναντίον ἐποίει, μᾶλλον ἂν ἐδεῖτο καὶ πλειόνων. τούτοις μὲν οὖν ὑπὲρ ἁπάντων τούτων λεκτέον. τοῖς δὲ κατὰ τὰς δυνάμεις, ἐκεῖνο μόνον ἀναγκαῖον, ποῖόν τι τῶν αἰσθητηρίων ἕκαστον. ἀεὶ γὰρ εἰδέναι δεῖ καὶ τὴν τούτων φύσιν καὶ διάθεσιν. ἐπείπερ οὐχ ὁτιοῦν μόριον αἰσθητικόν. ἴσως δὲ καὶ ὅταν ἐκ πλειόνων ἕν τι γένηται, τὴν ἑκατέρου δύναμιν καὶ οὐσίαν οὐ δεῖ λανθάνειν. ἄτοπον δὲ κἀκεῖνο τοῖς τὰ σχήματα λέγουσιν, ἡ τῶν ὁμοίων διαφορὰ κατὰ μικρότητα καὶ μέγεθος εἰς τὸ μὴ τὴν αὐτὴν ἔχειν δύναμιν. οὐ γὰρ ἐπὶ *** τῆς μορφῆς, ἀλλὰ τῶν ὄγκων δυνάμεις ἃς ἴσμεν τὸ διαβιάσασθαι, καὶ ἁπλῶς τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον τάχ᾽ ἄν τις ἀποδέδωκεν. εἰς δὲ τὸ μὴ αὐτὸ δύνασθαι μηδὲ τὸ ποιεῖν, οὐκ εὔλογον. ἐπεὶ ἐν τοῖς σχήμασιν αἱ δυνάμεις. εἰ γὰρ ὁμοιοσχήμονα, ταυτὸν ἂν εἴη τὸ ὑπάρχον. ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις. τὸ γὰρ τρίγωνον τὸ ποδιαῖον, καὶ τὸ μυριόπουν, ὁμοίως τρισὶν ὀρθαῖς συνίσταται, καὶ τὸ μυριάγωνον τέτταρσιν ὀρθαῖς, καὶ τὸ τετράγωνον τέτρασι. καὶ ταῦτα μὲν καὶ κατὰ τὸ ποσὸν διάφορα, τῷ δὲ λόγῳ μὲν ὄντα αὐτὰ, οἷον ἡ ἀσυμμετρία τῆς διαμέτρου· τὸ δὲ ποσὸν διάφορον. ὥστ᾽ ἐπεὶ ἐκ τούτων ἢ ἀπὸ τούτων ἐγίνετο· τὸ μὲν ποσὸν διάφορον ἂν ἦν, τῷ δ᾽ εἴδει ἀδιάφορον. ἀλλὰ γὰρ αἱ μὲν κατὰ σχήματα καὶ τὰς μορφὰς δυνάμεις πλείω καὶ περὶ πλειόνων ἔχουσιν ἀπορίαν.

Quippe nihil prohibet, vt quod homini dulce eſt, id amarum aliqua ex cæteris animalibus ſentiant. Conſtat enim quoque ſenſus affectum qualitate alia eſt: quare figura ſaporis cum eadem ſit, non tamen eadem agere in omnibus poſſit. Quod ſi ita eſt, ſubiectorum quoque diſſimilitudinem pro cauſa accipere par eſt. Quamobrem diſſerere de his profecto debemus. Ad hæc argumento eſt, haud vnam potentiam eſſe figuræ eiuſdem, quod contraria in alio atque alio agere poteſt. Enimuero quod ſingula in ſuam ducere poteſtatem nequeat, non æque mirum: ſicut neque ignem omnia minus vrere poſſe miramur. At ſi aduerſis inter ſe qualitatibus afficiat, hoc certe quamobrē ita ſit, explicari magis deſiderat, quanquam illius quoque rationem nonnullam reddi oporteat. Igitur de igne ſiqua perurere nequeat, aut de aqua, ſiqua humefacere minus valeat, haud ægre ratio reddi poteſt: ſed ſi contrarium agerent, prorſus maiorem parerent quæſtionem. Ita ergo de his omnibus agendum eſt. Qui autem per vires ſaporum rationem exponere maluere, quale ſubiectnm ſit ſenſus vniuſcuiuſque, dicant duntaxat neceſſe eſt. Quippe illius quoque naturam atque habitum noſſe operæpretium eſt. Quandoquidem & qualiter pars corporis poteſtatem ſentiendi obtineat; forſitan & cum ex pluribus quicquam vnum conſtiterit, cuiuſque illorum vim atque ſubſtantiam haudquaquam latere oportet. Abſurdum etiam illud autoribus figurarum occurit, vt quæ ſimilia inter ſe ſunt, vim diuerſam agendi ex magnitudine paruitateue habeant. Viribus enim non formæ, ſed molis, violentiam, & omnino plus minuſue fortaſſe aliquis tribuet. At non itidem poſſe aut agere forma communi arbitrari, ratio nulla eſt. Nam ſi figura conſimili ſunt, eandem habeant rationem neceſſe eſt, quod vel in cæteris patet. Triangulus enim pedaneus, & centipedaneus æque tres habent æquales duobus rectis, & quadratum quoque pedaneum, & centipedaneum quaternis angulis rectis pariter conſtat. Quamobrem quæ ex his prouenirent, quantitate quidem differrent, ſed forma non eſſent diuerſa. Sed enim de viribus quas figuræ habent ac formæ, plura diſputari poſſent.

ΚΕΦ. Γ.

CAP. III.

Saporem odoremque non niſi permiſtione effici, tum in tribus generibus, plantis ſcilicet & animalibus, & ijs quæ arte commiſcentur, & ſapores, & odores verſari.

Ὅτι δ᾽ ἐν ἀπομίξει πως ὁ χυμὸς καὶ ἡ ὀσμή, καὶ ἐκ τῶνδε φανερόν. οὐδὲν γὰρ φαίνεται τῶν ἁπλῶν ἔχειν χυλὸν οὐδ᾽ ὀσμήν,

SAPOREM autem & odorem permiſtione quodammodo effici, hinc etiam conſtat. Nihil enim ſimplicium numero ſaporem aut odorem habere videtur, niſi miſturam

ἐὰν μὴ λάβῃ μίξιν. οἷον, ὁ ἀὴρ, ἢ πῦρ, ἢ ὕδωρ. ἄχυλον γὰρ καὶ τὸ ὕδωρ καθ' αὑτό. διὸ καὶ οἱ παλαιοὶ [illegible] δι' οἵας ἂν γῆς ῥέῃ, τοιοῦτο καὶ εἶναι. καὶ [illegible] δὲ καὶ τὰ νιτρώδη καὶ σαπρὰ καὶ ὀξέα [illegible] ἔχει τινὰ μίξιν, ὧν ἐνίοις καὶ ἡ ὀσμὴ μάλιστα τῇ θαλάττῃ συνακολουθεῖ. γῆ δὲ καὶ λίθος ἄχυμα πλὴν ἐὰν τινὰ τοιαύτην λάβῃ μίξιν. καίτοι φαίνεταί γε ἡ γῆ ταῦτα μᾶλλον ἔχειν. οἷον ὅσαι αἰθαλώδεις. καὶ ὄζει καὶ ὡς τέφρα πικραί. καὶ ἔνιαι δοκοῦσιν εἶναι γλυκεῖαι, καθάπερ καὶ ἡ ἄργιλος· ἅμα δὲ καὶ οὐκ ἄλογον, εἴπερ τῇ τῆς γεώδους ἐπιμίξει γίνεται χυλός. τὰ δὲ μεταλλευόμενα καὶ λίθων ἔνια γένη, καὶ ὀσμὰς ἔχει πρὸς τοῖς χυλοῖς. ἅπαντα δ' οὖν ταῦτα μίξει τινὶ καὶ ἀλλοιώσει καὶ ἔγχυμα φαίνεται καὶ ὀσμώδη. καὶ γὰρ ἡ τέφρα διὰ τὴν κατάκαυσιν ἐξαλλοιουμένη. καὶ ὅσα πυροῦται, λαμβάνει τινὰ χυλὸν, τὰ μὲν ἁπλᾶ, τὰ δὲ καὶ μιγνύμενα τοῖς ὑγροῖς. ἡ μὲν οὖν φύσις, ὅτι τοιαύτη, καὶ πρότερον εἴρηται καὶ νῦν. ἐπεὶ δ' ἐν τρισὶν οἱ χυμοὶ φυτοῖς τε καὶ ζώοις εἰσί τινες καὶ ὀσμαὶ [illegible] κατὰ τὰς κράσεις, ἔτι δ' ἐν τοῖς κατὰ τέχνης κατασκευὴν τινὰ μιγνυμένοις, ἢ καὶ αὐτομάτως ἀλλοιουμένοις, ὁτὲ μὲν ἐπὶ τὸ βέλτιον, ὁτὲ δ' ἐπὶ τὸ χεῖρον, ὥσπερ τῶν σηπομένων· τὸ μὲν ὑπὲρ ἁπάντων τούτων εἰπεῖν, κοινότερόν τε καὶ καθόλου μᾶλλόν ἐστιν. ὑπὲρ δὲ τῶν φυσικῶν πρῶτον λεκτέον. ἀρχὴ γὰρ ἅπασιν ἡ φύσις. καὶ τούτων ὅσοι κατά τε τὰ ἁπλᾶ φαίνονται, καὶ ὅλως τὰ ἄψυχα, καὶ ὅσοι κατὰ τὰ φυτὰ καὶ τοὺς καρπούς. καὶ γὰρ ταῦτα πρότερ' ἄν τις τιθεῖτο τῶν ζώων. ἅμα δὲ καὶ ἡμῖν ἡ σκέψις ὑπὲρ τούτων, οἷον συνεχὴς οὖσα τοῖς πρότερον. οἱ μὲν οὖν ἐν τῇ γῇ ξυνιστάμενοι χυμοὶ τῶν ὑγρῶν (οὗτοι γὰρ ἐμφανέστατοι) λέγω, οἷον ὀξεῖς γινόμενοι, δῆλον ὅτι διὰ τὰς αὐτάς πως ἢ παραπλησίας ἀνάγκας, δι' ἃς καὶ ἐν τοῖς φυτοῖς· οὐ μὴν οὔτε ἴσοι τὸ πλῆθος, οὔθ' ὅμοιοι τούτοις, ἀλλὰ θολερώτεροι· διὰ τὸ μὴ τὴν αὐτὴν πέψιν μηδ' ὁμοίαν ἔχειν. τὸ δὲ πλῆθος οὐ συμβλητοί. πολλοὶ γὰρ οἱ τῶν καρπῶν καὶ ἀνόμοιοι χυμοὶ, καὶ οὐδαμῶς ἔνιοί γε ἐμφαινόμενοι τοῖς ἐκ τῆς γῆς· οἷον, ὁ αὐστηρὸς, καὶ δριμὺς, καὶ ἄλλοι δὲ πλείους. εἰ μή τις λέγοι τῇ μίξει καὶ τῇ κράσει τῶν ἄλλων γίνεσθαι τούτους· τοῖς δὲ γένεσιν εἶναι τοὺς αὐτούς. οὕτω δ' ἂν εἴησαν ἄπειροι. ἄπειροι γὰρ οἱ λόγοι τῶν μίξεων· καὶ ἔτι δὲ κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον αἱ διαφοραί. διὸ καὶ οἱ ὁμογενεῖς πλείους, οἷον αὐστηροί, λιπαροὶ, πικροὶ, γλυκεῖς. ὅθεν καὶ οἱ παλαιοὶ τῶν φυσιολόγων, ἀπείρους ἐτίθεντο τοὺς χυλοὺς, ὥσπερ καὶ μικτῶν. ὁποία γὰρ ἄν τις ἡ μίξις καὶ ἡ πέψις γένηται τοῦ ὑγροῦ ἐμφύτου, τοιοῦτον εἶναι καὶ τὸν χυλόν·

miſturam recipiat, vt aër, vel ignis, vel aqua. Nam & aqua per ſe inſipida eſt. Qua de cauſa veteres autores dixere, talem eſſe aquam, qualis terra per quam fluit. Et mare vero, & quæ nitroſæ, atque putidæ, & acidæ aquæ ſunt, admiſtione non vacant: quo fit, vt odor præcipue mare comitetur. Terra & lapis, nullius ſaporis ſunt, niſi aliquam iſtiuſmodi miſturam accipiant. quanquam terra potius habere ſaporem videatur: vt quæ aduſta, & cinerea eſt, amara ſentitur: vt argilla dulcis. Nec ratio deeſt: quoniam permiſtione partis terrenæ ſapor efficitur. Metalla vero & lapidum genera nonnulla non modo ſaporem, verum etiam odorem habere certum eſt. Igitur hæc omnia miſtione quadam, alterationeque tum ſapida tum olida effici ſolent. Quippe cinis per vſtionem alteratus eſt: & omnino, quæ igne domantur, ſaporem quendam recipiunt, vel ſimplicia, vel commiſta humoribus. Naturam igitur ſaporis humoriſque talem eſſe, & ante, & nunc explicatum eſt. Sed cum in tribus generibus odores, ſaporeſque verſantur, id eſt plantis, animalibus, atque ijs quæ arte commiſcentur paranturque, aut etiam ſponte alterantur, alijs in melius, alijs in deterius, ceu quæ putreſcunt: de his omnibus diſputare, communius eſt quam res de qua agitur deſideret. Quocirca de naturalibus differendum in primis. Omnium namque principium natura eſt. Et inter illa exponendi potius illi ſunt, qui in ſimplicibus ac omnino rebus inanimatis ineſſe videntur. & qui in genere plantarum, fructuumque habentur. Nam id quoque prius in animalium genere ſtatui debet. Tum etiam nobis ſtudium contemplandi de his in præſentia eſt, velut hoc prioribus rationibus ſit annexum atque continuum. Ergo humorum ſapores, qui in terra conſiſtunt (hi namque certiſſimi habentur) ceu acuti & reliqui, ob eaſdem quodammodo cauſas, aut proximas, quibus in plantis prouenire nihil dubium eſt; non tamen numero pares, neque ſimiles illis ſunt: ſed turbidiores. quoniam non eodem modo, neque proximo excoquuntur. Numero autem illis comparari non poſſunt, quia fructuum ſapore permulti atque diſſimiles ſunt. Et quidam nullatenus in terrenis illis noteſcunt, ceu auſterus, acris, & alij plerique: niſi quis permiſtionem confuſionemque cæterorum hoſce dixerit, genere autem eſſe eoſdem. Quod ſi ita eſt, innumeri prorſus ſapores fieri poſſint. Miſtionum etenim rationes innumeræ ſunt, atque etiam quod plus minuſue adſit, differentiam faciet. Itaque plures ſunt, qui generis habent ſocietatem, ceu auſteri, pingues, amari, dulces. Quapropter veteres naturæ interpretes, ſapores eſſe innumeros aſſeruerunt, ſicuti & rerum miſtarum numerum certum nullum putabant. Qualis enim miſtura putredoque fuerit humoris, talem quoque ſaporem produci.

Cæterum

οὐ μὴν ἀλλὰ βέλτιόν γε οἱ ὁρισμένους λέγοντες. ἐκ τούτων δ᾽ ἤδη κατὰ τὰς μίξεις ποιοῦνται τὰς διαφοράς. ἴδιος γοῦν τῶν ἐκ τῆς γῆς ὁ ἁλμυρός. οὐδενὸς γὰρ καρποῦ καὶ κελύφους. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου, τὴν αἰτίαν ὕστερον λεκτέον.

Cæterum melius qui genera numero certo complexi ſunt, hiſque deſcriptis miſtorum exinde differentias capiunt. Porro conditio terræ ſuum habet ſalſum ſaporem. Nullus enim fructus, nullum putamen ſaporis illius eſt. Sed huius cauſam poſtea reddemus.

ΚΕΦ. Δ.

CAP. IIII.

Saporum ſeptem putari genera, ſicut & odorum, colorumque. Vtrum ex ſaporibus alios tanquam principia, alios tanquam priuationes dici oporteat. Vtrum præterea cætera animalia ſecundum naturam ſint, an ſecundum priuationem.

Αἱ δὲ ἰδέαι τῶν χυλῶν, ἑπτὰ δοκοῦσιν εἶναι, καθάπερ καὶ ὀσμῶν καὶ τῶν χρωμάτων. τοῦτο δ᾽ ἐάν τις τὸν ἁλμυρὸν οὐχ᾽ ἕτερον τιθῇ τοῦ πικροῦ, καθάπερ καὶ τὸ φαιὸν τοῦ μέλανος. ἐὰν δὲ χωρίζῃ, συμβαίνει τοῦτον ὄγδοον εἶναι. γλυκὺς γὰρ καὶ λιπαρὸς καὶ πικρὸς καὶ αὐστηρὸς, καὶ δριμὺς καὶ ὀξὺς, καὶ στρυφνὸς ἀριθμοῦνται. προστίθεται δὲ καὶ ὁ ἁλμυρὸς, ὄγδοος. οἴονται δέ τινες καὶ τὸν οἰνώδη δεῖν. ἔνεστι γὰρ τοῖς καρποῖς ὑπάρχει πλείοσι. καὶ ἐκ τῆς γῆς ἀναποδύει τις ἐνιαχοῦ τοιοῦτος χυμός. ἔτι δ᾽ οὐδ᾽ ὡς ὁ γαλακτώδης εἰς τὸν γλυκὺν ἂν τεθείη. καὶ γὰρ οὐχ᾽ ὡς οὗτος ἐν ἐνίοις ὡς εἶδος ἂν τιθεῖ τοῦτο γλυκέως, οὕτω τὸν οἰνώδη τῶν ἄλλων τινὶ προσνέμειν ῥᾴδιον· ἀλλ᾽ ἰδία τις ἡ φύσις καθ᾽ αὑτὴν ἐπιδεχομένη καὶ τὸ γλυκὺ, καὶ τὸ στρυφνὸν, καὶ αὐστηρόν. ἀλλὰ γὰρ τοῦτο μὲν οὐδὲν ἴσως διαφέρει πρὸς τὴν τῶν ἄλλων θεωρίαν. ὁ δὲ ἀριθμὸς ὁ τῶν ἑπτὰ, κυριώτατος καὶ φυσικώτατος. πότερον δὲ τοὺς μὲν, ὥσπερ ἀρχὰς, τοὺς δὲ ὡς στερήσεις δεῖ λέγειν· οἷον, τὸν μὲν γλυκὺν καὶ λιπαρὸν καὶ ὅσοι σύστοιχοι τούτοις, ἀρχάς· ἐκ τούτων γὰρ αἱ γενέσεις καὶ αἱ τροφαί. τοὺς δ᾽ ἄλλους στερήσεις, ἢ πάντας φυσικούς· ἔοικε γὰρ εἰ μὲν εἰς τὸ ἄριστον δεῖ τάττειν τὴν φύσιν, ἐν τούτοις εἶναι μόνοις. ἅμα δὲ καὶ τὸ τῆς τροφῆς καὶ γενέσεως ἀληθινόν· οὐδὲν γὰρ, ὡς εἰπεῖν, οὔτε τρέφεσθαι δοκεῖ διὰ τῶν ἑτέρων, οὔτε γίνεσθαι. οὐδ᾽ εἰ τὰ πλείονα εἴδη αὐτῶν, ἐκεῖνό γε μᾶλλον ἢ οὐχ᾽ ἧττον κατὰ φύσιν· ὀλίγοι γὰρ ἐν τούτῳ τῷ μέρει. σχεδὸν δέ τι παρόμοιόν ἐστι τὸ ζητούμενον, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζῴων πρὸς τὸν ἄνθρωπον. πότερον κατὰ φύσιν ἢ κατὰ στέρησιν τ᾽ ἄλλα. καθάπερ γὰρ καὶ τούτων ἴδιαί τινες αἱ οὐσίαι, καὶ τῶν φυτῶν ὁμοίως. εἰ οὖν ἡ μὲν στέρησις ἐν ἀτελείᾳ τινὶ καὶ ἐνδείᾳ. ταῦτα δὲ γεννᾷ καὶ ἐκτρέφει τὰ ὅμοια καὶ ἰσχυρότερα πολὺ τῶν ἑτέρων οὐκ ἂν εἴη κατὰ στέρησιν. ἔτι ἔν γε τοῖς φυτοῖς ἅμα συμβαίνει μὴ τελεοκαρπεῖν, καὶ οὐχ᾽ ἧττον εἶναι πικρὰ τὰ ἐν τούτῳ γένει. καθάπερ ἐπὶ τοῦ κενταυρίου, καὶ ἀψινθίου, καὶ τῶν τοιούτων. ὡς ἐκεῖσε τῆς φύσεως φερομένης, καὶ τὴν

SAporum autem genera ſeptem eſſe putantur, ſicut & odorum, atque colorum: hoc tamen ita erit, ſi ſalſum non alium quam amarum, quemadmodum & ſi fuſcum colorem non alium, quam nigrum. At ſi ſecernes, octauum hunc eſſe neceſſe ſit. Quippe dulcis, pinguis, amarus, auſterus, acris, acutus, acerbuſq; enumerantur, ſalſuſque octauus ſubiungitur. Sunt qui vinoſum quoque adijciendum putarunt. Fructibus enim cum pluribus ineſt, & ex terra nonnunquam talis oritur ſapor. Ad hæc lactis ſapor redigendus ad dulcem videatur. Hic enim interdum tanquam ſpecies dulcis obijci poteſt, nec vero vini ſaporem tribuere alicui facile eſt: ſed ſui generis eſſe is quoque videtur, qui & dulcem, & acerbum, & auſterum poſſit recipere. Verum hoc nihil forſitan refert, ad cæterorum contemplationem. Numerus autem ſeptenarius, principalis naturæq; familiariſſimus eſt. Sed vtrum alios tanquam principia, alios tanquam priuationes dici oporteat: exempli gratia, dulcem, pinguem, & reliquos his conſociatos pro principijs. ex his namque generationes, nutricationeſque proueniunt. Cæteros autem pro priuationibus, an omnes eſſe naturales cenſendum putauerim tum & generandi, nutricandique rationem eoſdem habere veriſſimum ſit. Nil enim fere generari aut nutriri per cæteros poteſt. Sed ſi plura naturæ tribui, quam pauciora dignius ſit; cæteros prorſus magis, aut certe non minus ſecundum naturam eſſe credendum, cũ paucos pars illa obtineat. Similis fere quæſtio eſt, quæ de cæteris animalibus comparatione hominis inſtituitur. Vtrum cætera animalia ſecundum naturam ſint, an ſecundum priuationem. Pariter enim in his, atq; in plantis, peculiaris quædam eſſentia intelligi poteſt. Ergo ſi priuatio in imperfectione, indigentiaque verſatur, hæc autem, & generare & educare poſſint, multoque validiora cæteris ſint, haud quicquam ſecundum priuationem dici debet. Item in genere quidem plantarum ſimul euenit, vt non perfecte fructificetur, & minus amara ſint, quibus ſapor iſte ingenitus: vt in felle terræ, abſinthio, & in cæteris generis eiuſdem pateſcit: quaſi natura eo tendat, dulcedoque cruditas ſit, aut incoctionis defectus.

[illegible] καθάπερ ἀπεψίαν τινὰ οὖσαν ἢ [illegible] · ἀεὶ γὰρ ἡ φύσις ἐξομοιοῦν [illegible], καὶ ἐν τοῖς ζώοις καὶ [illegible] · ποιεῖται γάρ, καὶ τροφὴ γίνεται [illegible] τὸ λαμβανόμενον. εἰ δὲ [illegible] διαθερμαινομένοις τισίν, [illegible], ὧν καὶ ἡ γένεσις ἐκ τούτων, [illegible] τροφῆς ἱκανὴ πίστις εἴη πρὸς τὸ [illegible] οὐδ' αὖ πρώτη σύστασις. ἀλλ' ἑκάστοις [illegible] κατὰ τὰς μίξεις. ἐπεὶ οὐδ' οἱ γλυκεῖς [illegible] τρόφιμοι πάντες ἡμῖν. ἀλλ' οἱ μὲν ἐκστατικοί, καθάπερ ἡ [illegible] τοῦ σκολύμου ῥίζα [illegible] ἄλλαι τινὲς [illegible] ὑπνωτικοί. πλείους δὲ διδόμενοι, καὶ θανατηφόροι, καθάπερ ὁ [illegible] ἔνιοι δὲ ὁμολογουμένως, ἐπιθανάσιμοι [illegible] πολλοὶ γὰρ ἤδη καὶ πολλαχοῦ ῥίζας φαγόντες ἃς [illegible], γλυκείας τε τῇ γεύσει καὶ ἡδείας, ἀπέθανον. [illegible] ἄλλα τοιαῦτα πλείω τυγχάνει, τὰ μὲν, βλάπτοντα. τὰ δὲ καὶ ὅλως ἀναιροῦντα τῶν κατὰ τὴν προσφορὰν ἡδέων ἢ ἀλύπων [illegible] ἔνια [illegible] πάλιν ὠφελοῦντα, ἀηδῶν καὶ πικρῶν [illegible] ἄρτι λεχθέντα, κενταύρειον καὶ [illegible] καὶ ὅσα δὲ φαρμακωδεστέρους ἔτι τοὺς χυμοὺς [illegible] · πολλὰ γὰρ καὶ τούτων ὀνίνησι. τῶν δὲ, καὶ ὅλως ὁ χυλὸς ἄτροφος ὢν ὡσπερεὶ ἥδυσμα τῆς τροφῆς ἐστιν. οἷον, ἁλμυρὸς καὶ ὀξύς. οὐ δὲ γὰρ δυνάμεθα κρατεῖν ἀκράτου. καθάπερ οὐδὲ τῶν ἄλλων, ἔνια ζῴων· διὸ καὶ τούτοις παρέχομεν τοὺς ἄλλους. ἔνια δὲ καὶ αὐτὰ ἑαυτοῖς εὑρίσκει τὰ πρόσφορα πρὸς τὴν τοιαύτην ἐπικουρίαν. ὥσπερ καὶ οἱ ὄρνιθες ἤδη. καὶ φανερὸν ἂν δόξειεν ὡς οὐκ ἔστιν ἁπλῶς μεμερισμένα. τὸ μὲν ὥσπερ φυσικὸν τὸ δ' ὡς ἐν στερήσει καὶ παρὰ φύσιν. ἀλλὰ καὶ τὸ ἡμῖν ἄτροφον, ἄλλοις τρόφιμον. τὸ δ' ἑτέροις τρόφιμον, ἄλλοις ἄτροφον. ὡς αὖ αἱ φύσεις ἔχουσι κατὰ τὰς κράσεις, οὕτω καὶ αἱ τροφαὶ καθ' ἕκαστον ἁρμόσουσιν. ὁμοίως δὲ καὶ αἱ ἡδοναὶ καὶ αἱ λῦπαι καὶ αἱ βοήθειαι πρὸς τὰ πάθη καὶ τὰς διαθέσεις· ὃ καὶ φανερὰ ποιοῦντα πολλὰ τῶν ζῴων ἐστίν. οὐ πρὸς τὰ συμβαίνοντα πάθη μόνον αὐτομάτως, ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὰς τὰς ἐδωδάς. ὅταν ἄλλο φάγωσιν, ἕτερον ἐπεσθίοντα. καθάπερ οἱ ἔχεις τὸ πήγανον, ὅταν τὸ σκόροδον. ἔχει δὲ καὶ κατὰ τὰς ὀσμὰς ὁμοίως. ἄλλαι γὰρ ἄλλοις ἐναντίαι καὶ οὐ πρόσφοροι. καὶ οὐ μόνον εἰς τὸ μὴ δεῖσθαι, μηδὲ ζητεῖν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἡδίστων ἡμῖν ἀναιρεῖσθαι· καθάπερ οἱ γῦπες ὑπὸ τῶν μύρων· καὶ οἱ κάνθαροι ὑπὸ τῶν ῥόδων. πολεμοῦσι δὲ δὴ σφόδρα καὶ αἱ μέλιτται τοῖς μεμυρισμένοις.

defectus. Sēper enim natura ſuo ſubiecto ſimile alimentũ reddere vult, tam in animalibus quã in plantis. Tunc enim ſingulis commutari & confici alimonia ſolet, cum euincunt quod cœperint. At ſi adſint, quæ feruefactis aliquibus poſsint nutriri, quod in animalibus euenit, quibus vel generatio inde eſt, nec alimentum, nec prima coagmentatio fidem faciet ei ſatis, quod ſecundum naturam ſit: ſed ſingulis per miſturæ rationem argumenta partiri neceſſe ſit. Neque enim omnes dulces ſapores idonei hohominibus, ſed alij inſaniam important, ceu radix quæ carduo ſimilis eſt. & aliæ quædam. Alij ſomnum conciliant, & ſi copioſius dentur, mortem afferunt, ceu mandragora. Nonnulli læthales omnino ſunt. Multi locis in multis cum radices ignotas ediſſent dulces atque ſuaues, interiere: & alia iſtiuſmodi complura notantur, quæ vel nocent, vel etiam omnino interimunt: quanquam guſtu ſuauia aut certe facilia. Contra pleraque inſuauia & amara iuuant, vt quæ ſuperius diximus, fel terræ, & abſinthium, & quæ veneno ſiores guſtus important. Quippe multa ex his quoque prodeſſe videmus. Sunt quorum ſapor, quia cibo per ſe minime idoneus ſit, pro condimento cæteris additur, vt ſalſus atque acutus. Hos enim niſi temperemus, exuperare non poſſumus: ſicut etiam ex cœteris animalibus pleraque nequeunt. Quamobrem illis quoque ſapores cæteros admiſcere ſolemus. Pleraque etiam ſibi ipſa quæ remedio forent, comperiunt: ſicut aues. Quo quidem argumento conſtare appareat, genera ſaporum non ita eſſe diſtincta: vt aliud velut naturale ſit, aliud innaturale, priuationique aſcribendum: ſed quod nobis ineptum in cibo ſit, hoc alijs eſſe aptum: quodque alijs aptum, alijs eſſe ineptum. Prout enim naturarum conditiones ſe habeant, ita ſingulis alimenta conuenient. Pari modo & voluptates, & anxietates, & remedia, contra affectiones, diſpoſitioneſque aduerſas ſingulis natura ſtatuit. Quod pleraque animalia facere latiſſime patet, non modo contra affectiones quæ ſponte acceſſerint, ſed etiam in paſtibus ipſis, cum aliquo noxio comeſo, mox aliud quod iuuet, aſſumunt: ceu viperæ rutam, vbi allium comederunt, cum & in odoribus eadem ratio eſt. Enimuero alijs alij aduerſi, nec quicquam commodi ſentiuntur, non ita ſolum non indigeant, neque quærant: ſed etiam ab his perimantur, quæ nobis ſuauiſſime olent. Ceu vultures ab vnguentis, & canthari roſis. Nec non & apes vehementer eos oppugnare videntur, qui vncti ſunt.

ΚΕΦ. Ε. CAP. V.

Ex brutis vel nullum, vel breue admodum eſſe, quod odorem perſequatur [illegible] hominum odoratum eſſe deterrimum. Animalia etiam cætera odorem ſentire [illegible] non diſcernere.

Ὅλως μὲν γὰρ ἢ οὐδὲν ἢ βραχύ τι πάμπαν ἐστὶν ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις τὸ μὲν εὐωδίαν διῶκον αὐτῆς χάριν· ἀλλ' εἴπερ κατὰ συμβεβηκὸς, ὧν ἡ τροφὴ τοιαύτη. πρὸς ταύτην γὰρ ἡ ἐπιθυμία, καὶ διὰ ταύτης. εἰ δ' ἄρα καὶ τοιοῦτόν ἐστιν, ἡμῖν γε οὐ σαφές. ἐπεὶ καὶ τὴν πάρδαλιν τοῖς μὲν ἄλλοις ἡδύ φασι ὄζειν αὐτήν. διὸ καὶ θηρεύειν αὐτὴν ὅταν καταγηράσκῃ, ταύτῃ προσαγομένη. ἡμῖν δ' οὐδεμίαν εὐωδίαν ἐμφαίνει. εἰ μὴ κἀκεῖνο ἀληθὲς, ὥσπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὅτι χειρίστην ἔχομεν πάντων τὴν ὄσφρησιν· καὶ διὰ τοῦτο ὡς εἰπεῖν, πολλαὶ λανθάνοιεν ἂν ἡμᾶς ὀσμαὶ, καὶ τὰ ἡδέα καὶ τὰ λυπηρὰ τὰ κατὰ ταύτας. ὃ δ' ἂν δόξειεν ἂν ἄτοπον εἶναι, τὸ τ' ἄλλα ζῶα σαφεστέραν ἔχοντα μηδὲ αἰσθάνεσθαι, μηδὲ κρίνειν τὰς εὐωδίας, οὐκ ἔστιν ἄτοπον. τάχα μὲν γὰρ καὶ αἰσθάνονται, πρὸς δὲ τὴν φύσιν αὐτῶν οὐχ ἁρμόττουσιν, ἀλλὰ καὶ ἐναντίαι, καθάπερ ἐπὶ τῶν γυπῶν ἐλέχθη. καὶ ὡς τὰ ἔντομα ὑπὸ τοῦ ἐλαίου βαρύνεται. φεύγει γὰρ αὐτὰ τὴν ὀσμήν· ἕτερα δ' ὑφ' ἑτέρας τινὸς ἴσως. ἄλογον δ' ἐνταῦθα δόξειεν ἂν συμβαίνειν πρὸς ἐκείνην τὴν ὑπόθεσιν, ὅ τι εἶδος τοῦ γλυκέος χυμοῦ. ἔνια δὲ προσφιλέστατα τῷ γλυκεῖ. καθάπερ οἱ κνῖπες. οὐδὲν γὰρ τῶν οἰκείων φθαρτικὸν, εἰ μὴ ταῖς ὑπερβολαῖς. ἀλλὰ τούτου μὲν τὴν αἰτίαν, ἐν τῇ δριμύτητι ληπτέον, ὥσπερ καὶ τῆς ὀριγάνου, καὶ τῶν τοιούτων. ἅπαντα γὰρ φεύγει. τὸ δὲ μὴ αἰσθάνεσθαι καθάπερ λέγουσιν, οὐ σαφὲς ἡμῖν. εἰ μὴ ἄρα καὶ τοὺς πόρους ἐνταῦθα ἄν τις αἰτιάσαιτο, καθάπερ ἔνιοι τῶν φυσικῶν, τῷ μὴ ἁρμόττειν. διὸ καὶ διαιροῦσι τοῖς μεγέθεσι· τὰ μὲν μικρὰ φάσκοντες τῶν τοιῶνδε αἰσθάνεσθαι, τὰ δὲ μείζω τῶν τοιῶνδε μᾶλλον· οὐχ ἱκανὴν δ' οὐδ' οἰκείαν ἴσως διαίρεσιν διαιροῦντες. οὐ γὰρ ἐν τοῖς πόροις ἡ αἴσθησις, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς τὴν διάθεσιν ἄν τις καὶ τὴν κρᾶσιν, τό, τε πάθος ἀποδοίη καὶ τὴν ἀπάθειαν, ἐν οἷς τὸ ἡδὺ καὶ τὸ λυπηρόν. ὅπερ συμβαίνει καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων· οὐ γὰρ πᾶσιν αἱ αὐταὶ προσφιλεῖς, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν τοῖς κακώδεσι καὶ βαρείαις, ὧν ἔνι ἄγε κοιναὶ πᾶσιν. οἷον αἱ ἔκ τινων ἐκπνέουσαι χασμάτων καὶ ἄντρων, θανατηφόροι τοῖς προσπελάζουσιν. εἰ δ' ἄρα καὶ αὐταὶ τοῖς ἀναπνευστικοῖς μόνοις, ἀλλὰ τοῦτόγε φανερόν. ὥσπερ ἐπὶ τῶν χυλῶν, ὅτι καὶ ὀσμαί τινες ἑκάστοις εἰσὶν οἰκεῖαι· καὶ ὅτι τὸ εὐῶδες τὸ μὴ κατὰ τὴν τροφὴν, ὀλίγοις ἢ οὐδέσι προσφιλές. εἰ δὲ δή τινι καὶ συμφέρον, ἀδηλότερόν

Omnino inter bruta vel nullum, vel certe rarum admodum eſt, quod odorem perſequitur gratia ſuauitatis, niſi per accidens cum alimentum eſt tale. Quippe appetitus ad ipſum pabulum, eiuſque causa eſt. Siquid tamen etiã iſtiuſmodi eſt, haud quaquam hominibus conſtat. Nam & pardalin cæteris animalibus ſuauiter olere quidam affirmant, & venari in ſenecta nimirum beſtias alliciendo gratia ſui odoris. At nobis nullam odoris affert ſuauitatem. Niſi verum etiam illud dixeris, vt certe eſt verum, olfactum homines habere omnium ferme deterrimum. Itaque multi odores, ſuauitateſque eorum, vel grauitates, latere hominem poſſunt. Nec mirum, quod cætera animalia, quæ olfactum obtinent exquiſitiorem, gratiam odoris non ſentiunt, neque dijudicant. Fortaſſe enim ſentiunt, ſed eorum naturæ nihil conueniunt: quinimo aduerſantur (vt de vulturibus dictum eſt) vtque omne inſectorum genus oleo infeſtantur. Fugiunt enim vehementer eius odorem. Sed alia forte alium nata ſunt aſpernari. Temere tamen contra poſitionem illam pinguis ſaporis euenire iſtud videatur: cum nulla res conueniens corrumpere poſſit, niſi ſuo exceſſu. Sed huius ratio acritudini attribuẽda eſt: ſicut etiam origani, & aliorũ generis eiuſdem. Hæc enim omnia fugiunt. Sentire autem nihil poſſe (vt referunt) incertum homini eſt, ni forte meatus quoque habere cauſam dixeris, vt nonnulli naturæ interpretes voluere, quod minus congruerent. ideoque ratione magnitudinis animalia diuiſerunt, paruaque aſſeruerunt ſentire quæ paruis conueniant: magna, quæ magnis. Sed illi non ſatis fortaſſe, neque apte digeſſerant. Non enim meatibus ſenſus perficitur, ſed pro diſpoſitione temperamentoque potius, ſenſatio & inſenſatio reddi debeat: in quibus ſuauitas aut inſuauitas conſiſtere ſolita eſt. Quod eniam hominibus euenit. Non enim idem odor gratus omnibus, ſed potius ex fætidis atque grauibus, aliqui communes omnibus inferuntur: vt qui ex quibuſdam hiatibus aut ſpeluncis letales afflant omnes homines qui acceſſerint. Sin autem illi quoque ſpirantibus tantummodo peſtem inferant: at iſtud quidem latiſſime, ſicut de saporibus patet. Odores etiam eſſe qui conueniunt ſingulis, ſuauemque olentiam, quæ cibum non comitetur, nullis, vel certe paucis gratam occurrere: & hoc an commodum alicui ſit, incertius ſane eſt. Sed hæc latius fortaſſe, quam res deſideret de qua agitur, diſſeruimus.

Redeun-

ἐστιν. [illegible] γὰρ ταῦτα μὲν ἴσως ἐπὶ πλέον εἰρη- τῶν [illegible]ποκειμένων· ὅθεν δ' ὁ λόγος, ἐκεῖσε [illegible]έον.

Redeundum eodem eſt, vnde noſtra proceſſit oratio.

ΚΕΦ. ϛ'. — CAP. VI.

Saporem dulcem maxime conuenire naturæ. Quamobrem plantæ ſingulæ ſaporem habeant ſuum.

Ε[illegible] τῶν χυλῶν ὀσμῶν ἐστί τις φύσις ὥ-[illegible] τῶν ζώων, [illegible] ἑκάστην διά-θεσιν [illegible] καὶ [illegible]σιν. [illegible] μὴν, ἀλλ' ὥστε κα-θόλ[illegible] κοινῶς [illegible] οἱ γλυκεῖς καὶ οἱ κατ' αὐτὴν τὴν συστοιχίαν τ[illegible]φιμώτεροι καὶ μᾶλλόν εἰσι κατὰ φύσιν. ἐναντίωμα δέ τι. τάχα δ' οὐκ ἀκόλουθον ἔσται τὸ ἀνάλογον· ὅτι χυλὸς μὲν ἅ-πασι προσφιλὴς ὁ γλυκύς, [illegible] δὲ οὐκ ἔστιν οὕτω λαβεῖν οὐ[illegible] γένει λανθάνουσαν, εἰ μή τις [illegible]άνει διὰ τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν τῆς αἰσθήσεως. ἴσως δ' οὐδὲ τὸ περὶ γλυκέος εἰ-ρημένον ἁπλῶς ἀληθές. ὑπὲρ μὲν οὖν τούτων [illegible]ται [illegible]ρημένα. τῶν δὲ φυτῶν, μᾶλλον δὲ [illegible] οἱ χυλοί, διὰ τί μὲν ἕκαστα τούτους ἔχει, λ[illegible]ω δ' οἷον πικροὺς ἢ γλυκεῖς ἢ λιπαρούς· τὴν πρώ[illegible] αἰτιατέον σύστασιν. ὑπὲρ ἧς οἱ μὲν τοῖς σχήμασι διορίζοντες, ὥσπερ Δημόκριτος, οἴονται λέγειν τινὰς αἰτίας· ὁμοίως δὲ καὶ εἴ τις καθ' αὐτὴν ἔχει τὸν ἴδιον ἀποδοῦναι περὶ ἑκάστου λόγον. οἱ δὲ κατὰ πέψιν καὶ ἀπεψίαν διαιροῦντες τὰ γλυκέα καὶ τὰ πικρὰ καὶ τὰ ἄλλα, τάχ' ἂν δόξειεν κωλύειν τὰ μικρῷ πρότερον ἡμῖν εἰρη-μένα. πέψει γὰρ πρότερόν τινι φαίνεται πάντ' ἐξομοιοῦσθαι καὶ τοῖς φυτοῖς καὶ τοῖς ζώοις. ἀλ-λὰ τούτοις ὁμοίως λεκτέον· ὅτι καὶ οἱ γλυκεῖς καὶ οἱ ἁπλῶς τρόφιμοι χυλοί, καὶ ὀσμαὶ αἱ εὐώδεις, πέψει τινὶ γίνονται καὶ κατεργασίᾳ. καὶ ὅτι μᾶλ-λον ὡς τῷ γένει λαβεῖν πεπεμμένα τῶν ἑτέρων. δηλοῖ δὲ καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν ὁμογενῶν. καὶ γὰρ χυλότερα καὶ εὐοσμότερα τὰ πεπεμμένα τῶν ἀπέπτων· ἑκατέρων πεττομένων κατὰ τὴν οἰκείαν πέψιν. ὑπὲρ μὲν οὖν τούτων, ἐν τοῖς ἑπομένοις ἔ-σται φανερώτερον.

CViuſque ſaporis odoriſque natura pro-fecto quemadmodum & animalium eſt: quæ ſingulis diſpoſitionibus tempera-mentiſque conueniat. Cæterum vt in vniuer-ſum & communiter dicamus, dulces & qui in eiuſmodi genere conſocientur, aptiores ſunt ad alendum, propiuſque ad naturam accedunt. Sed forte nonnihil repugnare videatur, quod ratione minus reſpondere exiſtimes: quando dulcis ſapor gratus omnibus ſit, odor autem eodem accipi modo non poſſit, ni forte ob imbecillitatem ſenſus humani obliteſcat. Sed fortaſſe nec illud verum omnino eſt quod de dulci retulimus. Verum de his ſatis dictum iam eſt. Plantarum autem, vel potius omni-um quibus inſunt ſapores, quamobrem ſin-gula ſaporem habeant ſuum, exempli gratia, dulcem aut amarum, aut pinguem, cauſa prima aſſignanda eſt conſtitutioni: de qua qui figuris omnia diuidunt, vt Democritus, ratio-nes ſeſe aliquas reddere arbitrantur. Quem-admodum, qui de ſingulis rationem pro-priam reddunt. Qui vero per concoctionem cruditatemque, dulcia & amara, & reliqua malunt diſcernere, aduerſari fortaſſe videan-tur iis quæ paulo ante diximus. Quippe o-mnia per cōcoctionem prius aſſimulari viden-tur, tam in animalibus quam in plantis. Ve-rum ita dicendum. Sapores tum dulces, tum qui omnino alere poſſint, atque omnem odo-rum ſuauitatem confectione concoctioneque prouenire. Et quia in quantum redigi ad ge-nus poſsūt, percoctiora cætera ſunt, quæ iſtiuſ-modi cernimus. Conſtat hoc & in iis quæ ge-nere copulantnr eodem. Sunt enim quæ ex-cocta fuerunt ſaporis odoriſque melioris, quā quæ crudiora ſentimus, dummodo vtraque ri-tu cōcoctionis ſuæ coqui occœperint. Sed hæc latius poſthac exponemus.

ΚΕΦ. Ζ. — CAP. VII.

Omnes plantas generandis ſaporibus tranſire per cōcoctionem ex alia in aliam qualita-tem ſaporis. Vinoſaque plures habere ſapores.

ΤΩν δ' ἄλλων ἐκεῖνο δεῖ λαβεῖν πρῶτον ὃ κοινόν ἐστι τῆς τῶν φυτῶν οὐσίας. πάντα γὰρ ἐν τῇ γενέσει τῶν χυλῶν μεταβάλλει κατὰ τὴν πέψιν ἐξ ἄλλων εἰς ἄλλους χυμούς. ὡς μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν ἐκ τῶν στερητικῶν εἰς τοὺς κατ' εἶ-δος· οἷον ἐκ πικρῶν καὶ στρυφνῶν εἰς γλυκεῖς καὶ

NVnc illud ex cæteris primum ſumere o-portet, quod vniuerſæ ſtirpium naturæ commune eſt. Omnes etenim plantæ in generandis ſaporibus tranſeunt per concocti-onem ex alia in aliam qualitatem ſaporis. Exempli gratia, vt ſimpliciter dicam, ex gene-re priuationis ad formæ habitum: ceu ex ama-ro, aut

λιπαροὺς καὶ εἴ τις ἄλλος ὁμόστιχος. ὡς δὲ καθ' ἕκαστον, ὡς αὖ ἡ διάκρισις ἔχῃ τῆς φύσεως. καὶ τὰ μὲν εἰς πλείους, τὰ δ' εἰς ἐλάττους. τὰ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ πικροῦ, καθάπερ ἐλαία συναυξάνουσα πρὸς τὸν στρυφνόν. τὰ δ' ἐκ στρυφνοῦ εἰς τὸν ὀξὺν, καθάπερ ἄπιοι καὶ τἄλλα. καὶ γὰρ τὰ ὀξέα πρότερον στρυφνά. τὰ δ' ἐκ τοῦ στρυφνοῦ, πρῶτον εἰς τὸν ὀξύν. εἶτ' ἐκ τοῦ ὀξέος εἰς τὸν γλυκὺν, ὥσπερ βότρυς. ὡς γὰρ ὅλως εἰπεῖν, πλείστας ἀλλοιώσεις οὗτος λαμβάνει. καὶ ὅλως οἰνώδεις οἱ χυλοί. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ὥσπερ ὑδατώδης γίνεται· μετὰ δὲ ταῦτα στρυφνὸς, εἶτ' ὀξὺς, εἶτ' ἔσχατον γλυκύς. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ συκάμινον. ἐκ στρυφνοῦ γὰρ ὀξὺ, καὶ ἐξ ὀξέος γλυκύ· καὶ ἐπ' ἄλλων δὲ τοῦτο συμβαίνει. τῆς γὰρ οἰνώδους γλυκύτητος, ἐγγυτάτω κεῖται τὸ ὀξύ. διὸ καὶ οἱ ἀποροῦντες, διότι τὸ συκάμινον ἐρυθρὸν ὂν, ὀξύτερόν ἐστιν ἢ λευκὸν, ἐγγυτέρω τῆς πέψεως ὂν, οὐκ ὀρθῶς ἀποροῦσι. τότε γὰρ οἷον γένεσις αὐτοῦ τοῦ οἰκείου χυμοῦ. λευκοῦ δ' ὄντος, ἡ στρυφνότης πλέον ἀπηρτημένη καὶ κοινοτέρα. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἐνταῦθα ὅταν ᾖ, ξηρότερόν ἐστιν. ἐρυθραινόμενον δὲ ἐξυγραίνεται, καθάπερ ἔγχυλον γινόμενον. ὅλως γὰρ πᾶν τὸ περικάρπιον, ξηρὸν τὸ πρῶτον, ἀνυγραίνεται. καὶ ἔστι γένεσις αὕτη τῶν χυλῶν, ἐπιρρέοντος καὶ ὥσπερ διηρθρωμένου πλείονος ἀεὶ τοῦ ὑγροῦ, καὶ ἀεὶ συναυξοντος· ᾗ καὶ στρυφνὰ τὰ πολλὰ κατ' ἀρχὰς οὐκ ἀλόγως, ἅτε καὶ ξηρὰ ὄντα. ξηρότατα τε δοκεῖ τῶν ὑγρῶν, ὧν ὀπώδης ἡ ὑγρότης· * ὥσπερ τῆς συκῆς κατὰ τὸ πάχος. τούτοις μὲν οὖν ὥσπερ ὑλικοί τινές εἰσι κατὰ τὰς στερήσεις. ἐξ ὧν ἡ μετάβασις εἰς τὴν πέψιν. τοῖς δ' οἷον οὐσία ταῦτα καὶ τέλη. πολλοὶ γὰρ καὶ ψυχροὶ καὶ στρυφνοὶ κατὰ φύσιν καὶ ὀξεῖς· ὧν ἐξ ἀρχῆς ἧττον ἔγχυλος ἡ ὑγρότης· ἅπαντες δέ πως ἐμφαίνουσιν.

ro, aut acerbo in dulcem, vel pinguem, vel aliquem ex vicinis. At quod ad ſingula, proinde genera ſaporum ſequuntur, prout natura ſingulis diſtinctionem ſtatuerit: & alia in plures, alia in pauciores tranſire ſolita ſunt. Enimuero alia ex amaro in acerbum, ceu oliua: alia ex acerbo in dulcem, aut acutum, ceu pira,& cætera. Etenim quæ acuta ſunt, acerba prius fuere: alia primum acerba fuerunt mox acuta deinde dulcia redduntur, vt vua. Quippe (vt ſummatim dicā) plurimas alterationes vua recipere apta eſt: & omnino quæ ſaporem vinoſum ſortita ſunt. Primum enim dilutus, quaſi ſapor ſentitur, proxime acerbus, tum acutus, inde vltimo dulcis. Sic & morum, acutum ex acerbo, & dulce ex acuto efficitur. Et in alijs vero idem hoc euenit. Quippe vinoſæ dulcedini proxime adiacet ſapor acutus. Quãobrem qui quærunt, cur morum cum rubet, acutius eſt, quam cum albeſcit (cum propius tunc ad finem excoctionis ſit) non recte quærunt. Tunc enim velut generatio ipſius deſtinati ſaporis obtingit. Prius autem cum albeſcit acerbitas, remotior a dulcedine atque communior eſt. Qua de cauſa & ſiccius albeſcens humectius eſt cum rubeſcit. quaſi iam ſuccum, ſaporemque ſuum adipiſci occipiat. Omnino quiſque fructus primum ſiccus eſt, mox humeſcit. Et hæc generatio eſt ſaporum, humore ſcilicet plenius influente, ac velut articulato perfectius, & aſſidue maiorem in modum augente. Quo fit, vt non temere maior *pars* fructuum, acerba *principio* eſſe ſoleat, quoniam ſicca eſt. Sed omnium humidorum ſicciſſima eſſe putantur, quorum ſuccus lacteus eſt, vt ficus. His igitur velut materiam quandam ſapores exhibent illi quibus priuationem tribuimus, vnde ſcilicet ad percoctionem tranſitur. Cæteris autem illis ceu pro eſſentia fineque, interdũ cruditatis qualitas eſt. Sunt enim fructus complures, qui & amari, & acerbi, & acuti ſuapte natura perficiuntur: quorum ſcilicet ſuccis minus humiditatis ſaporiſque datum eſt.

ΚΕΦ. Η.

CAP. VIII.

Omnes fructus plantæ ſaporem aliquatenus monſtrare: & crudos amplius, maturos minus. Item ſapores in aliquibus ex crudis ac pluribus tranſire ad perfectionem: in aliquibus inſipidos perdurare. Tum quemadmodum dulcis & amarus ſapor principia cæterorum intelligantur.

ΟΙ καρποὶ καὶ τὸν τοῦ φυτοῦ χυλὸν, ὅπερ ἴσως ἀναγκαῖον ἐξ ἐκείνου γενομένους, ὠμοὶ μὲν ὄντες μᾶλλον, πεπαινόμενοι δ' ἧττον, ἅτε καὶ τῆς ἐκκρίσεως ἀεὶ καθαρωτέρας γινομένης. καὶ τῶν μὲν, τοιαύτη τις σύστασις. ἐνίων δὲ ὥσπερ ἄχυλος ἡ πρώτη καὶ ὑδατώδης· οἷον τῶν σιτωδῶν. ὥσπερ πυροῦ, καὶ κριθῆς, καὶ τῶν ὁμοίων· ὧν δὲ καὶ τελείωσις εὐθὺς ἐκ ταύτης οὐ λαμβάνουσα

OMnes autem fructus ſaporem quoque plantæ aliquatenus monſtrãt. Quod forſitan ita fiat neceſſe eſt, cum inde ſuam iſti trahant originem: ſed crudi magis, maturi minus, vtpote cum humoris effuſio, quo plus temporis proceſſerit, eo purior fiat. Horum coagmentatio talis eſt. Quædam principio velut inſipida dilutaque ſunt: ceu frumenta, exempli gratia, triticum, hordeum, atque ſi-

πλείους μεταβολάς. οὐ γὰρ οὐδ' ἡ γλυκύτης πόρρω αὐτῆς, ὥστε μὴ δεῖσθαι πλειόνων. διὸ καὶ φαίνεται [illegible] ἡ γένεσις εἶναι τῶν χυλῶν ἑκατέρα κατὰ [illegible] φύσεις. ἡ μὲν γὰρ ἐξ ἀπέπτων καὶ [illegible] μεταβάλλουσα πρὸς τὴν τελείωσιν· ἡ δ', ὥσπερ [illegible] καὶ ἀηδής, ἐν ἁπλῇ τινι γενέσει καὶ ἀλλοιοῦται, διὰ τὴν ὑποκειμένην φύσιν. [illegible] ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, τὸ μὲν ἐν τοῖς ἐπετείοις μᾶλλον, τὸ δ' ἐν τοῖς δένδροις ἐστίν, ὡς πλείονος δεομένοις πέψεως. τάχα δ' ἀληθέστερον ἐκείνως [illegible] καὶ μὴ ἐπετείοις καὶ δένδροις ἀλλ' [illegible] τῇ κράσει [illegible]ζοντας. ὁποία γὰρ ἂν τις αὕτη τυγχάνῃ, αἱ μὲν μεταβολαὶ συνακολουθοῦσι κατὰ λόγον. ἐπεὶ καὶ ἡ ἀμυγδάλη τὸ πρῶτον ὑδατώδης, ἕως ἂν ᾖ χλωρά. ξηραινομένη δέ, λίπος λαμβάνει. [illegible] ἄλλα δέ τινα τῶν κυρτιωδῶν, ὧν καὶ τὰ κελύφη στρυφνά. τῶν δέ, καὶ ὀξέα καθάπερ τῶν ἀμυγδαλῶν. ὡς ἐνταῦθα πάντως ἐκκρινομένου τοῦ περιττωματικοῦ καὶ γεώδους. ἡ δ' οὖν φύσις ἔοικεν, ὥσπερ ἐκ μεμιγμένων [illegible] χυλῶν ἐκκρίνειν τῇ πέψει τὸν ἁπλοῦν· [illegible] δόξειεν ἂν ἐναντίως καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἄλλοις ἐκ μίξεως ἡ γένεσις· ἐνταῦθα δ' ὥσπερ ἐξ ἀφαιρέσεως καὶ χωρισμοῦ. καὶ ἔνθα μὲν ἐκ τῶν ἀρχῶν, ἔνθα δ' αὐτῆς τῆς ἀρχῆς. ἀρχὴ γὰρ τὸ γλυκύ. τούτου δ' ἡ πέψις ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς ἄλλην τινὰ ἔχει θεωρίαν. ἔπειτα κἀκεῖνο ἄτοπον, εἰ οἱ χυλοὶ πάντες ἐκ τοῦ πικροῦ καὶ γλυκέος μιγνυμένων ὥσπερ ἐκ τῶν στοιχείων τὰ σώματα. πάλιν δ' αὖθ' ἕτερον, εἰ ἐκ μὲν τούτων μηδέν, ταῦτα δὲ ἐκ τῶν ἄλλων. οὐ γὰρ ἀρχῶν ἡ τοιαύτη φύσις. εἰ μὴ ἄρα πλεοναχῶς αἱ ἀρχαί, καὶ κατὰ πλείους τρόπους· ὅπερ ἔοικεν ὥσπερ κατὰ συστοιχίαν ἐνίων λεγομένων. ἀλλ' οὖν δὴ τούτων μὲν πέρι, λόγος ἕτερος.

queſimilia. Quorum & perfectio ſtatim ab ea ipſa qualitate accedit, antequam plures fiant mutationes. Neque enim dulcedo procul ab ea eſt. Itaque nihil eſt opus varia mutatione. Quapropter gemina quædam ratio generandi saporis eſſe videtur, vtraque pro natura rei compoſitæ. Altera enim ex crudis ac pluribus tranſit ad perfectionem: altera quaſi inſipida inſuauiſque, ſimplici generandi alterandique via ex natura ſubiecta confici ſolita eſt. Quarum(vt ſimplicius loquar)altera in annuis potius, altera in arboribus eſt: vtpote in quibus plus coctionis deſideretur. Sed forſitan melius exponetur, ſi non annuis & arboribus, ſed omnino ratione temperamenti determinemus. Quale namque hoc ſit, talem ſequi mutationem rationi eſt conueniens. Nam & amygdala principio aquoſa ſentitur, quamdiu viridis eſt atque recens: ſicceſcens autem pinguiuſcula redditur. Sic & alia quædam in eodem genere perficiuntur, quorum & putamina vel acerba ſunt; vel acuta modo amygdalæ. Quod omnes ſordes omnemque terræ callum eo vis naturæ ſecernit. Igitur natura quaſi ex quibuſdam commiſtis ſaporibus excernere percoctione ſaporem ſimplicem intelligitur. Quocirca res e contrario quam in cæteris euenire videatur. Quippe cæterorum generatio permiſtione cõficitur: horum veluti per detractionem ſeiunctionemque. Ac ibi ex principijs, hic ipſius principij. Principium enim dulce eſt. Id autem (vt ſimplicius agam) concoctio ſpectat. Sed hæc minus ſunt diſputationis propoſitæ. Tum etiam illud abſurdum, ſi omnia ſaporum genera ex amaro & dulci commiſtis, vt ex elementis omnia corpora. Sed rurſus abſurdum occurret aliud, ſi ex his nihil, hæc ex cæteris prodeunt. Haud enim natura talis principiorum eſt. Niſi forte multifariam principium dici poteſt, modiſque pluribus vſurpetur. Quod ita eſſe videtur, cum velut per conſolationem ceu coordinationem aliqua explicentur. Sed determinare de his, nihil diſputationis præſentis intereſt.

ΚΕΦ. Θ. CAP. IX.

Quod humor ſit ſaporum communis materia. Cauſa vero agens, & internus & externus calor. Qui item ſapores maxime perſpicui euadant.

Αἱ δὲ γενέσεις τῶν χυλῶν, ἐν τοῖς εἰρημένοις τρόποις, ἢ ἐκ τοῦ εἴδους εἰς εἶδος, ἢ ἐκ τῶν ἐναντίων εἰς τοὺς ἐναντίους ἀλλοιουμένων. κοινὴ δ' ἡ ὕλη πάντων τὸ ὑγρόν. ἀλλοιοῖ δὲ καὶ ποιεῖ τὸ θερμὸν τὸ ἐν αὐτῷ καὶ τὸ τοῦ ἡλίου. τοῦτο γὰρ ὥσπερ εἴρηται μάλιστα τῶν φυτῶν οἰκεῖον· οὐχ ὥσπερ τῶν ζώων τὸ ἐν αὐτοῖς. ἐπεὶ μεταβολαὶ καὶ ἀλλοιώσεις καὶ ἐν ἐκείνοις εἰσὶ τῶν χυλῶν. Δημοκρίτῳ μέν γε πῶς ποτε ἐξ ἀλλήλων ἡ γένεσις, ἀπορήσειεν ἄν τις. ἀνάγκη γὰρ ἢ τὰ σχήματα μεταρρυθμίζεσθαι καὶ ἐκ σκαληνῶν καὶ ὀξυγωνίων, περιφερῆ γίνεσθαι πάντων ἐνυπαρχόντων, οἷον τῶν τε τοῦ στρυφνοῦ καὶ ὀξέος καὶ γλυκέως· ἢ ἐκκρίνεσθαι τὰ τῶν πρότερον εἴδη· θάτερα δ'

Saporum autem generationes rationibus ſupradictis, aut ex forma in formam, aut ex contrarijs in contrarios mutari, putandũ eſt. Omnium vero communis materia humor eſt. Alterat autem agitque calor, cum internus, tum externus. Hic enim (vt dictum eſt) plantarum generi maxime accommodatur, nec ſicut in animalibus internus habetur accõmodatior. Nam in illis quoque mutationes alterationeſque ſaporum fieri ſolent. Quæ cum ita ſint, quonam pacto viciſſim generatio fiat, a Democrito petat aliquis. Aut enim figuras commutari, vt ex ſcalenis atque acuto conſtantibus angulo orbiculato efficiantur. Omnibus ſcilicet inhærentibus illis, ceu acerbo, acuto, dulci: aut priorum figuras excerni, reliquas autem remanere:

ὑπομένειν. ἢ τρίτον τὰ μὲν ἐξιέναι τὰ δ' ἐπεισιέναι. ἐπεὶ δ' ἀδύνατον μετασχηματίζεσθαι (τὸ γὰρ ἄτοπον εὐπαθὲς) λοιπὸν τὰ μὲν εἰσιέναι, τὰ δ' ἐξιέναι. ἄμφω δὲ καὶ ταῦτα ἄλογα. προσαποδοῦναι γὰρ δεῖ, καὶ τί τὸ ἐργαζόμενον ταῦτα καὶ ποιοῦν. ἀλλὰ γὰρ τοῦτο μὲν ὑπὲρ πλειόνων ἴσως ὁ λόγος. ἁπάντων γὰρ οὕτως ποιεῖ τὰς γενέσεις· οἷον οὐσίας, ποσοῦ, ποιότητος. τῶν δ' ἄλλων ὑπὸ τοῦ θερμοῦ πέψις γινομένη, τὰ μὲν ἐκκρίνει καὶ διατμίζει, τὰ δὲ παχύνει καὶ συνίστησι, τὰ δὲ λεπτύνει, τὰ δ' ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν ἀλλοιοῖ· καθάπερ καὶ ἐν τοῖς πυρουμένοις. ὅλως δὲ τοῦτο ληπτέον, ὅτι πάντες ἐνυπάρχουσιν οἱ χυμοὶ δυνάμει. προσούσης δὲ μεταβολῆς, τὸ γίνεσθαι καὶ εἶναι κατ' ἐνέργειαν. πεφθέντων δ' οἱ μὲν εὐθὺς φανεροὶ τῇ αἰσθήσει· καθάπερ ὁ γλυκὺς καὶ ὁ λιπαρός, καὶ ἀποπιεζόμενος οὗτός τε ἐξ ἐνίων ῥεῖ, καὶ χωρισμὸς ἔκ τε τῶν πλείστων οὕτως αὐτοῦ. οἱ δ' οὐχ' ὁμοίως ἔνδηλοι. καθάπερ ὁ οἰνώδης ἐν τῷ μύρτῳ. ἔτι δ' ἧττον ὁ λιπαρός. ἔχει γὰρ καὶ τοιοῦτον ὃς ἐφίσταται τῷ οἴνῳ σακκιζομένῳ. καὶ ἀφαιροῦσιν αὐτὸν καὶ καίουσιν ἐπὶ τῶν λύχνων. ἀκρατέστεροι δὲ πάντες γίνονται χωρισθέντες τῶν περικαρπίων. καὶ ὅσοι δὲ χρονίζονται μᾶλλον. τότε γὰρ ἥτε τοῦ ὑδατώδους ἀποπνοή, καὶ ἡ τοῦ γεώδους ὑπόστασις, καὶ τὸ ὅλον ἡ τοῦ θερμοῦ τοῦ ἐν αὐτῷ δύναμις. ἐπεὶ καὶ ἀφαιρεθέντων τῶν καρπῶν, ἐν αὐτοῖς τούτοις ἀλλοιοῦνται· καὶ τάγε κάρυα, καὶ ὅσα γε τοῦτον τὸν τρόπον ἐλαιώδη χρονιζόμενα μᾶλλον ἐξελαιοῦται διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας. ἢ καὶ φανερόν, ὥσπερ ἐλέχθη, διότι δυνάμει πάντες ἐνυπάρχουσι. τὰς δ' ἐνεργείας, αἱ ἀλλοιώσεις ποιοῦσιν. εἰσὶ δ' ὥσπερ ἐν αὐτοῖς τοῖς περικαρπίοις τῶν χυλῶν ὡρισμέναι μεταβολαὶ χωρισθέντων ὁμοίως εἴς τε τοὺς κατὰ τὰς πέψεις καὶ τὰς φθοράς.

aut tertium alias exire, alias ſubire neceſſe eſt. Sed cum transfigurari impoſſibile ſit, (quod enim incorporeum eſt nullam ſibi admittit affectionem) reſtat, vt vel aliæ ſubeant, aliæ exeant, vel omnibus inhærentibus illis, acerbo, acuto, dulci, priorum figuræ excernantur: reliquæ remaneant, quæ ſingulis valeant conuenire. Sed ne iſta quidem fieri ratione aliqua poſſunt. Adijci namque oportet, quod hæc agat atq; efficiat. Sed enim ratio hæc de pluribus fortaſſe petenda eſt. Quippe omnium generationes ille hunc in modum exponit, ceu ſubſtantiæ, quantitatis, qualitatis. Cæterorum autem excoctio, quæ calore ſubminiſtratur, alia excernit ac euaporat, alia craſſat atque cogit, alia attenuat, alia (vt ſimpliciter dicam) alterat, quemadmodum etiam in ijs agitur, quæ igne feruescunt. Omnino [illegible]dum eſt, cunctos ſapores ineſſe potentia. Immutatione vero accedente fieri, atque eſſe non niſi actu contingere. Prorſus peracta excoctione ſuccorum, alij ſtatim ſenſu percipiuntur, ceu dulcis & pinguis. Hic enim cuiuſdã exprimi atque defluere poteſt, & [illegible] ſegregatio eius ita maxima ex parte [illegible] ſolita eſt. Alij non æque perſpicui ſunt, ceu vinoſus in myrto: atque etiam minus qui pinguis in eodem eſt. Habet enim talem quoque humorem, qui in vino cum ſaccatur, reſidet atq; innatat: quem detrahunt & ad lumen lucernarum vtuntur. Omnes ſinceriores efficiuntur ſuis pulpis expreſſi, multoque magis qui expreſſi diu immoti manſerunt. Sic enim diluta pars exhalatur & terrena ſubſidet: in totumque calor inteſtinis corroboratur. Nam & decerptis fructibus alteratio ſucci totidem conſequitur modis: & nuces ac cætera, quæ pari ratione oleum reddunt, ſpatio temporis longiori, amplius propter prædictas cauſas oleantur. Quare conſtat (quod dictum iam eſt) cunctos potentia ineſſe: actiones vero per alterationes oriri. Sunt certe mutationes ſuccorum, quemadmodum in ipſis fructibus, ſic etiam cum expreſſi fuerunt, in ſapores excoctionis pariter & corruptionis.

ΚΕΦ. Ι. — CAP. X.

Quare vinum ex vetuſtate amarum fiat, curque coaceſcat. Item quemadmodum ſapores corrumpantur. Hinc omnes fructus calore concoqui.

Μάλιστα δὲ τοῦτ' ἔνδηλον ἐπὶ τοῦ οἴνου. καὶ γὰρ παριστάμενος καὶ ἐξιστάμενος, καὶ οἷον γηράσκων, ἐν ὡρισμένοις τισὶ μεταβάλλει χυλοῖς. ἀλλοιωθεὶς γάρ, εἰ μὲν ὥσπερ κατὰ φύσιν ὅταν παλαιούμενος ἐκπεπίκρωται, τοῦτό γε συμβαίνει, διότι τὸ πότιμον ὁ ἀὴρ ἐξάγει καὶ τὸ περιέχον. ἀπιόντος γὰρ τούτου, καταλείπεται τὸ γεῶδες καὶ πικρόν· ὁ δ' ὥσπερ βίᾳ καὶ παρὰ φύσιν, εἰς τὸ ὀξύ. τοῦτο γὰρ ἐναντίον ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων παραπλησίως. συμβαίνει γὰρ τῷ οἴνῳ τὴν ἐσχάτην ταύτην ποιεῖσθαι φθοράν, ἐξ οὕπερ καὶ ἡ φυσικὴ γένεσις. ἐκ γὰρ τοῦ ὀξέως καὶ εἰς τὸ ὀξὺ καθάπερ εἰς τὴν ὕλην ἀναλλοιούμενον, μεταβάλλειν καὶ ἀποκαθίστασθαι πάλιν συμβαίνει μὲν ὡσαύτως, σπανίως· καὶ δὲ μάλιστ' ὅταν

PAtet hoc maxime in vino. Quippe hoc procedens ſuo vigore, & deſinens & quaſi ſeneſcens, certis quibuſdam ſaporibus immutatur. Enimuero ſi ex vetuſtate velut ſecundũ naturam fuerit alteratum, amarũ efficietur. Quod propterea euenit, quoniam aëre circunfuſo exactum eſt id, quod tenue ac idoneũ potui fuit: hoc enim exoleſcente, relinquitur quod terrenum eſt atq; amarum. Sed ſi tanquam per violentiam, & præter naturam mutatũ ſit, coaceſcit: id enim ſaporis contrariũ eſſe natura voluit. Pari modo cæteris quoq; euenit, vt inde corruptio proueniat, vnde naturalis generatio prodijt: quippe ex acuto in acutum velut in materiam reſoluitur. Quod cum fuerit, mutari rurſus atq; reſtitui raro euenit: & tũc forte,

cum

ἢ θαλ[illegible]θῇ, ἢ ἐπὶ τῆς τοῦ ἄστρου ἐπιπολῆς πα[illegible]κινήσῃ. καὶ γὰρ τότε παραπλήσιον τὸ πά[illegible] σφοδρόν. ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τῶν [illegible]μένοις οἰκειότερον ἐπελθεῖν. ἡ δὲ [illegible] ἀλλοίωσις ἐν τεταγμένοις πάθεσιν [illegible] διαφθειρόμενον ἐξυγραίνεται. [illegible] δὲ ἐξοξύνεται. γηρασκὸν δὲ [illegible], ἀποξηραίνεται· καταλειπο[illegible] τοῦ γεώδους. ὅλως δ' αἱ φθο[illegible] ἕξει τοῦ [illegible]δείου ἢ ἐκλείψει τοῦ [illegible] χρόνον. αἱ δὲ καταμίξεις, ὁτὲ μὲν τῶν ἔξω [illegible]χθέντων, ὁτὲ δὲ τῶν αὐ[illegible] προσηστικότος τινὸς καὶ [illegible]εονάζοντος· τά[illegible] ἀληθέστερον εἰπεῖν, [illegible] ὅτι κινηθέντος τινὸς καὶ διαφθαρέντος· οὕτω γὰρ ἡ τῶν περικαρπίων φθ[illegible] αὐτῶν [illegible]ων· οἷον οἴνου, γάλακτος. οὐδὲν δ' ἧττον τεταγμένη καὶ τούτων ἡ μετάστασις· ἐναντία γὰρ πᾶσι τούτων· αἱ δὲ ἐναντιότητες πλείους. ὥστε τοῦτο μὲν φανερόν. ἡ δὲ [illegible] τῶν καρπῶν, γίνεται μὲν [illegible]ους, καθάπερ εἴρηται. δ[illegible] δὲ τῶν [illegible]ων ἀπὸ τοῦ ψύχους διὰ τὴν ὥραν. πέπτει γὰρ ὥσπερ ἀεὶ λέγομεν τὸ θερμὸν ἀντιπεριϊστάμενον.

cum aut a mari commiſtum ſit, aut ſyderis ortu fuerit leuiter per ſummaque immutatum. Vitium enim tum etiam ſimile accidit, niſi vehemens ſit. Sed de his aptius poſtea diſſeremus. Corruptio autem & alteratio accidere cæteris vitijs ſolent. Quod enim corrumpitur, perhumeſcit, & ſæpenumero coaceſcit: quod ſeneſcit ac vetuſteſcit, exſiccatur, parte hic etiam terrena tantum extante. Omnino vero ſingulæ corruptiones, aut rei alienæ admiſtione, aut propriæ defectu, temporis cauſa eueniunt. Pereunt vero per miſtiones, alias externis aliquibus immiſtis, alias parte alia vitiata, aut modum excedente interna. Sed forte verius dixerim, parte aliqua commota corruptaque totum perire: ſic enim fructus corrumpitur, & lac, & vinum, & reliqua generis eiuſdem. Nec vero minus certa mutatio in his eſt. In contrarium enim omnia tranſeunt. Plures tamen eſſe contrarietates intelliguntur. Atque hoc quidem manifeſtum eſt. Fructus autem cuiuſque concoctio, vi ſubminiſtratur caloris, vt dictum eſt. Sed quæ ſero perficiuntur, vi frigoris maturari videntur temporis cauſa. Calor enim, quod ſæpe dicimus, concoquit, dum circumobſiſtit, atque in ſe vertitur.

ΚΕΦ. ΙΒ. — CAP. XI.

Oleam poſt Arcturum nihil plus olei facere. Tum copiam olei non alimenti vbertate, atque in pleno corpore oliuarum collocandam eſſe.

Ἴδιον δ' ἐπὶ τῆς ἐλαίας τὸ συμβαῖνον· εἴπερ ἀληθές. λέγουσι γὰρ ὡς οὐδὲν πλέον ἴσχει τοῦ ἐλαίου μετ' Ἀρκτοῦρον, ἢ ὅσον λαμβάνει τοῦ θέρους. ἅμα δὲ καὶ ὁ πυρὴν τότε γίνεται σκληρός. μεθ' ὃν οὐκέτι δύναται τὸ ὑγρὸν ἐξελαιοῦν. ὥστ' εἰ μὲν τῷ φυσικῷ πάθει δεῖ καὶ τῷ συμπτώματι τὸν ὅρον λαμβάνειν, τῷ περιέχοντι ληπτέον, εἰ δὲ τῇ ὥρᾳ, τῇ τοῦ ἄστρου δύσει. τάχα δ' ἄμφω συμβαίνει διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, τοῦ μὲν ὑγροῦ οἷον πεττομένου. διαμφισβητοῦσι δέ πως τινὲς τῷ εἰκότι προσάγοντες, ὡς ἄτοπον τὸ μηδὲν πληθύνεσθαι τῆς τροφῆς, καὶ ὑδάτων ἐπιγινομένων· καὶ τῇ αἰσθήσει φανερὸν γὰρ εἶναι καὶ τῇ πείρᾳ· λευκὰς γὰρ τριβομένας ἔλαττον ἀφιέναι. πασῶν δὲ ἄριστα ῥεῖν τὰς ἐσχάτας συλλεγομένας. διὰ μὲν γὰρ τὴν τελείωσιν, διὰ τὸ κεχειμάσθαι τοῦ ὑδατώδους ἀφῃρημένου, τὸ λοιπὸν ἐκπέττεσθαι μᾶλλον. ὁ μὲν οὖν λόγος ἀντιλεγόμενος, οὗτος. ἐνδέχεσθαι δὲ δοκεῖ καὶ φαίνεσθαι πλεῖον, διὰ τὸ ὑδατῶδες καὶ τὴν ἀμόργην. ἐπεὶ ὅτι γ' ἔχουσι τὸ ἔλαιον πρὸ τοῦ μελανθῆναι, φανερόν. καὶ ὅτι καθαρώτερον καὶ λευκότερον. ἐκ γὰρ τῶν φαυλίων, ὠμὸν τὸ λευκόν. τὸ δ' ἐμφαίνειν τινὰ πικρότητα τῶν λευκῶν θλιβομένων, οὐδὲν ἄτοπον, ἢ ὕστερον ἐκπεφθεῖσι παύεται.

Peculiare, quod de olea notatur, ſi verum eſt. Nihil enim plus olei poſt Arcturum fiere poſſe autumnant, ſimulque nucleum tum obdureſcere. Quo facto, non amplius humorem poſſe in oleum verti. Quamobrem ſiqua naturali ratione agendum, qualitati aëris ambientis cauſam imputare debemus, non occaſui ſyderis, qui certe pro caſu habendus eſt. Atque vtrumque fortaſſe illorum ob eandem cauſam euenit, humore concocto. Sed ambigitur argumento veriſimili ſatis: quod imbribus ſubſecutis, nullum penitus incrementum pabulo accedit. Id enim ſenſu quoque experimentoque confirmatur. Cum enim albæ adhuc oliuæ torquētur, minus olei emittunt: omniumque præcipue illæ profundunt quas nouiſſime collegerunt. Facit enim perfectio, vt parte aquoſa humoris ſublata, reliquū amplius coqui valeat. Ratio quæ repugnat hæc eſt. Sed fieri poteſt, vt propter aquoſam partem atq; amurcam, plus eſſe olei videatur. Nā & priuſquam nigreſcant, habere oleum cōſtat: & ſincerius tum eſſe ac albius; argumento eſt, quod ex phaulijs promitur. Nec mirū, ſiquam in eo, quod albis exprimitur ſentimus amaritudinem, quæ poſtea excocto fructu aboleatur.

Hoc

τοῦτο γὰρ οὐκ ὀλιγότητος καὶ πλήθους σημεῖον, ἀλλ' ὅτι συναπόλλυσί τι *** καὶ πέριξ ὁ χυλὸς, ὥσπερ καὶ τῶν ἀγγείων. ὅτι δὲ οὐκ ἀναμένει τὴν τοῦ περικαρπίου πέψιν, φανερόν. ῥεῖ γὰρ ἐκ τῶν λευκῶν. ὥστε οὐδὲ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ διαιρεῖν ἐστιν, ὅτι τὴν ὕλην ἐξ ἧς μέλλει πρότερον, ἔχει. τίς οὖν ἡ αἰτία, καὶ τίς ὁ τρόπος, εἴπερ ἀληθὲς ἢ ἁπλῶς ἢ ὡς βραχεῖ τινι πλέον. ἀμφότερα γὰρ ἄλογα. μεῖζον δὲ θάτερον. ἡ πρῶτον μὲν οὐχ ἡ αὐτὴ πέψις τοῦ τε χυλοῦ καὶ τοῦ περικαρπίου πρὸς ἐδωδήν. τοῦτο γὰρ δεῖ προσφιλὲς εἶναι τῇ γεύσει· τοῦτο δ' ἐν ἀλλοιώσει τοῦ γεώδους· ὡς δ' ἔνιοί φασι σήψει. καὶ γὰρ ἡ δρυπεπὴς ἐν σήψει. τὸ δ' ἔλαιον αὐτῇ τῇ τοῦ χυλοῦ μεταβολῇ. τοῦτο δ' ὅσῳ χαλεπώτερον, οὐκ ἄλογον ὑπὸ τοῦ πλείονος θερμοῦ δημιουργεῖσθαι, καὶ εὐθὺς ἀναπομίκτῳ χυλῷ τῷ γεώδει καὶ ὑδατώδει. πρὸς Ἀρκτοῦρον μὲν οὖν ἄμφω ταῦτ' ἐστί· καὶ γὰρ ἡ ὥρα θερμοτέρα, καὶ ὁ χυλὸς ἀμιγέστερος. μετ' Ἀρκτοῦρον δ' ἐναντίως. αὔξεται γὰρ ἡ σὰρξ τότε καὶ τελειοῦται. ὅτι δ' οὐκ ἐν πλήθει τροφῆς, οὐδ' ἐν εὐσαρκίᾳ τῶν ἐλαιῶν τὸ τοῦ ἐλαίου πλῆθος, ἐκ πολλῶν φανερόν. αἵ τε γὰρ ἐπομβρίαι ποιοῦσιν ἔλαττον, αἵ τ' ἀρδόμεναι, χεῖρον ῥέουσιν. ὧν δὲ ἡ σὰρξ πολλὴ, ὁ δὲ πυρὴν μικρὸς, ὀλιγοέλαιοι, καθάπερ αἱ φαυλίαι, ὡς ἐνταῦθα τῆς φύσεως κεκμηκυίας. οὐδὲ δὴ ἐν τοῖς ψυχροῖς ἰσχύουσιν, ἀλλὰ σάρκα πολλὴν παρέχουσιν. διὸ καὶ ἀποροῦσιν.

Hoc enim non parſimoniæ aut copiæ argumentum eſt: ſed corporis ambientis qualitate ſuccum affici aliquatenus indicat, quod quidem & vaſa faciunt. Minus autem [illegible] expectare, vt pulpa excoquatur, [illegible] quod albis adhuc profluat oleum. Sic [illegible] neque potentia & actu diſtinguere po[illegible] Materia enim, ex qua [illegible] futurum, iam [illegible]btinet. Quæ igitur ratio, moduſue qui[illegible] [illegible] re vel ſimpliciter, vel aliquatenus plus [illegible] catur. Quippe ratione caret vtrumque, [illegible] terum magis. At non eadem [illegible] pulpæque ſit ad vſum cibarium. Pulpam enim gratam eſſe guſtatu oportet: ſuccus alteratione partis terrenæ, aut prutredine, vt quidam volunt, perficitur. Drupas enim putredine ſtatuunt. Oleum vero non niſi ea ipſa [illegible] mutatione creatur. Quod quia [illegible]ilius [illegible], non temere dixerim a calore confici ampliori: ſtatimque dum ſuccus minus parti aquoſæ terrenæque permiſtus eſt. Igitur ante Arcturum ambo illa contingunt. Eſt enim & tempus feruentibus & ſuccus purgatior. Contra autem poſt Arcturum. Pulpa enim tum [illegible] at- que perficitur. Copiam vero olei non [illegible]menti vbertate, neque in pleno corpore oliuarum collocandam eſſe, multis rationibus patet. Imbres etenim minus olei faciunt, & riguæ oliuæ deterius fundunt. quibus quia caro multa, nucleus paruus, hæ parciſſime præſtant oleum: ceu phauliæ. tanquam vires hac in parte naturæ deficiant. Nec vero in locis frigidis [illegible] piam largiuntur, ſed carnis. Quare de hoc diſputant.

ΚΕΦ. ΙΒ.

CAP. XII.

Quamobrem vitis loco frigido ſapore non careat, oliua careat. Quodque genus olearum quæ Ægyptiæ appellantur, vbertate ac magnitudine fructus excellat. Odorata item ſaporem guſtantibus exprimere: quaſi non modo ſenſus vicini inter ſe ſint, verum etiam quæ ſub ſenſum venire valeant, proxima quodammodo inter ſe collocari natura voluerit.

Διὰ τί ἡ μὲν ἄμπελος ἐν τοῖς χειμεριωτάτοις εὔχυλος; ἡ ἐλαία δ' οὔ. αἴτιον δὲ τό, τε νῦν εἰρημένον, ὅτι εἰς τὴν σάρκα ἡ δύναμις· τοῦ βότρυος δ' ὁ χυλὸς ἐν αὐτῇ τῇ σαρκί. καὶ ἔτι πρότερον ἴσως καὶ κυριώτερον, ὅτι ἡ θερμότης ἡ ποιοῦσα τὸ ἔλαιον, ἀσθενής. ἦρι μὲν γὰρ οὐ γίνεται. τὸ δὲ θέρος οὐ καλὸν, ἀλλὰ τὸ μετόπωρον. οὐκέτι γὰρ δύναται ἐν τούτῳ κατακρατεῖν ὁ ἥλιος. ὃ καὶ σημεῖον ἄν τις λάβοι, διὰ τί τοῦ θέρους γίνεται. τὸν μὲν γὰρ οἰνώδη καὶ ὑδατώδη χυλὸν δύναται τὸ ψῦχος ἐκπέττειν, τὸν ἐλαιώδη δ' ἀδύνατον. τὰ ὕδατα δὲ τὰ ἐκ Διὸς γινόμενα καὶ τὰ ἐκ τῶν ὀχετῶν ἄρδοντα τὴν σάρκα, πληθύνει, καθάπερ εἴρηται· τὸ δ' ἔλαιον ἄμικτον, ὥσπερ καὶ ὅταν τοῦ περικαρπίου χωρισθῇ. ἐν Αἰγύπτῳ

QVamobrem vitis locis prægelidis ſapore non caret, oliua autem caret? Sed ratio in eo ſane eſt, quod ſuperius diximus. Videlicet, quod vires ad carnem conficiendam intenduntur: vuæ autem ſapor in ipſa carne conſiſtit. Addo etiam quod prius fortaſſe ac principalius ſit: calorem, qui oleo conficiendo ſufficiat, minus validum eſſe. Itaque fieri, vt vere nullum, æſtate minus bonum creetur, atque autumno meliorescat. Sol enim non amplius eo tempore exuperare nimirum valet, quod etiam argumento cauſæ ſit, quamobrem æſtare oleum fieri ſolet. Succum enim vinoſum aut aquoſum, frigus coquere ſatis poteſt, at oleoſum non poteſt. Aquæ pluuiæ, aut quæ deducuntur, carnem (ſicut dictum eſt) augent. Oleum nihil ſe carni permiſcet, ſed per ſe manet,

δὲ τὸ εἶδος τῶν Αἰγυπτίων καλουμένων ἐλαιῶν γένος, τῶν πολυσάρκων τε καὶ μεγάλων, ἀνέλαιον ἐστί. θάτερον δ' ἐλαιώδες. πολλὰ γὰρ γένη, ὥσπερ ἐν ταῖς ἱστορίαις εἴρηται. περὶ μὲν οὖν τῆς [illegible] γενέσεως, τοιαύτην τὴν ὑπόληψιν [illegible]. ὑπὲρ δὲ τῶν ἄλλων τῶν λιπος ἐχόντων ὥσπερ [illegible] συμφωνοῖτ' ἂν ὑπὸ πάντων [illegible] ἀλλήλων [illegible], διαιρετέον ἢ τὰς φύσεις ἑκάστων, ἢ ποῖόν τι τὸ λιπαρόν, ἢ τὸν τρόπον τῆς γενέσεως. [illegible] χρονίζεται, καθάπερ τὰ καρύα [illegible] δύναμιν μὲν ἔχει καθάπερ ἐλέχθη· τὴν δ' ἐνέργειαν ὁ χρόνος ἀποδίδωσι· τοῦ μὲν ὑδατώδους [illegible], τοῦ λιπαροῦ δὲ συνισταμένου καὶ πεττομένου. τῶν δὲ καὶ κομιδῆ [illegible] τις ἡ λιπαρότης, εἰ μὴ ἄρα καὶ ἀντιπερι[illegible] τὸ θερμὸν [illegible] ἐνδέχεται ταῦτα τοῦτο ποιεῖν. ἁπάντων δ' ὅσα χυλὸν ἔχει, τὰ μὲν εὐθὺς καὶ ὀσμώδη τυγχάνει· τὰ δὲ πολλὰ συνεμφαίνει τινὰ γευομένοις ὀσμήν· ἔνια δὲ καὶ θλιβόμενα μόνον καὶ κινούμενα. καὶ πάλιν τὰ ὀσμώδη [illegible]μένοις καὶ γευομένοις, καὶ χυλὸν ποιεῖ, πως ἐγγὺς τῶν αἰσθήσεων κειμένων. ἀλλὰ τρόπον τινὰ καὶ τῶν αἰσθητῶν, ἢ καὶ οὐ κακῶς ἂν δόξειε λέγεσθαι τὸ κατὰ τοὺς χυλοὺς τελεῖν τὰς ὀσμάς. αὕτη γὰρ εἰς ἐκείνην φέρει τὴν δόξαν, ὡς ἐχόντων τινὰ συγγένειαν καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ πως γινομένων. ἃ δὴ καὶ δεῖ διελεῖν, εἰ ἑκάτερον [illegible] πως διαφέρει.

manet, quemadmodum cum expreſſum eſt. Genus olearum quod Ægyptium appellamus, vbertate ac magnitudine fructus excellit: reliquum abunde oleum fert. Sunt enim complura genera, vt in hiſtorijs dictum eſt. Igitur olei generationis cauſa talis reddenda eit. De cæteris autem pinguibus opinandum, quemadmodum inter omnes conuenit autores. Si vero reliqua tempore diſcordent, diſtinguendum, aut ſingulorum naturas, aut qualis pinguedo ſit, aut etiam modum generandi. Cum tamen diu manſerunt, ceu nuces, vim certe, vt dictum eſt, obtinent. Actionem vero temporis ſpacium educit, cum aquoſo illo humore exhauſto pinguis conſiſtere & coqui cœperit. At ſunt quibus pinguedo ſicca admodum eſt: niſi forte calor circumobſiſtens poſſit id quoque in aliquibus efficere. Ex omnibus quæ ſaporem aliquem obtinent, quædam odorata quoque illico ſunt: maior tamen pars odorem quendam guſtantibus iunctum cum ſapore oſtendit. Nonnulla etiam vel confricata duntaxat, & mota reddunt odorem. Rurſus quæ odorata ſunt, ſaporem guſtantibus aut manducantibus exprimunt. quaſi non modo ſenſus vicini inter ſe ſint, verum etiam quæ ſub ſenſum venire valeant, proxima quodammodo inter ſe collocari natura voluerit. Vnde haud perperam dictum appareat, odores pro ſaporum ratione conſiſtere. Hæc enim opinio plane illi reſpondet, quæ cognatione aliqua coniungi iſtos inter ſe, atque ex eodem quodammodo oriri ſignificat. Quod quidem vtrumque genus quid ſit, aut qua ratione, differat inter ſe explicari certe oportet.

ΚΕΦ. ΙΓ. — CAP. XIII.

Non omnes odores reddi appellationibus poſſe. Species item plures vniuſcuiuſque ſaporum generis annotari. Dulce etiam principium ſaporis eſſe, amarum odoris.

Οὐ μὴν ἴσως κατάγε αὐτὰς προσηγορίας ἀποδοθήσονται πᾶσαι. πικρὰν γὰρ ὀδμήν, καὶ ἁλμυράν, καὶ λιπαράν, καὶ στρυφνὴν οὐκ ἐθέλοι τις λέγειν· οὐδὲ γὰρ οἱ χυλοὶ πάντες κατὰ ὀσμάς. ὡς οὐδὲν ἧττόν ἐστί πως κατάλληλα καὶ συνακολουθεῖ, καὶ θατέρῳ θάτερον. ἑκάστου δὲ τῶν χυλῶν ἰδέαι πλείους. οἷον γλυκέως, πικροῦ, καὶ τῶν ἄλλων. καὶ γὰρ μελιτώδης, καὶ οἰνώδης, καὶ γαλακτώδης, καὶ ὑδατώδης ἐστί. τάχα δὲ καὶ τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον διαφέρουσι. κυριωτάτως δὲ τῇ καταμίξει τῶν ὑποκειμένων. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ ἄλλων. ταῦτα μὲν οὖν σχεδὸν συμφωνοῦσι πάντες. ἡ δὲ τῇ γεύσει τῶν ὀσμῶν αἴσθησις, οὐκ ἄλογος. ὅπερ μάλιστα ἔνδηλον, ἐπὶ τῶν εὐστόμων λεγομένων τῶν τε λαχανηρῶν, ὥσπερ ἀνήθου, μαράθρου, μύρου. ἐνίων δ' οὐκ ἐχόντων ὅλως ὀσμὴν καὶ ἔτι μᾶλλον ἐπὶ τῶν ξηρῶν, ἀόσμων δὲ τελέως, οἷον φακοῦ, κνήκου, τῶν τοιούτων. διαθερμαινόμενα γὰρ ἅμα τῇ μασήσει καὶ διαθερμαι-

VErum non omnes odores appellationibus reddi fortaſſe poſſunt eiſdem. Quippe amarum odorem, aut ſalſum, aut pinguem, aut acerbum nominare minus quiſpiã velit: neque enim ſaporum omnia genera odorum rationem ſequuntur. Nihil tamen id prohibet, quo minus hæc inuicem coniungãtur, & vtrumque alterum quodammodo conſequatur. Plures autem vniuſcuiuſque ſaporum generis ſpecies annotantur. Vt dulcis, amari, ac reliquorum. Melleus enim & vinoſus, & lacteus, & aquoſus, dulcis ſpecies ſunt. Forſitan & plus minuſue differentiam facit. Sed potiſſimum ratione ſubiectorum commiſcendorum diſcrimẽ exoritur. De cæteris quoque pari modo intelligendum. Atque de his inter omnes fere autores conuenit. Senſum autem illum odoris, qui guſtatu percipitur, non temere adiungi genus olerum indicat, quod agnomen a gratia palati accepit: ceu anethum, fœniculum, iris, & reliqua generis eiuſdem. Quorum pleraque nihil penitus olẽt,

νόμενα, ποιεῖ τινα ἀτμὸν ὃς ἀναπέμπεται λεπτὸς ὢν διὰ τῶν πόρων εἰς τὴν ὄσφρησιν. ἐμφαίνεται δὲ καὶ ἐκ διαμασωμένων χυλός. ὡς ἐπίπαν δὲ τάγ' εὔοσμα πάντα πικρά. τούτου μὲν οὖν αἰτίαν ὕστερον λεκτέον. ἔοικε δὲ δυοῖν ὄντοιν ἐναντίων, οἷον, τοῦτε γλυκέως καὶ πικροῦ, τὸ μὲν οἷον εὐχυλίας ἀρχὴν, τὸ δ' εὐοσμίας εἶναι, καὶ τρόπον τινὰ μᾶλλον τὸ πικρὸν τῆς εὐοσμίας. εὔοσμον μὲν γὰρ, ἔργον λαβεῖν, μὴ πικρόν. εὔχυλα δὲ πολλὰ καὶ μὴ γλυκέα. σχεδὸν δὲ ταῦτα καὶ ὀσμώδη κατὰ τὴν γεῦσιν καὶ τὴν προσφοράν. ἡ δὲ γλυκύτης σπανίως καὶ ἥκιστα εὔοσμον καίτοι ἄμφω γε διὰ πέψεως. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, ὕστερον.

atque etiam latius illa ſignificant, quæ præarida ſine vllo odore ſunt, ceu lens, cnicum, & eiuſmodi. Hæc enim perfracta ſtatim ac manducentur, ſufferuefacta vaporem emittunt prætenuem, qui ſurſum per meatus ad olfactum tranſmittitur, & ſaporem quoque reddunt eadem dum manducantur. Omnia prope odorata amara ſunt. Sed cauſam huius poſtea dicemus. Cum vero illa duo contraria inter ſe ſint, dulce atque amarum, alterum velut initium grati ſaporis, alterum grati odoris eſſe videtur, & quodammodo magis principium dixerim amarum grati odoris. Quippe odoratum quod amarum non ſit, reperire difficile eſt. At boni ſaporis complura inuenies quæ dulcia non ſint: quæ ferme odorem quoque in guſtatu olfactuque reddere apta nouimus, quod dulcedo raro & perexigue facit. Quanquam vtrumque ex coctione proueniat. Sed de his poſtea.

ΚΕΦ. ΙΔ. — CAP. XIIII.

Cur in plantis ſapores omnes præter ſalſum ſpectentur. Tum quare ſalſugo aliquibus plantis aliquatenus accidat. Amaritudo vero aliquibus plantarum partibus.

Ἐπεὶ δ' οἱ χυλοὶ πλείους, ἀπορήσειεν ἄν τις, διὰ τί ποθ' οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἐν τοῖς φυτοῖς καὶ καρποῖς γίνονται· καὶ γὰρ πικρὸς καὶ ὀξὺς καὶ δριμύς· ὁ δὲ ἁλμυρὸς οὐκέτι. οὐδὲν γὰρ τῶν φυομένων ἁλυκόν· ὥστε καὶ ἐν ἑαυτῷ τοιοῦτον ἔχειν τὸν χυλόν· ἀλλ' ἐν τοῖς περὶ τὰ ἔξω γίνεταί τις ἁλμυρὸς, οἷον καὶ τοῖς ἐρεβίνθοις. αὐτοὶ δὲ γλυκεῖς. αἴτιον δ' ὅτι ἄτροφον καὶ ὥσπερ ἀγένητον τὸ ἁλμυρόν. σημεῖον δ' ὅτι οὐδὲ φύεται οὐδὲν ὡς εἰπεῖν ἐν ταῖς τοιαύταις χώραις. διεσθίει γὰρ καὶ ἐξαιρεῖται τὰς δυνάμεις, ὥστε κωλύειν τὴν σύστασιν. ὃ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις τούτου αἴτιον, εὔλογον μηδὲ καθ' αὐτὸ γεννᾶν· ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ φυόμενα, γλυκύτητί τινι καὶ ἑτέροις χυλοῖς φύεται καὶ συνίσταται· καθάπερ ἰχθῦς καὶ τ' ἄλλα ζῶα τὰ ἐν αὐτῇ. καθόλου μὲν οὖν τοιαύτη τις ἡ αἰτία. δεῖ γὰρ ἐξ οὗ τι μέλλει γίνεσθαι μεταβλητικὸν εἶναι. τὸ δ' ἁλμυρὸν ἀπαθὲς καὶ ἀμετάβλητον. διόπερ οὔτε φύεται οὐδὲν ἐξ αὐτοῦ, οὔτε αὐτοτελὲς οὐδέν· ὅλως δὲ ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα καὶ ἐν τοῖς παρακολουθοῦσι, καὶ τὰ τοιαῦτα δόξειεν ἂν συμφωνεῖν· οἷον ὅτι ὁ ἥλιος καὶ τὸ ἐν ἑκάστῳ θερμὸν ἕλκει τὸ κουφότατον καὶ τὸ τροφιμώτατον· τὸ δὲ ἁλμυρὸν, βαρὺ φύσει καὶ ἄτροφον, ἔπειτα ἀσαπὲς καὶ ἀναλλοίωτον. καταλειπόμενον οὖν καὶ οὐ συνελκόμενον ὑπὸ τῶν ῥιζῶν, οὐκ ἀναμίγνυται τοῖς φυτοῖς. ἔτι δ' ἐπείπερ ἀπερίττωτον τὸ φυτὸν, οὐδὲν ἐπισπᾶσθαι καὶ ἕλκειν εἰκὸς τὸ ἄτροφον. ἔδει γὰρ καὶ ἔγχυσίν τινα γίνεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο ἥκιστά τε ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἀνάγεσθαι καὶ ἐπιπολάζειν. πανταχοῦ γὰρ πλα-

Cum autem ſaporum genera plura ſint, quæret ſane quiſpiam, quamobrem cæteri omnes in plantis & fructibus fieri ſolent; vt amarus, acerbus, acutus, & reliqui: ſalſus nunquam fieri poteſt. Nihil enim in genere plantarum ſalſum percipitur; ſcilicet ita vt in ſe talem habeat ſaporem. Sunt enim quorum ſummam partem [illegible] ſalſugo quædam obducit, vt ciceri. Cauſa, quod ſalſum nullam harmoniam, nullam generationem præſtare poteſt. Argumentum, quod nihil pene locis eiuſmodi gignitur. Vires enim illud erodit, ac eximit, vt facultas generandi impediatur. Quod igitur cæteris, ne generentur ſit in cauſa; id certe neque ex ſe quicquam creare poſſe, rationi conſentaneum eſt. Nam & ea quæ in mari naſcuntur, non ſine dulcedine, aut aliqua cæterorum ſaporum qualitate proueniunt atque conſiſtunt: vt piſces, & reliquum animalium genus, quod in mari verſatur. Ergo cauſam in vniuerſum hanc opinari præſtat. Illud enim ex quo futurum aliquid ſit, commutabile eſſe neceſſe eſt. Salſum autem affici nequit, atque incommutabile eſt. Quamobrem neque perfectum quicquam, neque aliquid vllo pacto generari ex eo poteſt. Omnino in ſingulis & conſequi ſolitis, illud etiam conſentire videatur: vt ſol & calor, quia in omnibus humorem leuiſſimum atque ad alendum aptiſſimum attrahit: ſalſus, quia natura ponderoſus, minimeque cibo idoneus eſt, a nullo hauritur. Adde quod nullam putredinem, nullam alterationem humor iſtiuſmodi recipere poteſt. Quæ cum ita ſint, auerſam penitus a plantis eſſe qualitatem eius ſaporis neceſſe eſt. Ad hæc quoniam genus plantarum nullam vim excrementorũ egerendorum obtinet, nihil attraheret ſibi, quod minus alere poſſit, veriſimile eſt. Quippe egeſtionem quoque illius aliquam ſubſequi oporteret, non ſolis vi prouo-

τέα καὶ μεγάλα τοῖς ὑγροῖς ἐπιφέρεσθαι, ἀσύμ-[illegible]δὲ καὶ [illegible]κολλα φησὶ Δημόκριτος· διὰ [illegible]σκαληνόν, ἀλλὰ γωνιοειδῆ τε εἶναι [illegible]. ταῦτα μὲν εἰ κωλύει τὴν [illegible] ἔξεστι σκοπεῖν. πρὸς δὲ [illegible] ἐπιζητήσειεν ἄν τις περὶ τὰ καθόλου [illegible] διὰ τί ποτε ἐνίοις ἐγγίνεται [illegible] ὁπόθεν ἁλμυρίς. εἰ μὲν γὰρ [illegible] ὑπάρχει, δῆλον ὡς οἰκεῖον ἄν τι τῆς τροφῆς [illegible] καὶ [illegible] φύσεως. [illegible] ἔξωθεν ἐπιγίνεται, καὶ τοῦτο [illegible] ἧττον. ἐκεῖνο δ᾽ ἄν τις ὁμοίως ἀπορήσειε, πόθεν καὶ ἀπό τινος. ἀνάγκη γὰρ ἐκ τοῦ ἀέρος ἢ ἐκ τῆς ἀτμίδος ἄνω φερομένης, ἢ κατὰ τὰς ῥίζας ἑλκυσθέν, ἐξανθεῖν οἷον [illegible] τι. φαίνεται δ᾽ ἡ ἅλμη καὶ ὅλως ἐπιπολάζειν [illegible] οὕτω, φανερὸν ὅτι ἑλκύσειεν ἄν· εἰ δ᾽ [illegible], ἄτοπον· διὰ τί μόνοις ἐπικαθίζει τούτοις, οἷον περὶ ἐρεβίνθους καταλαμβάνει καὶ τοὺς τοιούτους; ὅσα γὰρ ἅλμη νοσηματικῶς ἔχει, ὥσπερ ἡ ῥοδωνιὰ καὶ ἄλλ᾽ ἄττα, περὶ τούτων ἑτέρος [illegible]. τῷ δ᾽ ἐρεβίνθῳ οἰκεῖον φαίνεται καὶ χρήσιμον. ἀπολουθέντες γὰρ ὅταν ἀνθῶσι, καὶ ἐφύση ἄρτι συνιστάμενοις, ἀπόλλυνται καὶ διαφθείρονται σφακελίζαντες. ὥστε πρὸς σωτηρίαν ἡ φύσις ἐπάγοιτ᾽ ἂν τὰ τοιαῦτα συγγενῆ. φαίνονται δὲ καὶ ὅλως τινὰ ἔχειν τοιοῦτον χυλὸν ἐν τοῖς φύλλοις καὶ κλωσίν, ὃς καὶ ἀποπλυθέντων ὅλως, ἐνδηλος [illegible] τὴν γεῦσιν, οὐ μόνον ἐν τούτοις ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ καρπῷ. δῆλον δὲ τοῦτο ἐν τῇ γεύσει γίνεται, ἐάν τις ἐπὶ τὴν γλῶτταν ἐπιθῇ οὐ διαμασησάμενος ὅλως. ἐν τῷ κελύφει γάρ, ἁλμυρίς· οὐκ ἐν τῷ ἐντός, ἣ καὶ συνδιατηρεῖ πρὸς τὸ ἄκοπον εἶναι. καὶ φαίνεται τὴν αὐτὴν ἔχειν τάξιν, ἧπερ καὶ πεφυκότος κελύφους· καὶ γὰρ ἐν ἀμφοῖν ἔξω καὶ ὥσπερ φυλακῆς χάριν. χλωροῦ μὲν οὖν ὄντος, ἐν τῷ καυλῷ καὶ λοβῷ καθάπερ εἴρηται, ξηραινομένου δὲ καὶ τὸ κέλυφος λαμβάνει τοιοῦτον χυλόν· ὥσπερ ἐκκρινόμενον, ἀπὸ τοῦ ἐντός. ἔξω γὰρ ἀφίστασθαι τὰ τοιαῦτα εὔλογον ὡς ἂν ἀλλότρια. καθάπερ καὶ ἐν τοῖς συκίοις ἡ ἐν τῷ χνοῒ πικρότης. καὶ ὡς ἐν Καρίᾳ φασὶν ἄπιόν τιν᾽ ἔχειν χνοῦν ἁλιώδη θαυμαστῶς· ὥστε ἂν μὴ ἀποπλύνῃ τις, μὴ δύνασθαι ἐσθίειν. οὐδὲν δ᾽ ἄτοπον οὐδ᾽ εἰ πλείω τοιαῦτ᾽ ἐστίν. ἐπεὶ οὐδὲ τοῦτο πόρρω τῶν εἰρημένων, οἷον τὸ ταῖς βαλάνοις ἐπὶ τῷ ἄκρῳ τὴν πικρίαν εἶναι, τοῖς δὲ βολβοῖς ἐν τῇ καλουμένῃ κορυφῇ. καὶ τοῖς σκορόδοις τὴν δριμύτητα ἐν τῷ διήκοντι τῆς γελγίθος. πλὴν ταῦτα μὲν ὡς καθ᾽ ὁμοιότητά τινα εἰρήσθω. ὅτι δὲ φαίνεται φυσικόν τι καὶ συγγενές, ἐκεῖθεν δῆλον. ὅπου γὰρ ἂν σπαρῇ καὶ φυῇ, πανταχοῦ λαμβάνει τὴν ἁλμυρίδα, κἂν μὴ τὸ ἔδαφος ᾖ τοιοῦτο. ἐπεὶ καὶ τάγ᾽ ἐν τοῖς ἁλμώδεσι φυόμενα, τῷ ἔχειν ἁλμυρίδα τινά,

prouocari,& per ſumma erumpere. Lata enim vbique magnaque afferri humoribus, incomplexa tamen, inconglutinataque Democrito placet,quod nullū adſit ſcalenum, ſed angulos omnia imitentur. Hæc an plantarum vetent permiſtionem,licet animaduertere. De his autem quæ in vniuerſum prius expoſita ſunt, quæret ſane aliquis, quamobrem ſalſugo innaſci aut ſubnaſci aliquibus ſoleat. Nam ſi intrinſecus ſit, alimento naturæque conuenire, haud temere confirmetur: ſed ſi extrinſecus veniat,& hoc quidem minus,quærendum item vnde,atq; ex quo. Aut enim ex aëre aut ex vapore, qui ſurſum fertur, aut ex radicibus tractum erumpat neceſſe eſt, tanquā aliquid ſordium. Quippe ſalſugo per ſumma conſiſtere omnino videtur. Ergo ſi radicibus trahitur, ratio palam eſt: at ſi minus, mirum cur in cicere & reliquis huiuſcemodi reſidere tantummodo apta ſit. Quæ enim ſalſugine ægrotent, ceu roſa, & quædam alia, hæc diſputationem aliam deſiderant. Ciceri vero & familiaris, & perutilis ſalſilago eſt. Si enim aqua abluantur, & pluuia ſuperueniat, in flore fructuque proueniente, ſtatim planta radicibus arefactis emoritur. Itaque conſtat naturam eam qualitatem natiuam eſſe ciceri voluiſſe, vt conſeruari poſſit. Omnino quædam ſuis in folijs ramiſque talem habent ſaporem, qui ablutis guſtatu aquæ percipitur. Nec in his modo ſed in fructibus quoque ipſis itidem eſt, quod ſenſus late dijudicat, ſi quis non fructum manducet, ſed linguam ei duntaxat apponat. Quippe non in pulpa, ſed in putamine fructus ſalſugo poſita eſt: quo fit vt ſemen reconditum, & incorruptum ſeruetur: nec ſecus a ſalſugine cuſtodiatur, quam cum in vaſculo concluſum plantæ adhæreat. Quaſi genus iſtud ſaporis ſui gratia cuſtodiendi a natura acceperit. Quamdiu viridis eſt, caulis atque ſiliquæ munitur ſalſugine, vt dictum. Cum vero ſicceſcere cœpit,ſuo quoque putamine ſaporem iſtiuſmodi recipit, tanquam intrinſecus editum. Enimuero foras verſus rem huiuſcemodi excerni conſentaneū eſt, vtpote alienam. Quemadmodum & amaritudo cucumerum quam per ſummitatem ſentimus. Genus quoq; pirorum Cariæ domeſticum fertur lanugine tam ſalſa obductum, vt niſi aqua ſubluatur, edi nō poſſit. Nihil igitur mirum ſi eiuſmodi plura creantur. Neque illud procul a prædictis abeſt, in extremitate glandium, cacumine bulborum, amaritudinem ineſſe,& alijs acritudinem ſtilo ſpicæ inteſtino teneri. Hæc tamen alicuius ratione ſimilitudinis addita ſint. Rem autem naturalem eſſe atque natiuam, hinc latiſſime conſtat. Vbicunque enim feratur naſcaturque, aliquid ſalſuginis capiat neceſſe eſt: etiam ſi ſolum nihil ſapiat ſalis. Nam ea quidem quæ locis ſalſis proueniunt, haud temere ſalſuginem cœperint, ſicut alia pleraque, & aurio. Nonnulla etiam ſuauiora melioraque

οὐκ ἄλογον, ὥσπερ ἄλλα τε, καὶ τὸ ἅλιμον. ἔνια καὶ εὐχυλότερα καὶ βελτίω γίνεσθαι· καθάπερ τὴν ῥάφανον. ἐξεσθίει γὰρ αὕτη τὴν δριμύτητα καὶ τὴν πικρότητα τὴν ὑπάρχουσαν. ἅμα δὲ καὶ μετριόν τινα ποιεῖ περιαιρουμένη τὴν ὑγρότητα τὴν πλείω. δεινοὶ γὰρ οἱ ἅλες ἀφελεῖν. ἐμφανὲς δὲ τοῦτο ὠμῆς οὔσης. πίπτουσας γὰρ ἐπὶ τὴν γῆν ἐνίας θραύεσθαί φασιν. ὅταν οὖν τοιαύτη καὶ οὕτως ἔχουσα παραδοθῇ τῷ πυρὶ, κατὰ λόγον ἤδη καὶ θᾶττον πέττεσθαι, καὶ τῷ χυλῷ εἶναι γλυκεῖαν καὶ ἁπαλήν· ἐπεὶ καὶ οἱ τὸν λίτρον ἐμβάλλοντες, τοῦτο βούλονται ποιεῖν· ἀλλ᾽ ἐξ ὀλίγου ποιοῦσιν. ἡ δὲ φύσις ἐκ πολλοῦ καὶ κατὰ μικρὸν ποιήσασα, τοιαύτην ἐπέδωκεν. ὅθεν οὐδὲ τοῦτο ἄλογον, τὸ περὶ τροπὰς καὶ περὶ ἄστρον, ἐνιαχοῦ καὶ ὅλως τοῦ θέρους, βελτίω γίνεσθαι· καθάπερ ἐν Ἐρετρίᾳ. τό τε γὰρ μᾶλλον ἡ ἁλμυρὶς ἐργάζεται καὶ κρατεῖ. αὐτὴ μὲν οὖσα πλείων, τῆς δ᾽ ὑγρότητος ἐλάττονος γινομένης ἐν ἐκείνῃ. καὶ ὀλίγον δὲ καὶ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ τὸ ἐν ἅπασι τοῖς τοιούτοις τόποις εἶναι χρηστήν. ἀλλὰ γὰρ ταῦτα μὲν ἴσως ἐπὶ πλέον εἴρηται. ἡ δ᾽ ἁλμυρὶς εἴθ᾽ ὑπὸ τῶν ῥιζῶν ἕλκεται, εἴθ᾽ ὑπὸ τῆς τοῦ ἡλίου θερμότητος ἀναφέρεται· κατ᾽ ἀμφοτέρους τόπους οὐκ ἂν ἀκίνητος ἀπὸ τῆς γῆς εἴη· περὶ οὗ ἦν ὁ ἐξ ἀρχῆς λόγος. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἅλις.

reddi rationi conſentaneum eſt, ceu braſſica. Acritatem enim & amaritudinem braſſicæ inſitam ſalſugo abſumit: tum etiā fragile quoddam efficit corpus totum nimio humore ſublato. Quippe ſal ad trahendum abſumendumque humorem aptiſſimus eſt. Quod patet vel in cruda. Frangi etenim aliquas perhibent delapſas in terram. Cum igitur talis igni mandatur, facillime coquitur, & tenera dulciſque ſentitur ſcilicet, vt conſentaneum eſt. Nam & qui nitrum iniiciunt, hoc idem conantur efficere. Veruntamen non pridem incipiunt. Natura vero iam pridem orſa paulatimque proſequens talem reddiderat. Quapropter nec id auerſum a ratione eſt, vt circa ſolſtitium aut circa ſydus, nonnuſquam & omnino per æſtatem melior fiat, vt apud Eretriam. Tum enim ſalſugo acrius agit euincitque, tempore cum ea ipſa largior ſit, humoris autem contractior. In Ægypto quoque & locis eiuſmodi omnibus, optimam fieri rationi cōſentaneum eſt. Sed hæc latius fortaſſe adiecimus. Salſugo autem ſiue a radicibus trahatur, ſiue a ſolis ardore ad ſumma ducatur, neutra ſane ratione immobilis eſſe poſſit in terra. Qua de re diſputare incepimus. Sed de his ſatis.

ΚΕΦ. ΙΕ.

CAP. XV.

Qui ſaporis humidi ſiccive intelligantur. Quodque vinum [illegible] triticoue conficiatur. Cur item odores non ex totis plantis ſed e partibus quibuſdam reddantur. Quodque ſaporis aut odoris ſuauitas aliquorum inſit radicibus. Et quod tanquam ventres plantarum ſint radices. Quare etiam plantæ quædam pinguedine vt animalia ſuffocentur.

Ἐκεῖνο δ᾽ ὡς οἰκεῖον τῶν χυλῶν πειρᾶσθαι δεῖ διαιρεῖν. οἷον ποῖον μᾶλλον καθ᾽ ἕκαστον γένος, ἢ τὸ ξηρὸν ἢ τὸ ὑγρόν· ὥσπερ ὁ ὀξὺς ὑγροῦ δοκεῖ μᾶλλον καὶ ὁ αὐστηρός· ὁ δὲ δριμὺς ξηροῦ καὶ ὁ γλυκύς. παχυνόμενα δ᾽ οὖν τὰ ὑγρὰ, γλυκύτερα· ὁ δὲ πικρὸς τάχα οὐδὲν ἂν τούτων διαφέροι. γινομένων δὲ πάντων ἐξ ἀμφοῖν, εἰ μὴ αὐτῶν τούτων θάτερον μᾶλλον ὑλικόν· οὕτω δὲ πάντες ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, καὶ εἰσὶν ὥσπερ ἐλέχθη πάντες ἐν ξηροῖς. ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀποχωρίζομεν αὐτῶν, καθάπερ καὶ τοὺς βότρυας καὶ τὰς ἐλαίας. τοῦτο δὲ οὐ πρὸς τὴν χρείαν ὁρῶντες. ἐνίους δὲ καὶ ὕδωρ ἐπιχέοντες λαμβάνουσιν· ὥσπερ τοὺς ἐπὶ τῶν ἀκροδρύων καὶ συκῶν· τοὺς δὲ καὶ ἐξιστάντες τῆς φύσεως καὶ ὑποσήποντες, εἰς χυλοὺς ἄγουσι ποτίμους. οἷον, ὡς οἱ τοὺς οἴνους ποιοῦντες ἐκ τῶν κριθῶν καὶ τῶν πυρῶν· καὶ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενον ζῦθος. ἁπάντων δὲ τούτων αἱ μὲν ἀρχαὶ καὶ δυνάμεις φυσικαί· τὰ δὲ γινόμενα, τέχνης μᾶλλον καὶ συνέσεως. ἀλλὰ

Illud autem humidumne an ſiccum potius, ſingulis ſaporum generibus datum ſit, declarandum nunc eſt: vtpote ad ſaporum naturam accommodatiſſimum prorſus. Acutus & auſterus humiditatis potius eſſe videtur quā ſiccitatis. Contra acris dulciſque, ſiccitatis potius quam humiditatis. Et quidem humores cum craſſeſcunt, dulciores redduntur. Ni forte hæc pro nihilo ſint putanda: illudque melius dici poſſit, omnes ex vtraque re, hoc eſt humiditate ſiccitateque conſiſtere: quanquam earum altera materiam magis repræſentet. Quod ſi ita eſt, omnes ex eadem origine prodeunt, omneſque in ſiccitate poſiti ſunt (ſicut dictum iam eſt,) ſed alios ſucco expreſſo de ſede ſua educimus, vt vuarum & oliuarum: alios aqua etiam modica infuſa excernimus, vt nucum & ficuum. Nonnullos dimouendo ex propria natura, putrefaciendoque leuiter, potari habiles faciunt: vt qui vinum ex hordeo triticoue conficiunt. Aut quod zythum Ægyptus appellat. Quorum omnium principia viresque naturæ conueniunt. Quo vero vtendi

causa

περὶ μὲν τῶν ἀπὸ διανοίας καὶ τέχνης γινομένων αὐτὰ καθ' αὑτὰ δεῖ θεωρεῖν. τῶν δὲ φυσικῶν χυλῶν [illegible] καὶ τὰς γενέσεις, ἐκ τῶν εἰρημένων θεωρ[illegible]ον. [illegible]μένων δ' οὖν καὶ δεδειγμένων τούτων, ἀπορήσειεν ἄν τις, διὰ τί ποτ' οὐκ ἐν τοῖς αὐτοῖς μέρεσιν ἡ εὐχυλία καὶ ἡ εὐοσμία γίνεται πᾶσιν ἀλλὰ τοῖς μὲν ἐν τοῖς ἄνω, τοῖς δὲ, ἐν τοῖς κάτω καὶ περὶ τὰς ῥίζας. καὶ οὐδὲ τῶν ἄνω πάντων ἑκάστοις, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἐν τοῖς περικαρπίοις, τῶν δὲ, ἐν τοῖς φύλλοις, τῶν δὲ, ἐν τοῖς ἄνθεσι, τῶν δὲ τοῖς κλωσὶ. καὶ μᾶλλον αἱ ὀσμαὶ τῶν χυλῶν· ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς φλοιοῖς ἔνια. ἐπὶ δὲ τῶν εὐόσμων ὅλως ἥκιστ' ὡς εἰπεῖν εὔοσμα τὰ ἄνθη, καθάπερ ἑρπύλλου, σισυμβρίου, ἑλενίου. καὶ τοι κατὰ λόγον [illegible] τοῖς ἄλλοις εὐοσμότατον ἀόσμοις οὖσι, τοῦτο καὶ ἐ[illegible] εὐωδέστατον εἶναι. θαυμαστὸν δὲ καὶ τὸ, ἐνίων τὰ μὲν ἄνθη ἥδιστον ὄζειν· τῶν δ' ἄλλων μορίων ὅλως μηδὲν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἴων καὶ τῶν ῥόδων. ἔχει δὲ καὶ τὸ πρῶτον λεχθὲν ἀπορίαν, ὅσων ἐν ταῖς ῥίζαις ἡ εὐχυλία καὶ ἡ εὐοσμία συμβαίνει. ἄμφω μὲν γὰρ ταῦτα πέψει γίνεται. τὸ δὲ πλεῖστον ἔχον καὶ ἀεὶ καινὴν τροφὴν ἀφ' οὗ τοῖς ἄλλοις ἡ διάδοσις, ἥκιστ' εὔλογον εἰς πέψιν ἥκειν ἢ εὐχυλίας ἢ εὐοσμίας. ὡς οὐδὲ τῶν ζώων κοιλίαν. περὶ δὴ τούτων καὶ τῶν τοιούτων ἀρχῇ χρωμένους τῇ πολλάκις εἰρημένῃ διότι πέψει τινὶ ταῦτα γίνεται· τὸ μετὰ τοῦτο δεῖ λαβεῖν ἐπὶ τοῦ τευτλίου λεχθέντος πρω[illegible] κοιλίαι τοῖς φυτοῖς εἰσι πάντως. εἴ τε καὶ τοῦτο τις θείη, διὰ τὸ τὴν τροφὴν ἀλλοιοῦσθαί πως ἐν αὐταῖς, ἀλλ' ἐκεῖνό γε φανερὸν οὐκ ἔχουσιν εἰς τὸ πέττειν. τοιαύτας δ' οὔσας οὐδὲν κωλύει εὐχυλίαν καὶ εὐοσμίαν ἔχειν, ὅσαι κρᾶσιν εἰλήφασι τοιαύτην. ἐπεὶ καὶ ἐν ταῖς τῶν ζώων κοιλίαις περιττώματα ἐχούσαις, ὅμως ὕπεστιν ὑγρότης εὐχυλία τις οὖσα καὶ πέψις, ὡς μάλιστα τοιαύτης ἀλλοιώσεως ἐνταῦθα γινομένης. καὶ ἐπὶ τῶν δένδρων ἐστὶν ἃ καὶ πιότατα τυγχάνει· καθάπερ πεύκη. πᾶσα γὰρ ἔνδαδος ταῖς ῥίζαις, ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον. αἴτιον δ' ὅπερ ἐπὶ τῶν ζώων. ἔτι τὸ διαθερμαινόμενον ἀεὶ πεττόμενον καθαρώτατον ὄν, προσίζει· καὶ ἀθροιζόμενον καὶ πυκνωθὲν ἐποίησέ τινα πιότητα. τὸ δὲ ἴδιον εἰς τὰ ἄνω μέρη τροφὴ γίνεται τοῖς ὑπὲρ γῆς. οὐ διὰ τῆς πιότητος ταύτης, ἀλλ' ἔχον τινὰς ἑτέρους πόρους. ἐπὶ πάντων γε δαδωθέντων, ἀπόλλυται τὰ δένδρα, καθάπερ ἐλέχθη συμπνιγόμενα καὶ οὐδεμίαν ἔχοντα δίοδον τῷ πνεύματι. τοῦτο δὲ συμβαίνει καὶ ἐπὶ τῶν ζώων ὅσα διαπιαίνεται. συμφράττονται γὰρ οἱ πόροι διὰ τὴν πυκνότητα τῆς πιμελῆς, ὥστε μὴ διιέναι εἰς τέλος τὴν πνοήν. οἷς μὲν οὖν μὴ ἔνεστιν ὅλως λιπαρότης καὶ πιότης, ἢ αὕτη μὴ πολλὴ μηδὲ σωματώδης, τούτοις οὐ γίνεται τοιαύτη πάχυνσις· οἷς δ' ἔνεστι, γίνεται κατισχυούσης τῆς θερμότητος.

cauſa fiunt, hæc ſolertiæ potius ingenioq; hominis tribuenda. Sed quæ ars & ingenium faciat, ipſa per ſe exiſtimare dignius eſt. Saporũ autem naturalium affectiones generationeſq; prædictis his rationibus contemplari certe oportet. His igitur poſitis exploratiſque, dubitauerit quiſpiam quæretque: cur non partibus eiſdem omnium ſapor aut odor efficiatur: ſed aliorum parte ſuperiore, aliorum inferiore, ac circa radices. Nec omnium, quæ parte ſuperiore habent, norma eadem eſt: ſed alia in fructu, alia in fronde, alia in flore, alia in ramorũ ſummitate ſuum habent ſaporem aut odorẽ: magiſq; odor, quam ſapor ſede varia collocatur. Nam & cortice ſuo nonnulla ſuauiter olent. Flores eorum quæ tota ſunt odorata, nulli (vt ita loquar) odorati creantur, ceu ſerpylli, ſiſymbrij, helenij. Atqui ratio exigit, vt quod in cæteris quanquam inodoratis odoratiſſimum eſt, idem etiam in odoratis ſit odoratiſſimum. Mirum etiã florem quorundam odorem ſuauiſſimum reddere, quorũ nulla pars alia bene olet. Quod in violis roſiſq; patet. Prædictum etiam illud, radicibus aliquorum ſaporis aut odoris ſuauitatem eſſe, quæſtionem mouet. Ambo etenim iſta ex coctione conficiuntur. Quodque plurimum recenſq; aſſidue obtinet alimẽtum, cæteriſq; trãſmittit omnibus; hoc ita percoqui vt ſaporis vel odoris gratia adipiſcatur, nulla ratio ſit. Nec enim alimalium ventribus cõtingere iſtud videmus. Igitur de his cæteriſq; ſimilibus principio illo ſumpto, quod ſæpe dicimus, videlicet per coctionem hæc omnia cõfici ſolere; mox adijciendũ quod de beta dictũ antea eſt: videlicet radices tanquã ventres eſſe plantarum, quoniã cibus in his aliquatenus alteratur. Quæ cum ita ſe habeant, nihil impedimẽto eſt quo minus ſaporis, odoriſue ſuauitatem obtineant: modo confuſione tali elemẽtorum conditæ ſint, vt rei capaces eſſe valeant. Nam & in animaliũ ventribus quamuis ſordes pleræq; ſint, tamen ſubiacet aliquid humoris, qui grato ſapori cõcoctioniq; datur, velut alteratio talis ea parte potiſſimũ fieri poſſit. Quod etiã in arboribus conſtat quæ pingueſcere admodum ſolitæ ſunt. Pinus enim radicẽ agit tæda totam refertã, vt ante dictum eſt. Ratio eadem quæ in animalibus eſt: quod pars alimẽti, quæ ferbuerit, excoctaq; ſit, quoniã purgatiſſima eſt, aſſidet: & collecta, denſataq; pinguedinem reddit. Reliquũ vero ſurſum tranſmiſſum, partes quæ ſupra terram eminent, nutrit: non per illã pinguedinẽ ſubiens, ſed per alios quoſdam meatus. Nam quæ in tædã omni ex parte mutatæ ſunt, obeſitate moriuntur, vt dictũ eſt. Cum enim nullũ tranſitũ habeant ſpiritus, ſtrãgulantur: ſicut animalibus accidit quæ vltra modũ pinguerint. Quippe meatus omnes frequentia pinguedinis obturantur, vt ſpiratio ad finẽ vſq; tranſire minime valeat. Quibus igitur, vel nulla penitus, vel non multa calloſaq; ineſt pinguedo, his nunquam vt ita craſceſcant euenit: at quibus ineſt, ijs nimirum euenit ſcilicet vi feruoris exuperantis.

ΚΕΦ. Ις'.

CAP. XVI.

Cur partes in plantis criſpiores aliæ alijs ſint. Cur etiam ſapor, aut odor, aut ſuauitas, ita in aliquibus inſit radicibus, vt nulla pars alia bene olida, bene ſapida ſit.

Παρόμοιον δὲ τούτῳ καὶ τὸ παρὰ τὴν οὐλότητα τῶν ξύλων ἐστίν. οὐλότερα γὰρ ἀεὶ τὰ μὲν ἐν τοῖς στελέχεσιν τοῖς ἄνω. τούτων δὲ αὐτῶν τῶν ἄνω καθάπερ καὶ παχύτατα καὶ πυκνότατα. συμβαίνει δὲ τοῦτο, διὰ τὸ μᾶλλον καταλύειν καὶ συνίστασθαι τὴν τροφήν. διόπερ ὅλως καὶ ἡ εἰς βάθος αὔξησις, ἢ εἰς τὸ ἄνω διιούσης τροφῆς, πρὸς τὴν βλάστησιν καὶ τὸ μῆκός ἐστιν. ἐφισταμένης οὖν καὶ ὥσπερ εἱλουμένης ἐνταῦθα καὶ ἡ πυκνότης καὶ ἡ οὐλότης γίνεται τῶν ξύλων. ἐκείνη δὲ ἀεὶ διίεται πρὸς τὸ πόῤῥω. διὸ καὶ οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς νέοις οὐλότης, ἅτε καὶ ἐπ' αὔξησιν ὡρμηκότων. ἀλλ' ὅταν στῇ τὰ τοῦ μήκους ὥσπερ ἐπὶ τῶν ζώων. ἡ αὐτὴ δὲ καὶ σχεδὸν ἐγγὺς αἰτία, καὶ διὰ τί δᾷδα, καὶ πίτταν, καὶ ῥητίνην ὅλως οὐκ ἔχει τὰ νέα. καταναλίσκεται γὰρ ἡ τροφὴ πᾶσα πρὸς τὴν αὔξησιν καὶ καρπογονίαν. ὕστερον γὰρ ἐκδᾳδοῦνται, καὶ ὅλως τὴν τοιαύτην ὑγρότητα τῆς καρπογονίας λαμβάνουσιν, ὥστε γε καὶ κατὰ πλῆθος εἰπεῖν. τότε γὰρ οἷον περίττωμα γίνεται τοῦτο φυσικόν, ἀφῃρημένης μὲν τῆς εἰς τὸ μῆκος ὁρμῆς, ἰσχυόντων δὲ μᾶλλον τῶν ῥιζῶν καὶ τοῦ ὅλου δένδρου. ταῦτα μὲν οὖν διὰ τὸ συγγενὲς τῆς αἰτίας, ἔλαβε τὴν χώραν ταύτην· ἡ δ' εὐχυμία καὶ ἡ γλυκύτης καὶ ἡ εὐοσμία ἐνίων ῥιζῶν, ἄνευ τῶν ἄλλων μερῶν διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν γίνεται. φανερὸν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἐλαττόνων ἔτι, οἷον ποωδῶν καὶ λαχανωδῶν καὶ ἐνίων ὑλημματικῶν. ὧν αἱ μὲν ῥίζαι γλυκεῖαι· τὰ δὲ ὑπὲρ γῆς οὐχ ὅμοια. λέγω δ' οἷον ἀγρώστιδος, κυπείρου, τεύτλου, σελίνου, ἱπποσελίνου· τῶν ἐν ταῖς λίμναις καὶ τῶν ἐν τοῖς ποταμοῖς τούτων φυομένων ἐδωδίμων. αἱ μὲν γὰρ ῥίζαι γλυκεῖαι πολλῷ καὶ ἐδώδιμοι καὶ οἱ καυλοί. τὰ φύλλα δ' οὔ. τὸ δ' αἴτιον ἐπὶ πάντων τῶν τοιούτων, ἐνδίδωσιν. ἢ γὰρ ὑγρότερα καὶ ὑδατωδέστερα τὰ ἄνω καθάπερ ἐπὶ τοῦ τεύτλου καὶ τῶν λιμναίων. ἅμα γὰρ ὑδατώδη καὶ λεπτά, καὶ οὐχὶ πέψιν μὴ ἔχοντα οὐδὲ χυλὸν ἔνδηλον εἰς ἐδωδήν. ἡ δὲ ῥίζα καὶ ὁ καυλὸς ἔχουσιν· ἢ πάλιν διὰ ξηρότητα τῶν ἄνω. καθάπερ ἡ ἄγρωστις καὶ ἁπλῶς πάντα τὰ καλαμώδη. ξηρὰ γὰρ τὰ ἐπάνω. τὰ κάτω δ' ἔνυγρα. χυλὸς δὲ οὔτε ἐν ξηρότητι γίνεται, οὔτε ἐν ὑγρότητος πλήθει. διὸ καὶ τῆς ἀγρώστιδος καὶ σισυριγχίου. καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, αἱ μὲν ῥίζαι γλυκεῖαι· τὰ δ' ἄνω, ξηρὰ καὶ οὐχ ἡδέα καθάπερ ἄχυρα. ταὐτὸ δὲ καὶ ἐπὶ σελίνων καὶ ἱπποσελίνων.

PRoximum huic, quod in criſpitudine lignorum efficientia animaduertimus. Semper enim caudices criſpiores extant quàm rami: & ramorum ipſorum primæ partes denſiſſimæ atque craſſiſſimæ ſunt. Quod ita euenit, quia his in locis alimentum magis immoratur atque conſiſtit. Qua de cauſa & incrementum agitur in profundum. At cùm vltra ad germen effundendum tranſcurrit, ſimplicius atque in longitudinem potius auget. Quod igitur his in locis alimentum ſe aliquantiſper firmat, & quaſi conuoluitur, efficitur vt & ſpiſſa & criſpa ligna creantur. Cæterùm quia vlterius aſſidue tendit, nihil tale euenit. Quamobrem in nouellis nulla eſt criſpitudo. Vis enim tota ad augendum contendit. Sed vbi in longitudinem augeri ceſſarunt, criſpari deinde, dilatarique incipiunt, ſicut etiam animalia. Eadem cauſa eſt & quamobrem tædam, picemque, aut reſinam nullam penitus nouellæ arbores habent. Alimentum etenim totum ad incrementa fructificationemque abſumitur. Quippe poſtea in tædam vertuntur, atque omnino fructibus illum deſtinatum humorem magna parte vſurpant: tunc enim velut ſordes naturales [illegible] relinquuntur, cum vis augendæ longitudinis deſtitit: & radix atque vniuerſa arbos plus roboris capere incœperit. Hæc propter cauſæ cognationem hoc in loco inſerere placuit. Sapor autem aut odor, aut ſuauitas aliquarum radicum, ita vt nulla pars alia bene olida, vel bene ſapida ſit; prædicta euenit ratione. Conſtat hoc idem in minoribus etiam, vt in herbis, oleribus atque fructibus nonnullis: quorum radices ſunt dulces, reliqua vero minime reſpondent radicibus. Exempli gratia, graminis, gladioli, betæ, apij, equapij, atque eorum quæ in paludibus aut fluuijs idonea cibo proueniunt. Radices enim & caules plurimum dulces ac cibo aptiſſimi ſunt, folia minime, cauſa in his omnibus: aut quod ſuperiora humidiora ſunt atque dilutiora, vt betæ, vt cunctorum paluſtrium. Simul enim & aquoſa ſunt & tenuia, & excoctione carent, cui efficere ſaporem datum eſt. Radix tamen & caulis, quia minus habent humoris, dulcedinem obtinere aliquam poſſunt: aut e contrario ſcilicet quia ſuperiora nimium ſicca, vt graminis, & omnium eorum quæ arundinacea ſunt. Quippe pars eorum ſuperior ſicca: inferior roſcida eſt. Sapor autem neque in ſiccitate, neque in humiditate nimia poteſt conſiſtere. Itaque efficitur, vt graminis & ſiſyrinchij, & reliquorum generis eiuſdem radices ſint dulces: partes vero ſuperiores ex cauſa ſiccitatis inſuaues, & propemodum inſipidæ extent. Hoc idem & in apio, atque equapio plane animaduertitur.

αἱ μὲν γὰρ ῥίζαι σαρκώδεις καὶ εὔστομοι· τὰ δὲ φύλλα ξηρότερα καὶ ὥσπερ δριμύτερα. καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. ἅπαντα δ' ὡς εἰπεῖν ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐστί· διὸ καὶ ὅπου πλείω εὐτροφία, καὶ τὰ ἄνω τῶν φύσει ξηρῶν ἐδώδιμα. καθάπερ ἐν Αἰγύπτῳ τοῦ καλάμου τοῦ ἐν τοῖς ἕλεσιν. ἔχει μὲν γάρ τινα γλυκύτητα καὶ ἄλλως ἐπὶ τῶν ἄκρων, ἀλλ' ἐπὶ βραχὺ πάντων. ἐκεῖνος δὲ διὰ τὴν τροφίαν ἁπαλός γε ἐπὶ πλεῖόν ἐστι καὶ γλυκύς. ἔχουσι δὲ καὶ αἱ ῥίζαι τὴν γλυκύτητα, ἕως ἂν οὐ ξηρανθῶσιν. ἀποξηρανθεῖσαι δὲ οὐκέτι· τὸ γὰρ ξηρὸν, οὔτ' ἐδώδιμον, οὔτ' ἔγχυλον. διὸ καὶ τῶν καυλῶν ἀκμή τις.

Radices enim eorum carnoſæ ſunt gratæque palato, folia ſicciora veluti acriora. Pari modo de cæteris quoque licet diſſerere. Omnia enim fere in his ipſis rationibus continẽtur. Quamobrem vbi plus alimoniæ ſubminiſtratur, etiam ſuperiora eorum quæ ſuapte natura ſicca ſunt, cibo idonea perficiuntur. Vt in Ægypto arundinis, quæ in paludibus eſt. Dulcis enim cætera quoque ſua extrema parte ſentitur, ſed breui admodum. At illa propter copiam alimenti, tenera dulciſque parte amplíore exurgit. Radices etiam ſuam dulcedinem ſeruant, vſquequo reſiccentur, reſiccatæ ſtatim eam amittunt. Siccitas enim neque cibo idonea, neque ſapida eſt. Quapropter caulium quoque vigor certus ſtatuitur.

ΚΕΦ. ΙΖ.

CAP. XVII.

Cur viridia aut nihil oleant aut non æque: ſicca vero redoleant. Quodque in quorundam radicibus præcipue ſaporis inſunt, vt omnium acrium & quamobrem. Item de ſuccorum omnibus, quique humor communi nomine careat.

Ἡ δ' ὀσμὴ σχεδὸν αὖ ἀνάπαλιν ἐπί γε τούτων. χλωραὶ μὲν γὰρ ἢ οὐχ ὁμοίως, ἀποξηρανθεῖσαι δ' ὄζουσιν. ὥσπερ καὶ ἡ τῆς ἴρεως. καὶ ἡ τῶν καλάμων δὲ καὶ σχοίνων, καὶ ἁπλῶς τῶν ἐνύδρων. ἐπεὶ καὶ τὸ κύπειρον, καίπερ ὀσμῶδες ὂν καὶ ξηρὸν, ἧττον ὄζει πρόσφατον. ἀκμὴ δέ τις καὶ τούτων [illegible] ξηραινόμενα μᾶλλον ἀοσμότερα γίνεσθαι. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὥσπερ σύμφωνον. οἱ δὲ χυλοὶ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ὁμοίως ἔχουσι τὰς δυνάμεις. ἐνίων γὰρ ἐν ταῖς ῥίζαις μάλιστά εἰσι. καθάπερ τῶν δριμέων. οἷον, σκορόδων, κρομμύων, ῥαφανίδων. ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν φαρμακωδῶν. ἅπασαι δὲ καὶ αὗται σαρκώδεις. οὐ μὴν, ἀλλὰ διαμένουσιν αἱ δυνάμεις τῶν φαρμακωδῶν ἀποξηραινομένων μέτρι τινὸς, εἶτ' ἀκμάζουσιν. ἔπειθ' ὅλον ἰσχυρότεραι ξηρανθεῖσαι, διὰ τὸ ἀφῃρῆσθαι τὸ ὑδατῶδες. οὕτω γὰρ εἶτ' ὀποὶ πάντες χρήσιμοι καὶ σωματωθέντες. ἡ δὲ σωμάτωσις ἐκκρινομένου τοῦ ὑδατώδους. διὸ καὶ παρασκευάζουσιν αὐτοὶ, τὰ μὲν, ἐγχυλίζοντες καὶ ξηραίνοντες, τὰ δ' ἐντέμνοντες. ὅπως ὁ ἥλιος καὶ ὁ ἀὴρ πήξῃ, καθάπερ τὰς ῥητίνας, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. καὶ τὸν λιβανωτὸν, καὶ τὴν σμύρναν, καὶ τὸν ὀπὸν τοῦ σιλφίου. ἔστι δὲ καὶ τῶν μὲν ἄνω καὶ ἐν ταῖς ῥίζαις ἡ ἐντομή. καθάπερ φαρμακωδῶν τέ τινων καὶ τοῦ σιλφίου. καὶ γὰρ ἡ ῥίζα καὶ ὁ καυλὸς ἐντέμνεται. καὶ ἑκατέρωθεν ὁ ὀπός. τῶν δὲ μεμερισμένων, τῶν μὲν, ἐν ταῖς ῥίζαις, τῶν δὲ, ἐν τοῖς καυλοῖς. ὡς αὖ ἔχωσιν ἑκατέρας φύσεως. ἐὰν μὲν τὰς ῥίζας εὐχυλοτέρας, ταύτας. ἐὰν δὲ τὰ ἄνω, τοὺς καυλούς. ἐπεὶ ὧν γε ξηραὶ καὶ ξυλώδεις, οὐ κοπρίζουσιν· ὁμοίως ἢ τῶν αὐτομάτως ἐπιπηγνυμένων δακρύων· οἷον ἐπί τε τῆς σχίνου, καὶ ἀκάνθαις τισὶ,

At vero odor e contrario ferme in his. Virides enim aut nihil olent, aut non æque: ſiccatæ vero redolent. Vt iridis radix, atque etiam arundinum & iuncorum, atque omnino aquatilium. Nam & gladiolus, quamuis odoratus & ſiccus ſuapte natura ſit, tamen minus redolet recens: ſed eorum etiam vigor certus intelligi debet, vt ſiceſcentia lóge teddi hebetiora neceſſe ſit. Verum hoc (vt ſupra dictum eſt) conſentaneum fere eſt. Sapores autem in cæteris quoque ſuas vires pari ratione habere conſtat. Quorundam enim in radicibus ſunt præcipuæ, vt omnium acrium, ceu alliorun, ceparum, radicularum. Quod idem de venenoſis etiam dici poteſt, quæ & ipſæ carnoſæ omnes creantur. Cæterum vires venenoſarum perenniores ſunt, in totum enim validiores ex ſiccitate redduntur: quia pars aquoſa humoris ablata eſt. Ex hac etenim ratione ſucci corporati etiam vtiles ſunt, cum corporatio non nihil ſegregata parte aquoſa proueniat. Quamobrem præparare conſueuerunt, alia ſiccantes, & ſuccum exprimentes: alia inſecantes. Quo ſolis ac aëris vis cogere melius poſſit, vt reſinam, & reliqua generis eiuſdem, & thus, & myrrham, & laſerpitium. Affertur inſectio alijs tam radice, quam parte ſuperiore, ceu venenoſis quibuſdam, & laſeris. Quippe radix, & caulis inſecatur, atque ſuccus manat vtrinque. Alijs radice aut caule tantum, prout ſcilicet ad ſuccum emittendum aptiora ſunt. Nam ſi radices habent ſuccoſiores, radici infertur inciſio: ſi partes ſupernas, cauli. Quibus enim radices ſiccæ, ſurculoſæque ſunt, his nunquam ſtercus addunt. Eadem ratio etiam lachrimarum eſt, quæ ſponte concreſcunt,

καὶ ἐπὶ τῶν δένδρων διαδίδωσιν, ὥσπερ ἀμυγδάλη, καὶ πεύκη ὁ ἄῤῥην, ἐλάτη, καὶ τέρμινθος. τούτων δὲ καὶ τὰ μὲν, καὶ εὔστομα, καὶ εὐώδη, τὰ δ᾽ ἄχυλα καὶ ἄοσμα. καθάπερ τὸ κόμμι τὸ τῆς ἀκάνθης τῆς ἐν Αἰγύπτῳ· καλοῦσι δὲ τὰ μὲν, ὀποὺς, τὰ δὲ, δάκρυα. κοινότερον δὲ ὁ ὀπὸς. διαφέρει δὲ ἴσως οὐδέν. ἐπεὶ τόγε κοινότατον ἀνωνύμως λεγόμενον, ἡ ἡ ὑγρότης οἰκεία καθ᾽ ἕκαστον πέψιν ἔχουσα. διὰ δὲ τὸ σωματωδεστέρας εἶναι καὶ γλίσχρας, τὰς δ᾽ ὑδατώδεις, ἀγλίσχρους, τῶν μὲν γίνεται πῆξαι, τῶν δ᾽ οὔ. πρὸς ἐνίας δὲ καὶ παρεμβάλλουσί τι τοῦ πῆξαι καὶ συλλέγειν.

tam ſpinarum quam arborum: vt amygdalæ, pini, abietis, terebinthi. Quarum aliæ bene ſapidæ beneque olidæ ſunt: aliæ inſipidæ atque inolidæ, vt gumma ſpinæ Ægyptiæ. Vocant alia ſuccos, alia lachrymas: communis tamen vocabulum eſt ſuccus. Sed forte nil refert. Humor enim qui ſingulis varia excoctione conuenit, communi nomine caret. Quia vero inter humores alij calloſiores lentioreſque ſunt, alij aquoſi minuſque lenti; hinc alij denſari poſſunt, alij nequeunt. Nonnullis etiam aliquid miſcent, quo denſentur atque concreſcant.

ΚΕΦ. ΙΗ.

CAP. XVIII.

Cur alia in caulibus, alia in radicibus vires habeant. Curque in eadem planta diuerſi odores saporeſque ſint.

ΟΤι δὲ τὰ μὲν, ἐν ταῖς, ῥίζαις, τά δ᾽ ἐν τοῖς καυλοῖς τὰς δυνάμεις ἔχει ταύτας, ἐκείνην χρὴ τὴν αἰτίαν ὑπολαβεῖν τὴν μικρῷ πρότερον λεχθεῖσαν. ὧν ἡ φύσις ἑκατέρων σύμμετρος εἰς τὴν δύναμιν, ἔνθα μὲν ὑγρὸν ἱκανὸν, ἔνθα δὲ ἔλαττον ἔχουσα καὶ ξηρὸν ὡσαύτως, ἔτι δ᾽ ὧν ἡ οὐσία μᾶλλον ἐφ᾽ ἑκάτερα ῥέπει καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς αὐξήσεως καὶ τοῦ μεγέθους τὰ μὲν ἐν τοῖς ἄνω, τὸ δὲ ἐν ταῖς ῥίζαις ἔχει μᾶλλον· οἱ μὲν γὰρ σίκυοι καὶ κολοκύνται καὶ ἄλλ᾽ ἄττα πλείων, τὰ ἄνω μείζω, ῥίζαν δὲ μικρὰν ἔχουσι. σκίλλα δὲ καὶ βολβὸς, καὶ ἁπλῶς τὰ κεφαλόῤῥιζα, τὰ μὲν ἄνω λεπτὰ καὶ ἀσθενῆ, τὰς δὲ ῥίζαν μεγάλας καὶ σαρκώδεις. ὅπου γὰρ ἐνυπάρχει δριμύτης ἢ καὶ ἄλλη τις τοιαύτη δύναμις, ἐν ταῖς ῥίζαις γίνεται μᾶλλον. ὥσπερ τοῖς κρομύοις, καὶ τοῖς σκορόδοις, καὶ ταῖς σκίλλαις. τοῦτο δ᾽ εὐλόγως ἐνταῦθα τῆς φύσεως ὡρμηκυίας μᾶλλον. ἀκολουθοῦσι γὰρ ταύτῃ καὶ αἱ δυνάμεις. ὃ καὶ ἐπὶ τῶν φαρμάκων ἐστὶ σχεδὸν τῶν πλείστων. αἱ γὰρ ῥίζαι φαρμακωδέστεραι καὶ μᾶλλον ἔχουσι τὴν δύναμιν. ἡ δ᾽ αἰτία δυοῖν ἐκείνοιν νῦν εἴρηται, τῷ τε μὴ κάθυγρα καὶ τῷ μὴ κατάξηρα γίνεσθαι. τὰ μὲν γὰρ, οὐκ ἔχει πέψιν διὰ τὸ πλῆθος· τά δ᾽ οἷον ὕλην εἰς τὴν πέψιν διὰ ξηρότητα. πέψις δὲ ἑκάστων ἐστὶν ὥσπερ εἴρηται πρὸς τὴν οἰκεῖαν φύσιν καὶ δύναμιν. ὅτι μὲν οὖν ὥσπερ ἐναντίως, τῶν μὲν ἄνω, τῶν δὲ, κάτω συμβαίνει τοὺς χυλοὺς καὶ τὰς ὀσμὰς καὶ ἁπλῶς τὰς τοιαύτας δυνάμεις ἔχειν, ἐκ τῶν εἰρημένων δεῖ θεωρεῖν. ὅτι δ᾽ οὐκ ἐν αὐτοῖς ἄνω πᾶσιν, οὔθ᾽ οἱ χυλοὶ τυγχάνουσιν οὔθ᾽ αἱ ὀσμαὶ, σχεδὸν οὐ πόῤῥω τῶν εἰρημένων, ἤ τινων εἰσιν· ὡς μὲν γὰρ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἔχει τὴν ὁμοιότητα καὶ κατὰ τοὺς χυλοὺς, καὶ κατὰ τὰς ὀσμὰς ἕκαστον τῶν μερῶν.

CAuſam vero, vt alia in radicibus, alia in caulibus vires habeant, illam ſane opinari decet, quam prius retulimus. Quorum enim natura minus parte vtraque modica eſt ad vim illam condendam, quod altera ſatis, altera minus humiditatis aut ſiccitatis habuerit, atque etiam quorum ſubſtantiam plus in alterutram partem vergi natura voluerit; hæc aut parte ſuperiore, aut radice potius vires continent, ſicut incrementi quoque, & magnitudinis ratio anceps eſt. Cucumeres enim, cucurbitæ & alia pleraque parte ampliantur ſuperna, luxurianturque. Radice tamen puſilla inhærent, ſcilla, bulbus: denique omnia quæ radice ſunt capitata contra partem ſuperiorem tenuem, imbecillemque, radices amplas carnoſaſque gerunt. Prorſus in quibus acredo ineſt, vel aliqua eiuſmodi vis radicibus potius ineſt, vt in cepe, allio & ſcilla: quod ratione optima euenit, cum natura eo potius tendat. Vires enim naturam ſectari, neceſſe eſt: quod in venenis maxima fere parte videmus. Quippe radices venenoſiores, potentioreſque ſunt. Cauſam duo illa, quæ ſuperius diximus, habent, id eſt quod neque præhumida, neque præarida ſint. Altera enim ex humoris nimietate percoqui nequeunt: altera quaſi materia vacant ad coctionem ſuſcipiendam propter ſuam ſiccitatem. Singula autem pro ſua natura poteſtateque coquuntur, vt dictum eſt. Igitur e contrario quaſi ſapores, odores, atque omnino vires eiuſmodi alijs ſuper alijs ſubter haberi, ex ſupradictis intueri oportet. Cauſa vero quamobrem neque ſapores, neque odores parte eadem omnibus habentur in ſummitate, haud procul a prædictis rationibus abeſt. Nam (quod ſimpliciter dici poteſt) ſingulæ partes aliquid ſimilitudinis habent, tum in ſapore, tum in odore: ſed differunt, quod magis minuſue habent. Patet hoc in di arbori-

διαφέρει δὲ τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον. ἐμφανὲς δὲ [illegible] τὸ μάλιστα ἐπὶ τῶν ἀκρατεστέρων ταῖς ὀσμαῖς καὶ [illegible]· οἷον, ἐλάτης, πεύκης, κυπαρίτ[illegible]. ἐπὶ δὲ τῶν εἰρημένων, συκῆς. ἐν ταῖ[illegible] δὲ οὐχ ὁμοίως. ἀλλ' ἐν τούτοις καὶ [illegible] τὰ μὲν ἔγχυλα, τὰ δὲ, ἄ[illegible]χυλα καὶ εὔοσμα, τὰ δὲ ἄοσμα γίνε[illegible] διαφέροντα ταῖς ὀσμαῖς καὶ τοῖς χυλ[illegible] ἀμπέλου [illegible], τε οἴναρον καὶ ὁ βότρυς. [illegible] δὲ πάντων καὶ [illegible] φύλλων καὶ τῶν [illegible] αἴτιον ὅτι τὸ μὲν ἄπεπτον, τὸ δὲ πεπεμμένον. τάχα δὲ μᾶλλον ὅτι οὐδὲ ἐκ τῆς αὐτῆς ὕλης ἑκάτερον· ἀλλὰ τὸ μὲν, ὥσπερ ἐκκαθαρθὲν [illegible] εἰλικρινοῦς, τὰ δ' ἐκ περιτ[illegible] ἐκβλοσυρωτέρας καὶ σωματωδεσ[illegible]οι καὶ ἀκρέμονες καὶ ὁ ὅλος ὄγκος [illegible] ἀνομοία ὕλη τούτων, ἀνόμοιον καὶ τὸ τέλος ἑκάστου πρὸς τὴν ἰδίαν φύσιν, ὥσπερ ἐν τοῖς ζῴοις. ἴσως δ' ἀνάπαλιν. ἐπεὶ καὶ τὸ τέλος ἑκάστου ἴδιον, καὶ ἡ ὕλη διάφορος. ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν πάντων πρὸς τὴν ὑποκειμένην φύσιν· ἐπεὶ δ' αὗται διάφοροι καὶ κατὰ χυλοὺς καὶ ὀσμὰς καὶ ἀοσμίας, ἡ δ' ἀναφορὰ πρὸς τὴν ἡμετέραν αἴσθησιν, ἐν ταύτῃ παραλλαγὴ γίνεται τῶν μερῶν. οὐδὲν γὰρ κωλύει τὴν μὲν ἐν τοῖς φύλλοις κρᾶσιν ἐνίοτε σύμμετρον εἶναι τῇ γεύσει, τὴν δ' ἐν τοῖς καρποῖς, ἀσύμμετρον καὶ σφοδρὰν [illegible] ἢ κατὰ στρυφνότητα, καὶ αὐστηρίαν ἢ κατὰ πικρότητα καὶ ἄλλην τινὰ διάθεσιν. ὅπερ φανερὸν καὶ ἐπὶ τῶν λαχάνων ἐστί. τὰ μὲν γὰρ φύλλα σύμμετρα καὶ προσφιλῆ· τὰ δὲ σπέρματα δριμέα καὶ πικρότερα, καὶ τὸ ὅλον ἰσχυρότερα πρὸς τὴν αἴσθησιν. ὥστε σχεδὸν ἀνάπαλιν ἔχειν καὶ ἐπὶ τῶν δένδρων καὶ ἐπὶ τοῦ σίτου. τῶν μὲν γὰρ, οἱ καρποὶ χρήσιμοι. τὰ δὲ φύλλα ἀχρεῖα. τοῦ δὲ, ταῦτα μόνον χρήσιμα, τὰ δὲ σπέρματα ἄλλως ἂν ἔχοι φαρμάκου λόγον. ὅπερ οὖν ἐπὶ τούτων, οὐδὲν κωλύει καὶ ἐπὶ τῆς φιλύρας καὶ ἐπὶ ἄλλων δένδρων τινῶν· ὁ μὲν καρπὸς ἄβρωτος, τὸ δὲ φύλλον γλυκὺ καὶ βρωτόν. ἐκεῖνο μὲν γὰρ ἄκρατον ἔχει καὶ καθαρὸν τῆς φύσεως. εἴτε γὰρ ξηρὸς ἄγαν καὶ ξυλώδης, εἴτ' αὐστηρὸς καὶ πικρὸς, ἢ κακώδης καὶ ἄλλην τινὰ ἔχων δυσχέρειαν, ἄβρωτος γίνεται· τὸ δὲ φύλλον, ὑγρότερον ὂν καὶ ἅμα κρεμαμένον, ἔχει τινὰ συμμετρίαν. ὃ καὶ ἐπὶ τοῦ σιλφίου καὶ ἄλλων δριμέων ἐστίν. ἡδὺ γὰρ τὸ φύλλον αὐτοῦ καὶ ὁ καρπὸς ἁπαλὸς ὢν διὰ τὴν ὑγρότητα τὴν ὑπάρχουσαν. σύμμετρος γὰρ ἡ δριμύ τις γίνεται κραθεῖσα τῷ ὑδατώδει, καὶ ποιεῖ τι εὔχυλον. ἀπο[illegible]αινομένου δὲ, σφοδρότερον καὶ ἡ ὀσμὴ τοῦ σπέρματος ἐστὶ μᾶλλον.

arboribus, quæ ſincerius olent & ſapiunt: vt in abiete, pino, cupreſſo, larice. Addo etiam in fico. Aquoſiores enim non æque illud confirmant. Imo vero differentiam hæ ſuſcipiunt illam, vt alia ſapida, alia inſipida, vel male ſapida ſint, & alia odorata, alia inodorata: necnon & odorum ſaporumque varietate diuerſa prodeunt: ſicut vitis, pampinus, & vua. Denique omnium fere tam foliorum quam fructuum, ratio, quod alterum crudum, alterum coctum eſt: vel potius, quod neque ex eadem materia ſit vtrumque: ſed alterum velut expurgata ſinceraque, alterum ex impura, calloſaque. Sunt certe ex calloſiore, corporatioreque germina, rami, ſtipites, totaque moles. Itaque cum materiæ diſſimiles ſint, finem quoque pro ſua natura diſimilem habeat vnumquodque neceſſe eſt: quod etiam in animalium genere conſtat, vel potius e diuerſo, quia finem ſuum habeat vnumquodque, materiam quoque habeat diuerſam neceſſe eſt. Omnium vero (vt ſimpliciter loquar) finis pro ſubiecta natura ſtatutus eſt, quæ cum varia, & in ſapore, & in odore, & in inodoratione ſit, diſcrimenque ad ſenſum hominis redigatur, hinc diuerſitas partium exultet neceſſe eſt. Nihil enim prohibet foliorum temperamentum guſtui modicum eſſe interdum: fructuum autem immodicum, ac vehementius, vel in acerbitate, vel in auſteritate, vel in amaritudine, vel in alia quadam diſpoſitione: quod etiam in olerum genere perſpicuum eſt. Quippe folia moderata & grata ſunt: ſemina vero acria vel amara, & ex toto vehementiora ſentimus. Ita, vt contra, quam in arborum fructibus, ac terræ frugibus res eueniat. Fructus enim illarum vtiles, folia inutilia ſunt. Horum autem folia tantummodo vſui ſunt: ſemina non niſi medicaminis forte dari ratione cõmode poſſint. Quod igitur in his liquet, nihil prohibet in tilia quoque, cæteriſque nonnullis arboribus effici: vt fructus inguſtabilis, frondes dulces ſint & guſtabiles. Fructus enim naturæ conditionem puram continet, atque ſinceram. Enimuero ſiue nimium ſiccus lignoſuſque ſit, ſeu auſterus, amaruſue, aut male olidus, aut aliam quampiam difficultatem ſortitus, inguſtabilis redditur. At frondes quia humidiores ac penſiles ſunt, moderationem aliquam obtinet. Quod etiam in laſere, atque alijs pleriſque acribus patet. Folium enim laſeris ſuaue, fructuſque mollis eſt, propter humorem. Quippe acrimoniam moderat permiſtus humor aquoſus. Itaque aliquam ſaporis gratiam generat. Contra ſiccitas vehementiora omnia reddit.

ΚΕΦ. ΙΘ.

CAP. XIX.

Cur quædam cum viridia ſunt mandi poſſint. Cum vero ſicceſcunt humoris temperie ſublata inguſtabilia relinquantur. Curque in quibuſdam radices inguſtabiles ſint, caules autem mandi nimirum poſſint, & contra.

Ὅλως δ' ἐν πολλοῖς τοῦτ' ἔστιν, ὥστε χλωρὰ μὲν ὄντα βρωτὰ γίνεσθαι, καὶ ἔχειν τινὰ χυλὸν ἡδὺν διὰ τὸ ἀναμεμίχθαι τῷ ὑδατώδει. καταξηραινόμενα δὲ καὶ λυομένης τῆς κράσεως. καὶ γὰρ οἱ τῶν ἀμπέλων βλαστοὶ καὶ οἱ τῶν ἀκρεμόνων, ἔτι δὲ ἄλλων τινῶν ἀκανθωδῶν, καὶ τῶν χεδροπῶν δ' ἐνίων, οἷον ὤχρων, κυάμων, καὶ ἁπλῶς ὅσα γλυκύτητά τινα ἔχει. σχεδὸν δ' ἐστὶ κοινὸν τοῦτο ἐπὶ πάντων, ὡς στρυφνότεροι καὶ πικρότεροι καθ' αὐτοὺς οἱ χυλοί· κεραννύμενοι γὰρ ὑπὸ τῆς φύσεως τῷ ὑδατώδει, βελτίους καὶ γλυκυτέρους ποιοῦσι τοὺς χυλούς. ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν μύρτων γίνεται καὶ τῶν ῥοῶν. εἰδέ τις τῶν δένδρων καὶ ὅλως τῶν ὑλημάτων τοιαύτη φύσις ἐστὶν, ὥστε τοὺς μὲν καρποὺς ἀμίκτους ποιεῖν ἔχοντας τὴν οἰκείαν δύναμιν καθαρὰν, τὰ δὲ φύλλα καὶ ἄλλο τι τῶν μορίων μικτὰ, τούτων οὐδὲν κωλύει, καθάπερ εἴρηται, τὰ μὲν φύλλα βρωτὰ, τὸν δὲ καρπὸν ἄβρωτον εἶναι. παραπλήσιον δέ τι τούτοις καὶ ἐπὶ τῶν ῥιζῶν τῶν ἐδωδίμων ἐστίν· ὧν τὰ μὲν φύλλα σχεδὸν ἄβρωτα, διὰ τὸ ξηρὰ εἶναι καὶ ἀκανθώδη· οἱ δὲ καυλοὶ ἐδώδιμοι. αὐταὶ δὲ αἱ ῥίζαι καὶ ἡδύταται. ἀνάπαλιν δὲ τὰ μὲν ἄλλα βρώματα ἔχουσι τὴν ἡδονὴν, αἱ ῥίζαι δὲ ἄβρωτοι διὰ τὸ ξυλῶδες, καὶ πικρὸν, ἢ ὅλως δύσχυλον ἢ ἄχυλον. διαφορὰ δὲ οὐ μικρὰ καὶ διὰ τὰς φύσεις τῶν ζώων. τὰ μὲν γὰρ ἡμῖν ἄχυλα, τοῖς ἄλλοις ἔγχυλα φαίνεται, διὰ τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν κατεργασίαν. ἄλλοις κἀκεῖνα προσφιλῆ καὶ κατὰ τοὺς χυλοὺς καὶ κατὰ τὰς διαθέσεις. χαίρει γὰρ τὰ μὲν, τοῖς ἁπαλοῖς, τὰ δὲ τοῖς ξηροῖς μᾶλλον. ἔνια δὲ καὶ ἀνάπαλιν. ἁπαλὰ μὲν ὄντα, καὶ ἄβρωτα. ξηραινόμενα δὲ, ἐδώδιμα. διὰ τὸ συνεκπέττεσθαι καὶ ἐκκρίνεσθαι τὸ πικρὸν ὑπὸ τοῦ ἡλίου· καθάπερ τὸ σήσαμον, καὶ τὸ ἐρύσιμον· τούτων γὰρ χλωρῶν ὄντων οὐδὲν ἅπτεσθαι δοκεῖ ζῷον, διὰ τὴν πικρότητα καὶ δυσχυλίαν. ξηρανθέντων δὲ μᾶλλον. οἱ δὲ καρποὶ βελτίους καὶ ἡδεῖς. ἀλλὰ δὴ τούτων μὲν, τοιαῦταί τινες αἰτίαι. περὶ δὲ τῶν καρπῶν τῶν τροφίμων δηλονότι, ῥᾴων ὁ λόγος. οὗτοι γὰρ καθαροὶ καὶ εἰλικρινεῖς, οἷον ἐξηθημένοι πως ὑπὸ τῆς φύσεως ὥστε πλείοσι καὶ μᾶλλον ἁρμόττειν.

OMnino multis id euenit, vt cum viridia ſunt mandi nimirum poſſint, ſaporiſque aliquam reddant ſuauitatem propter cōmiſtionem aquoſi humoris: cum autem ſicceſcunt humoris temperie ſublata inguſtabilia relinquantur: vt germina vitium, & ſtipitum, & aculeatorum quorumdam, & leguminum aliquorum, vt ciceris, fabæ. Eorum in ſumma, quæ dulcedinis aliquid reddunt. Commune id omnium propemodum eſt, quorum ſucci per ſe acerbiores, aut acriores, aut amariores. Temperati enim a natura humore aquoſo, meliores dulcioreſque ſapores ſuſcipiunt: quod & in myrtis ac punicis fieri certum eſt. At ſi qua talis natura arborum, aut omnino plantarum eſt, vt fructus viribus ſinceris progeneret; folia tamen parteſque alias creet per miſtionem; nil prohibet (ſicut dictum eſt) mandi folia poſſe, fructum vero inguſtabilem eſſe. Proximum his, & in radicibus quoque cibo idoneis eſt, quarum folia inguſtabilia pene ſunt, vtpote ſicca, ſpinoſaque. Caules quoque mandi nimirum poſſunt, & radice ipſæ ſuauitatem etiam reddunt. Sunt e contrario, quorum cætera cibo apta & ſuauia ſunt: radices autem inguſtabiles, quia lignoſæ, amaræque, aut denique male ſapidæ vel inſipidæ ſunt. Differentiam haud paruam natura quoque varia animalium facit. Etenim quæ nobis inſipida ſunt, cæteris animalibus ſapida ſentiuntur, propter virium bonitatem facultatemque conficiendi. Alia tamen alijs in genere quoque illorum gratia, & in ſapore & in diſpoſitione animaduertimus. Delectantur enim alia teneris, alia ſiccis potius. Nonnulla etiam dum tenera ſunt, a nullo guſtantur. Sicca autem cibo idonea propterea ſunt, quia quantum in his amaritudinis, difficultatiſque fuerit percoctum, excretumque eſt ſolis opera, vt ſeſama, vt eriſymum. Hæc enim viridia tangi a nullo animali videntur propter amaritudinem & grauitatem ſaporis: ſed ſiccata gratiora euadunt, fructuſque eorum ſuaues efficiuntur. Atque eorum cauſas huiuſmodi putandum eſt. De fructibus qui cibo idonei ſunt, ratio facilius reddi poteſt. Horum quippe humores, puri, ſinceriſque ſunt, velut a natura liquati purgatique, vt & pluribus, & magis valeant conuenire.

De venenoſis plantis. Curque eorum partes tantum medicæ ſint. Item alium agrum ad alia medicamenta vtilem eſſe.

Ἀλλ᾽ ἐπὶ τῶν φαρμακωδῶν, καὶ ὅλως κατὰ τὰς δυνάμεις θεωρητέον. καὶ γὰρ ἐν τούτοις οὐθ᾽ αἱ αὐταὶ δυνάμεις, οὔτ᾽ ἴσαι πάντων, εὐθὺς ἀπὸ τῶν ῥιζῶν ἀρχομένοις. οὐδὲ δὴ τοῖς ἄνω πᾶσιν, οἷον φύλλοις, καὶ κλάδοις, καὶ καρποῖς. καὶ τὸ μὲν τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον διάφορον, ἔχει τὴν εὐλογίαν· τὸ δ᾽ ὅλως ἔνια μηδὲ δύνασθαι ποιεῖν, ἅπερ ἄλλα, ὥσπερ τὰ τῶν ῥιζῶν σπέρματα τοὺς καυλούς, ἢ πάλιν τὰ τῶν φύλλων καὶ σπερμάτων τὰς ῥίζας, μᾶλλον ἄν τις θαυμάσειε. τὰς δ᾽ αἰτίας καὶ ἐν τοῖς εἰρημένοις ἀνασκεπτέον. ἑκάστου γὰρ ἰδία κρᾶσις οὖσα καὶ φύσις, διαφορὰς ποιεῖ καὶ τὰς δυνάμεις· ὥστε τὰ μὲν συντήκειν καὶ διακρίνειν, τὰ δὲ μή· καὶ τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δ᾽ ἧττον, καὶ θερμαίνειν τε καὶ πέττειν, καὶ ψύχειν καὶ ξηραίνειν, καὶ τ᾽ ἄλλα ὡσαύτως. τὸ δὲ δὴ μάλιστα τοὺς καρποὺς εἶναι τοιούτους, οὐκ ἄλογον. εἴπερ μηδὲ ἡ ὅλη φύσις ὁμοία ῥίζης τε καὶ καρποῦ, καὶ τῶν ἄλλων μορίων· ἀλλὰ τὰ μὲν ὅλως ἄπεπτα, τὰ δέ, πεπεμμένα καὶ ὅλως ἐκ πλειόνων συνθετά. διὸ καὶ τοῖς χυλοῖς καὶ ταῖς δυνάμεσιν ἕτερα. τοῦτο γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ἀγρίων καὶ τῶν ἡμέρων ὁρῶμεν, ὧν αἱ ῥίζαι πικραὶ καὶ ὀπώδεις, τούτων τοὺς καρποὺς γλυκεῖς, ὡς ἂν ἐξ ἀπέπτου τινὸς πεττομένους ὄντας. ταὐτὸν δὲ καὶ ἐν ταῖς τῶν φαρμάκων δυνάμεσιν ἐπὶ πλεῖον συμβαίνειν. ὥστ᾽ οὐκ ἄλογον εἰς ἔνια μὲν τὰς ῥίζας ἰσχύειν μᾶλλον, εἰς ἔνια δὲ τῶν λοιπῶν τι μερῶν. ἐπεὶ καὶ ῥίζαι ῥιζῶν ἐν τοῖς ὁμογενέσι, καὶ σπέρματα σπερμάτων, καὶ τ᾽ ἄλλα μέρη πολὺ διαφέρουσιν ἰσχύι, διὰ τὸν ἀέρα ἑκάστης χώρας· ὥσπερ καὶ ὁ σῖτος καὶ οἱ ἄλλοι καρποὶ τῇ βαρύτητι καὶ κουφότητι διὰ τῆς τροφῆς διαφοράν. διὰ τοῦτο φάρμακα φαρμάκων ἀμείνω, κατὰ τοὺς τόπους οὐ μακρὰν ἀπέχοντας. οἷον ὁ ἐκ τῆς Οἴτης ἐλλέβορος τοῦ ἐν τῷ Παρνασῷ. δοκεῖ γὰρ ἰσχυρότερος εἶναι οὗτος, καὶ οὐχ ἁρμόττειν εἰς τὴν χρείαν. ἡ δὲ ἰσχὺς ἐκ παραπλησίας τινὸς αἰτίας γίνεται, ὡς καὶ ἐπὶ τῶν καρπῶν. καὶ γὰρ ἐνταῦθα σκληρότητί τε τοῦ ἀέρος, καὶ πλήθει τῆς τροφῆς βαρεῖς γίνονται· διὰ τὸ πολὺ τὸ γεῶδες ἔχειν. ὥσπερ οἱ ἐν τῇ Βοιωτίᾳ. κἀκεῖ διὰ τὰς ὁμοίας αἰτίας. ἄλλη δὲ πρὸς ἄλλην δύναμιν οἰκεία χώρα, καθάπερ ἐπὶ τῶν καρπῶν. ἔνιαι γὰρ οὐδὲ ἐκπέττουσιν ὅλως τὰς φαρμακώδεις. ἐπεὶ πολλαχοῦ καὶ μέλας ἐλλέβορός ἐστι, καὶ ἄλλαι τῶν ῥιζῶν. ἀλλ᾽ ἀμυδραὶ καὶ ἀδύνατοί τινες. ἢ καὶ δόξειεν ἂν ψυχροῦ τινος ἀέρος ἅμα καὶ εὐπνου δεῖσθαι, καὶ

Sed de venenoſis, & his omnino quæ vires obtineant aliquas, videndum eſt deinceps. Quippe in his neque vires eædem intelliguntur, neque pares in omnibus: vt a radicibus initium ſumamus. Nec enim ſuperioribus omnibus, ceu folijs, ramis, fructibus eadem vis ineſt: & differre quidem pluris minoriſque ratione aliquid, eſſe conſentaneum dixerim. At aliqua eſſe quæ penitus nequeunt agere, quod pars reliqua poteſt, vt ſemen & caulem, quod radix; vel e diuerſo radicem, quod ſemen & caulis, hoc magis mirandum. Ergo cauſas ex prædictis petendum. Cum enim naturam, atque temperiem ſuam vnumquodq; habeat, vires quoq; varias habeat neceſſe eſt, vt alia colliquare poſſint atq; diſcernere, alia nequeant: & alia magis poſſint alia minus, & feruefacere, & coquere, & frigefacere, & ſiccare, & reliqua pari ratione addendum. Sed fructus maxime diſcrepare conſentaneum eſt: ſiquidem non vniuerſa natura radicis, & fructus, & cæterarum partium ſimilis ſit, ſed aliæ incoctæ penitus ſunt, aliæ coctæ, & omnino conſtantes ex pluribus. Itaque efficitur, vt & ſapore & viribus inter ſe plurimum diſtent. Ita enim tum in agreſtibus, tum in vrbanis videmus: quorum radices amaræ, lactuoſæque ſunt, horum fructus eſſe prædulces, quaſi ex incocto percoctos. Quod idem viribus quoque venenorum eueniſſe putandum. Quamobrem non temere fit, vt in alijs radix, in alijs pars aliqua ex cæteris plantæ eiuſdem amplius valeat. Nam & radices amplius a radicibus differunt, in ijs etiam quæ generis copulantur ſocietate, & ſemina ſeminibus, & reliquæ partes multo inter ſe viribus diſtant, propter agri cœlique conditionem: ſicut & frumentum & cæteræ fruges pondere propter alimentorum varietatem. Quapropter medicamina longe præſtantiora videmus eſſe, quæ longo interuallo minime diſtant. ſicut elleborus naſcens in Oeta monte melius Parnaſſico eſt. Validius enim eſſe illud putatur minuſque aptum medicamini. Cauſa autem quamobrem validum ita ſit, ſimilis atque in fructibus. Aëris enim duritia, nutrimentique largitate grauitas in eo quoque tractu ſicut in Bœotia euenit. Porro alius ager ad alias vires idoneus eſt, quemadmodum in fructibus quoque perficiendis animaduertimus. Sunt etenim loca, quæ ne excoquere quidem vllo modo vires medicas valeant. Quippe multis in locis, & niger elleborus, & aliæ radices hebetes, imbecilleſque comperiuntur. Vnde credi haud temere poſſit, aëre frigido, & ſolo aperto atque etiam alimento

ἔτι τροφῆς συμμέτρου. φαίνεται δ᾽ οὖν ἐν τοῖς ὄρεσι πλεῖστα φάρμακα γίνεσθαι καὶ ἐν τοῖς ὑψηλοτάτοις καὶ μεγίστοις μάλιστα. καὶ περὶ μὲν τούτων, ἱκανῶς εἰρήσθω.

mento modico opus eſſe. Et quidem venena in montibus plurima naſci videntur, *& in ijs maxime qui altiſſimi ſunt atque ampliſſimi. Ac de his ſatis dictum iam eſt.*

ΚΕΦ. ΚΑ. — CAP. XXI.

De cauſa odorum. Curque in eadem planta partes aliæ odoratæ, aliæ inodoræ. Cur etiam arboribus flores qui minores ſunt, odoratiores ſentiamus. Cur præterea odor in flore aut ſit, aut non ſit.

ΠΕρὶ δὲ τῶν ὀδμῶν, ἐπειδὴ καὶ αὗται κατὰ μέρη γίνονται, τὰς αὐτὰς καὶ παραπλησίας αἰτίας ὑποληπτέον. ἡ γὰρ πέψις τοῖς μὲν, ἐν τῷ ἄνθει μᾶλλον, τοῖς δὲ καὶ τῷ καρπῷ· τοῖς δὲ καὶ ἐν τοῖς φύλλοις, καὶ ἐν τοῖς κλωσὶ γίνεται. τοῖς μὲν ἐν τοῖς ὑδαρέσι καὶ ὥσπερ ἐν τοῖς ἀχύλοις ἢ δριμέσιν, ἐν τοῖς ἄνθεσιν· οἷον ῥόδῳ, κρόκῳ, καὶ τοῖς τοιούτοις. ὅσα δὲ αὐτῶν μὴ εὔχυλα, καὶ ἐν ταῖς ὀσμαῖς ἐμφαίνει γέ τινα βαρύτητα, καθάπερ τὸ κρίνον, καὶ τὸ λείριον, καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις. ἔνια δ᾽ ὅλως οὐδ᾽ εὐοσμίαν, ἀλλὰ βαρύτητα ἔχει κατὰ τὴν ὄσφρησιν. καὶ φανερὸν ὡς ἀπὸ τοῦ χυλοῦ πως γίνεται, καὶ οὐκ ἔστιν ἀπηρτημένον τὸ τῆς ὀσμῆς. ὅσα γὰρ ὑδαρῆ, ἄχυλα καὶ ἄοσμα ὡς ἐπίπαν. ἐν δυσὶ γὰρ τούτοις ὡς εἰπεῖν ἡ ἀοσμία, τῷ τε τὸν χυλὸν ὑδαρῆ τιν᾽ ἔχειν φύσιν, καὶ τῷ πολὺ τὸ ὑδατῶδες. τὸ μὲν γὰρ, ὥσπερ ἄμικτον, τὸ δ᾽ ὑπὸ τοῦ πλήθους ἀφανίζεται. διὸ τρόπον τινὰ καὶ τοῦθ᾽ ὥσπερ ἄμικτον ἐν μίξει δέ τινι καὶ τὸ τῆς ὀσμῆς. ὅσα δὲ ἐν τροφῇ πλείονι καὶ βλοσυρωτέρᾳ, καθάπερ τὰ λιμναῖα, ταῦτα καὶ τὰς ὀσμὰς ἔχει παραπλησίας, βαρείας τινὰς καὶ θολεράς. ἐπεὶ οὖν τῶν μὲν, ἐν ταῖς ῥίζαις ἡ τοιαύτη μίξις καὶ συμμετρία, τῶν δ᾽ ἐν τοῖς κλωσὶ καὶ τοῖς φύλλοις, τῶν δ᾽ ἐν τοῖς καρποῖς, πλεῖστον δ᾽ ἐν τοῖς ἄνθεσιν, εὐλόγως εὔοσμα ταῦθ᾽ ἑκάστων. καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἐν τοῖς δένδροις τὰ ἐλάττω τῶν ἀνθῶν εὔοσμα, καὶ ἧττον ἐν τοῖς ἄλλοις. ὅτι γεῶδες πλέον καὶ ἡ ὑγρότης. εἰ δὲ μὴ, ζητητέον τὴν αἰτίαν. ἴσως μὲν οὖν καθόλου καὶ ἁπλῶς εἴρηται. ὅτι δὲ καθ᾽ ἕκαστον δεῖ σκοπεῖν τὰς εἰρημένας συμμετρίας, οὐκ ἂν δόξαιεν ἀλόγως ἐν τῷ ἄνθει τοῖς πλείστοις. ἐνταῦθα γὰρ οἷον πρώτη καὶ ἐλαφροτάτη πέψις, ἀποξηραινομένου θ᾽ ἅμα τοῦ θερμοῦ καὶ μεταβάλλοντος τοῦ ὑγροῦ. ὅταν δὲ εἰς τόνδε τὸν καρπὸν ἔλθῃ πλείονος τῆς ὑγρότητος οὔσης, οὐκ ἔτι διαμένει τὸ τῆς ὀσμῆς, ἐφ᾽ ὧν μὴ φύσει τοιοῦτος ὁ χυλός. ὡς δ᾽ ἐπὶ τὸ πᾶν ἔν τε τῶν ἡδέωντισι καρπῶν ἡ εὐοσμία· τοιοῦτο γὰρ καὶ τὸ μῆλον, καὶ τὸ ἄπιον, καὶ τὸ μέσπιλον. καὶ τῶν εὐόσμων διὰ θερμότητά τινα, οἷον, κέδρος τε καὶ τερμίνθου καὶ τῶν τοιούτων. καὶ τῶν λιπαρῶν. ὥσπερ ὅ, τε τῆς ἐλάτης καὶ τῆς πεύκης καὶ τῆς πίτυος καὶ τῆς δάφνης.

DE odoribus, quoniam ij quoque particulatim fieri ſolent, cauſas eaſdem aut certe proximas eſſe putandum. Excoctio namq; alijs in flore potius, alijs in fructu, alijs in folijs, ramiſque aquoſis, & quaſi inſipidis, aut acribus. In flore, vt roſa, croco, & reliquis generis eiuſdem. Quorum quæ minus bene ſapida ſunt, odoribus etiam ſuis grauitatem quandam præſentant, vt lilium, lirium, & eiuſmodi. Quædam nullam penitus reddunt ſuauitatem odoris, ſed grauiter redolent, quod a ſapore quodammodo fieri, nec eſſe rationem odoris ab illo remotam, certum eſt. Enimuero, quæ diluta, & inſipida ſunt, hæc pene omnia inolida quoq; ſentimus. Quippe in his (vt ita loquar) duobus, exordia qualitatis inolida habentur, cum & ſapor natura quadã aquoſa eſt, & humor aquæ nimium reddit. Alterum enim miſceri quaſi non poteſt, alterum autem ex nimietate tolli neceſſe eſt. Itaque id etiam miſceri quodammodo nequit. Quæ quidem res a ratione odoris auerſa penitus eſt. Odor enim miſtione quadam conſiſtit. Quæ autem alimẽto vberiori, vehementiorique nutriuntur, ceu paluſtria, hæc odores etiam proximos ſuo alimento, graues ſcilicet quoſdam ac turbidos reddunt. Cum igitur alijs in radicibus miſtura eiuſmodi atque moderatio ſit, alijs in ramis, ac folijs, alijs in fructu, pluribus vero in flore; has eaſdem partes in ſingulis odoratas eſſe rationi eſt conueniens. Ideoque flores arborum, qui minores ſunt, odoratiores ſentimus. Plus enim terræ humori in maioribus ineſt. Si tamẽ hæc ratio minus placeat, aliam quæres. Igitur in vniuerſum atq; ſimpliciter ſatis, fortaſſe dicta hæc ſunt. At vero quatenus prædicta temperamenta ſingulatim animaduertenda ſunt: non temere plurimis odorem eſſe in flore appareat. Agitur enim in eo prima quaſi & leuiſſima coctio, ſiue ſiccitas: ſiue aliqua mutatio venerit. Cum vero fructus inceptus ſit, odor nõ amplius permanet, quia plus iam adeſt humoris: præterquam ſi quæ humore tali ſuapte natura ſint, vt odorẽ valeant cõſeruare. Ex toto pene fructus, qui guſtu ſuaues ſunt, bene olent. Nam & malum, & pirum, & meſpilum tale eſt. Adde quos priuatim acceptos vocamus, vt cedrida, & terebinthũ, & ſimiles. Quoſq; pingues ſentimus, vt fructum abietis, pini, piceæ, lauri.

ΚΕΦ. ΚΒ. CAP. XXII.

Cur dulcia minus oleant. Curque odor in ijs ſit, in quibus ineſt aliquid acrimoniæ. In quibus item locis odarata naſcantur. Præterea odorum alios validos, alios infirmos eſſe. Tum qui in ſuccis durent.

Τῶν δὲ γλυκέων οὐδὲν ὡς εἰπεῖν ἢ ἐπὶ μικρὸν εὔοσμον, ἐπεὶ καὶ τὰ μῆλα τὰ γλυκέα πάντων ἥκιστα εὔοσμα, καὶ ὅσῳ ἂν γλυκύτερα, ἧττον. ἅμα δὲ καὶ ταῦτ' ἔπει πως οἰνώδη τὸν χυλόν. αἴτιον δὲ ὅτι παχύτερος καὶ γεωδέστερος ὁ γλυκὺς χυλός, ἄλλως τε καὶ ἐν τῷ περικαρπίῳ μεμιγμένος· ἡ δὲ ὀσμὴ λεπτοτέρου καὶ ξηροτέρου καὶ διαπνεομένου μᾶλλόν ἐστιν. ὑπὲρ ὧν καὶ ὕστερον διαιρετέον. ἀλλ' ὡς ἐπὶ κεφαλαίων, ἐν τούτοις τοῖς γένεσιν ἡ εὐοσμία. τῶν δὲ φύλλων καὶ κλώνων, καὶ ὅλως τῶν δένδρων καὶ ὑλημάτων. ἐν οἷς καὶ δριμύτης τις ὑπάρχει καὶ λιπαρότης· ὥσπερ ἀμέλει οἱ προειρημένοι καρποί. καὶ ἐπὶ τῶν οἰνωδῶν καὶ ἐνίων. ὁ γὰρ τοῦ μυρρίνου καρπὸς εὐώδης. εὔοσμος δὲ καὶ αὐτὴ εἴ τις ἄλλη τοιαύτην ἔχει δριμύτητα, εἴτε λιπαροῦ τινος, εἴτ' οἰνώδους, εἴτε καὶ ἄλλου χυλοῦ κατὰ τοὺς καρπούς. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν στεφανωμάτων, οἷον ἑρπύλλου, σισυμβρίου, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. οἷον πηγάνου, σελίνου, μίνθης τό, τε ξηρὸν καὶ δριμύ, καὶ στυπτικόν πως ἔνδηλον, οὐκ ἐπὶ τοῖς καρποῖς, οὐδ' ἐν τοῖς ἄλλοις ἔχουσι τὴν ὑγρότητα τοιαύτην. ἐν ἅπασι δ' ἐνυπάρχει καὶ τούτοις καὶ τοῖς ἄλλοις τὸ κατὰ τὸν διορισμὸν τοῖς εὐώδεσιν. ὥστε τὸ ἔγχυλον ξηρῷ ἀπομιγνύμενον ἐμφαίνειν τινὰ δύναμιν. εὐοσμότερα δὲ καὶ ἡδίω καὶ ὅλα καὶ κατὰ μέρος ἐν τοῖς εὐπνόοις καὶ ξηροῖς τόποις, ἀφῃρημένου τοῦ ὑδατώδους καὶ τοῦ καταλοίπου πεπεμμένου μᾶλλον. ὡς γὰρ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἡ ξηρότης οἰκειοτέρα ταῖς ὀσμαῖς καὶ μᾶλλον ἐνταῦθ' ἀποκλίνει πάντα. σημεῖον δὲ καὶ τὸ ἐν ταῖς θερμοτέραις χώραις πλείω γίνεσθαι, καὶ μᾶλλον τὰ εὔοσμα. πεπεμμένα γὰρ δηλονότι ἔνια μᾶλλον καὶ ξηραινόμενα ὄζει. χλωρὰ δ' οὐκ ὄζει. καθάπερ ὁ κάλαμος καὶ ὁ σχοῖνος· τὰ δὲ, καὶ μᾶλλον ὄζει ξηρανθέντα. καθάπερ ἴρις, καὶ ὁ μελίλωτος. οὕτω δὲ καὶ οἰνάνθη εὐοσμότερος. οὐ μὴν πάνθ' οὕτως, ἀλλ' ἔνια καὶ ἀνάπαλιν. ἃ δεῖ διαιρεῖν. ἁπλῆ δέ τις ἡ διαίρεσις. τῶν μὲν γὰρ ἀσθενεῖς αἱ ὀσμαί. τοιαῦται δὲ ὡς ἐπίπαν τὰ ἄνθη μάλιστα· τὰ μὲν εὐοσμότερα χλωρὰ καὶ πρόσφατα· χρονιζόμενα δὲ ἀμβλύνεται διὰ τὴν ἀποπνοήν. τῶν δ' ἰσχυρότεραι. τοιαῦται δ' ὅσα γεωδέστερα, ἢ γεωδεστέροις οὐ συμμέμικταί τις ὑδατώδης δύναμις· ταῦτ' ἀποξηραινόμενα καὶ παλαιούμενα μέχρι τινὸς εὐοσμότερα, ὥς καὶ τὰ μῆλα τὰ κυδώνια, καὶ ὅσα τῶν τε στεφανωματικῶν δριμείας ἔχει τὰς ὀσμάς. οἷον,

EX dulcibus nullus fere bene olet. Nam & mala dulcia odorem minime omnium reddunt, & eo minus, quo dulciora ſunt. Ratio, quod ſuccus dulcis craſſior, atque terreſtrior eſt, præſertim cum miſtus fuerit in fructu. Odor autem humoris tenuioris, ſiccioris, aptique diſſlari potius eſt, de quibus poſt hac etiam diſſeremus. Verum (vt ſummatim agamus) odor & foliorum, & ramorum, & in totum, arborum, atque plantarum in eiſdem generibus eſt, in quibus aliquid acredinis aut pinguedinis ineſt: quemadmodum certe fructus quoque ſupra dicti ſe habent, & quidam etiam ex vinoſis. Fructus etenim myrti odoratus, & ea quoque odorem aliquem reddit, & quæcunque talem acrimoniam, ſiue pinguis, ſiue vinoſi, ſiue etiam alius ſucci in ſuis fructibus habeat. Eadem ratio in genere quoque herbarum eſt, quas coronarias appellamus, vt ſerpylli, ſiſymbrij, cæterorumque: in oleribus, ceu ruta, apio, menta. Siccitas enim, & acritas, vel acerbitas his innoteſcit, non in fructibus, neque in cæteris, quæ humoris eiuſmodi ſunt. In omnibus vero tum in his, tum cæteris odoratis redditum illud per diſſinitionem omnino ineſt, vt demiſtum ſicco, quod ſapidum eſt, vim aliquam pariat odoris. Prorſus odoratiora, ſuauioraque, tam tota, quam particulatim locis placidi ſpiritus, ac ſiccis proueniunt: ſcilicet exhauſto humore aquoſo, excoctoque reliquo melius. Siccitas enim (vt ſimplius loquar) odori conuenientior eſt, & omnia odorata eo potius vergunt. Argumento etiam illud eſt, quod tractibus æſtuoſis plura,ślelioraque odoratorum genera prodeunt. Melius enim ibi concoquitur, & quædam ſicca magis olent. Viridia nihil olent, vt calamus, iuncus: nonnulla etiam plenius olent ſiccata, vt iris, ac ſertula campana. Sic & œnanthes odoratior eſt. Non tamen omnia ita ſe habent, ſed adhuc, quæ e diuerſo naturam habent, quæ diuidere oportet. Diuiſio vero ſimplex occurrit. Aliorum enim odores exiles, vt florum fere omnium, qui virides, atque recentes ſunt odoratiores: temporis autem ſpatio decurſo exhalationis cauſa hebeteſcunt. Aliorum odor validior eſt, vt eorum, quæ terrena magis, & in terrenioribus poſita ſunt. Quibuſque vis quædam aquoſa permiſta eſt, qua ſiccata, inueratàque ad quoddam vſq; temporis ſpatium, odoratiora redduntur. Cuius generis poma coronea ſunt, quæque ex coronariorum numero acré reddunt odorem:

τὸ ἀβρότονον μάλιστα καὶ τὸ ἀμάρακον καὶ ὁ κρόκος. ἅμα γὰρ ἀποπνεῖ τὸ ὑδατῶδες, καὶ ἡ τῆς τροφῆς ἐπιῤῥοὴ παύεται καὶ ὥσπερ πέψιν ἐν ἑαυτοῖς ἔνιά γε λαμβάνει. διὸ καὶ ἀφαιρεθέντα ἀπὸ τῶν φυτῶν εὐωδέστερα· καθάπερ τὰ μῆλα, καὶ ἄλλ' ἄττα. συμβαίνει δὲ καὶ τῶν ὀπωωδῶν ἔνια, χλωρὰ μὲν ὄντα μὴ ὄζειν διὰ τὴν ὑγρότητα, ξηρανθέντα δὲ, καθάπερ ἄλλα τε καὶ τὸ βούκερας. ἐπεὶ καὶ ὁ οἶνος τότε μάλιστα παρίσταται, καὶ ὀσμὴν λαμβάνει, ὅταν ἀποκριθῇ ὑδατῶδες αὐτοῦ. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα πάντα, παλαιούμενα εὐοσμότερα.

vt abrotonum præcipue, & ſampſucum, & crocum. Vna enim, & quantum humoris aquoſi eſt, exhalatur, & alimenti ceſſat acceſſio: & quædam veluti coctionis aliquid per ſe ipſa recipiunt. Vnde fit, vt a ſuis decerpta arboribus, odoratiora reddantur, vt mala, & quædam alia. Euenit, vt inter herbacea, quæ viridia ſint, nihil oleant propter humorem: ſicca autem oleant: vt alia quædam, & fœnum græcum. Nam & vinum tunc maxime conſtans perficitur, atque odorem capeſſit, cum pars eius aquoſa difflata exactaque eſt. Hæc igitur omnia odoratiora in vetuſtate efficiuntur.

ΚΕΦ. ΚΓ.

CAP. XXIII.

Cur debilia celerius euaneſcant. Cur etiam nimium exſiccata deterius oleant. Tum quamobrem flos eorum, quæ toto corpore odorata ſunt, non ſpiret.

ΤΑ δ' ἀσθενῆ, ταχὺ διαπνεῖται, καθάπερ τὰ ἴα μέλανα καὶ τά γε λευκὰ, πικρὰ καὶ κακώδη παλαιούμενα. καὶ οὐχ' ὥσπερ τὰ ῥόδα διατηρεῖ τὴν εὐοσμίαν ἀποξηραινόμενα· μέχρις οὗ ἂν ἐκλείπῃ· πλὴν τὰ μὲν χλωρὰ μᾶλλον καὶ πόῤῥωθεν ὄζει. ταῦτ' οὐδὲ τὸ αἴτιον, ὅτι καὶ κατέσκληκε πως, ἐκ λελοιπότος τοῦ οἰκείου θερμοῦ, καὶ οὐ δίδωσιν ἀποπνοήν. ἐπεὶ πρός τε τὰς χρείας οἱ μυρεψοὶ καὶ ταῦτα ἀποξηραίνουσι μέχρι τινὸς, ὅπως ἄκρατον καταλίπωσι τὴν ὀσμήν. ὁ δὲ μελίλωτος καὶ εἰς πλείω χρόνον εὔοσμος διαμένει. οὐ μὴν ἀλλ' ἔνιά γε τῶν εὐωδῶν ἄγαν καταξηραινόμενα, χείρους ἴσχει τὰς ὀσμὰς, τῷ δριμυτέρας εἶναι καὶ σκληροτέρας. ἔστι γάρ τις ὥσπερ καὶ οἴνου καὶ ἁπλῶς χυλοῦ σκληρότης καὶ ἰσχὺς, οὕτω καὶ ὀσμῆς, ὃ καὶ τῶν ἀγρίων ἔνια ὁμοίως δοκεῖ πρὸς τὰ ἥμερα πεπονθέναι. καθάπερ ἕρπυλλος, καὶ τὸ σισύμβριον, καὶ τῶν λαχανωδῶν μάλιστα τὸ πήγανον. σκληραὶ γὰρ αἱ ὀσμαὶ καὶ ἀγλυκεῖς. αἱ δὲ τῶν ἡμέρων, ἔχουσί τινα ἅμα τῷ ὑφειμένῳ γλυκύτητα καὶ εὐμένειαν. ἔστι γὰρ ὥσπερ ἐν χυλοῖς καὶ ὀσμαῖς γλυκύτης. σχεδὸν δὲ καὶ ἄλλαι προσηγορίαι τῶν εἰδῶν, ὡς οὐ πόῤῥω τῆς φύσεως ἑκατέρας οὔσης. ἀλλὰ γὰρ ποῖαι μέν τινες ὀσμαὶ χρόνιαι, καὶ ποῖαι ξηραινομένων εὐοσμότερα, καὶ τ' ἄλλα τὰ τούτοις ὅμοια, διὰ τῶν εἰρημένων θεωρείσθω καὶ ὅσα μὴ εἴρηται, ῥᾴδιον ἐκ τούτων συνιδεῖν. ὅσα δὲ μὴ κατὰ μέρος εὔοσμα, ἀλλ' ὅσα τυγχάνει, περὶ τούτων ἀπορήσειεν ἄν τις, ὃ καὶ πρότερον ἐλέχθη, διὰ τί τὸ ἄνθος οὐκ εὔοσμον αὐτῶν, ἢ οὐ κατὰ λόγον. ἐνδεῖ γὰρ καὶ τοῖς ἄλλοις μὴ οὖσιν εὐόσμοις, τούτοις μάλιστα διὰ τὸ προϋπάρχειν τὴν φύσιν. αἴτιον δὲ φαίνεται, διότι πέψις τίς ἡ ἄνθησις· τὸ δὲ πεττόμενον ἐν μεταβολῇ τοῦ ὑπάρχοντος. ὅσα μὲν οὖν αὐτὰ μὴ ὀσμώδη, τούτων πεττομένων τῶν χυλῶν. διὰ τὴν μεταβολὴν,

QVæ autem debilia ſunt, celeriter euaneſcunt: vt violæ tam nigræ, quam candidæ, amaræ, maleq; olidæ in vetuſtate reddũtur: nec ſicuti roſæ ſuum odorem etiam ſiccæ conſeruãt, dum deficiant penitus: virides tamẽ eminus redolent, ſiccæ non niſi proxime admotæ. Ratio, quod induratæ quodammodo defectu proprij caloris habitũ reddere nequeunt. Nam ad vſum quidã vnguẽtarij eas quoq; aliquatenus ſiccare conſueuerunt, vt odorem ſinceriorem relinquant. Sertula campana etiã plus temporis odorem ſeruat: cæterũ adſunt, quæ inter odorata nimiũ exſiccata deterius oleant, eo quod acriorẽ, durioremq; reddant odorem. Eſt enim quemadmodũ vini, atq; in totum ſucci, ſaporiſue duritia, vehementiaq;: ſic etiam odoris quod & inter agreſtia quibuſdam euenire videtur, ceu ſerpyllo, & ſiſymbrio, & in genere olerum rutæ præcipue. Sunt enim odores eorũ duri, expertesq; omnino dulcedinis. At vrbanorũ odores vna cum remiſſione dulcedinis quoq; aliquid benignitatiſq; habent. Eſt enim vt in ſapore, ita etiam in odore dulcedo: & cæteræ propemodum generum appellationes, tanquã naturæ eorum non multo inter ſe diſtent. Sed qui nam odores ſint diutini, & qui ſiccatis meliores reddantur, cæteraq; ſimilia, ſpectari ex prædictis oportet: quæq; a nobis ſunt prætermiſſa, facile per hæc eadem intelligi e cæteris poterunt. Quæ autẽ non particulatim, ſed toto corpore odorata ſunt, de his quæret ſane aliquis, quod prius dictũ iam eſt: quamobrem flos odoratus eſſe non poteſt. An non ex ratione id quæret? Nam & cæteris odore carentibus flos iſtiuſmodi deeſt, ſed in his potiſſimum enotatur: quia ratio, naturaq; odoris præceſſerit. Cauſa illa eſſe videtur, quod generatio floris concoctio quædam eſt: quod autem coquitur, in mutatione illius eſt, quod iam antea eſſet. Quæ igitur odorata ipſa non ſunt, horum flos, cum humor concoquitur, odorem aliquem capit: quoniam concoctio in mutatione eſt. Contra quæ odorata ſunt, horum odorem permutatione variare neceſſe eſt: quod

λαμβάνει τινὰ τὸ ἄνθος εὐοσμίαν. ἐπείπερ δὲ ἡ πέψις ἐν μεταβολῇ, ἀναγκαῖον ἐξαλλάττειν τὴν ὀσμήν· εὐόσμων δὲ ὄντων, ἧττον εὔοσμον ἔσται τὸ ἄνθος. αὕτη γὰρ ἐξαλλαγὴ ἔοικεν ὥσπερ ἀμβλύνσις τις εἶναι τῆς προϋπαρχούσης ὀσμῆς καὶ δυνάμεως. διὸ καὶ αὐτό φασιν ὄζειν τότε. τοῦτο μὲν οὖν εἰ [illegible] σκεπτέον. φέρει γάρ τινα πίστιν. φαίνεται δὲ παραπλήσιον συμβαίνειν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν χυλῶν τῶν τοιούτων καὶ τῶν ἐν τέλει καὶ πεπεμμένων πρὸς τοὺς ἀπέπτους, ὅταν πυρῶνται καὶ ἡλιῶνται· μεταβολῆς γὰρ γινομένης, οἱ μὲν εἰς τὸ βέλτιον, οἱ δὲ εἰς τὸ χεῖρον μεταβάλλουσι. τοὺς μὲν γὰρ πέττει, τῶν δ' οἷον ἐξίστησι τὸ θερμόν. ἀνάγκη γὰρ ὅταν ἐν τῷ τέλει γίνηται, τὴν μεταβολὴν εἶναι πρὸς τὸ χεῖρον. ὃ δὴ καὶ ἐνταῦθα φαίνεται συμβαῖνον, μαλακωτέρας τῆς ὀσμῆς γινομένης. οἷον γὰρ ἄνεσίς τις γίνεται ἀκράτου· ἅμα δὲ καὶ διυγραίνεσθαι συμβαίνει, ξηρὸν ὂν φύσει κατὰ τὴν αἴσθησιν. ἐπὶ οὐ γενέσεως οὐκ ἄνευ τούτων. κἂν ταύτῃ γίνοιτό τις ἄνεσις. εἰ δὲ ὑγρότης, ἀλλ' οἷον γλυκύτης ἔγκειται πρὸς τὴν τοῦ καρποῦ γένεσιν· ἅπαντα γὰρ ἐκ γλυκέως γεννᾶται. διὸ καὶ τὰ πολλὰ τῶν ἀνθῶν ἐστὶ γλυκέα. καὶ τοῦτο κατὰ λόγον, ἐκλελυμένην τε καὶ θηλυτέραν εἶναι τὴν ὀσμήν, οἷον ἐπιγλυκαίνουσαν, ἀφῃρημένης τῆς ἀκράτου δριμύτητος. τούτων μὲν οὖν τοιαύτην τινὰ αἰτίαν ὑποληπτέον.

quod ſi plene ſint odorata, flos minus odoratus proueniet. Hæc enim diuerſitas veluti hebetatio priſtini odoris ac virium eſſe videtur. Quapropter florem tunc olere poſſe affirmãt. Sed hoc an ita ſit, cogitandum. Fidem enim aliquam facit. Simile autem tum euenire videtur, vt in ſuccis coctis, atque in crudis, cum ignem ſentiunt aut ſolem: quippe facta mutatione, alteri in melius, alteri in deterius commutantur. Vis enim caloris alteros coquit, alteros ex ſua perfecta conditione dimouet. Cum enim res finem ſuum attigerit, mutationem in deterius fieri neceſſe eſt. Quod etiam hac in parte euenire videtur, cum odor emolliri inceperit. Fit enim velut remiſſio ſinceri odoris. Tum etiam euenit, vt ſuccus eiuſmodi, qui ſuapte natura ſiccus eſt, in prouentu floris humeſcat, ſi ſecus generatio fieri non poſſit, atque ita ſequatur remiſſio. Sin autem non humore, ſed dulcedine opus ſit ad fructuum generationem (omnia namque ex dulci creantur, & hinc flores magna ex parte dulces ſentimus) ea quoque ipſa ratione diſſolui effœminarique odorem conſentaneum eſt, quaſi dulceſcat exempta ſcilicet acredine illa ſincera. Horum igitur cauſam talem eſſe exiſtimandum.

ΚΕΦ. ΚΔ. — CAP. XXIIII.

Cur fructus agreſtes odoratiores vrbanis ſui generis ſint. De cauſa odoris in vino: & quamobrem, quod morale vocatur, celerius purgetur. Item ſi in ſucco eſt ſaporis gratia, & odor de ſucco prouenit, qualis vterque ſit.

Διὰ τί δ' οἱ ἄγριοι καρποὶ τῶν ἡμέρων εὐοσμότεροι τῶν ὁμογενῶν, οἷον μῆλά τε, καὶ ἀχράδες, καὶ οὖα, καὶ μέσπιλα καὶ τ' ἄλλα. καὶ αὐτῶν δὲ τῶν μήλων, ἔντε τοῖς ἀγρίοις στρυφνότατα καὶ τοῖς ἡμέροις εὐοσμότατα· καίτοι διὰ πέψιν γινομένης τῆς ὀσμῆς, προσῆκεν εὐοσμεῖν τὰ μάλιστα πεπεμμένα. περὶ δὴ τούτων, ἔστι μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅτι τὰ ἄγρια ὡς σκληρότερα, καθάπερ ἐν τοῖς ἄλλοις ἔτι δὲ καὶ οἰκειοτέρως ἔτι δύναιντο διελθεῖν τὰς πέψεις, τήντε τοῦ χυλοῦ καὶ τὴν τῆς ὀσμῆς ἔν τινι ἑκατέρα γίνεται. φαίνεται γάρ τινα ἔχειν διαφορὰν, εἴθ' ἑτέρων ὄντων, εἴ τε τοῦ αὐτοῦ μεταβάλλοντος. τοῦτο μὲν οὖν καθόλου διαίρεσιν ἔχει. πρὸς δὲ τὸ νῦν, ἱκανὸν τοσοῦτον ὅπερ καὶ φανερὸν, ὅτι ἡ μὲν γλυκύτης καὶ ὅλως ἡ εὐοσμία, παχε[illegible] γίνεται τῶν χυλῶν. διὸ καὶ γηράσκοντες οἱ καρποὶ καὶ ἡλιούμενοι, πάντες γλυκύτεροι. παχύνονται γὰρ ἀφαιρουμένου τοῦ ὑδατώδους. ἡ δὲ τῶν ὀσμῶν ἐν προτέρα τινὶ καὶ ἀτελεστέρα πέψει. σημεῖον δὲ καὶ ὅτι αὐτὰ τὰ εὐώδη

Cvr autem fructus agreſtes odoratiores vrbanis ſuis generis ſunt, vt mala, pira, ſorba, meſpila, & reliqua: atque ipſorum malorum tam ſilueſtrium quam vrbanorum, quæ acerbiſſima ſunt, ſuauiſſime olent? Atqui cum odor per coctionem acquiratur, quæ maxime cocta ſint, hæc olere melius putaueris oportere. Ergo de his dici quidem in vniuerſum poteſt: agreſtia duriora eſſe: quod in cæteris quoque rebus naturæ animaduertitur. Sed conuenientius ratio aſſignetur, ſiquis coquendi genera ſaporis atque odoris diſcernere valeat. Ita, vt quo in genere vis ſaporis odoriſue conſiſtat, compertum ſit. Enimuero differentiæ aliquid ineſſe videtur, ſiue differant inter ſe, ſiue idem ſint aliqua commutatione. Sed hoc diuidi generaliter poteſt. Ad rem autem nobis propoſitam illud ſatis eſt, quod & latiſſime patet, dulcedinem, & ex toto ſaporis ſuauitatem fieri non niſi ſucco craſſeſcente ſolere: qua de cauſa fructus ſeneſcentes, ſoleque ferueſcentes dulciores omnes efficiuntur. Craſſantur enim exempta parte humoris aquoſa. Odoris autem ratio in priore quadam minuſque perfecta coctione verſatur. Argumentum, quod ipſa etiam odorata,

καθάπερ ἄπιοι καὶ μῆλα καὶ τὰ ἄλλα μᾶλλον εὔοσμα γίνεται μὴ τελέως ἐκπεπανθέντα. καί τοι τό τε τοῦ χυλοῦ μάλιστα ἡ πέψις. καὶ ἔοικεν ἐν ταῖς προτέραις μεταβολαῖς τῶν χυλῶν. πλείους γὰρ εὐοσμίαι γίνονται, καθάπερ ἅμα πνευματική τις οὖσα, καὶ ὅπως τοῦ χυλοῦ τὴν οἰκείαν ἔχοντος φύσιν, ὅταν εἰς ταύτην ἐπέλθῃ, παχυνθεὶς καὶ πεφθείς, τὰ μὲν τῆς τροφῆς πλείω, τῆς δ' ὀσμῆς ἐλάττω· τὴν δὲ γλυκύτητα τὴν οἰκείαν, καὶ ὅλως τὴν τῇ αἰσθήσει πρόσφορον λαμβάνει. τὰ μὲν οὖν ἄγρια, μέχρι τῆς προτέρας προϊόντα, καὶ τὴν εὐωδίαν ἔχει κατὰ λόγον. τὰ δὲ ἥμερα τελειούμενα τῇ πέψει καὶ εὐτροφοῦντα, διὰ τὴν κατεργασίαν μεταβάλλει τοὺς χυλοὺς εἰς γλυκύτητα καὶ ἀοσμίαν. ἅμα δὲ καὶ τὴν ὑγρότητα, καὶ τὴν ξηρότητα, καὶ τὴν πολυτροφίαν καὶ ὀλιγοτροφίαν, καὶ τὴν εὔπνοιαν, εἰκός τι συμβάλλεσθαι πρὸς τὰς ὀσμάς. εἴπερ ὅλως καὶ τὰ ξηρὰ, καὶ ἐν ξηροῖς, καὶ ὀλιγότροφα, καὶ ἐν εὔπνοις, εὐοσμότερα. μιγνυμένη γὰρ ἡ πλείων ὑγρότης ἀμβλύνει τὴν ὀσμήν. διὸ καὶ ἐν τοῖς παλισκίοις καὶ ἐφύδροις, οὐκ εὔοσμα. καὶ μάλιστα δὲ τῇ παχύνσει καθάπερ εἴρηται λαμβάνει τὴν μεταβολήν. ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ ξηρότερα ἄγρια καὶ ὀλιγοτροφώτερα. καὶ εὔπνοα μᾶλλον καὶ ἐν ἡλιώσει· ἔτι λεπτοχυλώτερα, καὶ οὐχ' ὁμοίως τὸν χυλὸν ἔχοντα ἀναμεμιγμένον τῇ σαρκὶ τοῖς ἡμέροις. ἅπαντα δὴ ταῦτα συμβάλλεται πρὸς εὐοσμίαν. ἰδεῖν δὲ τοῦτ' ἔστι καὶ ἐπὶ τῶν οἴνων· οἱ μὲν γὰρ γλυκεῖς ἄοσμοι καὶ οἱ μαλακοί· τῶν δὲ ἄλλων οἱ λεπτοὶ μᾶλλον εὐώδεις καὶ θᾶττον τῶν πιόνων παριστάμενοι καὶ παχέων. ἔτι δὲ ἅμα τῇ εὐοσμίᾳ συμβαίνει καθάπερ χωρισμόν τινα γίνεσθαι τοῦ ὑγροῦ καὶ τοῦ γεώδους, ὑφισταμένης τῆς τρυγὸς, καὶ πρὸς τούτοις ἀποπνοὴν τοῦ ὑδατώδους. ὥστε διὰ πάντων εἶναι τὴν εὐωδίαν λεπτότητός τε καὶ χωρισμοῦ, καὶ διαπνοῆς. ἐπεὶ καὶ αὐτοῦ τοῦ κεραμίου τὸ πρὸς τῇ τρυγὶ ἧττον εὔοσμον. ἡ αὐτὴ δ' αἰτία, καὶ τοῦ θᾶττον παρίστασθαι τοὺς διηθικοὺς τῶν οἴνων. λεπτότεροι γὰρ καὶ ὥσπερ εὐθὺς ἄμικτοι· συνεπιμαρτυρεῖ δὲ καὶ ἐκ τῶν λεπτοτέρων καὶ εὐχύλων καὶ εὐπνόων εὐωδεστέρους γίνεσθαι, καὶ ἐκ τῶν πρεσβυτέρων ἢ νεωτέρων. ἔτι δ' ὡς πολύοσμοι καὶ ἰσχυροὶ ταῖς ὀσμαῖς· οὐκ ἔχουσι δὲ τῇ γεύσει τὸ μαλακὸν, ὡς οὐκ οὔσης ἅμα τῆς τε κατὰ τὸν χυλὸν εὐοσμίας, καὶ πολυοσμίας, καὶ ἰσχύος. ὅπερ ἐπὶ τῶν μύρων, καὶ ἐπὶ τῶν θυμιαμάτων, καὶ ἐπὶ τῶν στεφανωμάτων, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν εὐοσμωδῶν συμβαίνει· πάντα γὰρ πικρὰ καὶ δύσχυλα τὰ τοιαῦτα. καθάπερ αἱ ἀμυγδάλαι, καὶ οἱ ὀρφνοὶ δὲ τῶν οἴνων, ὀσμὴν μὲν ἔχουσιν ἔνιοι, σκληροὶ δὲ καὶ οὐκ εὔχυλοι. ἐξ ἁπάντων οὖν δῆλον, ὡς ἕτερον τοῦ χυλοῦ

vt pira, mala, & cætera plus reddunt odoris, ſi cocta in plenum non ſunt. Atqui ſaporis excoctio tum potiſſimum conſummatur, cum in plenum excoquitur. Et quidem in primis ſuccorum mutationibus videre id licet. Vberius namque odores inde proueniunt, seu ſimul & flatilis quædam eſſet odoris conditio, & ſuccus ſuam haberet naturam, ad quam cum veniſſet craſſatus excoctuſque, minus quidem odoris ſpirare: dulcedinem tamen conuenientem, atque in totum ſenſui accommodatam poſſit acquirere. Agreſte igitur genus ad priorem vſq; tantummodo coctionem deueniens, odorem quoque ratione adipiſcitur pleniorem. Vrbanum cum perfectiorem attingat cocturam, alimentoque abundet, propter vehementiorē confectionem ſuccos ſuos in dulcedinem odoriſque hebetudinem vertit. Tum etiam humiditatem, ſiccitatem, largitatem alimoniæ, parſimoniam, commoditatemque afflatus conferre aliquid ad odorem veriſimile eſt. Siquidem omnino quæ arida locisque aridis ſunt, quæ paruo alimento contenta degunt, quæ placide aſpirantur, odoratiora procul dubio ſint. Humor enim largius ſe permiſcens, odorem hebetat. Quapropter in opacis locis dilutiſque odorata nunquam proueniunt. Nimirum ergo dum craſſantur mutationem illam recipiunt, ſicut dictum eſt. Omnino autem (vt ſimpliciter id dicam) genus agreſte ſiccius, ieiunius, ſpiratius, feruentius, atque etiam ſucco tenuius eſt: nec ſuccum carni permiſtum habet modo vrbani. Quæ quidem omnia iuuant ad odorem efficiendum. Quod & in vino videre eſt. Quod enim dulce molleue eſt, caret odore. Quod tenuius inter cætera eſt, hoc odoratius: & celerius hoc quam pingue craſſumque cōſiſtit atque perficitur. Item vna cum odore euenit, vt fece ſidente, vel ſegregatio humoris partiſque terrenæ exhalatioque aquoſæ efficiatur: ita vt ex his omnibus ſuauis illa exoriatur olentia, id eſt, attenuatione, ſegregatione, exhalatione. Nam & in ipſo dolio pars vini, quæ eſt iuxta fecem, minus redolet. Hæc eadem cauſa eſt, & quamobrem genus vini quod morale vocatum eſt, celerius purgetur cōſiſtatque. Eſt etenim tenuius, & obiter quaſi vitio miſturæ immune. Confirmatur id etiā, quod ex tenuioribus & ſucco probatis, & quæ commode afflata ſunt, odoratiora proueniunt, & ex vetuſtioribus potius quā nouellis. Item quod, quæ large olent ac valide, mollitiem in guſtatione nullā præ ſe ferant: vtpote cū ſimul manere nequeant odor ſuauis & plenus ille, ac validus: quod etiam in vnguentis, incenſis, coronamentis, cæteriſque odoratis euenire videtur. Hæc etenim omnia amara ſunt maleque ſapida, ſicuti amygdalæ. Et montana vero vinorum genera odorem pleraque obtinent. Quæ dura, minuſque in ſapore commendata exiſtunt. Ex his ergo omnibus conſtat, aliud eſſe, quod faciat odoris ſuauitatem: ſi tamen cauſæ

το τὴν εὐοσμίαν ποιοῦν, τὴν συμμετρίαν τινὰ λαβὸν τῆς κράσεως· ἥδιστον δὲ τὸ ἐξ ἀμφοῖν· ἄλλως τε καὶ ἂν ἐν αὐταῖς ἀγρίων τινῶν ἔφαμεν εἶναι τὸ δριμὺ καὶ ἄκρατον. ὥσπερ ἑρπύλλου ἀβροτόνου, καὶ πηγάνου. μιχθείσης δὲ ὑγρότητος συμφύτου μᾶλλον εὐκράτους γίνεσθαι καὶ ἡδίους. μιγνύμενα γὰρ καὶ εὐχυλότερα γίνεται. ἐὰν δὲ ὑπερβάλλῃ θάτερον, ἐπιζητοῦμεν τὸ ἐλλεῖπον. ἅμα γάρ πως ἡ ἀπόλαυσις ἐν τοῖς τοιούτοις τῶν γευστῶν ὀσμῶν καὶ χυλῶν. χρὴ δὲ πειρᾶσθαι καθόλου διαιρεῖν ὥσπερ εἴπομεν. ἐν τῷ χυλῷ μὲν ἡ εὐστομία καὶ ἡ γλυκύτης· ἀπὸ τοῦ χυλοῦ δὲ ἡ ὀσμή, ποῖος ἑκάτερος καὶ πῶς ἔχων. ἐκεῖνο δὲ ἤδη φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἠπορήθη· διὰ τί οἱ ἄγριοι τῶν καρπῶν εὐοσμότεροι· φαίνεται δὲ κἀκεῖνο συμβαίνειν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἀτελέσι καὶ τοῖς στερητικοῖς χυλοῖς μᾶλλον εἶναι τὴν εὐοσμίαν· εἴγε τὰ μὲν, πικρά, τὰ δὲ δριμέα, τὰ δ᾽ ἀσθενῆ, τὰ δὲ, στρυφνά, τὰ δ᾽ ἄλλην ἔχοντα δυσχέρειαν. οὐκ ἀλόγως δ᾽ ἴσως· ἡ πνοὴ γάρ τις μᾶλλον ἀπὸ τούτων. ὥστ᾽ ἐὰν μὲν εὔκρατα λάβῃ, σύμμετρον εἶναι πρὸς τὴν ὄσφρησιν· ἐὰν δὲ ὑπερβάλλοντα, δυσχερῆ καὶ βαρεῖαν ἤδη. καὶ οὐκ αὖ δόξειεν ἐν στερήσει τοιοῦτον εἶναι γένος, ἀλλ᾽ ἑτέραν τινὰ φύσιν ἔχειν εἴ γε ἔνια ποιητικὰ τῶν ἄκρων. ἡ μὲν οὖν ἀοσμία, διὰ τοῦτο ἐν τοῖς γλυκέσι καὶ δυσχύλοις μᾶλλον. ὡς δ᾽ εἰπεῖν, τῶν ὀσμῶν, ἡ μὲν ἰσχὺς ἑκάστων, δῆλον ὅτι κατὰ τὴν ὑποκειμένην φύσιν.

cauſæ odoris ſaporiſque modus adſit: quod ex ambobus prouenit ſuauiſſimum eſt. Præſertim cum in quibuſdam agreſtibus acredo atque ſinceritas tædio admodum ſit, vt retulimus: ceu in ſerpyllo, abrotono, ruta, permiſtioneque natiui humoris temperatiora ſuauioraque redduntur. At ſi alterum immodice adſit, quærimus certe quod deeſt. Simul enim quodammodo in eiuſmodi guſtabilium genere, odoris atque ſaporis delectatio eſt. Sed diſcernere explicareque in vniuerſum tentandum, quemadmodum diximus: vt ſi in ſucco dulcedo ſit, aut aliqua genera ſaporis, odor autem de ſucco proueniat, qualis nam ſit vterque, & quo modo habeat. Illud igitur ex prædictis iam patet, quod principio quærebatur: quamobrem fructus agreſtes ſint odoratiores, atq; proinde euenire videatur, vt in imperfectis & priuatitiuis potius conſiſtat odoris ſuauitas: ſi quidem ex his alia amara ſint, alia acria, alia exilia, alia acerba, alia aliquid habeant tædij. Nec temere forſitan. Exit enim halitus quidem de his maiorem in modum: qui ſi temperatus ſit, modicus ſenſui occurrit: ſin minus, difficilis grauiſque eſt. Nec in priuatione genus id collocandum, ſed aliquam potius naturam aliam habere videtur. Siquidem nonnullam vim extremorum obtinent efficiendorum. Igitur odor his de cauſis in ſuccis minus dulcibus atque in ſuauibus ineſt. Odorum autem (vt ita dixerim) omnium poteſtas pro ſubiectæ naturæ ratione procul dubio eſt.

ΚΕΦ. ΚΕ. — CAP. XXV.

Cur aliqui flores ſuauiores diſtantes, quam proximi ſentiantur. Et cur odores plurimi mane ſentiantur, creſcente die minus, meridie minime. Tum de herba cui nomen heſperidi. Item quæ ætas plantis ad odorem aptiſſima. Et quibus rebus odores hebetentur. Cur præterea arcus cæleſtis loca vbi conſtiterit atque arbores reddat odoratas. Cur denique incenſa redoleant.

ΟΥ᾽ μὲν ἀλλ᾽ ἔνιά γε τῶν ἀνθέων ἐξ ἀποστάσεως, ἢ πλησίον ἐλθοῦσιν, εὐοσμότερα, καθάπερ καὶ τὰ ἴα δοκεῖ. τὸ δ᾽ αἴτιον, ὅτι πρὸς μὲν τὰ πόῤῥω, καθαρὰ φέρεται καὶ ἀμιγὴς ἡ ὀσμή· πλησίον δ᾽ ὄντων, ὅτι συναποῤῥεῖ τινα καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων μορίων ἅπερ οὐ διικνεῖται πρὸς τὰ πόῤῥω, διὰ τὸ γεωδέστερα καὶ παχύτερα εἶναι. καθόλου γὰρ ταῖς μὲν ἀσθενέσι τῶν ὀσμῶν, ἡ ἀμιξία· τῶν δ᾽ ἰσχυροτέρων ἐνίαις, αἱ μίξεις αἱ οἰκεῖαι χρησιμώτεροι, καθάπερ τοῖς χυλοῖς· οἷον καὶ ἡ σμύρνη δοκεῖ τῷ ἀμίκτῳ θυμιᾶσθαι, καταβραχεῖσα μελικράτῳ ἢ γλυκεῖ. μαλακωτέρα γὰρ ὀσμὴ κεραννυμένη καὶ γλυκυτέρα γίνεται. ταὐτὸ δὲ τοῦτο συμβαίνει καὶ ἐπὶ τῶν χυλῶν. ἔνιοι γὰρ δέονται μίξεως πρὸς εὐστομίαν. ὡς δ᾽

CÆterum aliqui ex numero florum diſtantes odoratiores, quam proximi ſentiuntur: quod etiam in violis deprehenditur. Ratio, quod ad locum remotiorem odor purus ſincerusq; deferatur. Effluunt enim de cæteris etiam partibus plantæ aliqua quæ longinquius tranſire non poſſunt, quia terrena magis craſſioraque ſunt. Quippe in vniuerſum, odorum generi imbecilli ſinceritas valentiore miſtura conueniens commodior eſt, ſicuti & ſaporibus. Exempli gratia, myrrha mulſo macerata melius quam ſincera redolere incenſa putatur. Odor enim melior atque dulcior redditur temperatus. Hoc idem & ſuccis euenit. Sunt enim qui miſturam deſiderant ad acquirendam ſuauitatem. Omnino (vt ſimplicius agam) odores plurimi ſinceriores-

ἁπλῶς εἰπεῖν, ἕωθεν καὶ ὀσμαὶ πλεῖσται καὶ ἀκεραιέσταται· προϊούσης δὲ τῆς μεσημβρίας, ἧττον· παρελθούσης δὲ τῆς μεσημβρίας, ἥκιστα. διὰ τὸ ἀναξηραίνειν τὸν ἥλιον. ὡς δ' ἐν ταῖς τῆς ἡμέρας ὥραις, ὁμοίως καὶ ἐν ταῖς τοῦ ἐνιαυτοῦ κατὰ λόγον. πλὴν εἴ τινων ὀσμαὶ καὶ πεπάνσεις τοῦ ἀέρος σύμμετροι πρὸς τὰς ὀσμάς, ὥσπερ καὶ ἔστιν ἐπὶ τῆς ἑσπερίδος καλουμένης. αὕτη γὰρ τῆς νυκτὸς ὄζει μᾶλλον ἢ καθ' ἡμέραν. κατὰ δὲ τὰς ἡλικίας, οὐκ ἐν ταῖς ἄκραις ἀλλ' ἐν ταῖς ἀκμαῖς εὐοσμότατα, μικρόν γε παρεγκλίνοντα, τὴν ἀκμήν. οὐ γὰρ ἴσως ἡ αὐτὴ χυλοῦ καὶ ὀσμῆς πέψις. τὸ μὲν γὰρ νέον, ἅτε πλείω τροφὴν ἐπισπώμενον, οὐ πέττει· τὸ δὲ γεγηρακός, ἐξασθενεῖ δι' ἔνδειαν θερμότητος. οὐ μὴν ἀλλὰ ταῦτά γε εὐοσμότερα τῶν νέων. ἐλάττων γὰρ ὑγρότης. ὥστ' ἐπικρατεῖ μᾶλλον ὥσπερ καὶ τὰ ἐν ταῖς χώραις ταῖς λεπτογείοις. ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν, τὰ ἐν ἀκμῇ, καὶ πρὸς εὐχυλίαν ἄριστα καὶ πρὸς εὐοσμίαν. ὧν ἑκατέροις ἐνταῦθα τὸ τέλος. ἐν δὲ τοῖς ψύχεσι καὶ πάγοις, ἀμβλύτεροι καὶ οἱ χυλοὶ καὶ αἱ ὀσμαὶ διὰ τὴν πῆξιν. πεπηγότα γὰρ οὐ διαδίδωσιν. ἅμα δὲ καὶ ἀφανίζεταί πως ὑπὸ τοῦ ψύχους κρατοῦντος μᾶλλον κἀκεῖνα καὶ ἡ αἴσθησις. ἀμφότερα γὰρ ἐξίστησιν· ἐκεῖνα δὲ μᾶλλον. ἐπεὶ καὶ τῶν καρπῶν ἐξαιρεῖται τὴν γλυκύτητα, διατμίζον τῇ πήξει καὶ ἐξαῖρον. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ τῶν καυμάτων ὑπερβολὴ τοὺς χυλοὺς λυμαίνεται. τὰ μὲν γὰρ κατακαίει, τὰ δὲ, οὐ πέττει, τὰ δ' ὥσπερ σήπει καὶ διϋγραίνει. καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν συκῶν ἐλέχθη. τὰς δ' ὀσμὰς ἴσως ἐνίων μᾶλλον διατηρεῖ. τάχα δὲ καὶ ποιεῖ, τάς γε ἐν τοῖς ξηροῖς γινομένας. ἄκρατοι γὰρ αὗται. πολλὰς δὲ καὶ φθείρει· τὰς δ' ἐν τοῖς καρποῖς διὰ τὸ ἐγχυλοτέρας καὶ μεμιγμένας τινὰς εἶναι. μὴ πεπαινομένων δὲ καλῶς, οὐ γίνεται. τὸ ὅλον χρὴ ἐν συμμετρίᾳ τινὶ τὴν μίξιν ὑπάρχειν, καὶ ἐμφαίνεσθαί πως τὴν τοῦ ξηροῦ φύσιν ἐν ταῖς ὀσμαῖς. τοῦτο γὰρ τὸ τὰς ὀσμὰς ποιοῦν, ἢ πάντων ἢ τινῶν. ὅπερ φανερὸν εὐθὺς καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ἐστὶν ἐν τοῖς ὑετοῖς. διακεκαυμένης γὰρ ἐν τῷ θέρει, τὸ θερμόν πως καὶ τὸ ὕδωρ ποιεῖ τὴν εὐωδίαν. ταῦτα δὲ ποιεῖ καὶ ἐν ἄλλοις. καὶ γὰρ τὸ περὶ τὴν ἶριν λεγόμενον, ὡς ὅπου ἂν κατέχῃ ποιεῖ τὰ δένδρα καὶ τὸν τόπον εὐώδη, τοιοῦτόν ἐστι. ποιεῖ γὰρ οὐ πάντως, ἀλλ' ἐὰν ὕλη τις ᾖ νεόκαυστος. οὐ δ' ἴσως καθ' αὑτὴν, ἀλλὰ τρόπον τινὰ κατὰ συμβεβηκός. ἐφύει γὰρ ὅπου ἂν ἐφιστῇ. πεπυρωμένης γὰρ τῆς ὕλης, ἡ κατάμιξις ποιεῖ τινὰ ἀτμίδα καὶ εὐωδίαν. οὐδὲ γίνεται πλῆθος ὕδατος· ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ψεκάς. ὥστε συμμετρίαν εἶναι πρὸς τὴν θερμότητα καὶ ξηρότητα. δεῖ δὲ καὶ αὐτὴν τὴν ὕλην ποιάν τινα προϋπάρχειν. οὐ γὰρ ἐν πᾶσι καὶ πάντως.

que mane ſentiuntur: die creſcente minus: meridie minime. Quod ſol omnia ſiccat: quemadmodum horis diei, ita etiam anni temporibus pro ratione mutantur. Præterquam ſiqua ſuos odores maturitateſque tempore alio capere ſolent: aut cœli temperies aliqua ad odores conficiendos accommodata contingat, ſicut in herba, cui nomen heſperidis patet. Hæc enim nocte plus redolet quam interdiu. Cæteris autem ſuo ſpacio non vltimo ſed medio cum maxime vigent, quæque odoratiſſima ſunt, vel vbi paululum a ſuo vigore declinarunt. Haud enim fortaſſe coquendi ratio eadem eſt ſaporis atque odoris. Nouella etenim planta alimentum excoquere nequit, vtpote quæ plus attrahat, quam poſſit conficere. Annoſa imbecillis penitus ob inopiam caloris inſiti eſt. Cæterum vetuſtæ odoratiores ſunt, quam nouellæ. Minus enim humoris in his eſt. Itaque magis valent exuperare: ſicut etiam, quæ ſolo gracili poſita ſunt. Licet tamen ſimpliciter illud aſſerere. Omnia quæ vigent præſtantiora, tum ſapore tum odore intelligi, modo finem hunc natura illis ſtatuerit. Frigore geluque, tam ſapores quam odores hebetiores ob denſationem redduntur. Nil enim concreta exprimere poſſunt. tum etiam oblitterantur quodãmodo ex volãtia frigoris: nec modo illa, ſed etiam ſenſus tollitur. Quippe vtraque ex ſuo ſtatu frigoris iniuria dimouentur, quanquam acrius illa, quam ſenſus: nam & fructuum dulcedinem frigus per gelationem euaporando educendoque eximit. Pari modo & nimietas æſtuum ſaporibus officit: alia namque exurit, alia non concoquit: alia veluti putrida & præhumida reddit (vt de ficubus dictũ eſt.) Odores tamẽ forſitan nonnullorum magis conſeruat: & forte illos creare poteſt, qui familiares locis aridis ſunt. Hos enim conſtat eſſe omnino ſinceros. Multos tamen corrumpit, qui ſcilicet conſiſtunt in fructibus: quia ſuccoſiores, indiſcretiq; *iſti ſunt.* Quippe odor non niſi matureſcentibus fructibus conſiſtere poteſt. In totum, in temperamẽto miſtionem eſſe oportet, naturamque ſiccitatis in ratione odoris, quæ quodammodo innoteſcere conuenit. *Siccitas* etenim eſt, quæ odores vel omnium, vel certe aliquorum facere poteſt. Quod obiter in terra quoque perſpicuum eſt, vbi tempore æſtiuo ſolo aduſto imbres acceſſerint. Humor enim admiſſus, feruentique puluери permiſtus, odorem generat. Quod idem in cæteris etiam facit. Nam & quod de arcu cœleſti referunt, arbores, & loca reddere odorata vbicunque conſtiterit, tale eſt. Reddit enim non omnibus modis odorata, ſed ſiqua materia recenter ſit aduſta: nec id forſitan per ſe agit, ſed quodammodo per accidens. Impluit enim ijs locis, in quibus cõſtiterit. Quippe materiæ combuſtæ admiſtus humor vaporem quendam odoremq; excitat. Neque enim aquæ multum deſcendit, ſiccitatiſque

ὅλως δὲ καὶ ἐν ἄλλοις ἥ τε πύρωσις καὶ ἡ κατά- … τῶν πεπυρωμένων ποιεῖ τινας εὐωδίας καὶ … , ἐὰν ἔχῃ τὸ σύμμετρον. ἐπεὶ καὶ τὰ θυμιάματα, πυρώδεις ταύτας εὐωδίας· μαλακῇ … οὐ καταπαυούσης θερμότητι· τὸ γὰρ σύμμετρον … πρὸς ὀσμήν. ἐκείνως δὲ φθορά.

modus non deſit. Materia quoque ipſa certæ ſit qualitatis, eſt neceſſe. Non enim in qualibet, neque quibuſuis modis illud fieri poteſt. Omnino vero etiam in cæteris crematio atque permiſtio creabunt odorem, ſi modica fuerit. Nam & incenſa ex hac ratione impoſita igni redolent, molli ſcilicet, nec rapido cuiquam & peruſurenti. Sic enim modus ſeruatur odoribus: aliter corruptio ſequitur.

ΚΕΦ. ΚϚ.

CAP. XXVI.

Cur animal nullum odoratum ſit, cum in genere plantarum odorata comperi permulta poſſint. Curque aliqua fœtida homini ſint: brutis vero odorata. Item ſapores, odoreſque agri, cœli alimoniæ ratione conſiſtere.

ΗἌγγυς δὲ καὶ ταὐτό πως τούτῳ. καὶ ἐπὶ μὲν τῶν δένδρων καὶ ὅλως τῶν ὑλημάτων, εὔοσμα πολλά. ζῷον δ' οὐδὲν, εἰ μὴ τὴν πάρδαλιν φασι, καθάπερ ἐλέχθη, τοῖς θηρίοις. τὰ μὲν γὰρ θερμὰ καὶ ξηρὰ τὴν φύσιν· ὥστε λεπτοτέρα, καὶ καθαρωτέρα τις ἡ αὐτῶν ἀναπνοή. τὰ δ' ἐν ὑγρότητι πλείονι καὶ ὑλωδεστέρα. διὸ καὶ ἡ ἀποπνοὴ τοιαύτη. καὶ ὅλως ἡ τροφὴ τῶν μὲν ἁπλῆ καὶ ἀπερίττωτος, τῶν δὲ, ποικίλη καὶ περιττωματική. συμβάλλεται δέ τι καὶ τοῦτο πρὸς εὐοσμίαν, ὅταν ἡ φύσις ἅμα προϋπάρχῃ ποιά τις. ἀρχὴ γὰρ αὕτη καὶ πρῶτον. ἐπεὶ οὐδὲ τὰ δένδρα πάντα εὐώδη, διὰ τὸ μὴ τὰς ὁμοίας ἔχειν κράσεις. τάχα δὲ καὶ ἡμῖν οὐκ ἔνδηλον ἐκ τῶν ζῴων τὸ εὔοσμον. διὰ τὸ χειρίστην εἶναι τὴν ὄσφρησιν. ἐπεὶ τάγ' ἄλλα καὶ πόρρωθεν αἰσθάνεται· καὶ τὰ σύνεγγυς ἀκριβέστερον. ἢ καὶ τὰ μὲν ἴσως αὐτοῖς εὐώδη, τὰ δὲ, καὶ ἀηδῆ πάντως φαίνεται· καθάπερ καὶ ἡμῖν ἑτέρων ἕτερα μᾶλλον. ἔνια δὲ καὶ ὅλως φεύγομεν. ἀλλ' ἐκεῖνο ἄτοπον ὃ καὶ πρότερον εἴπομεν, εἰ τὸ ἡμῖν κακῶδες καὶ ἄοσμον, ἐκείνοις εὔοσμον γίνεται. τάχα δ' οὐκ ἄτοπον. ὁρῶμεν δ' οὖν τοῦτο καὶ ἐφ' ἑτέροις συμβαῖνον ἐν. αὐταῖς εὐθὺς ταῖς τροφαῖς. ὧν μάλιστ' ἄν τις αἰτιάσαιτο τὰς κράσεις ἀνωμαλεῖς γε οὔσας. ἐπεὶ τάγε σχήματα Δημοκρίτου, καθάπερ ἐλέχθη, τεταγμένας ἔχοντα τὰς μορφὰς, τεταγμένα καὶ τὰ πάθη ἐχρῆν ποιεῖν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτω λεκτέον. ὃ δὲ καὶ μικρῷ πρότερον ἐλέχθη, καὶ νῦν πάλιν εἴπωμεν. ὅτι καὶ εὐοσμία καὶ ἡ εὐχυλία ζητεῖ τινα καὶ χώρας καὶ ἀέρος ποιότητα καὶ τροφῆς. δεῖ γὰρ μήτε ὑπερβάλλειν, μήτε ἐλλείπειν, μήτε ἀλλοτρίαν εἶναι τοῖς ὑποκειμένοις τὴν τροφήν. ὡς τὸ μὲν πλῆθος κωλύει τὴν πέψιν· τὸ δ' ἐνδεὲς οἷον ὕλην οὐκ ἔχει· τὸ δὲ μὴ οἰκεῖον. οὐ ποιεῖ τὸ τῆς φύσεως. τοῦτο δὲ μάλιστα ἐν τῷ ποιόν τι τὸ ἔδαφος εἶναι καὶ τὸν ἀέρα καὶ τὴν θερμότητα τοῦ ἡλίου. ταῦτα γάρ ἐστι τὰς τροφὰς καὶ πέψεις οἵας δὴ ποιοῦντα.

HVic ſane proxima, & eadem fere cauſa eſt: quamobrem in arboribus, & ad ſummam in genere plantarum odorata comperiri permulta poſſint: animal nullum penitus odoratum ſit, niſi quis pardalim dixerit belluis bene olere, vt dictum iam eſt. Genus etenim animalium ſiccum, & calidum ſuapte natura eſt. Itaque halitus eius tenuior, atque purior. Plantæ plus habent humoris, & plus materiati, (vt ita dixerim) extant, ideoque halitum quoque earum talem eſſe neceſſarium. Præterea alimentum ſimplex plātarum eſt, nec quicquam ſuperuacuum habet: animalium varium eſt, multaque habens ſuperuacua. Confert autem & aliquid ad odorem conficiendū, naturam qualitate anteceſſiſſe idonea. Principium enim, & res prima natura eſt. Neque enim arbores omnes ſuauiter olent, quia non conſimile temperamentum omnes habēt. Hæc ita eſſe cenſendum, ni forte odor, quem animalia reddunt, certus eſſe humano ſenſui nequeat, eo quod hominis olfactus omnium deterrimus eſt. Quippe cæteræ animantes & eminus ſentiunt, & quæ proxima ſunt, percipiunt exquiſitius. Vnde alia grata, alia penitus inſuauia hic concurrunt, ſicut etiam homini alia magis alijs grate redolent. Nonnulla etiam omnino vitamus. Sed mirum (quod antea diximus) ſiquod nobis fœtidum, inodoratumque ſit, gratum illis ſit. At mirum iſtud non ſit, quandoquidem & alijs euenire hoc idem videmus in ipſis protinus alimonijs, quorum temperamenta potiſſimū cauſam habere quiſpiam credet: vtpote, quæ inæqualia ſint, atque innormia. Figuras enim illas Democriti affectiones mutationeſque certas efficere poſſe arbitrandum, cum certas habent formas (vt dictum eſt.) Et hæc quidem ita probanda ſunt. Quod autem paulo ante diximus, nunc etiam afferendum: prorſus enim odoris, ſaporiſque ratio qualitatem quandam & agri, & cœli, & alimenti expoſcit. Nec excedere, nec deficere, nec auerſum eſſe ſubiectis alimentum oportet. quippe, quod excedit, coctioni impedimento eſt: quod deficit, velut materia caret: quod alienum eſt, fungi naturæ officio nequit. Maxime autem requiritur, & vt ſolum conueniat, & calores, ac frigora ſentiat. Hunc enim in modum alimentum & facultas coquendi ſubminiſtratur.

πρὸς ἑτέρους δὲ καρποὺς καὶ χυλοὺς ἑτέρα καὶ διάφορος. ὅτι δὲ ἀληθὲς τὸ λεγόμενον, ἐκ πολλῶν φανερόν. ἄλλα γὰρ ἐν ἄλλῃ χώρᾳ καὶ εὔοσμα καὶ εὔχυλα, καὶ κάρπιμα καὶ ἄκαρπα, καὶ βλαστητικὰ καὶ ἀβλαστῆ· καὶ γὰρ ταύτην ὑπὸ τὴν αἰτίαν τὰ αὐτὴν περιπίπτει. περὶ ὧν οὐδὲν ἕτερόν τις αἰτιάσαιτο παρὰ τὴν ἐκ τοῦ ἀέρος κρᾶσιν καὶ τὴν ἐκ τοῦ ἐδάφους τροφήν. καὶ γὰρ τὰ κωλύοντα καὶ αὔξοντα, ταῦτα καὶ τὰ τὴν πέψιν ποιοῦντα καὶ εὐχυλίαν. ἐπεὶ δὲ καὶ αἱ ὀσμαὶ καὶ οἱ χυλοὶ πολυειδεῖς, διὰ τοῦτο οὐ μία κρᾶσις οὐδὲ μία τροφὴ πᾶσι πρόσφορος, ἀλλ' ἑκάστοις ἡ πρὸς τὴν ἰδίαν φύσιν.

tur. Pro diuerſis autem fructibus & ſuccis, diuerſa requiruntur & alia. Hoc ita eſt: argumentis pluribus conſtat. Alia enim alio in agro bene olida, bene ſapida, frugifera, ſterilia, germine fertilia, infertilia. Nam ea quoque ſub eandem cauſam veniunt, de quibus non aliud cœli ſtatum, ac terræ alimentum pro cauſis aſſignare debemus. Enimuero quæ vetent, augeant, faciantque cocturam, iucunditatemque ſaporis hæc ſunt. Sed cum ſaporum, odorumque variæ ſint ſpecies: idcirco temperamentum non vnum omnium eſt, nec alimentum commodum omnibus vnū, ſed ſingulis, quod proprie naturæ reſpondeat.

ΚΕΦ. ΚΖ.

Cap. XXVII.

Quamobrem non omnia odoratorum genera locis omnibus feruidis prodeant. Et myrti Ægyptiæ cur odoratiſſimæ ſint: cum cæteræ inodorata gignantur, Cur item in Ægypto cætera preter myrtum, inodorata ſint.

Ὅθεν καὶ ταύτης τῆς ἀπορίας λύσις, διὰ τί ποτε μᾶλλον ὄντων εὐόσμων τῶν θερμῶν τόπων, οὐχ ἅπαντα ἐν ἅπασι τοῖς θερμοῖς τὰ εὔοσμα. ἔτι μᾶλλον διὰ τί ποτε τὰ μὲν παρὰ τοῖς ἄλλοις ἄοσμα, παρὰ τούτοις εὔοσμα, καθάπερ κάλαμος, καὶ σχοῖνος ἐν Συρίᾳ· τὰ δὲ παρὰ τοῖς ἄλλοις εὔοσμα, παρὰ ἐκείνοις οὐδὲν μᾶλλον, ὡς δέ τινές φασι καὶ ἧττον. καίτοι κατὰ λόγον καὶ ταῦτα μᾶλλον. ὑπὸ γὰρ τὴν λεχθεῖσαν αἰτίαν ἅπαντα ταῦτ' ἐστίν. ἡ γὰρ ἀνωμαλία τοῦ ἀέρος καὶ τῆς τροφῆς ἑτέων ὄντων καὶ τῶν εἰδῶν, ἄλλη πρὸς ἄλλους ἁρμόττει. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ αὐτῆς τῆς Συρίας βραχύς τις τόπος καὶ τοῦ καλάμου καὶ τοῦ σχοίνου. καὶ πάλιν τὸ ὀποβάλσαμον καί τινα τῶν ἄλλων τὰς εὐοσμίας ποιούντων, πρὸς μὲν τὴν οἰκείαν* πρὸς δὲ τὴν παρὰ τοῖς ἄλλοις εὐώδη παραπλησίαν ἢ χείρω κρᾶσιν ἔχει. καθάπερ συμβαίνει καὶ ἐπὶ τῶν καρπῶν. οὐ γὰρ ἴσης πάντα δεῖται θερμότητος οὐδεμίας· ἀλλὰ τὰ μὲν, πλείονος, τὰ δὲ ἐλάττονος καὶ μαλακωτέρας. ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἑψομένων καὶ ὅλως τῶν κατὰ τὰς τέχνας γινομένων. ἐνιαχοῦ δὲ καὶ τοῖς καθ' ἕκαστα εὔδηλον. ἐν Αἰγύπτῳ γὰρ χείριστα τὰ ἄνθη καὶ τὰ στεφανώματ' ὡς εἰπεῖν, ὅτι ὁ ἀὴρ ὁμιχλώδης καὶ δροσοβόλος. ἐν δὲ ταῖς τοιαύταις χώραις οὐ γίνεται τὸ ὅλον εὐωδία, διὰ τὸ μὴ γίνεσθαι πέψιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν ταῖς καταξήραις. ἐν ταύτῃ γὰρ ἐκπέττουσιν. ἐπεὶ τὰ περὶ Κυρήνην διὰ ταῦτα εὔοσμα. τά τ' ἄλλα καὶ μάλιστα τὸ ῥόδον καὶ ὁ κρόκος. ἡ γὰρ χώρα λεπτὴ καὶ ξηρὰ καὶ οὐκ ἄγαν θερμή. καθαρῷ τε γὰρ τῷ ἀέρι καὶ ἀνύδρῳ. πρὸς εὐωδίαν δὲ αἱ τοιαῦται τροφαὶ συμμετροῦνται. τὸ δὲ ῥόδον καὶ ὁ κρόκος ὀλιγότροφα. διὸ καὶ τῶν ἄλλων εὐοσμότερα·

VNde illius etiam quæſtionis petenda eſt ſolutio. Quamobrem cum loca feruida odoris fertilia ſint, nec omnia genera odoratorum locis omnibus feruidis prodeant, atque etiam magis illius, quare quæ alibi carent odore, hæc locis feruidis, odorata ſint, vt calamus, & iuncus in Syria: quæ autem odorata alibi, nihilo odoratiora comperiantur locis eiuſmodi, imo veró hebetiora, vt quidam aiunt. Quamquam vt odoratiora ſint, ratio poſtulare videtur. Hæc enim omnia prædicta cauſa continet. Quippe cœli, & alimenti conditio alia conuenit alijs, præſertim cum etiam ipſa genera diuerſa inter ſe ſint. Quapropter & Syriæ ipſius pars exigua eſt, quæ calamum ferat, & iuncum. Loca item, quæ ſuccum balſami, ac cætera odorata pariunt ſuis domeſticis aptiſſime ſe accommodant: cæteriſquæ alibi odorata naſcuntur, minus ſufficiunt, ſicut & fructibus euenit. Non enim parem calorem deſiderant omnia, neque ſimilem, ſed alia maiorem molliorem ac minorem. Quod etiam in ijs patet, quæ aqua coquuntur. Et ad ſummam, in ijs, quæ arte conficiuntur. Nonnuſquam ex ſingulis idem conſtat. Etenim in Ægypto flores, coronamentaque deterrima fere omnium generantur: quia cœlum caliginoſum, ac roſcidum eſt. Quippe locis eiuſmodi nullus pene odor contrahi poteſt, quoniam deeſt facultas coquendi: ſed potius aridis. In his enim plane excoquitur. Nam ea, quæ apud Cyrenam proueniunt, non niſi ratione ſiccitatis odorata ſunt, cum cætera, tum vel maxime roſa, & crocum. Ager enim ille tenuis, ſiccus, nec nimium feruidus. Aëre tamen puro ſitientique ambitur. Quæ quidem ad odorem creandum aptiſſima. Roſa vero, & crocum paruo alimento contenta ſunt, & proinde cæteris odoratiora creantur. Sed mirabilius, quod de

myrtis

θαυμασιώτερον δ' ἐν Αἰγύπτῳ τὸ περὶ τὰς μυρρίνας, ὅτι τῶν ἄλλων ὄντων ἀόσμων ὑπερβάλλουσιν αὗται τῇ εὐοσμίᾳ. καὶ γὰρ ἡ ξηρότης καὶ ἡ θερμότης οὐχ ἧττον ἀλλὰ μᾶλλον ἔν τισιν ὑπάρχει τῶν λοιπῶν. καὶ τὰ ἄλλα δὲ σχεδὸν τὰ κατὰ τὴν αἴσθησιν. ἔστι μὲν δὴ καί τι γένος ἕτερον ἴσως, ὃ μεταφυτευόμενον εἰς ἑτέρας χώρας, οἷον Κύπρον, Ῥόδον, Κνίδον, ἐμφαίνεταί τι τῆς δυνάμεως. οὐθὲν μέντοι τῶν αὐτῶν ἀλλὰ καὶ πλατυφυλλότερα γίνεται. λεπτὴ γὰρ ἐκείνη καὶ τὴν εὐωδίαν οὐκ ἐγγὺς πρὸς ἐκείνην. οὐ μὴν ἀλλὰ τό γε πλεῖστον τῆς χώρας τὸ αἴτιον, καὶ τὴν ἰδιότητα ποιεῖ πρὸς τὰ ἄλλα τὴν θαυμαζομένην. τὸ γὰρ [illegible] μήτε μεγαλόκαρπον εἶναι μήτε λευκὸν ἀλλὰ μέλαιναν, οὐχ ὑπεναντίον πρὸς τὴν εὐωδίαν. ἄμφω γὰρ ξηρότης. αἰτιῶνται δὲ ὡς μικρόμυρτον, διὰ τὸ μὴ γίνεσθαι τὸ οὐράνιον ὕδωρ ὡς ἐπιζητοῦντος τοῦ καρποῦ. τὰς δὲ δρόσους οὐ βοηθεῖν. τοῦτο μὲν οὖν καὶ ἔτι τοιοῦτον ἕτερον, ᾧ συμβαίνει δυνάμεις ἰδίας ἔχειν παρὰ τὰ ἄλλα κατὰ τόπους ἐνίους, ἰδιωτέρων δεῖται λόγων. ὁ γὰρ κοινός, ὅτι πολλὰς ἀνωμαλίας αἱ χῶραι φέρουσιν, ἀληθὴς μέν, προσαπαιτεῖ δὲ καὶ τὰς οἰκείας δυνάμεις καὶ διαφοράς. ἔοικεν οὖν ὁμοίως καὶ τὸ ἐν Κιλικίᾳ περὶ τὰς ῥόας συμβαῖνον. ὡς γὰρ ἐκεῖ περὶ τὸν χυλόν, ἐνταῦθα περὶ τὴν ὀσμὴν ἡ δύναμις καὶ ἡ ἰδιότης. ἐκεῖ μὲν οὖν αἰτιάσαιτ' ἄν τις τὴν τοῦ ποταμοῦ γειτνίασίν τε καὶ φύσιν. ἡ γὰρ ῥόα, φίλυδρον. καὶ μεταβάλλει φασὶν ἐξ ὀξέως εἰς γλυκύ, ἐὰν ἔχῃ πολυϋδρίαν· ὥστ' εἰ διαρρέων ὁ ποταμὸς ἅμα τῷ πλήθει καὶ τῇ ποιότητι ποιεῖ τοιαύτην μεταβολήν, οὐδὲν ἄτοπον. ἐνταῦθα δὲ πειρᾶσθαι γέ τινα δεῖ ζητεῖν ἰδίαν αἰτίαν, ἥτις οἰκεία πρὸς τὴν εὐοσμίαν. ἔοικε δὲ μάλιστα τοιαύτη τις εἶναι, συντιθεμένων εἰς ταὐτὰ πάντων, οἷον τοῦ τε κοινοῦ καὶ τοῦ ἰδίου γένους τῆς μυρρίνης καὶ τοῦ ἐδάφους καὶ τοῦ ἀέρος. αὐτὸ δὲ τὸ φυτὸν ὅλως ξηρὸν καὶ τὸ γένος τοῦτο μᾶλλον τῶν ἄλλων. δῆλον δὲ ἡ στενοφυλλία, καὶ ἡ μικροκαρπία, καὶ ἡ χρόα τοῦ καρποῦ· πάντα γὰρ ταῦτα ξηρότητος. τὸ δὲ ξηρόν, ὀλίγον ὑγρὸν ἔχει. τὸ δ' ὀλίγον εὔπεπτον. ἡ εὐωδία δ' ἐν πέψει τῇ πρὸς ὄσφρησιν. αὐτὴ δὲ ἄγλυκυς καὶ οὐκ εὔχυλος. ἀπὸ μὲν οὖν τοῦ φυτοῦ ταῦτα προϋπάρχοντα. ἀπὸ δὲ τοῦ ἐδάφους καὶ τοῦ ἀέρος, ὅτι τὸ μὲν ξηρόν, ὁ δ' ἀὴρ μαλακός. ἄμφω δὲ ταῦτα εἰς πέψιν. ὁ μέν, τῷ συνέψειν, ὁ δὲ τῷ καθυγραίνειν. ἐπεὶ καὶ ἐνταῦθα αἱ ἄγριαί τε τῶν ἡμέρων εὐοσμότεραι, καὶ αἱ ἐν προσηλίοις τῶν ἐνπαλισκίοις, καὶ μάλισθ' αἱ πρὸς μεσημβρίαν. ἅπασαι δ' αὗται τροφὴν ἐλάττω καὶ τὸ πέττειν πλεῖον ἔχουσιν. διὸ καὶ οὐδ' εὐαυξεῖς εἰς μῆκος ἀλλὰ θαμνωδέστεραι. καὶ γὰρ πάχος λαμβά-

myrtis Ægyptijs fertur. Quanquam enim cæteræ inodoratæ penitus ſunt: illæ tamen odoris ſuauitate excellunt: neque obſtat quod ſiccitas caliditaſque cæteraque fere, quæ ſenſus percipit, non minus in quibuſdam ex reliquis, ſed magis inſunt. At eſt forſitan genus, quod tranſlatum in alios tractus, vt Cyprum, Rhodum, Cnidum, non nihil ſuarum virium ſeruet: nihil tamen idem, ſed fronde etiam redditur ampliore. Quippe tenuis illa Ægyptia eſt, & odore longe præſtantior. Itaque loci natura illius cauſa potiſſima eſt, proprietatemque admirabilem præ cæteris gignit. Nam, & quod fructu exiguo, nec candido, ſed nigro genus hoc eſt, nihil odoris rationi repugnat. Fit enim vtrumque cauſa ſiccitatis. Et quidem cauſam fructus exiguitati aſſignant, quod aqua deeſt cœleſtis, cum id fructus deſiderat. Rorem enim haud ſatis auxiliari poſſe. Sed hoc, & quicquid eiuſmodi cauſæ ſit, vt pleraque loca vires habeant peculiares, ſeorſim diſputari debet. Communis enim ſententia, qua agros permultos habere inæqualitates aſſeritur: vera quidem, ſed priuatas etiam vires, ac differentias exigit. Proximum igitur eſſe illud quoque videtur, quod punicis in Cilicia euenit. Sicut enim ſapor illic peculiaris, ſic in Ægypto ſuauitas illa odoris peculiaris eſt. Sed vicinitatem, naturamque amnis cauſam illic eſſe putauerim. Punica enim aquarum auida eſt, & mutari eam confirmant ex acida in dulcem, ſi aquæ copiam obtineat. Itaque amnis perfluentis rigatione non modo quantitatem augeri, ſed etiam qualitatis mutationem afferri eiuſmodi mirum non eſt. Ægypto autem rationem peculiarem comperire tentandum, quæ ſuauitati odoris conueniat. Videtur autem poſſe reperiri, ſi omnia componantur in vnum, videlicet genus myrti commune ac proprium, & ſolum, & cœlum. Planta etenim ipſa ſicca omnino eſt, & genus illud plus quam cætera. Quod frondis anguſtia, & fructus exiguitate, colorque conſtat. Hæc enim ſiccitate omnia veniunt. Siccum autem parum habere humoris certum eſt. Iam quod paruum eſt, facile excoqui poteſt. Odoris autem ſuauitas in excoctione conſiſtit, quæ olfactui congruit. Hæc neque dulcis eſt, neque vllam ſaporis gratiam habet. Atque ratione plantæ hæc antecedunt. Soli autem, & aëris opera, quod ſolum ſiccum, aër mollis, ac placidus eſt, quæ vtraque cocturam plurimum augent, alterum quia concoquit, alterum quia humefacit. Nam & in hac parte ſylueſtres odoratiores vrbanis, & quæ in apricis poſitæ ſunt, præſtantiores vmbratilibus exeunt: præcipue quæ meridiem ſpectant. Quæ quidem omnes minus alimenti hauriunt, meliuſque quod hauſerint, coquunt. Itaque efficitur, vt non in longitudinem creſcant, ſed fruticoſæ euadant. Quippe quæ craſſitudinem capiant, findanturque multipliciter: eo quod initia multa capeſcunt, feruore ſcilicet percoquente,

quente,

νειν ἀρχὰς πέττοντος τοῦ θερμοῦ, καὶ μερίζοντος πανταχῇ· τὸ δ᾽ ἐν τοῖς παλισκίοις εἰς ἓν μόνον ἡ ὁρμή. διὸ καὶ μήκη μὲν αἱ ῥάβδοι λαμβάνουσι, πάχη δ᾽ οὔ. καὶ ἐκ τούτων αἱ βακτηρίαι· καθάπερ ἄλλοθί τε, καὶ ἐν Κιοσῷ. κοινὸν δὲ τοῦτο ἴσως ἐπὶ πάντων δένδρων ἐστί. λοιπὸν δ᾽ οὖν εἰπεῖν, διὰ τί ταῦτα οὐκ εὐώδη. τούτων δ᾽ αἰτιατέον δρόσον τὴν πρόσηλον· αὕτη δὲ πολλὴ πίπτουσα καθυγραίνεται, τὰ μὲν ἄνθη καὶ ὑγρότερα τὴν φύσιν ὄντα, μᾶλλον· τὰ δὲ ἄμικτα καὶ ξηρὰ ἔλαττον καὶ ἀσθενέστερον. διὸ καὶ κρατεῖ μᾶλλον ἀπὸ τῆς αὐτῆς ὑγρότητος ὁ μύρρινος. σημεῖον δὲ καὶ τὸ εἰρημένον ὑπὲρ αὐτοῦ. μικρόκαρπος γὰρ εἶναι δοκεῖ, διὰ τὸ μὴ λαμβάνειν τὸ κατὰ κεφαλῆς ὕδωρ ἱκανόν. ὥστε τοῦ μὲν μυρρίνου, διὰ τούτων πειρατέον ἀναζητεῖν τὰς αἰτίας.

quente, dirigenteque quaque verſus. At illæ, quæ loca tenent vmbroſa, impetum naturalem in vnum tantummodo faciunt. Quocirca vigæ non in craſſitudinem, ſed in longitudinem potius adoleſcunt, & baculis perquam idoneæ fiunt, vt tum alibi, tum circa Ciſthum pateſcit. Sed hoc omnium arborum commune fortaſſe eſt. Reliquum eſt, vt cauſam, quare odorata eſſe nequeantr,eddamus. Rori cauſa danda eſt, qui abunde deſcendens humefacit; flores largius, vtpote natura humidiores: reliqua leuius, quæ ſicca excretaque ſunt. Quamobrem myrtus humiditati huiuſmodi valentius reſiſtere poteſt. Argumento illud etiam eſt, quod de ea ſuperius diximus. Fructum enim puſillum ferre propterea creditur, quia nó ſatis cœleſti aqua potitur. Igitur cauſas myrti per illa ipſa indagare tentandum.

ΚΕΦ. ΚΗ.

CAP. XXVIII.

Cur frigidis locis odorata proueniant. Tum de iride Illyrica. Cur item aquæ nullum poſſint recipere odorem: vinum & oleum poſſint. Cur præterea vnguentarij in oleo reponant odores.

Τῶν δ᾽ ἐν τοῖς ψυχροῖς εὐόσμων, τὴν θερμότητα τὴν ἐν τῇ γῇ νομιστέον εἶναι. πανταχοῦ γὰρ θερμὸν τὸ πέττον· ἄλλοτε μὲν εὐθὺς προσπίπτον, ὁτὲ δὲ κατακλειόμενον· ὥσπερ καὶ ἐν τῇ τῆς ὀπώρας πεπάνσει. παραπλήσιον γὰρ τὸ συμβαῖνον. ἀντιπεριϊσταμένη γὰρ ἡ θερμότης εἰς τὴν γῆν καὶ συνελαυνομένη, πέττει· δεῖ δὲ καὶ τὴν γῆν, μήτε πηλώδη μήτε πίειραν εἶναι, μήτε γλίσχραν. καὶ διὰ τὴν ὑγρότητα οὐχ᾽ ὁμοίως ἐργάσεται τὸ θερμόν. ἀλλὰ τοιαύτην δεῖ εἶναι ὥστε μήτε τὸ ἐκ τοῦ ἀέρος δέχεσθαι ψυχρόν, τό, τε ἐν αὐτῇ θερμὸν, ἀποστέγειν καὶ τηρεῖν· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἐν τῇ Ἰλλυρίδι βελτίων ἡ ἶρις, ἢ ἐν Μακεδονίᾳ. ἐν δὲ τῇ Θρᾴκῃ καὶ ταῖς ἔτι ψυχροτέραις ἅμα καὶ ἀπεπτοτέραις ἄλλως ἄοσμος. καὶ γὰρ ἡ γῆ πίειρα, καὶ ἡ ὑγρότης πολλὴ, καὶ ὁ χειμὼν ἔκτοπος. ἐν δὲ ταῖς ἀλεειναῖς καὶ λεπταῖς, διὰ τὴν μαλακότητα τοῦ ἀέρος ἄοσμος. οὐκ ἴση γὰρ ἡ ἀντιπερίστασις. ἐξ ἀμφοῖν δὲ ζητητέον, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ὑπὲρ γῆς εὐόδμοις, καὶ ἐκ τοῦ ἐδάφους καὶ ἐκ τοῦ ἀέρος, τὰς δυνάμεις τὰς εἰς τὴν πέψιν συνεργούσας. ὑπὲρ μὲν οὖν τούτων, ἱκανῶς εἰρήσθω. τὰς δ᾽ ὀσμὰς ἤδη δὲ τὰς ἀπ᾽ ἀλλήλων οἱ καρποὶ μὲν οὐχ᾽ ἕλκουσιν, οὐδ᾽ ὅλως οὐδὲν τῶν ἐν τοῖς φυτοῖς μορίων, ὥστε γε καὶ ποιεῖν τι δῆλον. ὥστε καὶ παραφυτευόμενα γ᾽ ἔνια τῶν δριμέων, οἷον κρόμμυα καὶ σκόροδα, τοῖς στεφανώμασι. φασὶ γὰρ ὠφελεῖν εἰς εὐωδίαν. τοῦτο δ᾽ εἴπερ ἀληθὲς, δυοῖν θάτερον αἰτιάσαιτ᾽ ἄν τις. ἢ ὡς τὸ κακῶδες ἀφαιρουμένων. ἕκαστος γὰρ δὴ

Odoratorum autē, quæ tractus frigidi pariunt, rationem calori in terra concluſo imputare debemus. Vis enim caloris eſt, quæ vbique excoquit. Sed alias extemplo occurrit, alias ſe telluri inſinuat. Quemadmodum in autumnali fructuum maturitate pateſcit. Simile enim ibi eſt, quod euenit. Quippe calor, qui pulſus eſt a frigore, circumobſiſtens in terra excoquit. Verum neque limoſam, neque pinguem, neque lentam, glutinoſamque terram eſſe oportet. Humoris enim lentoriſque cauſa non æque calor ſuo fungetur officio: ſed talem eſſe profecto exigit, vt neque frigiditatem aëris circumfuſi admittat, & quantum caloris in ſe tenet, obturare ſeruareque polleat. Hac enim de cauſa iris melior in Illyride quam in Macedonia eſt. In Thracia vero, cæteriſque frigidioribus locis, ac minus cocturæ idoneis, odore penitus caret. Ager enim præpinguis, & humor multus, & hyems vehemens prohibent. In tepidis tamen atque gracilibus, minus odorata creatur propter mollitiem aëris. Non enim ibi par fieri coarctatio ac mutua compreſſio poteſt. Nempe vires ad coquendum idoneæ ex ambobus illis ſolo & aëre petendæ ſunt: quemadmodum de his quoque odoratis agendum, quæ ſuper terram excellunt. Sed de his ſatis dicta hæc ſint. Odores autem viciſſim nullus fructus, neque pars vlla arboris recipit, ita ſcilicet, vt aliquid certi odoris ſpirare poſſit. Quamobrem quædam acria iuxta ſerere conſueuimus, vt cepas, & illa iuxta coronarias plantas: id enim iuuare ad creandam odoris ſuauitatem affirmant. Quod ſi vere narratur, alterum ex

duobus

τρέφεσθαι τῷ οἰκείῳ, καὶ ἕλκει τὸ συγγενές. ἀφαιρεθέντος δὲ τοῦ ἀλλοτρίου, καθαρώτερον καὶ εὐωδέστερον τὸ λοιπόν. ἢ ὡς καταξηραινόντων τὸν τόπον [illegible] θερμότητα καὶ πολυτροφίαν. ἐν δὲ τοῖς ξηροῖς ἅπαντα εὐοσμότερα. τοῦτο μὲν οὖν ὡς ἂν καθ' ὑπόθεσιν εἰρήσθω. οἱ δὲ χυλοὶ χωρισθέντες ἕλκουσι. καὶ μάλιστα τό, τ' ἔλαιον καὶ οἶνος. ὃ δὴ καὶ ἄλογον φαίνεται, τί δήποτε, τὸ μὲν ὕδωρ καὶ λεπτομερὲς ὂν τοῦτο καὶ ἄοσμον καὶ ἄχυλον, καὶ ὅλως οὐ διειδές, οὐ δέχεται· τὰ δέ, καὶ ἔγχυλα καὶ ὀσμώδη καὶ παχύτερα δέχεται; ὁ δὲ οἶνος καὶ μὴ ἐμβαλλομένων ἀλλὰ πλησιαζόντων; ἕλκει γὰρ τῷ ἔχειν τινὰ θερμότητα ἐνοῦσαν. τοῦτο γὰρ ἕλκον. τὸ δ' ὕδωρ ἥκιστα ἔχει. φύσει γὰρ ψυχρόν. τὸ δὲ δὴ δεξόμενόν τε ἅμα καὶ διατηρῆσον, μὴ οὕτω στεγνὸν ὡς λεπτόν τι καὶ φυλακτικὸν εἶναι. τὸ μὲν γὰρ δίεισιν, ὥσπερ ἠθμὸς οὐκ ἔχον ᾧ στέγει, τὸ δὲ σωματωδέστερον καὶ πυκνότερον εἴς τε τὸ δέξασθαι καὶ τηρεῖν εὐφυές, πρὸς ἄμφω συμμετρίαν ἔχον. ἅπερ ἀμφότερα τῷ οἴνῳ καὶ τῷ ἐλαίῳ συμβέβηκε. καὶ οἱ μυρεψοὶ δὲ τὰς ὀσμὰς εἰς τὸ ἔλαιον τίθενται. καὶ γὰρ ἄλλως ἁρμόττον πρὸς τὴν χρείαν, καὶ ἅμα δύναται μάλιστα θησαυρίζειν διὰ τὴν ἀμεταβλησίαν. τὸ δ' ὕδωρ εὐθὺς διαπνεῖ, καὶ ὥσπερ ἐκπλύνει καὶ διίστησιν. ἡ δὲ λεπτότης ὥσπερ εἴπομεν ἀχρήσιμος. ἐπεὶ οὐδ' ὁ ἀὴρ δύναται κατέχειν, ἀλλὰ διαπέμψαι μόνον.

duobus illis cauſam dixerim : aut quod quidquid mali odoris adſit, hæc detrahunt : aliter enim vnumquodque re ſibi ſimili, quodque ſibi cognatum ſit, nimirum attrahit. itaque parte aliena illa ſublata, reſiduum purius odoratiuſque relinquitur. Aut quod locum ſua caliditate ac alimenti copia exſiccent. Siccis etenim locis omnia proueniunt odoratiora. Sed hoc velut per ſuppoſitionem dictum accipies. Succi vero expreſſi odores facile trahunt, & maxime oleum, & vinum. Quod contra rationem videtur. Cur enim aqua, quæ tenuiſſima eſt, omnique odore, ſaporeque vidua & clara ac limpida, nullum poteſt recipere odorem: quæ autem ſapida, olida, craſſioraque ſunt, recipere poſſunt? Vinum tamen, etiam ſi res odorata non ſit iniecta, ſed iuxta poſita, odorem poteſt attrahere, quod calorem in ſe aliquem habet. Vis enim caloris eſt, quæ attrahit. Quod cum aqua nullatenus habeat (eſt enim natura frigida) nihil attrahere poteſt. Item quod ſuſcepturum ſeruaturumque ſit odorem, non tam tenue ſimplexque eſſe quam aqua debet. Odor enim recepturus in eo delabitur atque effunditur, quaſi fundus nullus ſit, qui obſiſtere poſſit: ſed calloſius, ac denſius eſſe oportet. Tale enim ad ſuſcipiendum, ſeruandumque odorem aptiſſimum eſt, dum ad vtrumque ſe modice habeat: quod quidem vtrumque vino, & oleo contingit. Et vnguentarij quidem odores in oleo reponunt. Cum enim alias ad vſum accõmodatur, tum ſeruare odorem maxime omnium poteſt: quia incommutabile permanet. Aqua vero protinus exhalat, & quaſi eluit, atque diſcernit. Tenuitas vero (vt diximus) inutilis eſt. Neque enim aër retinere odorem poteſt, ſed tranſmittere tantum idoneus.

ΚΕΦ. ΚΘ.

CAP. XXIX.

Quæ ſicca odorem potiſſimum ſuſcipiant. Item quando veſtigia leporum certius redolent. Tum quando nullo odoris tranſitu ſolum affici poteſt. Curque odoratiora ſint alia ex vrbanis, alia ex ſylueſtribus. Cur etiam veſtigia leporum autumno præcipue redoleant.

Τῶν δὲ ξηρῶν, μάλιστα μὲν ὅσα μανὰ καὶ ἄοσμα καὶ ἄχυλα. καθάπερ ἔρια καὶ τὰ ἱμάτια, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅσα χυλοὺς ἔχει καὶ ὀσμάς, ὥσπερ καὶ τὸ μῆλον. καὶ γὰρ τοῦτο δέχεται καὶ ἕλκει τὰς ἐκ τῶν χυλῶν ὀσμάς. * ἐγγύλοις γὰρ αὐτὰ μᾶλλον. χρὴ γάρ, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, μήτε κατάξηρον εἶναι τὸ δεξόμενον, ὥσπερ τέφραν ἢ ἄμμον, μήτε κάθυγρον. τὸ μὲν γὰρ διιὸν οὐχ ἅπτεται· ἐν δὲ τῷ, διαχεῖται καὶ ἐκκλύζεται. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὰ ἴχνη τῶν λαγῶν εὐσημότερα, ψεκασθέντα μαλακῶς ὑπ' αὐτὴν τὴν κυνηγίαν. ἐμμένει γὰρ μᾶλλον διὰ τὸ σφοδρῶς ἀπερείδεσθαι καὶ εἰς βάθος, καὶ οὐχ ὥσπερ ξηρᾶς οὔσης ἐπιπολῆς, οὐδ' αὖ πηλώδους, ὥσπερ ἐφ' ὕδατι καὶ νότῳ. ἐναντία γὰρ καὶ τὰ πνεύματα καὶ τὰ ὕδατα, καὶ ἀπόλλυσιν ἄμφω τὰς ὀσμάς.

EX ſiccis ea potiſſimum odorem ſuſcipiũt, quæ ſoluta, inolida, atque inſipida ſunt: ceu lanæ, veſtimenta, & quicquid generis eiuſdem. Cæterum poſſunt & quæ ſaporem odoremq; reddunt, ceu malum: hoc enim trahit ac ſuſcipit humorum odores. Quippe (vt ſimpliciter loquar) quod odorem ſit recepturum, neq; præaridum, vt cinerem aut arenam, neq; præhumidum eſſe oportet. Alterum enim nullo odoris tranſitu affici poteſt, alterum diffundit ac diluit omnem odorem. Hinc enim & veſtigia leporum leuiter irrorato ſolo certius redolent. Altius enim impreſſa firmiter adhærent, nec ſublimiter vagantia deliteſcunt: quemadmodũ cum arida humus eſt. neq; demerſa in profundum abolentur, vt cum terra limoſa ob imbrem vel auſtrum eſt. Flatus enim, & aquæ aduerſantur, perimuntque odores. Quapro-

ἀλλὰ δεῖ καθάπερ ἀπομάγματα τῶν δακτυλίων μέσην τινὰ ἔχειν κρᾶσιν. καὶ περὶ μὲν τούτων, ἅλις. ἐπεὶ δὲ τὰ μὲν, ἥμερα. τὰ δ' ἄγρια τῶν εὐόσμων, οὐκ ἀκολουθεῖ κατὰ τὸ γένος ὅλως τὸ εὐοσμότερον καὶ γὰρ ἐνίοτε εὐοσμότερον καθάπερ τὸ ῥόδον. ἔνθα δὲ τὸ ἄγριον· ὥσπερ τὸ ἴον τὸ μέλαν καὶ ὁ κρόκος. ὁ δ' ἕρπυλος καὶ τὸ ἑλένιον δριμύτερα. καθάπερ καὶ τῶν λαχανωδῶν τὸ πήγανον. αἴτιον δὲ ὡς μὲν εἰπεῖν καθόλου, τὸ καὶ πρότερον λεχθὲν, ὅτι τὴν συμμετρίαν ἑκάτερα λαμβάνει δι' ἑκατέρου τῆς ὑγρότητος καὶ ξηρότητος ἐξ ὧν αἱ ὀσμαί. ὡς δὲ καθ' ἕκαστα, φανερὸν ἐπισκοποῦσι· τὸ μὲν γὰρ ἴον τὸ μέλαν, καὶ ὁ κρόκος, οὔτε πολλῆς δεῖται τροφῆς, ἐξ αὑτῶν θ' ἱκανὴν ἔχει, κεφαλόρριζα γάρ. ὥστ' ἐν τοῖς ἡμέροις ἡ πλείων ἀπεπτοτέρα. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τοῖς μὲν, τέφραν περιβάλλουσι, τοῖς δ' ἐπιπάττουσι. τὸ δὲ ῥόδον καὶ ὁ ἕρπυλος, καὶ ὅσα ὅμοια τούτοις, ἄγρια μὲν ὄντα ξηρότερα τοῦ συμμέτρου γίνεται. διὸ τὸ μὲν ῥόδον ἀσθενὲς, οἷον τὸ ἄοσμον ἄνικμον ὄν. οὐδὲ γὰρ τὸ ἴον τὸ λευκὸν ἐν ταῖς ἄγαν ξηραῖς καὶ λεπταῖς εὔοσμον, οὐδ' ὅπου θερμὸς σφόδρα καὶ ἔμπυρος ὁ ἀήρ. ἀναξηραίνει γάρ. ὁ δ' ἕρπυλος καὶ τὸ ἑλένιον καὶ τ' ἄλλα τὰ τοιαῦτα διὰ τὴν ξηρότητα τραχείας γ' ἂν ἴσχει καὶ σκληρὰς τὰς ὀδμάς· ἡμερούμενα δὲ, μαλακωτέρας. ἡ δὲ συμμετρία, ὅτι καὶ πέψιν ποιεῖ καὶ εὐοσμίαν, φανερόν. ἐπεὶ καὶ τῶν εὐωδῶν, ὀσμαὶ, πρὸς τῷ κατὰ φύσιν καὶ τὴν τοῦ ἀέρος εὐκρασίαν ἀπαιτοῦσιν, ὥστ' ἀναμίγνυσθαι μήτε κωλύεσθαι μηδ' ὑφ' ἑνός. ἔοικε γὰρ τοιοῦτόν τι συμβαίνειν καὶ περὶ τὰ ἴχνη τῶν λαγωῶν ὡς ἀρτίως ἐμνήσθη μέν. οὔτε γὰρ θέρους εὔοσμα, οὔτε χειμῶνος, οὔτε ἦρος. ἀλλὰ μάλιστα τοῦ φθινοπώρου· χειμῶνος μὲν γὰρ ὑγρὰ, ξηρανθέντα διὸ καὶ μεσημβρίας χείριστα. τοῦ δ' ἦρος αἱ τῶν ἀνθῶν ὀσμαὶ παρενοχλοῦσι. τὸ δὲ μετόπωρον σύμμετρον ἔχει πρὸς ἅπαντα τὴν ὄρασιν. περὶ μὲν οὖν ὀσμῶν καὶ χυλῶν τῶν ἐν τοῖς φυτοῖς καὶ καρποῖς, ἐκ τούτων θεωρητέον. ὅσα δ' ἤδη κατὰ τὰς μίξεις καὶ τὰ πάθη πρὸς ἄλληλα καὶ τὰς δυνάμεις, ταῦτα καθ' αὑτὰ λεκτέον.

Quapropter paſtillorum velut ſtrigmenta quædam medium retinet temperamentum, laudatur. Ac de his ſatis. Cum autem odoratorum alia ſylueſtria, alia vrbana ſint, præſtantia odoris non alterius tantum generis eſt. Nam & vrbanum præcellit, vt roſa, & agreſte: vt viola nigra, & crocum. Serpillum tamen, & helenium acriora, ſicut etiam in genere olerum ruta. Cauſa (vt in vniuerſum dicam) id eſt, quod ante iam dictum eſt. Vtraque enim vtroque illo, humiditate nimirum ac ſiccitate temperátur, ex quibus odores ſcilicet omnes oriuntur. At quod ſingulatim pateſcit, viola nigra, & crocum, neque multum alimenti deſiderant, & ſatis ex ſeſe habent. Sunt etenim capitata. Quamorbrem genus ſatiuum ſuam alimonię copiam excoquere nequit: & hinc etiam fit vt cinerem alijs congerant, alijs reſpergant. Roſa, ſerpyllum, & ſimilia generis agreſtis ſicca, ſupra modum efficiuntur: itaque roſa exilis, & nullo pene odore creatur. Quia debito caret humore. Neque enim viola candida, locis admodum ſitientibus, atque tenuibus odorata eſt: nec vbi cœlum vehementer feruidum eſt. Quia extra modum ſiccatur. Serpyllum, helenium, & reliqua generis eiuſdem, acres reddunt odores, cauſa ſiccitatis. Cum tamen in vrbanum habitum traducuntur, mollius redolent. Summetriam autem illam, cauſam tum odoris, tum coctionis eſſe, nullum dubium eſt. Nam & eorum odores, quæ bene olent, præter vim naturalem, aëris etiam mediam temperiem exigunt, quo miſceri omnique liberari impedimento poſſint? Et in veſtigijs quoq; leporum ſimile quiddam euenire videtur. Vt paulo ante commemorauimus. Neque enim æſtate redolent, neque hyeme, neque vere, ſed autumno præcipue. Quippe hyeme nimis humida, æſtate ſicca immodice ſunt. Quamobrem meridie hebetiſſima ſunt, vere florum odores perturbant, atque impediunt. Autumnus vero modice ſe habet ad omnia. Ergo de odore, ſaporeque plantarum, & fructuum contemplari ex prædictis debemus. Quæ autem ex miſtione, affectioneque mutua, & viribus oriuntur, hæc ſeorſum per ſe explanari dignius eſt.

Theo-

THEOPHRASTI ERESII OPVSCVLA

Græce & Latine,

EMENDATIORA.



LVGDVNI BATAVORVM,
Apud Iohannem Orlers, Andream Cloucq,
& Iohannem Maire. Aº. cIↄ. Iↄ. c XIII.

LIBRORVM FRAGMENTORVMQVE THEOPHRASTI HOC VOLVmine contentorum ſyllabus.

De lapidibus. Daniele Furlano interprete.
De ſignis pluuiarum. Eodem interprete.
De ſignis ventorum. Eodem interprete.
De ſignis tempeſtatis. Eodem interprete.
De ſignis ſerenitatis. Eodem interprete.
De igne. Adriano Turnebo interprete.
De odoribus. Eodem interprete.
De ſudoribus. Daniele Furlano interprete.
De vertigine. Eodem interprete.
De laſſitudinibus. Eodem interprete.
De piſcibus in ſicco degentibus. Eodem interprete.
De animalibus, quæ colorem mutant.
De neruorum reſolutione.
De animi defectione.
De animalibus, quæ repente apparent.
De animalibus, quæ dicuntur inuidere.
De melle.
Notæ morales. Eodem interprete.

Theophraſti DE LAPIDIBVS LIBER.

Daniele Furlano interprete.

ΤΩ͂Ν ἐν τῇ γῇ συνισαμένων, τὰ μέν ἐσιν ὕδατος· τὰ δὲ, γῆς. ὕδατος μὲν, τὰ μεταλλευόμενα, καθάπερ ἄργυρος ϗ χρυσὸς, ϗ τἄλλα· γῆς δὲ, λίθος τε καὶ ὅσα λίθων περιττότερα· καὶ εἴ τινες δὴ τῆς γῆς αὐτῆς ἰδιώτεραι φύσεις εἰσὶν, ἢ χρώμασιν, ἢ λειότησιν, ἢ πυκνότησιν, ἢ ϗ ἄλλῃ τινὶ δυνάμει.

Περὶ μὲν οὖν τῶν μεταλλευομένων ἐν ἄλλοις τεθεώρηται. περὶ δὲ τούτων, νῦν λέγωμεν. Ἅπαντα οὖν ταῦτα χρὴ νομίζειν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐκ καθαρᾶς τινος συνεσάναι ϗ ὁμαλῆς ὕλης, εἴτε ῥοῆς εἴτε διηθήσεως διά τινος γινομένης, εἴτε, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, καὶ κατ' ἄλλον τρόπον ἐκκεκριμένης· τάχα γὰρ ἐνδέχεται, τὰ μὲν οὕτως, τὰ δ' ἐκείνως, τὰ δ' ἄλλως. Ἀφ' ὧν δὴ καὶ τὸ λεῖον ϗ τὸ πυκνὸν, ϗ τὸ σιλπνὸν, ϗ διαφανὲς, ϗ τἄλλα τὰ τοιαῦτα ἔχουσι. ϗ ὅσῳ ἂν ϗ ὁμαλέσερον καὶ καθαρώτερον ἕκασον ᾖ, τοσούτῳ ϗ ταῦτα μᾶλλον ὑπάρχει. τὸ γὰρ ὅλον, ὡς ἂν ἀκριβείας ἔχῃ κατὰ τὴν σύσασιν ἢ πῆξις, οὕτως ἀκολουθεῖ καὶ τὰ ἀπ' ἐκείνων. ἡ δὲ πῆξις, τοῖς μὲν ἀπὸ θερμοῦ, τοῖς δ' ἀπὸ ψυχροῦ γίνεται. κωλύει γὰρ οὐδὲν ἔνια γένη λίθων ὑφ' ἑκατέρων συνίστασθαι τούτων· ἐπεὶ τά τε τῆς γῆς ἅπαντα δόξειεν ὑπὸ πυρὸς, ἐπείπερ αὖ τοῖς ἐναντίοις ἑκάστων ἡ πῆξις καὶ ἡ τῆξις· ἰδιότητες δὲ πλείους εἰσὶν ἐν τοῖς λίθοις· ἐν γὰρ τῇ γῇ χρώμασί τε καὶ γλισχρότητι ϗ λειότητι καὶ πυκνότητι, καὶ τοῖς τοιούτοις

EORVM quæ in terra concreſcunt, alia ex aqua ſunt, alia ex terra. ac metalla quidem, ex aqua; qualia aurum, argentum, & reliqua: ex terra autem & lapis, & quæcunque ſunt lapidum genera præſtantiora, & ſi quæ etiam ipſius terræ ſunt genera magis inſignia, aut leuore, aut colore, aut denſitate, aut aliqua alia facultate. Et metallorum quidem naturam alio opere contemplati ſumus: de his autem dicamus in præſentia. Omnia igitur hæc (vt ſimpliter dicam) putandum eſt, ex pura aliqua atque æquabili materia concreuiſſe, quæ aut affluxu aut percolatione facta ſit, aut aliquo alio excreta modo. Fortaſſe enim fieri poteſt, vt facta ſint hoc modo alia, illo nonnulla, aliter alia; Vnde etiam habent, vt ſint leuia, denſa, ſplendida, pellucida, ac ſimilia. & quo ſingula puriora, æquabilioraque fuerint, eo magis & hæc eſſe credendum eſt. Omnino enim, prout recte ſeſe habuerint, in miſtione & concretione, ſic & quæ ab his fiunt, conſequantur neceſſe eſt. Porro concretio, alijs a calido, alijs a frigido fit. nihil enim fortaſſe impedit, quin aliqua lapidum genera ab vtroque conſiſtant: quandoquidem terrena omnia ab igne videri poſſunt conflari, quod liquatio & concretio a contrarijs fiat. Sane proprietates multæ ſunt in lapidibus. Nam in terra colore, lentore, lenore, denſitate, atque alijs huiuſcemodi dif-

αἱ ῥοαὶ διάφοροι· κατὰ δὲ τὰ ἄλλα σπάνιοι. τοῖς δὲ λίθοις αὗταί τε, καὶ πρὸς ταύταις αἱ κατὰ τὰς δυνάμεις, τοῦ τε ποιεῖν ἢ πάσχειν, ἢ τοῦ μὴ πάσχειν. τηκτοὶ γάρ· οἱ δ', ἄτηκτοι· καὶ καυστοί· οἱ δ', ἄκαυστοι· καὶ ἄλλα τούτοις ὅμοια. καὶ ἐν αὐτῇ τῇ καύσει καὶ πυρώσει πλείους ἔχοντες διαφοράς· ἔνιοι δὲ τοῖς χρώμασιν ἐξομοιοῦν λέγονται δυνάμενοι τὸ ὕδωρ, ὥσπερ ἡ σμάραγδος. οἱ δ' ὅλως ἀπολιθοῦν τὰ τιθέμενα εἰς ἑαυτούς. ἕτεροι δὲ ὁλκήν τινα ποιεῖν· οἱ δὲ βασανίζειν τὸν ἄργυρον, ὥσπερ ἥ τε καλουμένη λίθος Ἡράκλεια, καὶ ἡ Λυδή· θαυμασιωτάτη δὲ καὶ μεγίστη δύναμις, εἴπερ ἀληθὲς, ἡ τῶν τηκτῶν. γνωριμωτέρα δὲ τῶν καὶ ἐν πλείοσι κατὰ τὰς ἐργασίας· γλυπτοὶ γὰρ ἔνιοι καὶ τορνευτοὶ, καὶ πριστοί. τῶν δὲ οὐδὲ ὅλως ἅπτεται σίδηρον· ἐνίων δὲ κακῶς καὶ μόλις. εἰσὶ δὲ πλείους καὶ ἄλλαι κατὰ ταύτας [διαφοραί.] αἱ μὲν οὖν κατὰ χρώματα καὶ τὰς σκληρότητας καὶ μαλακότητας, καὶ λειότητας, καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα, διὰ τὸ περιττὸν, πλείοσιν ὑπάρχουσιν· καὶ ἐνίοις γε κατὰ τόπον ὅλον, ἐξ ὧν δὴ καὶ διωνομασμέναι λιθοτομίαι, Παρίων τὲ καὶ Πεντελικῶν, καὶ Χίων τὲ καὶ Θηβαϊκῶν, καὶ ὡς ὁ περὶ Αἴγυπτον ἐν Θήβαις ἀλαβαστρίτης· καὶ γὰρ οὗτος μέγας τέμνεται· καὶ ὁ τῷ ἐλέφαντι ὅμοιος, ὁ χερνίτης καλούμενος· ἐν ᾗ πέπλῳ φασὶ καὶ Δαρεῖον κεῖσθαι. καὶ ὁ πόρος ὅμοιος τῷ χρώματι καὶ τῇ πυκνότητι τῷ Παρίῳ, τὴν δὲ κουφότητα μόνον ἔχων τοῦ πόρου· διὸ καὶ ἐν τοῖς σπουδαζομένοις οἰκήμασιν, ὥσπερ διάζωμα τιθέασιν αὐτὸν οἱ Αἰγύπτιοι † μέλας αὐτόθι διαφανὴς ὁμοίως τῷ Χίῳ, καὶ παρ' ἄλλοις δὲ ἕτεροι πλείους. † Αἱ μὲν οὖν τοιαῦται διαφοραὶ, καθάπερ ἐλέχθη, κοινότεραι πλείοσιν. αἱ δὲ κατὰ τὰς δυνάμεις τὰς προειρημένας, οὐκ ἔτι τοῖς ὅλοις ὑπάρχουσιν, οὐδὲ συνεχείαις λίθων, οὐδὲ μεγέθεσιν· ἔνιοι δὲ καὶ σπάνιοι πάμπαν εἰσὶ καὶ σμικροὶ, καθάπερ ἥ τε, σμάραγδος, καὶ τὸ σάρδιον, καὶ ὁ ἄνθραξ, καὶ ἡ σάπφειρος. καὶ σχεδὸν † λόγον εἰς τὰ σφραγίδια γλυπτῶν· οἱ δὲ καὶ ἐν ἑτέροις εὑρίσκονται διακοπτομένοις. ὀλίγοι δὲ καὶ οἱ περὶ τὴν πύρωσιν καὶ καῦσιν. ὑπὲρ ὧν δὴ καὶ πρῶτον ἴσως λεκτέον, τίνας καὶ πόσας ἔχουσιν διαφοράς.

Κατὰ δὴ τὴν πύρωσιν οἱ μὲν τήκονται καὶ ῥέουσιν, ὥσπερ οἱ μεταλλευτοί· ῥεῖ γὰρ ἅμα τῷ ἀργύρῳ καὶ τῷ χαλκῷ καὶ σιδήρῳ, καὶ ἡ λίθος ἡ ἐκ τούτων. εἰ τοίνυν διὰ τὴν ὑγρότητα τῶν ὑπαρχόντων, εἴτε καὶ δι' αὑτάς. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ πυρομάχοι, καὶ οἱ μυλίαι ῥέουσιν, οἷς ἐπιτιθέασιν οἱ καίοντες. οἱ δὲ καὶ ὅλως λέγουσι πάντας τήκεσθαι, πλὴν τοῦ μαρμάρου. τοῦτον δὲ κατακαίεσθαι, καὶ κονίαν ἐξ αὐτοῦ γίνεσθαι. δόξειε δ' ἂν οὕτως ὅλως ἐπὶ πλεῖον εἰρῆσθαι· πολλοὶ γὰρ οἱ ῥηγνύμενοι καὶ διαπηδῶντες ὡς οὐ μαχόμενοι

ferunt fluxiones: raræ vero ſunt ſecundum alia. Lapidum & præter has aliæ ſunt differentiæ, illæ ſcilicet, quæ ſumuntur a viribus, quibus aut efficere poſſunt, aut pati, aut minime. Sunt enim qui liquari poſſunt, & qui nequeunt: qui comburi, & qui minime: & alia huiuſce generis. quin & in vſtione ſpuplures habere differentias deprehenduntur. Aliqui autem dicuntur poſſe ſimilem ſibi colore aquam reddere, vt Smaragdus: alij in lapides commutare, quæ in ijs poſita ſint; alijs attrahendi vim eſſe, alijs auri & argenti experiundi; qualis Herculeus ſeu Lydius lapis eſt. Omnium autem maxima, & quam quis, ſi vera ſit, magnopere admiretur, facultas eſt liquabilium lapidum. Sed ea notior eſt & pluribus ineſt, quæ in opificijs cernitur. Nam alij cælantur, alij ſcalpuntur torno, alij ferro ſecantur: quoſdam ne attingere quidem ferrum poteſt: aliquos vix & male. Atque ſecundum has facultates plures ſunt differentiæ. Quæ vero ſumuntur a colore, duritie, mollitie, leuore, atque alijs huiuſcemodi, propter præſtantiam pluribus inſunt, atque nonnullis quidem toto aliquo loci tractu. Ex quibus iam nominatæ lapidicinæ Pariorum, & Pentelicorum, Chiorum, & Thebanorum. Quemadmodum eſt & Thebis alabaſtrites. Nam & hic magnus cæditur: & ebori ſimilis Chernites, vbi & Darium ferunt in peplo conditum. & Porus colore, & duritie Pario ſimilis, peculiari leuitate. quo fit vt in operoſioribus ædificijs Diazomatis loco ponatur ab Ægyptijs. Eſt & alius ibidem niger, perſpicuus, quemadmodum & Chius. & alibi plures alij. Atque hæ quidem differentiæ, quemadmodum diximus, communes multorum ſunt. Quæ vero ſecundum facultates ſunt, quas antea declarauimus, non item & totis inſunt aut continuiatibus, aut magnitudinibus lapidum. Nonnulli rari admodum, & exigui ſunt, vt Smaragdus, Sarda, Saphirus, Carbunculus, & omnino quicunque ad ſigilla ſcalpuntur. Aliqui inueniuntur in alijs, dum cæduntur. pauci autem ſunt, qui incendi & comburi poſſunt. de quibus quot, & quales habeant differentias primo loco dicendum eſt. Ad ignem igitur admoti nonnulli liquantur, & fluunt. quales ij, qui in metallis inueniuntur. Nam vna cum argento, ære ac ferro, fluit & lapis, qui ex ijs eſt. ſeu propter humiditatem eorum, quæ in illo ſunt, ſeu etiam ſuapte natura. Eodem modo & Pyromachi vocati, & molares lapides liquantur ſuper ea, quibus, qui comburunt, impoſuerint. Sunt qui affirmant omnes liqueſcere præter marmor. hoc enim comburi, & cinerem ex hoc fieri. quod omnino videri poſſit nimio plus quam ſit dictum eſſe. multi enim ſunt, qui franguntur, & ſaliunt, tanquam repu-

gnantes

[καθὰ] τὴν πύρωσιν, ὥσπερ οὐδ᾿ ὁ κέραμος. ὃ καὶ κατὰ λόγον ἐστίν. οἵ τινες ἐξυγρασμένοι τυγχάνουσι· τὸ γὰρ τηκτὸν, ἔνικμον εἶναι ἀεί. καὶ ὑγρότητα ἔχει πλείω. φασὶ δὲ καὶ τῶν ἡλιουμένους μὲν ἀναξηραίνεσθαι τελείως, ὥστ᾿ ἀχρείους εἶναι μὴ καταβρεχθέντας πάλιν καὶ συμμαλαχθέντας· τοὺς δὲ καὶ μαλακωτέρους καὶ διαθραύστους μᾶλλον. φανερὸν δὲ ὡς ἀμφοτέρων μὲν ἐξαιρεῖται τὴν ὑγρότητα. συμβαίνει δὲ τοὺς μὲν πυκνοὺς ἀποξηραινομένους, σκληρύνεσθαι· τοὺς δὲ μανοὺς καὶ ὧν ἡ φύσις τοιαύτη, θραυστοὺς εἶναι καὶ τηκτούς. ἔνιοι δὲ τῶν θραυστῶν ἀνθρακοῦνται τῇ θραύσει, καὶ διαμένουσι πλείω χρόνον. οἷον οἱ περὶ Βῶνας ἐν τῷ μετάλλῳ· οὓς ὁ ποταμὸς καταφέρει. καίονται γὰρ ὅταν ἄνθρακες ἐπιτεθῶσι, καὶ μέχρι τούτου χρείας φυσᾷ τις. εἶτ᾿ ἀπομαραίνονται, καὶ πάλιν καίονται. διὸ καὶ πολὺν χρόνον ἡ χρῆσις. ἡ δ᾿ ὀσμὴ βαρεῖα σφόδρα καὶ δυσχερής. ὃν [δὲ] καλοῦσι σπῖνον, ὃς ἦν ἐν τοῖς μετάλλοις, τοιοῦτος διακοπεὶς καὶ συντεθεὶς πρὸς ἑαυτὸν, ἐν τῷ ἡλίῳ τιθέμενος, καίεται, καὶ μᾶλλον ἐὰν ἐπιψεκάσῃ καὶ περιρραίνῃ τις. ὁ δὲ Λιπαραῖος ἐκφοροῦταί τε τῇ καύσει, καὶ γίνεται κισηρώδης. ὥσθ᾿ ἅμα τήν τε χρόαν μεταβάλλειν καὶ τὴν πυκνότητα. μέλας τε γὰρ καὶ λεῖός ἐστι, καὶ πυκνὸς, ἄκαυστος ὤν· γίνεται δ᾿ οὗτος ἐν τῇ κισήρει διειλημμένος ἄλλοθι καὶ ἄλλοθι, καθάπερ ἐν κυτταρείῳ, καὶ οὐ συνεχής. ὥσπερ καὶ ἐν Μήλῳ φασὶ τὴν κίσηριν ἐν ἄλλῳ τινὶ λίθῳ γίνεσθαι. Καὶ ἐκεῖνος μὲν τούτῳ ὥσπερ ἀντιπεπονθώς· πλὴν ὁ λίθος οὗτος οὐχ ὅμοιος τῷ Λιπαραίῳ· ἐκφοροῦται δὲ καὶ ὁ ἐν Τετράδι τῆς Σικελίας γινόμενος. τοῦτο δὲ τὸ χωρίον ἐστὶ κατὰ Λιπάραν. ὁ δὲ λίθος ἐν τῇ ἄκρᾳ τῇ Ἐρινεάδι καλουμένῃ πολὺς, ὁμοίως ταῖς Βίναις καιόμενος, ὀσμὴν ἀφίησιν ἀσφάλτου. τὸ δ᾿ ἐκ τῆς κατακαύσεως ὅμοιον γίνεται γῇ κεκαυμένῃ. οὓς δὲ καλοῦσιν εὐθὺς ἄνθρακας τῶν θρυπτομένων διὰ τὴν χρείαν, εἰσὶ γεώδεις. ἐκκαίονται δὲ καὶ πυροῦνται καθάπερ οἱ ἄνθρακες· εἰσὶ δὲ περί τε τὴν Λιγυστικὴν, ὅπου καὶ τὸ ἤλεκτρον, καὶ ἐν τῇ Ἠλείᾳ βαδιζόντων Ὀλυμπίαζε τὴν δι᾿ ὄρους· οἷς καὶ οἱ χαλκεῖς χρῶνται. εὑρέθη δέ ποτε ἐν [τοῖς] Σκαπτησύλης μετάλλοις λίθος, ὃς τῇ μὲν ὄψει παρόμοιος ὢν ξύλῳ σαπρῷ· ὅτε δ᾿ ἐπιχέοιτό τις ἔλαιον, καίεται· καὶ ὅτ᾿ ἐκκαυθείη, τότε παύεται καὶ αὐτὸς ὥσπερ ἀπαθὴς ὤν.

Τῶν μὲν οὖν καιομένων σχεδὸν αὗται διαφοραί. ἄλλο δέ τι γένος ἐστὶ λίθων, ὥσπερ ἐξ ἐναντίων πεφυκὸς, ἄκαυστον ὅλως, ἄνθραξ καλούμενος. ἐξ οὗ καὶ τὰ σφραγίδια γλύφουσιν. ἐρυθρὸν μὲν τῷ χρώματι, πρὸς δὲ τὸν ἥλιον τιθέμενον, ἄνθρακος καιομένου ποιεῖ χρόαν. τιμιώτατον δ᾿ ὡς εἰπεῖν. μικρὸν γὰρ σφόδρα, τετταράκοντα χρυσῶν· ἄγεται δ᾿ οὗτος ἐκ Καρχηδόνος καὶ Μασσαλίας. οὐ καίεται δὲ ὁ περὶ Μίλητον γωνιοειδὴς ὤν. ἐν ᾧπερ καὶ τὰ ἑξάγωνα. καλοῦσι δ᾿ ἄνθρακα καὶ

gnantes combuſtioni, vt figulinus (quod & ratione fit) quippe qui exſiccati ſunt. quod enim liqueſcere poteſt, madidum eſt; & multum in ſe humorem continet. Ferunt etiam eorum, qui inſolantur, alios in totum exſiccari, vt nulli ſint vſui, niſi iterum madefacti, alios molliores, & fragiliores fieri. manifeſtum autem quod vtrumque humor extrahitur. Fit autem, vt denſi exſiccati obdureſcant: rari vero, & quorum compactio eiuſmodi eſt, & liqueſcant, & frientur. Quin & nonnulli fragilium lapidum, dum franguntur, in carbones euadunt, & diutius permanent. quales ſunt ad Benas in metallo, quos flumen defert. Comburuntur autem iniectis carbonibus, & inflante aliquo, donec opus ſit; dein ſiccantur, & vruntur iterum. Quocirca & diutinus eſt illorum vſus. odor autem grauis, ac teter eſt. Lapis autem, quem dicunt Spinum, in metallis reperitur, qui diſſectus, & in ſe congeſtus, ad ſolem ſi ponatur, vritur, quod vel magis euenit, ſi inſpergat & irroret aliquis. Liparæus vero lapis vſtus exinanitur, & pumicoſus euadit, vt & colorem & denſitatem immutet. Nam antequam vratur, niger, & denſus, & leuis eſt. Fit hic in pumice varijs partibus, veluti loculis quibuſdam diſcluſus, neque continuus. qualem ferunt & in Melo pumicem in alio fieri lapide. qui veluti rependit ac reſarcit. alioquin lapis hic Lypareo diſſimilis. Inanis etiam, & leuis eſt lapis, qui in Tetrade Siciliæ fit, qui locus e regione Lyparæ eſt. Porro lapis, qui in promontorio Erineade multus oritur, perinde atque ille, qui in Benis eſt, combuſtus bituminis odorem emittit: quod autem ex vſtione remanſerit combuſtæ terræ ſimile fit. quos autem Carbones vocant, qui propter vſum franguntur, terreni ſunt. Vruntur autem, & incenduntur vt carbones. Sunt hi in Lyguria, vbi etiam ſuccinum eſt, & in Elide Olympiam per montes petentibus. Quibus & vtuntur fabri. Inuentus & in Scaptiſulæ metallis lapis putrido ligno non abſimilis. qui cum oleum affunderes vrebatur, quod cum crematum eſſet, incendium deſinebat lapidis, tanquam eſſet inpatibilis. Atque eorum, qui comburuntur, tot pene ſunt differentiæ. Eſt autem aliud lapidum genus contraria natura, quod vri nequit. vt gemma, quæ vocatur Carbunculus, ex quo & ſigilla ſcalpuntur. Colore rubro, ardentis Carbonis ſpecie, ſi ad ſolem ponatur. precioſiſſimus, vt ita dicam. Nam valde paruus quadraginta aureis æſtimatur. Fertur hic Carthagine, & Maſſilia. Eſt & Mileſius, qui non vritur, angoloſus, in quo & ſexangula. Vocatur autem & hic Carbunculus. & ſane quod non vratur

mirum

τοῦτον. ὃ καὶ θαυμαστόν ἐστιν. ὅμοιον γὰρ τρόπον τινὰ καὶ τὸ τοῦ Ἀδάμαντος. οὐ γὰρ οὐδ᾽ ὥσπερ ἡ κίσσηρις καὶ τέφρα, δόξειεν ἂν διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν ὑγρόν. ταῦτα γὰρ ἄκαυστα καὶ ἀπύρωτα, διὰ τὸ ἐξῃρῆσθαι τὸ ὑγρόν. ἐπεὶ καὶ τὸ ὅλον ἡ κίσσηρις ἐκ κατακαύσεως δοκεῖ τισι γίνεσθαι. πλὴν τῆς ἐκ τοῦ ἀφροῦ τῆς θαλάσσης συνισταμένης. λαμβάνουσι δὲ τὴν πίστιν διὰ τῆς αἰσθήσεως. ἔκ τε τῶν περὶ τοὺς κρατῆρας γενομένων, καὶ ἐκ τῆς Διαβάρου λίθου τῆς φλογουμένης, ἣ καὶ κισσηροῦται. μαρτυρεῖν δὲ καὶ οἱ τόποι δοκοῦσιν ἐν οἷς ἡ γένεσις. καὶ γὰρ ἐν ταῖς μάλιστα καὶ ἡ κίσσηρις. τάχα δ᾽ ἡ μὲν οὕτως, αἱ δ᾽ ἄλλως. καὶ πλείους τρόποι τῆς γενέσεως. ἡ γὰρ ἐν Νισύρῳ καθάπερ ἐξ ἄμμου τινὸς ἔοικε συγκεῖσθαι. σημεῖον δὲ λαμβάνουσιν, ὅτι τῶν εὑρισκομένων ἔνιαι διαθρύπτονται ἐν ταῖς χερσὶν, ὥσπερ εἰς ἄμμον. διὰ τὸ μήπω συνεστάναι, μήδε συμπεπηγέναι. εὑρίσκουσι δ᾽ ἀθρόας κατὰ μικρὰ χειροπληθεῖς ὅσον πολλὰς, ἢ μικρῷ μείζους, ὅταν ἀπαμείρωνται τἄνω. ἐλαφρὰ δὲ σφόδρα καὶ ἡ ἄμμος. ἡ δ᾽ αὖ [καὶ] ἐν Μήλῳ πᾶσα μὲν, ἔνια δ᾽ αὖ ἐν λίθῳ τινὶ ἑτέρᾳ γίνεται, καθάπερ ἐλέχθη πρότερον. διαφορὰς δ᾽ ἔχουσι πρὸς ἀλλήλας, καὶ χρώματι, καὶ πυκνότητι, καὶ βάρει. χρώματι μὲν, ὅτι μέλαινα ἐκ τοῦ ῥύακος τοῦ ἐν Σικελίᾳ· πυκνός τε καὶ βαρεῖα, αὐτή τε καὶ μυλώδης. γίνεται γάρ τις καὶ τοιαύτη κίσσηρις, καὶ βάρος ἔχει καὶ πυκνότητα, καὶ ἐν τῇ χρήσει πολυτιμότερον τῆς ἑτέρας. τμητικὴ δὲ καὶ ἡ ἐκ τοῦ ῥύακος μᾶλλον τῆς κούφης καὶ λευκῆς. τμητικωτάτη δ᾽ ἐκ τῆς θαλάσσης αὐτοῦ.

Καὶ περὶ μὲν τῆς κισσήρεως ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω· περὶ δὲ τῶν πυρουμένων καὶ τῶν ἀπυρώτων λίθων, ἀφ᾽ ὧν καὶ εἰς τοῦτο ἐξέβημεν, ἐν ἄλλοις θεωρητέον τὰς αἰτίας.

Τῶν δὲ λίθων καὶ ἄλλαι [διαφοραὶ] τυγχάνουσιν. ἐξ ὧν καὶ τὰ σφραγίδια γλύφουσιν. αἱ μὲν τῇ ὄψει μόνον· οἷον τὸ Σάρδιον καὶ ἡ Ἴασπις, καὶ ἡ Σάπφειρος. αὕτη δ᾽ ἐστὶν ὥσπερ χρυσόπαστος. ἡ δὲ Σμάραγδος, καὶ δυνάμεις τινὰς ἔχει. τοῦτε γὰρ ὕδατος, ὥσπερ εἴπομεν, ἐξομοιοῦται τὴν χρόαν ἑαυτῇ μετρία μὲν οὖσα ἐλάττονος. ἡ δὲ μεγίστη πάντως· ἡ δὲ, χειρίστη, τοῦ καθ᾽ αὑτὴν μόνον. καὶ πρὸς τὰ ὄμματα ἀγαθή. διὸ καὶ τὰ σφραγίδια φοροῦσιν ἐξ αὐτῆς, ὥστε βλέπειν. ἔστι δὲ σπανία, καὶ τὸ μέγεθος οὐ μεγάλη. πλὴν εἰ πιστεύειν ταῖς ἀναγραφαῖς δεῖ ὑπὲρ τῶν βασιλέων τῶν Αἰγυπτίων, † ἔνιοι γὰρ φασὶ κομισθῆναι ποτ᾽ ἐν δώροις παρὰ τοῦ Βαβυλωνίων βασιλέως· μῆκος μὲν τετράπηχυν, πλάτος δὲ τρίπηχυν· ἀνακεῖσθαι δὲ καὶ ἐν τῷ τοῦ Διὸς ὀβελίσκῳ Σμαράγδους τέτταρας, μῆκος μὲν τετταράκοντα πηχῶν. εὖρος δὲ, τῇ μὲν τέτταρας, τῇ δὲ δύο. ταῦτα μὲν οὖν ὅτι κατὰ τὴν ἐκείνων γραφήν. τῶν δὲ Βακτριανῶν καλουμένων ὑπὸ πολλῶν, ἡ ἐν Τύρῳ μεγίστη. στήλη γάρ ἐστιν εὐμεγέθης ἐν τῷ τοῦ Ἡρα-

mirum eſt. Similis eſt & in Adamante ratio, non enim quemadmodum pumex & cinis ideo non vruntur, quod humore careant. hæc enim ignem non ſentiunt, quod humor ſuus extractus ſit: quandoquidem in vniuerſum pumex ex combuſtione nonnullis videtur fieri. præter illum qui concreſcit e [illegible]ma maris. Cuius rei argumentum ſu[illegible] ſenſibus. ex ijs, qui fiunt in crateribus, [illegible] Diabaro lapide, qui flammam concipit & pumex fit. Videntur autem huius rei teſtimonio eſſe loca, in quibus fit. Nam in ijs quæ ardent, præcipue inuenitur; quamquam fortaſſe hoc modo nonnulli alij aliter, fieri poſſunt, & eorum ortus plures ſunt modi. Nam qui eſt in Niſſyro tanquam ex arena quadam videtur compoſitus. Cuius rei ſignum accipiunt, quod ex ijs qui inueniuntur, aliqui friantur in manibus tanquam in arenam, quod nondum compacti concretique ſint. Horum plures globi congeſti reperiuntur manipulares, aut etiam paulo maiores egeſta deſuper arena. eſt autem & arena illa valde leuis. Omnis autem in Melo leuis. Nonnulli pumices in alio lapide fiunt. differunt autem inter ſe colore, pondere, duritie. Et colore quidem, quod niger eſt, qui ex riuo ignito fertur; grauis autem præterea, duruſque & molaris ille eſt. fit enim & huiuſmodi pumex ponderoſus, ac denſus, & in opere alio pumicum genere præſtantior. Ad detergendum magis valet, qui ex riuo ignito gignitur, quam leuis, & albus. maxime omnium qui ex mari, quod prope alluit, colligitur. Atque hactenus de pumice dictum ſit. Lapidum autem qui vruntur & non vruntur, a quibus huc digreſſi ſumus, cauſæ alio nobis in opere ſunt inſpiciendæ. Sunt & aliæ lapidum differentiæ, ex quibus etiam ſigilla ſcalpunt: nonnullæ enim ſpecie tantum commendantur, vt Sarda, Iaſpis, Saphyrus, quæ tanquam auro diſtincta eſt. Smaragdus autem & vires aliquas habet. Nam quod antea diximus, aquam in ſui ſimilem colorem mutat. paucam quidem qui mediocri eſt magnitudine, totam maximus, deterrimus illam tantum, qui prope ſit. & oculos iuuat. quocirca ſigilla ex illo ferunt, vt intueantur. Rarus quidem eſt, nec adeo magnus: niſi credamus Ægypti Regum annalibus, quibus traditum eſt, regi illorum a rege Babylonio miſſum Smaragdum munere quatuor cubitorum longitudine, & trium latitudine: item in Iouis obeliſco fuiſſe poſitos quatuor Smaragdos quadraginta cubitorum longitudine, latitudine vero partim trium, partim duorum. ex ijs autem, qui a multis Bactriani dicuntur, maximus in Tyro eſt. Pila enim eſt ſatis magna in Hercu[illegible]

templo,

κλεισμένῳ. εἰ μὴ ἄρα ψευδὴς Σμάραγδος· καὶ γὰρ τοιαύτη γίνεταί τις φύσις. γίνεται δὲ ἐν τοῖς ἐν ἐφόδοις [illegible] ἐρήμοις τόποις, διπλαχοῦ μάλι- [illegible] ἐν τοῖς χαλκορυχείοις, καὶ ἐν τῇ νήσῳ τῇ ἐπικειμένῃ Καρχηδόνι· καὶ ἰδιωτέρους εὑρίσκουσιν ἐν ταύτῃ. μεταλλεύεται γὰρ ὥσπερ ἄλλα καὶ ἡ φύσις· καὶ ῥάβδους ποιοῦσιν ἐν Κύπρῳ αὐτὴν καθ' αὑτὴν πολλάς· εὑρίσκονται δὲ σπάνιαι μέγεθος ἔχουσαι σφραγῖδος, ἀλλ' ἐλάττους αἱ πολλαί. διὸ καὶ πρὸς τὴν κόλλησιν αὐτῇ χρῶνται τοῦ χρυσίου. κολλᾷ γὰρ ὥσπερ ἡ χρυσοκόλλα. καὶ ἔνιοί γε δὴ καὶ ὑπολαμβάνουσι τὴν αὐτὴν φύσιν εἶναι. καὶ γὰρ τὴν χρόαν παρομοίαν τυγχάνουσιν. ἀλλ' ἡ μὲν χρυσοκόλλα δαψιλὴς καὶ ἐν τοῖς χρυσείοις, καὶ ἔτι μᾶλλον ἐν τοῖς χαλκορυχείοις, ὥσπερ ἐν τοῖς περὶ τοὺς σόβους. ἡ δὲ Σμάραγδος σπανία, καθάπερ εἴρηται. δοκεῖ γὰρ ἐκ τῆς Ἰάσπιδος γίνεσθαι. φασὶ γὰρ εὑρεθῆναί ποτε ἐν Κύπρῳ λίθον, ἧς τὸ μὲν ἥμισυ Σμάραγδος ἦν, τὸ ἥμισυ δὲ Ἴασπις· ὡς οὔπω μεταβεβληκυίας ἀπὸ τοῦ ὕδατος. ἔστι δέ τις αὐτῆς ἐργασία πρὸς τὸ λαμπρόν. ἀρχῇ γὰρ οὖσα οὐ λαμπρά. αὕτη τε δὴ περιττὴ τῇ δυνάμει, καὶ τὸ λυγγούριον· καὶ γὰρ ἐκ τούτου γλύφεται τὰ σφραγίδια· καὶ ἔστι στερεωτάτη, καθάπερ λίθος. ἕλκει γὰρ ὥσπερ τὸ ἤλεκτρον. οἱ δέ φασιν οὐ μόνον κάρφη καὶ ξύλον, ἀλλὰ καὶ χαλκὸν καὶ σίδηρον, ἐὰν ᾖ λεπτός. ὥσπερ καὶ Διοκλῆς ἔλεγεν. ἔτι [δὲ] διαφανής τε σφόδρα καὶ πυῤῥά. βέλτιον δὲ τὰ τῶν ἀγρίων, ἢ τὰ τῶν ἡμέρων· καὶ τὰ τῶν ἀῤῥένων, ἢ τὰ τῶν θηλειῶν· ὡς καὶ τῆς τροφῆς διαφερούσης, καὶ τοῦ πονεῖν, ἢ μὴ πονεῖν. [καὶ τῆς τοῦ σώματος ὅλως φύσεως, ᾗ τὸ μὲν ξηρότερον,] τὸ δ' ὑγρότερον· εὑρίσκουσι δ' ἀνορύττοντες οἱ ἔμπειροι. κατακρύπτεται γὰρ καὶ ἐπαμᾶται γῆν ὅταν οὐρήσῃ· γίνεται δὲ καὶ κατεργασία τις αὐτοῦ πλείων· ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ ἤλεκτρον λίθος. καὶ γὰρ ὀρυκτὸν τὸ περὶ Λυγιστικήν. καὶ τούτῳ ἂν ἡ τοῦ ἕλκειν δύναμις ἀκολουθοίη. μάλιστα δ' ὅτι δῆλος καὶ φανερωτάτη τὸν σίδηρον ἄγουσα. γίνεται δὲ καὶ αὕτη σπανία καὶ ὀλιγαχοῦ. καὶ αὕτη μὲν δὴ συναριθμείσθω τὴν δύναμιν ὁμοίαν ἔχειν. ἐξ ὧν δὲ τὰ σφραγίδια ποιεῖται, καὶ ἄλλαι πλείους εἰσίν. οἷον ἥ θ' Ὑαλοειδής, ἣ καὶ ἔμφασιν ποιεῖ καὶ διάφασιν. καὶ τὸ Ἀνθράκιον, καὶ ἡ Ὄμφαξ. ἔτι δὲ καὶ ἡ κρύσταλλος, καὶ τὸ Ἀμέθυσον· ἄμφω δὲ διαφανῆ. εὑρίσκονται δὲ καὶ αὗται καὶ τὸ Σάρδιον, διακοπτομένων τινῶν πετρῶν. καὶ ἄλλαι δ', ὡς προείρηται, πρότε- διαφορὰς ἔχουσαι, καὶ συνώνυμοι πρὸς ἀλλήλας. τοῦ γὰρ Σαρδίου, τὸ μὲν, διαφανὲς, ἐρυθρότερον δὲ, [καὶ] καλεῖται θῆλυ· τὸ δὲ, διαφανὲς μὲν, μελάντερον δὲ, καὶ ἄρσεν. καὶ τὰ λυγγούρια δ' ὡσαύτως. ὧν τὸ θῆλυ διαφανέστερον καὶ ξανθότερον. καλεῖται δὲ καὶ κυανὸς, ὁ μὲν, ἄῤῥεν, ὁ δὲ, θῆλυ. μελάντερος δὲ ὁ ἄῤῥεν· τὸ δ'

templo, niſi forte pſeudoſmaragdus ſit. Nam eſt & hoc Smaragdi genus. fit autem in notioribus, & qui magis in promptu ſunt, locis, & in duobus præſertim, in Cypro in auri metallis, & in Inſula quæ Carthagini adiacet, in qua & præſtantiores inueniunt. Nam & huius, quemadmodum & metallorum fodinæ ſunt, & in Cypro in venis pluribus ipſam per ſeipſam eruunt. Magnitudine ſigilli pauci reperiuntur, minores non pauci. Quamobrem & ad ferruminandum aurum his vtuntur. adglutinat enim & ſmaragdus perinde atque Chryſocolla. quin & non deſunt, qui eandem eſſe amborum naturam arbitrantur. ſunt enim colore quam ſimillimo. quamquam Chryſocolla copioſa in auri metallis & magis in ærarijs inuenitur, & in ijs locis, quæ circa fodinas ſunt. Smaragdus autem rarus eſt inuentu, quemadmodum dictum eſt; videtur enim ex Iaſpide fieri. ferunt enim inuentam aliquando in Cypro gemmam, cuius dimidium Iaſpis, & dimidium Smaragdus erat, tanquam nondum ab aqua mutatus. Ad hunc poliendum aliqua opera opus eſt; nam initio minus nitet. Hic igitur facultate præſtat, & ſimul lyncurium. Nam & ex hoc ſigilla ſcalpuntur, & ſolidiſſimum eſt lapidum modo: trahit enim vt & ſuccinum. Ferunt autem non modo feſtucas, & lignum trahere, verum etiam æs, & ferrum, ſi tenuia ſint, vt etiam dicebat Diocles. Ad hæc ſunt lyncuria valde pellucida, ac ignea, meliora vero, quæ e feris, quam e cicuribus, & e maribus, quam e fœminis. quippe quo veſcantur alimento, & quantum laborent, valde intereſt. inueniunt autem fodientes periti. Nam quando minxerit lynx terram aggerit, & cooperit; ponitur in hoc expoliendo multum operæ. Cum autem & ſuccinum lapis ſit, eſt enim foſſile, quod in Lyguria eſt, hunc etiam trahendi vis conſequatur neceſſe eſt. de Magnete enim clarum eſt: manifeſtiſſime enim ferrum ducit. Fit lapis ipſe rarus, & paucis locis, & hic ponatur quidem in eodem cenſu, tanquam ſimilem habeat facultatem. Porro lapilli, ex quibus ſigilla fiunt, plures alij ſunt, vt Hyaloides, qui & imagines reddit, & pellucidus eſt, & Carbunculus, & Omphax. Præter hos Chryſtallus, & Amethyſtus. Ambæ hæ gemmæ pellucidæ ſunt. inueniuntur autem, & hæ & Sarda, ſectis quibuſdam ſaxis, & aliæ, quæ, vt prius diximus, differunt quidem, licet cognomines. Nam Sarda, quæ tranſlucida eſt & magis rubet, fœmina dicitur. quæ autem tranſlucida eſt, & ad nigrum magis tendit, vocatur mas. Eodem modo & lyncuria, quorum quod fœmina dicitur flauius eſt, & magis pellucidum. Cyanus etiam altera mas, altera fœmina, nigrior autem mas.

Onyx

Ὀνύχιον, μικτὴ λευκῷ καὶ φαιῷ παρ᾽ ἄλληλα. τὸ δ᾽ Ἀμέθυσον, οἰνωπὸν τῇ χρόᾳ. καλὸς δὲ λίθος καὶ ὁ Ἀχάτης, ὁ ἀπὸ τοῦ Ἀχάτου ποταμοῦ τοῦ ἐν Σικελίᾳ· καὶ πωλεῖται τίμιος. ἐν Λαμψάκῳ δέ ποτ᾽ ἐν τοῖς χρυσίοις εὑρέθη θαυμαστὴ λίθος, ἐξ ἧς ἀνενεχθείσης πρὸς σφύραν, σφραγίδιον γλυφερὸν ἀνεπέμφθη βασιλεῖ, διὰ τὸ περιττόν. καὶ αὗται μὲν ἅμα τῷ καλῷ καὶ τὸ σπάνιον ἔχουσιν. αἱ δὲ δὴ ἐκ τῆς Ἑλλάδος, εὐτελέστεραι. οἷον τὸ ἀνθράκιον τὸ ἐξ Ὀρχομενοῦ τῆς Ἀρκαδίας. ἔστι δ᾽ οὗτος μελάντερος τοῦ Χίου, κάτοπτρα δὲ ἐξ αὐτοῦ ποιοῦσι. καὶ ὁ Τροιζήνιος. οὗτος δὲ ποικίλος. τὰ μὲν, φοινικοῖς· τὰ δὲ, λευκοῖς χρώμασι· ποικίλος δὲ καὶ ὁ Κορίνθιος, τοῖς αὐτοῖς χρώμασι· πλὴν τὸ † χλωροειδέστερον. τὸ δ᾽ ὅλον πολλοὶ τυγχάνουσιν οἱ τοιοῦτοι. ἀλλ᾽ οἱ περιττοὶ σπάνιοι, καὶ ἐξ ὀλίγων τόπων. οἷον ἔκ τε Καρχηδόνος, καὶ ἐκ τῶν περὶ Μασσαλίαν, καὶ ἐξ Αἰγύπτου, καὶ ἐκ τῶν Καταδούπων, καὶ Συήνη πρὸς Ἐλεφαντίνῃ πόλει. καὶ ἐκ τῆς Ψεφὼ καλουμένης χώρας· καὶ ἐν Κύπρῳ ἥτε Σμάραγδος ἥ καὶ Ἴασπις· οἷς δὲ εἰς τὰ λιθόκολλα χρῶνται, ἐκ τῆς Βακτριανῆς εἰσὶ πρὸς τῇ ἐρήμῳ· συλλέγουσι δ᾽ αὐτοὺς ὑπὸ [τοὺς] Ἐτησίας, ἱππεῖς ἐξιόντες· τότε γὰρ ἐμφανεῖς γίνονται, κινουμένης τῆς ἄμμου, διὰ τὸ μέγεθος τῶν πνευμάτων. εἰσὶ δὲ μικροὶ, καὶ οὐ μεγάλοι.

Τῶν σπουδαζομένων δὲ λίθων ἐστὶ καὶ ὁ Μαργαρίτης καλούμενος· διαφανὴς μὲν τῇ φύσει· ποιοῦσι δ᾽ ἐξ αὐτοῦ τοὺς πολυτελεῖς ὅρμους. γίνεται δὲ ἐν ὀστρείῳ τινὶ, παραπλησίῳ ταῖς πίνναις· φέρει δ᾽ ἥτε Ἰνδικὴ χώρα, καὶ νῆσοι τινὲς τῶν ἐν τῇ ἐρυθρᾷ.

Τὸ μὲν οὖν περιττὸν σχεδὸν ἐν αὐταῖς· εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι τινὲς, οἷον ὅ τε ἐλέφας ὁ ὀρυκτὸς, ποικίλος μέλανι [καὶ λευκῷ] καὶ ἣν καλοῦσι Σάπφειρον. αὕτη γὰρ μέλαινα, οὐκ ἄγαν πόῤῥω τοῦ Κυανοῦ τοῦ ἄῤῥενος· καὶ Πρασῖτις. αὕτη δὲ ἰώδης τῇ χρόᾳ· πυκνὴ δὲ καὶ Αἱματῖτις. αὕτη δ᾽ αὐχμώδης, ἢ κατὰ τοὔνομα, ὡς αἵματος ξηροῦ πεπηγότος. ἄλλη δὴ καλουμένη, οὐ Ξανθὴ μὲν τὴν χρόαν, ἔκλευκος δ᾽, ὃ μᾶλλον καλοῦσι χρῶμα οἱ Δωρεῖς Ξανθόν. τὸ γὰρ Κουράλιον, καὶ γὰρ τοῦθ᾽ ὥσπερ λίθος, τῇ χρόᾳ μὲν ἐρυθρὸν, περιφερὲς δ᾽, ὡς ἂν ῥίζα. φύεται δὲ ἐν τῇ θαλάττῃ. τρόπον δέ τινα οὐ πόῤῥω τούτου τῇ φύσει, καὶ ὁ Ἰνδικὸς κάλαμος ἀπολελιθωμένος.

Ταῦτα μὲν οὖν ἄλλης σκέψεως. τῶν δὲ λίθων πολλαί τινες αἱ φύσεις, καὶ τῶν μεταλλευομένων. ἔνιαι γὰρ ἅμα χρυσὸν ἔχουσι καὶ ἄργυρον, προφανῆ δὲ μόνον ἄργυρον. βαρύτεραι δ᾽ αὗται πολὺ καὶ τῇ ῥοπῇ καὶ τῇ ὀσμῇ. καὶ κυανὸς αὐτοφυὴς, ἔχων ἐν ἑαυτῷ χρυσοκόλλαν· ἄλλη δὲ λίθος, ὁμοία τὴν χρόαν τοῖς ἄνθραξι. βάρος δ᾽ ἔχουσι. τὸ ὅλον δὲ ἐν τοῖς μετάλλοις πλεῖσται καὶ ἰδιώταται φύσεις εὑρίσκονται τῶν τοιούτων. ὧν τὰ μὲν εἰσὶ γῆς, καθάπερ Ὤχρα καὶ μίλτος· τὰ δ᾽ οἷον ἄμμου,

Onyx vero mixtus ex pullo & albo colore alternis diſtinguitur. Amethyſtus vero vinacco colore eſt. Pulchra gemma eſt & Achates, ex Achate Siciliæ fluuio, quæ c[illegible]nditur. At Lampſaci in auri metallis inuen[illegible] aliquando gemma mirabili pulchritudine, ex qua cum ad malleum relata eſſet, ſigillum ſculptile regi miſſum eſt propter præſtantiam. Et hæ quidem gemmæ cum pulchræ ſint, raræ etiam inuentu ſunt. Quæ vero naſcuntur in Græcia, viliores ſunt, qualis carbunculus eſt, qui fertur ex Arcadia. Eſt autem hic Chio nigrior, ex quo ſpecula fiunt, & Troezenius albo, & purpureo colore varius, & Corinthius ijſdem maculis, niſi quod viridior eſt. Omnino autem ex hoc genere non pauci reperiuntur, ſed qui excellunt, rari ſunt, & in paucis locis. cuiuſmodi ſunt, qui Carthagine, & Maſſylia importantur, & Ægypto circa Catadupi loca; & Sienem iuxta Elephantinem & a regione, quæ Pſepho dicitur. Inuenitur & in Cypro & Smaragdus & Iaſpis. Quibus vero vtuntur ad monilia, e Bactrianæ deſertis feruntur. Legunt hoc Eteſijs flantibus profecti equites: tunc enim apparent arena commota a ventorum impetu. Sunt hi parui, nec magni. Ex precioſis gemmis eſt & margarita vocata, natura tranſlucida, ex qua faciunt precioſiora monilia. naſcitur in concha pinnæ ſimili. hanc fert India, & Inſulæ quædam rubri maris. Atque in his pene peculiaris præſtantia, & excellentia. quamquam ſunt & aliæ quædam, vt ebur foſſile nigricantibus maculis varium, & quæ Sapphyrus dicitur: hæc enim nigra eſt, neque adeo longe diſtat a Cyano mare, & Praſius, quæ gemma eſt æruginei coloris. Frequens etiam Hæmatites eſt, ſqualidus iuxta nomen, tanquam e ſicco ſanguine concreto. Eſt & alius appellatus Xanthus, non ille quidem flauus, ſed e flauo candidus, quem colorem Dores Xanthum nuncupant. Corallium enim, hoc enim veluti lapis eſt, colore quidem rubrum eſt, teres autem tanquam radix. oritur in mari, cui non omnino diſſimilis, & Indicus calamus in lapidem commutatus. Hæc vero alius contemplationis ſunt. Lapidum porro multa alia genera ſunt, & eorum qui cum metallis eruuntur. qui ſimul & aurum & argentum habent. manifeſtum autem argentum ſolum, grauioreſque hi & odore & pondere. Et cœruleum natiuum, quod in ſe Chryſocollam habet, & alius lapis carbunculo colore ſimilis. Graues hi ſunt ac ponderoſi. atque in fodinis plurima ac præſtantiſſima huiuſmodi foſſilium genera reperiuntur. Quorum aliqua terræ ſunt, vt rubrica, & Ochra, aliqua velut arena, qua-

lis chry-

καθάπερ Χρυσοκόλλα καὶ Κυανός· τὰ δὲ, κονίας, οἷον Σανδαράκη, καὶ Ἀρρενικὸν, καὶ ὅσα ὅμοια τούτοις. καὶ τῶν μὲν τοιούτων πλείους ἂν [...] τὰς ἰδιότητας. ἔνιαι δὲ λίθοι καὶ τὰς τοιαύτας ἔχουσι δυνάμεις, εἰς τὸ μὴ πάσχειν, ὥσπερ εἴπομεν. οἷον τὸ μὴ γλύφεσθαι σιδηρείοις, ἀλλὰ λίθοις ἑτέροις. ὅλως μὲν ἡ κατὰ τὰς ἐργασίας καὶ τῶν μειζόνων λίθων πολλὴ διαφορά. ἄλλοι πριστοὶ γάρ· οἱ δὲ, γλυπτοὶ, καθάπερ ἐλέχθη, καὶ τορνευτοὶ τυγχάνουσι, καθάπερ καὶ ἡ Μαγνῆτις αὕτη λίθος, ἡ καὶ ὄψει περιττὸν ἔχουσα· καὶ ὥς γε δή τινες θαυμάζουσι τὴν ὁμοίωσιν, τῷ ἀργύρῳ μηδαμῶς οὖσαν συγγενῆ· πλείους δ' εἰσὶν οἱ δεχόμενοι πάσας τὰς ἐργασίας· ἐπεὶ καὶ ἐν Σίφνῳ τοιοῦτός τις ἐστιν ὀρυκτός. ὃς τρία στάδια ἀπὸ θαλάττης, στρογγύλος καὶ βολώδης. καὶ τορνεύεται καὶ γλύφεται διὰ τὸ μαλακόν. ὅταν [δὲ] πυρωθῇ [καὶ ἀποβαφῇ] τῷ ἐλαίῳ, μέλας τε σφόδρα γίνεται καὶ σκληρός. ποιοῦσι δ' ἐξ αὐτοῦ σκεύη τὰ ἐπιτραπέζια. οἱ μὲν τοιοῦτοι πάντες ἀποδέχονται τὴν τοῦ σιδήρου δύναμιν· ἔνιοι δὲ λίθοις ἄλλοις γλύφονται, σιδήροις δ' οὐ δύνανται, καθάπερ εἴπομεν. οἱ δὲ σιδήροις μὲν, ἀμβλέσι δέ· καὶ εἰσὶν † παραπλησίως δὲ κατὰ τὸ μὴ τέμνεσθαι σιδήρῳ· καίτοι καὶ στερεώτερα καὶ ἰσχυρότερα τέμνει καὶ σίδηρος λίθου σκληρότερος ὤν. ἄτοπον δὲ κἀκεῖνο φαίνεται· διότι ἡ μὲν ἀκόνη κατεσθίει τὸν σίδηρον. ὁ δὲ σίδηρος ταύτην μὲν δύναται διαιρεῖν καὶ ῥυθμίζειν· ἐξ ἧς δ' αἱ σφραγίδες, οὔ. καὶ πάλιν, ὁ λίθος ᾧ γλύφουσι τὰς σφραγίδας, ἐκ τούτου ἐστὶν ἐξ οὗπερ αἱ ἀκόναι, ἢ ἐξ ὁμοίου τούτῳ. ἄγεται δὲ ἡ ἐξ Ἀρμενίας. θαυμαστὴ δὲ φύσις καὶ τῆς βασανιζούσης τὸν χρυσόν. δοκεῖ γὰρ δὴ τὴν τοιαύτην ἔχειν τῷ πυρὶ δύναμιν, καὶ γὰρ ἐκεῖνο δοκιμάζει. διὸ καὶ ἀποροῦσί τινες, οὐκ ἄγαν οἰκείως ἀποροῦντες. οὐ γὰρ τὸν αὐτὸν τρόπον δοκιμάζει. ἀλλὰ τὸ μὲν πῦρ τῷ τὰ χρώματα μεταβάλλειν, καὶ ἀξιοῦν· ὁ δὲ λίθος, τῇ παρατρίψει. δύνασθαι γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἐκλαμβάνειν τὴν ἑκάστου φύσιν. εὑρῆσθαι δέ φασιν νῦν ἀμείνω πολὺ τῆς πρότερον. ὥστε μὴ μόνον τὸν ἐκ τῆς καθάρσεως, ἀλλὰ καὶ τὸν χαλκὸν κατάχρυσον καὶ ἄργυρον γνωρίζειν, καὶ πόσον εἰς τὸν στατῆρα μέμικται. σημεῖα δ' ἐστὶν αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ ἐλαχίστου. ἐλάχιστον δὲ γίνεται κριθή. εἶτα κόλυβον· εἶτα τεταρτημόριον, ἢ ἡμιόβολος. ἐξ ὧν γνωρίζουσι τὸ καθῆκον. εὑρίσκονται δὲ τοιαῦται πᾶσαι ἐν τῷ ποταμῷ Τμώλῳ. λεία δ' ἡ φύσις αὐτῶν καὶ ψηφώδης, πλατεῖα, οὐ στρογγύλη. μέγεθος δὲ ὅσον διπλασία τῆς μεγίστης ψήφου· διαφέρει δ' αὐτῆς πρὸς τὴν δοκιμασίαν τὰ ἄνω πρὸς τὸν ἥλιον, ἢ τὰ κάτω. καὶ βέλτιον δοκιμάζει τὰ ἄνω· τοῦτο δέον, ὅτι ξηρότερα τὰ ἄνω. κωλύει γὰρ ἡ ὑγρότης εἰς τὸ ἐκλαμβάνειν. ἐπειδὴ καὶ ἐν τοῖς καύμασιν τὸ δοκιμάζειν χεῖρον.

lis Chryſocolla, & Cœruleum. nonnulla cinis, vt Auripigmentum, Sandaracha, & quæcunque his ſimilia ſunt. Atque horum quidem plures ſumere proprietates poſsit aliquis. Nonnulli autem lapidis vires habent, vt non patiantur, vt antea dicebamus. ſcilicet vt ne ſcalpantur ferro, ſed lapidibus alijs. In ſumma multa eſt differentia etiam maiorum lapidum, quæ in opificijs cernitur. Nam alij ſectiles, alij ſculptiles, quemadmodum diximus, nõnulli tornatiles. qualis & ipſe lapis Magnetis eſt, qui & inſigni ſpecie eſt, quod nonnulli mirantur, argenti ſimilitudinem habet, cum eodem genere non ſit. Multi item ſunt lapides, qui omnia opificia in ſe admittunt. ſiquidem & in Siphno huiuſmodi lapis eſt foſsilis, trium ſtadiorum a mari ſpacio, rotundus & gleboſus, qui & ſculpitur propter mollitiem. Quando oleo affuſo calorem ſenſerit, fit valde niger, & ſolidus, ex quo & vaſa fiunt, quibus in menſis vtimur. Atque huiuſmodi lapides omnes vim ferri admittunt. Nam alij lapidibus alijs ſcalpuntur. ferro autem ſcalpi nequeunt, vt antea dicebamus: quædam ferro quidem, ſed hebeti, quod perinde eſt, atque ſi ferro non ſecarentur. Quanquam ferrũ & ſolidiora ſecat, & duriora, quippe lapide durius. Illud porro etiam abſurdum videtur, quod coticula ferrum exedit, & ferrum poteſt illam diuidere & expolire: illum vero lapidem, ex quo ſigilla fiunt, minime. & tamen lapis quo ſigilla ſcalpunt, ex eodem eſt lapide, ex quo etiam cotes, aut non abſimili. Adfertur autem ex Armenia. Mirabilis eſt & natura lapidis, qui probat aurum: videtur enim eandem atque ignis habere poteſtatem. Nam & ille aurum probat. quamobrem dubitant etiam nonnulli, non adeo tamen opportune dubitant: non enim eodem modo probant: ſed ignis commutando colores, lapis autem attritione. Poteſt enim, vt videtur, vniuſcuiuſque naturam excipere. Inuentum ſane ferunt tempeſtate noſtra multo meliorem, quam qui olim in vſu fuerat, vt hoc non modo purum aurum experiri liceat, verum etiam æs, argentum, & aurum, & quantum horum ad lancem cum auro miſtum ſit. A minimo pondere ſignum his eſt, minimum autem pondus, hordei granum eſt. deinde Colybum, mox quarta oboli pars, aut ſemiobolus, aut obolus, ex quibus agnoſcunt quod rectum eſt. Hi lapides in Tmolo fluuio reperiuntur, leuiſque eorum natura eſt, & calculoſa, lata, nec rotunda. magnitudo duplum maximi calculi. Ad experimentum differunt ſupernæ partes, quæ Solem aſpiciunt, & infernæ. Melius enim probant ſupernæ: id quod ratione fit, quod illæ ſicciores ſint: humor enim ab excipiẽdo impedit: ſiquidem & in æſtibus nõ bonum fit experimẽtum,

ἀνίησι γάρ τινα νοτίδα ἐξ αὑτῆς· δι' ἣν ἀπολιθαίνει. συμβαίνει δὲ τοῦτο καὶ ἄλλοις τῶν λίθων. καὶ ἐξ ὧν τὰ ἀγάλματα ποιοῦσιν. ὃ καὶ σημεῖον ὑπολαμβάνει ὡς ἴδιον τὸ τοῦ εἴδους. †

pluuiam ſi nubiloſa. præſagit autem hæc luna triduo poſt nouilunium. Stellæ vero diſcurrentes imbrem, aut ventum prænuntiant, atque ibi ventum, aut imbrem futurum, vnde illæ volitent. & ſi in ortu, aut in occaſu ſolis confertim emergant radii, pluuiam portendunt. & cum ſol oriens quaſi deficientis calorem habeat. & cum nubila vt vellera lanæ ſpargantur. in fluuiis bullantes aquæ multas pluuias fore prænutiant. Arcus circa aut per lucernam apparens auſtrales ſignificat pluuias. & fungi in lucernis flantibus Auſtris aquas prænuntiant. Ventos etiam ſimili ratione ſi & multi, & magni ſint. Parui enim & miliares, & ſplendidi, aquas & ventos. Lucerna quoque ſi hyeme flammam impellat, remanentibus veluti bullis, futuræ pluuiæ præſagium eſt. & ſi in ipſam radii ſaliant, & ſcintillæ fiant. Aues quoque quæ aquatiles non ſunt, ſi in aquis mergantur, hyemem, aut aquam prænuntiant. & rubeta, ſi aqua mergatur. & Ranæ propter ſolitum vocales, pluuiam ſignificant. & Lacerta, quæ Salamandra dicitur ſi appareat. & Rana, quæ chloris dicitur, ſi in arbore occinat, aquas præſagit. Hirundines ventre ſtagna radentes prædicunt pluuias. & Bos ſi anteriorem lambat vngulam, aquas aut tempeſtatem; & ſi ſupinus cœlum olfactet pluuiam præſagit. & cornix ſi erigatur in ſcopulis iam fluctu accedente, & ſi ſæpe natet, & circumuolitet. Coruus plures voces mutare ſolitus, ſi bis eaſdem perſonet, & ſingultu quodam veluti latret, & ſe concutiat, pluuiam prædicit. & ſi dum pluit, plures immutet voces, et ſi in olea conſidens quærat pediculos in pennis. & ſi in ſerenitate, in pluuia ſtillicidium imitetur aquæ. adhæc ſi corui, & graculi inſtar accipitrum in ſublime volent, aquam ſignificant. & ſi coruus ſereno cœlo mutata uoce carptim reſorbeat, aquam portendit. & Accipiter ſi in arbore conſidens & intro volans roſtro ſeſe purget a pediculis. & Aues, quæ in inſula degant, ſi confertim euolare videantur, quæ tamen ſi non adeo multæ ſint, bonum pecudibus, & capris portendunt. nam ſi multæ admodum ſint, magnum aeris ſqualorem prænuntiant. Omnino vero tam galli, quam gallinæ pediculis ſeſe purgantes futuras pluuias ſignificant. item ſi veluti cadentem pluuiam imitentur. & Anas domeſtica ſi ſubiecto collo alas quatiat, pluuiam pronuntiat. & ſi monedulæ, aut galli, in ſtagno aut in mari, inſtar anatum alas quatiant, & mane ſi ardea voce perſtrepat, ventum, aut imbrem præſagit. ſed ſi ad mare volans clangorem edat, imbrem potius. quam ventum nuntiat. omnino vero ventum ſi clangore perſtrepat. Ar-

dea,

καὶ ὁ πίλος ἐν οἰκουμένῃ ἐὰν φθέγξηται ἕωθεν, ὕδωρ σημαίνει ἢ χειμῶνα. καὶ χύτρα σπινθηρίζουσα πάντα περιπόλεως, ὕδατος σημεῖον. καὶ σκώληκες πολλοὶ πρὸς τοῖχον ἕρποντες, ὑδατικόν. δελφὶς πρὸς γῇ κολυμβῶν καὶ ἀναδυόμενος πυκνὰ ὕδωρ ἢ χειμῶνα σημαίνει. ὑμηττὸς ἐλάττων, ἄνυδρος καλούμενος, ἐὰν τῷ κοίλῳ νεφέλιον ἔχῃ, ὕδατος σημεῖον. καὶ ἐὰν ὁ μέγας ὑμηττὸς τοῦ θέρους λευκὰς ἔχῃ νεφέλας, ἄνωθεν καὶ ἐκ πλαγίου, ὕδατος σημεῖον. καὶ ἐὰν ὁ ἄνυδρος ὑμηττὸς λευκὰς ἔχῃ ἄνωθεν καὶ ἐκ πλαγίου, καὶ ἐὰν περὶ ἰσημερίαν λὶψ πνεύσῃ, ὕδωρ σημαίνει. αἱ δὲ βρονταί, αἱ μὲν χειμεριναὶ καὶ ἑωθιναί, μᾶλλον [ἄνεμον ἢ] ὕδωρ σημαίνουσιν. αἱ δὲ θεριναὶ μεσημβρίαν καὶ ἑσπεριναὶ βρονταὶ ὑδατικὸν σημεῖον. ἀστραπαὶ δέ, ἐάν γε πανταχόθεν γένωνται, ὕδατος ἂν ἢ ἀνέμου σημεῖον. καὶ ἑσπεριναὶ ὡσαύτως. καὶ ἐὰν ἀκρορείας νότου πνέοντος, νοτόθεν ἀστράψῃ, ὕδωρ σημαίνει ἢ ἄνεμον. καὶ ζέφυρος ἀστράπτων πρὸς βορέου, ἢ χειμῶνα ἢ ὕδωρ σημαίνει. καὶ θέρους αἱ ἑσπέριαι ἀστραπαί, ὕδωρ αὐτίκα σημαίνουσιν, ἢ τριῶν ἡμερῶν. καὶ ὀπώρας βορρᾶθεν ἀστράπτων, ὑδατικὸν σημεῖον. ἡ εὔβοια ὅταν διαχωσθῇ μέση, ὕδωρ διὰ ταχέων. καὶ ἐὰν ἐπὶ τὸ πέλιον νεφέλη προσίζῃ, ὅθεν ἂν προσίζῃ, ἐντεῦθεν ὕδωρ ἢ ἄνεμον σημαίνει. ὅταν ἶρις γένηται, ἐπισημαίνει. ἐάν τε πολλαὶ ἴριδες γένωνται, σημαίνει ὕδωρ ἐπὶ πολύ. ἀλλὰ πολλάκις καὶ οἱ ὀξεῖς ἥλιοι, ὅταν ἐκ νεφέλης. μύρμηκες ἐν κοίλῳ χωρίῳ ἐὰν τὰ ᾠὰ ἐκφέρωσιν ἐκ τῆς μυρμηκίας ἐπὶ τὸ ὑψηλὸν χωρίον, ὕδωρ σημαίνουσιν, ἐὰν δὲ καταφέρωσιν, εὐδίαν. ἐὰν παρήλιοι δύο γένωνται, καὶ ὁ μὲν νοτόθεν, ὁ δὲ βορρᾶθεν, καὶ ἅλως ἅμα, ὕδωρ διὰ ταχέων σημαίνουσι. καὶ ἅλως αἱ μέλαιναι, ὑδατικόν. καὶ μᾶλλον αἱ δείλης. ἐν τῷ καρκίνῳ δύο ἀστέρες εἰσίν, οἱ καλούμενοι ὄνοι. ὧν τὸ μεταξὺ τὸ νεφέλιον, ἡ φάτνη καλουμένη· τοῦτο δὲ ἐὰν ζοφῶδες γένηται, ὑδατικόν· ἐὰν μὴ ἐπὶ κυνὶ ὕσῃ ἢ ἐπὶ ἀρκτούρῳ, ὡς ἐπὶ πολὺ πρὸς ἰσημερίαν ὕδωρ ἢ ἄνεμος. καὶ τὸ δημόσιον τὸ περὶ τὰς μυίας λεγόμενον, ἀληθές, ὅταν γὰρ δάκνωσι σφόδρα, ὕδατος σημεῖον· σπίνος φθεγγόμενος ἕωθεν μὲν, ὕδωρ σημαίνει ἢ χειμῶνα· δείλης δὲ, ὕδωρ. τῆς δὲ νυκτὸς ὅταν τὸν ὑμηττὸν κάτωθεν τῶν ἄκρων νεφέλη διαζώσῃ λευκὴ καὶ μακρά, ὕδωρ γίνεται ὡς τὰ πολλὰ μετρίων ἡμερῶν. καὶ ἐὰν ἐν αἰγίνῃ, καὶ ἐπὶ τοῦ διὸς τοῦ ἑλλανίου νεφέλη καθίζηται, ὡς τὰ πολλὰ ὕδωρ γίνεται. ἐὰν ὕδατα πολλὰ γίνεται χειμερινά, τὸ ἔαρ ὡς τὰ πολλὰ γίνεται αὐχμηρόν. ἐὰν δὲ αὐχμηρὸς ὁ χειμὼν, τὸ ἔαρ ὑδατῶδες. ὅταν χιόνες πολλαὶ γίνονται, ὡς τὰ πολλὰ εὐετηρία γίνεται. φασὶ δέ τινες καὶ ἐν ἄστρασι λαμπρὰ χάλαζα ἐπιφαίνηται, χάλα-

dea, quæ Pella vocatur, ſi in domo vocem emittat matutino, pluuiam, aut tempeſtatem prædicit. Olla quoque, cum plena in igne ferueat, vt ſcintillas referre videatur, aquarum indicium eſt. & vermes multi in parietem repentes. Delphinus ſi prope terram natet, & frequenter ſeſe mergat, tempeſtatem aut imbrem perſagit. Hymethus minor Atticæ mons, qui ἄνυδρος appellatur, ſi in caua parte nebulam habeat, aquæ ſignum eſt: quemadmodum ſi maior æſtiuo tempore albas nubes habeat, & a latere, & in cacumine, quas ſi & minor habeat, idem portendit. Aphricus ſi meridie flabit, plũuiam afferet. tonitrua autem hyberna, & matutina, ventos magis quam imbrem nuntiant. aquas vero æſtiuæ meridiana, & veſpertina. cum vndique cœlo fulgurat pluuiæ, & venti ſignum eſt. ſi fulgurabit veſpere, idem erit. & ſi a montis cacumine flaute Auſtro, fulgurabit ab Auſtro. ſi fulgurabit a Fauonio ad Aquilonem, hyemem futuram, aut imbrem portendit. æſtiua vero fulgura, & veſpertina ſtatim imbrem nuntiant, aut poſt triduum, & Autumno ſi fulgebit, ab Aquilone expectanda pluuia eſt. Eubœa Inſula cum media in mari latitet, non multo poſt imber ſequitur. & ſi ad Pelium montem nubes adſideant, qua parte aſſident, inde ventus, aut pluuia portenditur. Arcus quando appareat, ſequetur imber. multus autem ſi plures arcus. frequenter autem ſi ſoles acuti e nebula prodeant. Sumitur & a formicis præſagium futuræ pluuiæ: cum e foraminibus ſuis, quæ in cauis locis ſint, ad editiora loca oua proferant. contra ſerenitatis, cum in cauã deferant. Si duo parelii fiant, alterum ab Aquilone, alterum ab Auſtro, aut ſimul, & corona appareat, non multo poſt ſequuturam pluuiam præmonent; alioquin nigræ coronæ, & quæ occidente ſole appareant, aquas ſignignificant. Sunt in Cancro duæ ſtellæ paruæ, Aſelli appellati, exiguum inter illas ſpacium obtinente nubecula, quæ Præſepe dicitur. hoc cum tenebris obſcuretur, pluuiam portendit. ſi in ortu Canis, aut Arcturi non pluit, circa æquinoctium plurimum ventus, aut imber exſpectabitur. verum & illud eſt, quod fertur de muſcis, aquam enim præſagiunt, quando valde mordent. Spinus ſi mane canat, tempeſtatem aut imbrem nuntiat, ſi veſpere, imbrem. Noctu ſi Hymethum ab inferna parte extremorum nubium circumdet alba & longa nubes, per aliquot dies erunt pluuiæ. & ſi in Ægina, & in Iouis Ellanii, nubes conſideat, plurimum ſequitur pluuia. ad hæc ſi hybernæ pluuiæ multæ ſint, ver plerũque ſquallidum ſequitur. Contra ſi hyems ſquallida, ver erit humidum & pluuium. cum multum ninxerit, plerumque bonus prouentus frugum ſequitur. Cæterum ferunt nonnulli, ſi in ſtellis veluti grando quædam appareat, grandinem plerumque ſignificari, quod

ſi veluti

ζαν προσημαίνει ὡς τὰ πολλά. ἐὰν δὲ ὥσπερ κέγχροι μικροί, λαμπροὶ πολλοί, ἀνέμου μὲν ὄντος εὐδίαν, μὴ ἀνέμου δέ, ὕδωρ ἢ ἄνεμον. ἔστι δὲ ἄμεινον, πρῶτον γίνεσθαι Βόρειον ὕδωρ Νοτίου, καὶ τοῖς φυομένοις καὶ τοῖς ζώοις δεῖ δὲ γλυκὺ εἶναι, καὶ μὴ ἁλμυρὸν τοῖς γενομένοις. καὶ ὅλως, ἔτος βέλτιον νοτίου Βόρειον, καὶ ὑγιεινότερον. καὶ ὅταν ὀχέωσι πρόβατα, ἢ αἶγες, χειμῶνος μακροῦ σημεῖον.

ſi veluti grana milii parua, & ſplendentia ſpirante vento tranquillitatem, in ſerenitate, pluuiam, aut ventum. atque Aquiloniæ pluuiæ Auſtralibus meliores ſunt, & commodiores tam plantis, quam animalibus aquam autem dulcem, & non ſalſam eſſe oportet guſtantibus in vniuerſum. Aquilonaris annus, & melior, & ſalubrior Auſtrali. longa vero prædicatur hyems, ſi pecudes & capræ ineant.

THEOPHRASTI

DE SIGNIS VENTORVM.

DANIELE FVRLANO *interprete.*

Ὕδατος μὲν οὖν ταῦτα λέγεται σημεῖα. ἀνέμου δὲ καὶ πνευμάτων τάδε· ἀνατέλλων ὁ ἥλιος καυματίας, κἂν μὴ ἀποστίλβῃ, ἀνεμῶδες τὸ σημεῖον· καὶ ἐὰν κοῖλος φαίνηται ὁ ἥλιος, ἀνέμου ἢ ὕδατος τὸ σημεῖον· καὶ ἐὰν ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας καυματίας, αὐχμοὺς καὶ ἀνέμους πολυχρονίους σημαίνει. ἐὰν αἱ ἀκτῖνες, αἱ μὲν πρὸς Βορρᾶν, αἱ δὲ πρὸς Νότον σχίζωνται, τούτου μέσου ὄντος κατ' ὄρθρον, κοινὸν ὕδατος καὶ ἀνέμου σημεῖόν ἐστιν. ἔστι δὲ σημεῖα ἐν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ, τὰ μὲν μέλανα, ὕδατος· τὰ δὲ ἐρυθρά, πνεύματος· ἐὰν δὲ καὶ ὁ μεὶς, Βορείου ὄντος, ὀρθὸς εἱστήκῃ, ζέφυροι εἰώθασιν ἐπιπνεῖν, καὶ ὁ μὴν χειμερινὸς διατελεῖ· ὅταν μὲν ἡ κεραία τοῦ μηνὸς ἐπικύπτῃ, Βόρειος ὁ μεὶς. ὅταν δὲ ἡ κάτωθεν, Νότιος· ἐὰν δ' ὀρθὸς καὶ μὴ καλῶς ἐγκεκλιμένος μέχρι τετράδος, καὶ εὔκυκλος, εὤθε χειμάζειν μέχρι διχομηνίας. σημαίνει ζοφώδης μὲν ὤν, ὕδωρ, πυρώδης δέ, πνεῦμα· αἴθυιαι καὶ νῆτται πτερυγίζουσαι, καὶ ἀγελαῖαι καὶ τιθασσαί, ὕδωρ μὲν σημαίνουσι δυόμεναι. πτερυγίζουσαι δέ, ἄνεμον. οἱ κέπφοι, εὐδίας οὔσης, ὅποι ἂν πέτωνται, ἄνεμον προσημαίνουσι· στρουθοὶ χειμῶνος ἀφ' ἑσπέρας θορυβοῦντες ἢ ἀνέμου μεταβολὴν σημαίνουσιν, ἢ ὕδωρ ὑέτιον. ἐρωδιὸς ἀπὸ θαλάσσης πετώμενος καὶ βοῶν, πνεύματος σημεῖόν ἐστι. καὶ ὅλως βοῶν μέγα, ἀνεμώδης. κύων κυλινδούμενος χαμαί, μεγέθους ἀνέμου σημαίνει. ἡ ἄμπωτις Βόρειον πνεῦμα σημαίνει. πλημμύρα δέ, Νότιον· ἀράχνια πολλὰ φερόμενα, πνεῦμα ἢ χειμῶνα σημαίνει· θάλασσα οἰδοῦσα, καὶ ἀκταὶ βοῶσαι, καὶ αἰγιαλὸς ἠχῶν ἀνεμώδης· ἐὰν μὲν γὰρ ἐκ Βορείων πλημμύρα ἥκῃ, εἰς Νότιον μεταβάλλει. ἐὰν δὲ ἐκ Νοτίων ἄμπωτις γίνηται, εἰς Βόρειον μεταβάλλει. καὶ ὁ

Atque hæc quidem pluuiæ dicuntur præſagia: venti vero & flatuum, quæ ſequuntur. Sol oriens feruidus nec lucidus ventos præſagit. aquas vero aut ventos orbe concauo. Squallores, & diuturnos flatus plures dies feruidus oriens. quod ſi radii alii ad Aquilonem alii ad Auſtrum diſpergantur, ſolque ipſe medius oriens, pluuiæ & venti commune præſagium. ſunt porro in ſole, ac luna nigra ſigna pluuiæ, ventorum rubentia. lunæ vero cornua ſpirante Borea erecta ſi fuerint Fauonii ſpirant, & menſis hybernus fit. cornu ſuperius pronum Aquilonium menſem ſignificat, Auſtralem inferius, recta vero cornua parum inclinantia vſque ad quartam diem bene orbiculata dimidium menſem hybernum portendunt. aquas ignea, ac fulgida, obſcura ventos. Mergi, & anatas tam ſylueſtres quam cicures ſi lauentur, aquam præſagiunt; ventos ſi alas quatiant Fulicæ tranquillo quocunque volent ventos prænuntiant. Hyeme a veſpere trepidantes paſſeres, aut venti mutationem fore ſignificant, aut pluuiam. Ardea a mari cum clangore volans ventum minatur. Canis ſi in puluere volutetur, magnum fore ventum ſignificat. Maris receſſus Aquilonem portendit, inundatio Auſtrum. Aranearum telæ ſi in aere ferantur, ventum aut tempeſtatem ſignificant. Ventorum, & illud præſagium, ſi mare attollatur & mugiant littora, & mare circa littora ſonitum edat. Nam ſi ab Aquilone ſequatur inundatio in Auſtrum, mutatio ſequitur. ſi ab Auſtro mare intro pellitur in Aquilonem, & Aquilo minor eſt, cum deſinit,

μὲν Βορέας, λήγων ἐλάττων· ὁ δὲ Νότος, ἀρχόμενος, παρήλιον, ὁπόθεν ἂν ᾖ, ὕδωρ ἢ ἄνεμον σημαίνει. ἡ πέμπτη καὶ δεκάτη ἀπὸ τροπῶν τῶν χειμερινῶν, ὡς τὰ πολλὰ Νότιος· Βορείων δὲ γινομένων ξηραίνει πάντα· Νοτίων δὲ ὑγραίνει. ἐὰν δὲ Νοτίων ὄντων ψοφῇ τι τῶν κεκολλημένων, εἰς τὰ Βόρεια, σημαίνει τὴν μεταβολήν. ἐὰν δὲ πόδες οἰδῶσιν, Νοτία ἡ μεταβολή. τὸ δὲ αὐτὸ σημεῖον καὶ Ἐκνεφίου, καὶ ὀδαξῶν τὸν δεξιὸν ἐχῖνος ὁ χερσαῖος, σημαντικόν· ποιεῖται δὲ δύο ὀπὰς ὅπου ἂν οἰκῇ· τὴν μὲν, πρὸς Βορρᾶν, τὴν δὲ Νοτόθεν. ὁποτέραν δ᾽ ἂν ἀποφράττῃ, ἐντεῦθεν πνεῦμα σημαίνει. ἐὰν δὲ ἀμφοτέρας, ἀνέμου μέγεθος. ἐὰν ὄρος πρὸς Βορρᾶ, ἄνεμον προσημαίνει. ἐὰν ἐν θαλάττῃ ἐξαίφνης πνεύματος γαλήνη γίνεται, μεταβολὴν πνεύματος ἢ ἐπίδοσιν. ἐὰν ἄκραι μετέωροι φαίνονται, ἢ αἱ νῆσοι ἐκ μιᾶς πλείους, Νοτίαν μεταβολὴν σημαίνει. γῆ τε μέλαινα ὑποφαινομένη, Βόρειον· λευκὴ δὲ, Νότιον. αἱ ἅλωνες περὶ τὴν σελήνην, πνευματώδεις μᾶλλον ἢ περὶ ἥλιον· σημαίνουσι δὲ πνεῦμα, ῥαγεῖσαι περὶ ἄμφω. καὶ ᾗ ἂν ῥαγῇ, ταύτῃ πνεῦμα, ἐπὶ νεφελῶν. ὅθεν ἂν ἀνατέλληται, ἐντεῦθεν ἄνεμος. αἱ κηλάδες νεφέλαι, θέρους ἄνεμον σημαίνει. καὶ ὅθεν ἂν αἱ ἀστραπαὶ πυκναὶ γίνωνται, ἐντεῦθεν πνεύματα γίνεται· θέρους ὅταν ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ γίνωνται, ἐντεῦθεν πνεύματα γίνεται ἰσχυρά. ἐὰν μὲν σφόδρα καὶ ἰσχυρὸν ἀστράπτῃ, θᾶττον καὶ σφοδρότερον πνεύσουσιν. ἐὰν δὲ ἠρέμα καὶ μανῶς, κατ᾽ ὀλίγον. τοῦ δὲ χειμῶνος καὶ φθινοπώρου, τοὐναντίον· παύουσι γὰρ τὰ πνεύματα ἀστραπαί· καὶ ὅσῳ ἂν ἰσχυρότεραι γίνωνται ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ, τοσούτῳ μᾶλλον παύονται. τοῦ δὲ ἔαρος, ἧττον ἂν ταῦτα σημεῖα λέγω, ὥσπερ καὶ χειμῶνος. ἐὰν Νότου πνέοντος, Βορρᾶθεν ἀστράπτῃ, παύεται. ἐὰν ἑῷος ἀστραπαῖος, εἴωθε παύεσθαι τριταῖος· οἱ δὲ ἄλλοι, πεμπταῖοι, ἑβδομαῖοι, ἐνναταῖοι· οἱ δὲ δειλινοὶ, ταχὺ παύονται. οἱ Βορέαι παύονται ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἐν περιτταῖς· οἱ δὲ Νότιοι, ἐν ἀρτίαις. ἄνεμοι αἴρονται ἅμ᾽ ἡλίῳ ἀνατέλλοντι καὶ σελήνῃ, ἐὰν ἀνατέλλων ὁ ἥλιος καὶ σελήνη παύσωσιν, ἐπιτείνει τὰ πνεύματα. χρονιώτερα δὲ καὶ ἰσχυρότερα τὰ πνεύματα γίνεται, τὰ ἡμέρας ἢ νύκτωρ ἀρχόμενα· ἐὰν Ἐτησίαι πολὺν χρόνον πνεύσωσι καὶ μετόπωρον γένηται ἀνεμῶδες, ὁ χειμὼν νήνεμος γίνεται· ἐὰν δὲ ἐναντίως, καὶ ὁ χειμὼν ἐναντίος. πρὸς κορυφῆς ὄρους ὁπόθεν ἂν νεφέλη μηκύνηται, ταύτῃ ἄνεμος πνευσεῖται. αἱ νεφέλαι ἐκ τῶν ὄπισθεν προσίζουσαι, καὶ ὄπισθεν πνευσοῦνται. † μέσος διεζευγμένος Νότιος. καὶ ὅλως τὰ ὄρη διεζωσμένα, Νότια ὡς τὰ πολλά. οἱ κομῆται ἀστέρες, ὡς τὰ πολλὰ, πνεύματα σημαίνουσιν. ἐὰν δὲ πολλοὶ, καὶ αὐχμόν.

ſidenit. Auſter cum oritur, parelium vbicunque ſit, pluuiam, aut ventum portendit. Decima quinta die a tribus primis hibernis plerumque Auſtralis. Porro Aquilones exſiccant, Auſtri humefaciunt. Si flante Auſtro crepet aliquid ex iis, quæ adglutinata ſunt, mutatio in Aquilonem portenditur. ſi pedes tumeſcunt, Auſtri mutatio ſequitur, portenditur & procella. Præſagit & Echinus terreſtris ſi dexterum pedem commoueat. facit ille duo foramina in luſtro ſuo, alterum ad auſtrum, alterum ad Aquilonem. vtrum igitur obturabit, inde flatum futurum indicat. Nam ſi vtrumque, magnum fore ventum ſignificat. Si mons ad Aquilonem protenditur, venti ſignum eſt. ſi in mari ſtatim tranquillitas ventorum ſequitur. ſi promontoria ſublimia, ventorum mutatio aut incrementum portenditur. Inſulæ ſi ex vna plures appareant, Auſtri mutationem indicant. Nigra tellus ſi videatur, Aquilonem, alba Auſtrum ſignificat. Coronæ circa lunam magis ventos faciunt quam circa ſolem. Siccæ nebulæ, æſtate ventos ſignificat. Cum ex omnibus cœli partibus fulgurabit, ſequentur pluuiæ. vnde autem frequenter fulget, inde venti orientur. Æſtate cum vehementer fulget ac tonat, vehementes inde venti expectandi ſunt. Citius autem ac vehementius, ſi valde & vehementer fulgurat: minus vero ſi ſedatius & rarius. contra hyeme & Autumno. Sedant enim fulgura ventos. & eo ſane magis quo fuerint vehementiora fulgura, ac tonitrua. Vere minus certa hæc ſigna dicimus, quemadmodum etiã hyeme. Si flante Auſtro fulgurat ab Aquilone, ceſſat Auſter. Subſolanus, ſi fulgurat, ceſſabit poſt triduum. alii poſt quintam, ſeptimam, nonam. Veſpertini venti cito deſinunt. Aquilones imparibus diebus plurimum deſinunt, Auſtri paribus. Venti vna cum ſole ac luna orientibus excitantur. Si ſol ac luna orientes ſedarint flamina, mox illa ſurgunt alacriora: ea vero & diuturniora, & validiora, quæ noctu quam quæ interdiu oriuntur. Si diu ſpirent Eteſiæ & Autumnus abundet flatibus, hyems tranquilla expectetur. Nam ſi e contrario, & hyems contraria expectanda. Si ad cacumem montis vndequaque protendatur nebula. inde flabit ventus. Nebulæ poſt montes conglobatæ, flatus etiam retro dabunt. Hymethus ſi medius cingatur nubibus, Auſter flabit. & omnino montes nubibus circundati, plurimum auſtros ſignificant. Cometæ ventos plerunque portendunt, qui ſi plures fuerint, ſiccitatem facient.

μετὰ χιόνα Νότος. μετὰ πάχνην, Βορέας εἰώθασι πνεῖν. μύκητες ἐπὶ λύχνου, Νότιον πνεῦμα ἢ ὕδωρ σημαίνουσιν. αἱ δὲ στάσεις τῶν πνευμάτων, οὕτως ἔχουσιν, ὡς ἐν τῷ γράμματι διῃρηνται. τῶν δὲ ἀνέμων ἔτι πνέουσι τοῖς ἄλλοις ἐπιπίπτουσι μάλιστα, Ἀπαρκτίας, Θρακίας, Ἀργέστης. ὅταν δὲ μὴ ὑπ' ἀλλήλων διαλύωνται τὰ πνεύματα, ἀλλ' αὐτὰ καταμαραίνωσιν, μεταβάλλουσιν εἰς τὴν ἐχομένην ἐπὶ δεξιά, ὥσπερ ἡ τοῦ ἡλίου ἔχει φορά. ὁ Νότος, ἀρχόμενος, ξηρός· τελευτῶν δὲ, ὑγρός. καὶ ὁ Εὖρος· ὁ δὲ ἀπηλιώτης, ἀπὸ ἀνατολῆς ἰσημερινῆς ὑδατώδης. διὰ λεπτῶν δὲ ἄγει τὰ ὕδατα. ὑγροὶ δὲ μάλιστα ὅ τε Καικίας καὶ Λίψ. χαλαζώδης δὲ Ἀπαρκτίας, καὶ Θρακίας, καὶ Ἀργέστης. νιφετώδης δὲ ὅ τε Μέσης, ἢ Βορέας, καὶ ἀπαρκτίας. καυματώδης δὲ, Νότος καὶ Ζέφυρος καὶ Εὖρος. οἱ μὲν, οἷς ἂν ἐκ πελάγους προσπίπτουσιν, οἱ δὲ, οἷς ἐὰν διὰ γῆς. δασύνουσι δ' οὐρανὸν νέφεσι, καὶ καλύπτουσι, Καικίας μάλιστα, εἶτα Λίψ. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι ἄνεμοι, ἀφ' ἑαυτῶν τὰ νέφη ὠθοῦσι· Καικίας δὲ μόνον πνέων, εἰς ἑαυτόν. αἴθριοι δὲ μάλιστα, Θρακίας καὶ Ἀργέστης, καὶ τῶν λοιπῶν, Ἀπαρκτίας· ἐκνεφίαι δὲ μάλιστα, ὅ τε Ἀπαρκτίας καὶ ὁ Θρακίας καὶ ὁ ἀργέστης· γίνονται δὲ ἐκνεφίαι, ὅταν εἰς ἀλλήλους ἐμπίπτωσι πνέοντες, μάλιστα μὲν μετοπώρου. τῶν δὲ λοιπῶν, ἔαρος. ἀστραπαῖος δὲ Θρακίας καὶ Ἀργέστης καὶ Ἀπαρκτίας καὶ Μέσης. ἐὰν ἐν τῇ θαλάσσῃ πάπποι φέρωνται πολλοί, οἱ γινόμενοι ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν, ἄνεμον σημαίνουσιν ἔσεσθαι μέγαν. ὅθεν ἂν ἀστέρες διάττωσι πολλοί, ἄνεμον ἐντεῦθεν. ἐὰν δὲ πανταχόθεν, ὁμοίως πολλὰ πνεύματα σημαίνουσι. πνευμάτων μὲν οὖν σημεῖα ταῦτα.

poſt niues Auſter, poſt pruinam Aquilo ſpirare ſolent. fungi in lucerna auſtrum, aut pluuiã ſignificant. Ventorum vero ſitus ſic habet, vt in deſcriptione appoſuimus. Venti, qui alijs ſpirantibus præcipue ſuperueniunt, ſunt Aquilo, Thraſcias, Argeſtes. cumque non diſſoluantur concurſu mutuo, ſed ipſi per ſe venti contabeſcant, in proximos mutantur a parte dextera prout ſe habet ſolis motus. Auſter cum incipit ſiccus eſt, cum deſinit humidus. Vulturnus etiam ita habet. Subſolanus ab ortu æquinoctiali pluuius eſt, attenuando autem imbres affert. Maxime omnium humidi Cæcias & Aphricus. Grandinem importat Aquilo, Thraſcias, & Argeſtes. niuoſi Meſes, & Septentrio. æſtuoſi & feruidi Auſter, Vulturnus, Fauonius, partim ijs ad quos a mari ſpirant, partim ijs, ad quos a terra. Cœlum obducunt nubibus, & caligant primum Cæcias, mox Aphricus, & reliqui venti a ſe nubes abigunt, Cæcias vnus ad ſe trahit. Serenitatem afferunt maxime Thraſcias, Argeſtes, & ex reliquis Semprentrio: procellas autem maxime inferunt Semptentrio, Thraſcias, Argeſtes. Fiunt procellæ cum mutuo concurrunt venti Autumno primum, mox vere. Fulgurat vero Thraſcias, Argeſtes, Meſes, Septentrio, cum ſpinarum in mari multæ ferantur lanugines in ſenticetis, maximum fore ventum ominantur. vnde ſtellæ multæ diſcurrerint, ventum inde oriturum ſignificant. quæ ſi ex omnibus cœli partibus, multos flatus futuros nuntiant. Atque hæc ſunt ventorum indicia.

THEOPHRASTI DE IGNE LIBER.

ADRIANO TVRNEBO interprete.

ΤΟΥ͂ πυρὸς φύσις, ἰδιαιτάτας ἔχει δυνάμεις τῶν ἁπλῶν· ἀὴρ μὲν γὰρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆ, τὰς εἰς ἄλληλα μόνον ποιεῖται μεταβολὰς φυσικάς· αὐτὸ δὲ αὑτοῦ γεννητικὸν οὐδέν. τὸ δὲ πῦρ, γεννᾶν καὶ φθείρειν πέφυκεν αὑτό. γεννᾶν μὲν τὸ ἔλαττον τὸ πλέον,

IGNIS natura omnium ſimplicium ſingularibus, maxime peculiaribuſq; poteſtatibus prædita eſt. Nã aer, aqua, terra, mutuam tantum inter ſe naturæ cõmunicationem exercent, neque quicquã eorũ ſe ipſum procreat. Ignis autẽ, & ſemet generare, & perimere ſolet: generare minor maiorẽ, perime-

φθείρειν δὲ τὸ πλέον τὸ ἔλαττον. ἔτι δὲ αἱ γενέσεις αὐτοῦ [αἱ] πλεῖσται καὶ οἷον μετὰ βίας. καὶ γὰρ ἡ πληγὴ τῶν στερεῶν ὥσπερ λίθων, καὶ θλίψει καὶ πιέσει καθάπερ τῶν πυρείων ὅσα ἔχει φοράς· ὥσπερ τῶν πυρουμένων καὶ τηκομένων· ἐκ [illegible] αὐτοῦ ἀέρος καὶ τοῖς νέφεσι συστροφαὶ καὶ θλίψεις· βίαιοι γὰρ δὴ αἱ φοραί· δι' ὧν δὴ οἱ πρηστῆρες καὶ κεραυνοὶ γίνονται, καὶ ὅσους δὴ τρόπους ἄλλους τεθεωρήκαμεν. εἴθ' ὑπὲρ γῆς, γινομένων εἴτ' ἐπὶ γῆς, εἴτ' ὑπὸ γῆς. αἱ γὰρ πολλαὶ δόξειεν ἂν αὐτῶν μετὰ βίας· εἰ δ' ἄρα μὴ τοῦτ' ἀλλ' ἐκεῖνό γε φανερὸν, ὅτι πλείστας ἔχει γενέσεις. ὧν οὐδὲ μία τοῖς ἄλλοις ὑπάρχει, οὐδὲ ὅλως ὁ τρόπος οἰκεῖος· ἀλλὰ πάντων, ὥσπερ ἐλέχθη, φυσική τις μεταβολὴ καὶ γένεσις. διὸ κἀκείνων μὲν οὐθὲν ἐφ' ἡμῖν ποιεῖν. οὐδὲ γὰρ ὅταν τὸ ὕδωρ ὀρύττωμεν, αὐτὸ ποιοῦμεν. ἀλλ' εἰς ἐμφάνειαν ἄγομεν, αὐτὸ τὸ κατὰ μέρος μεμερισμένον, ἀθροιζόμενοι· τὸ αὐτὸ δὲ φαίνεται οὐ καθ' ἕνα τρόπον, ἀλλὰ κατὰ πλείους. μεγίστη δὲ αὕτη διαφορὰ δόξειεν ἂν εἶναι. τὰ μὲν γὰρ καθ' αὑτὰ, καὶ οὐδὲ ἐν ὑποκειμένῳ· πλὴν ὅγε τῇ περὶ ἡμᾶς αἰσθήσει φανερὸν· εἴτ' ἀριθμητέον, εἴτε μὴ ἀριθμητόν γε τῆς φλογὸς καὶ τοῦ ἄνθρακος ὑποκειμένων· ἡ μὲν γὰρ καπνὸς, καόμενος· τὸ δὲ γεῶδες, τὸ στερεόν. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἐν τοῖς μεταρσίοις ἐκπυρούμενα, καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ. πάντα γὰρ ἢ ἀέρος τοιοῦδε, καὶ ἢ πυρὸς, ἢ ἀέρος ἅμα καὶ ὑγροῦ καὶ γεώδους, ἢ πάντων, ἢ τοῖν δυοῖν. ἁπλῶς δ' ἀεὶ καὶ πᾶν καιόμενόν τι. καὶ ὥσπερ ἐν γενέσει, καθάπερ ἡ κίνησις ἴδιον, καὶ γινόμενον φθείρεται πως, καὶ ἅμα τῷ ὑπολιπεῖν τὸ καυστὸν καὶ αὐτὸ συναπόλλυται. τοῦτο γὰρ ἦν καὶ τὸ παρὰ τῶν παλαιῶν λεγόμενον, ὅτι τροφὴν ἀεὶ ζητεῖ τὸ πῦρ, ὡς οὐκ ἐνδεχόμενον αὐτὸ διαμένειν ἄνευ τῆς ὕλης. ὃ καὶ ἄτοπον φαίνεται πρῶτον αὐτὸ λέγειν. καὶ οἷον ἀρχὴν μὴ οἷόντ' εἶναι χωρὶς ὕλης. οὔτε γὰρ ἁπλοῦν οὕτωγε, οὔτε πρότερον τοῦ ὑποκειμένου καὶ τῆς ὕλης, εἰ μή τις ἐν αὐτῇ τῇ πρώτῃ σφαίρᾳ τοιαύτη φύσις. ὥστε ἄμικτον εἶναι θερμότητα καὶ καθαράν. οὕτω δὲ, οὐκ ἂν ἔτι καίοι· πυρὸς δ' αὕτη φύσις, πλὴν εἰ ἄραγε πλείους καὶ διάφοροι· καὶ ἡ μὲν πρώτη, καθαρὰ καὶ ἄμικτος. ἡ δὲ περὶ τὴν τῆς γῆς σφαῖραν, μεμιγμένη καὶ ἀεὶ κατὰ γένεσιν· ἡ δ' ἀρχὴ πρότερον ἀπ' ἐκείνης αὐτοῦ τῆς γενέσεως, ἢ ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων, ὅταν ἐν κινήσει τοιᾷδε καὶ διαθέσει πρὸς ἄλληλα γένωνται, καθάπερ ἀρτίως ἐλέγομεν ἐπ' ἀμφοῖν. καὶ γὰρ ἡ κίνησις ἡ τοιάδε καὶ ἀλλοίωσις, εἰς τὴν τοῦ θερμοῦ πως ἀνάγεται φύσιν. ὁ γὰρ ἡλίου, ἡ μὲν πάντα δημιουργῶν. πάλιν ἡ τοῦ ἡλίου, ἡ μὲν τοῦ πυρός τις ἰδία, πλείστην ἂν καὶ μεγίστην ἔχοι διαφορὰν, ἀρχή τις οὖσα καὶ πρὸς αὐτὰ ἥκουσα.

perimere maior minorem. Multæ quoque ſunt eius & prope violentæ procreationes, cum & ſolidorum ictu gignatur, vt lapidum: & attritu preſſuque, vt igniariorum, quæque impetu incitata feruntur, velut eorum, quæ inflammantur, liquanturque. Iam vero ab aere ipſis etiam nubibus conglobatio, & compreſſio euenit, cum rapidæ & precipites procellæ præſteras & fulmina elidant: & quæcunque tandem alia genera notamus, ſeu ſupra terram, ſeu in terra, ſeu ſuper terram. Nam multæ fere procreationes non ſine vi quadam extitiſſe videntur. ſin minus, illud quidem certe perſpicuum eſt, multis eum modis oriri, qui nullis aliis vlla ex parte conueniant: præſertim cum ſit omnium naturalis quædam, vt dixi, commutatio & origo: itaque illa generare noſtro more modoque non poſſumus. Cum enim aquam fodimus, eam non facimus, ſed aquilegio venas eius ſparſas ſingillatim in apertum promimus. huius autem non vnus eſſe modus videtur, non ſimplex, ſed multiplex ratio. maximum vero diſcrimen hoc eſſe videtur. quod cum illa per ſe ipſa conſtent, neque in ſubiecto hæreant vllo: igni tamen quod vel ſenſus fide notum eſt, ſiue in elementis numerari debet, ſiue non debet, flamma & carbo ſubiiciatur: cum illa fumus quidam ſit accenſus, hic terrena quædam ſoliditas. itidem quoque omnia ignium genera, quæ vel in ſublimi, vel in terra inflammantur. quippe cum omnia vel aer cuiuſdam modi, vel humor, vel aer ſimul & humor & terra, vel omnia vel duo eſſe videantur. atque adeo quicquid vulgo flagrat & procreationi vt motus adfine eſt: & in natalibus quodammodo emoritur ſuis, & ſtatim quam materia cremandi deficit, interit. id enim eſt, quod a veteribus ferebatur, ignem ſemper paſtum deſiderare, quod incolumis abſque materia eſſe non poſſit, quod quidem quodammodo abhorrere & abſurdum eſſe videtur, id ipſum quod primum eſt, & tanquam principium ſine materia cohærere non poſſe. ita enim neque ſimplex ignis neque ſubiecto & materia prior fuerit: niſi ſi qua eiuſmodi natura in primo forte globo eſt, vt impromiſcuus ſit, & ſincerus calor, qui profecto non vreret. atqui iſta ignis propria natura eſt. aut certe multiplex variuſque fuerit, illeque in primo globo, purus & impromiſcuus: alter in terrarum orbe admixtus atque naſcens, ſed ortus principium vtrum ne tandem ab illo proficiſcitur, an a ſubiectis, cum inter ſe, vel cuiuſdam modi agitatione cientur, vel habitu certo adfecta ſunt, quemadmodum paulo ante dicebamus, an ab vtriſque? Nam certa motio & commutatio ad caloris naturam quodammodo referuntur, & ſol ipſe horum omnium temperator & auctor. Rurſus ſi ſolis calor ſpecies quædam ignis eſt, immanem certe quandam diſſimilitudinē habuerit, cũ & principium eſt, & ad res ipſas peruenit.

καὶ γὰρ φῶς ἀπὸ τούτου, καὶ ἡ γόνιμος ἐν τοῖς ζώοις καὶ φυτοῖς θερμότης. ἔτι δὲ ἡ τοῦ γεώδους καὶ καιομένου τούτου πυρὸς, δύναιτ' ἂν διὰ τούτου γίνεσθαι. πολλοὶ γοῦν καὶ ἐξάπτοντες, ὑπολαμβάνουσιν εἶναι τὴν αὐγὴν ἀπὸ τοῦ ἡλίου· εἰ δὲ μή ἐστι πῦρ, μηδὲ πυρὸς φῶς, αὐτὸ μὲν τοῦτο θαυμαστὸν καὶ λόγου δεῖται. εἰ δὲ μὴ ὑπὸ [τούτου] καὶ διὰ τοῦτον ἡ θερμότης. ἐκεῖνο δὲ φανερὸν, ὡς ἐν ὑποκειμένῳ τινὶ· καὶ τὸ πῦρ καὶ ὁ ἥλιος τὸ θερμόν· ἄτοπον δὲ καὶ τοῦτο πάλιν, εἰ [ἡ] ἀρχὴ καὶ τὸ πρῶτον ἐν ὑποκειμένῳ. τὸ γὰρ θερμὸν καὶ ἡ τούτου δύναμις, ἀρχή. κοινότερον γὰρ τοῦτο, καὶ ἐς πλείω διήκει, καὶ κυριώτερον ἀλλοιώσεως καὶ φυσικῆς γενέσεως. τὸ δὲ πῦρ, ὡς εἴρηται, γεννητικὸν μὲν αὐτοῦ, φθαρτικὸν δὲ ὡς ἐπίπαν τῶν ἄλλων. ὅθεν καὶ δῆλον ὡς ἑτέρα τις ἡ φύσις πυρὸς καὶ θερμοῦ· νῦν δὲ λέγομεν, ὅταν ἐν τῷ γεώδει καὶ ἀερώδει τῆς ξηρᾶς ἀναθυμιάσεως καυστικὴ γένηται θερμότης, ἥνπερ οὐχ οἷόν τ' ἐν τοῖς ὑγροῖς ὑπάρχειν· πῦρ ὥσπερ σάρκα λέγομεν λέγειν. ἀλλὰ γὰρ ταῦτα ἔοικεν ἐς μείζω τινὰ σκέψιν ἐκφέρειν ἡμᾶς τῶν ὑποκειμένων. ἢ ζητεῖ τὰς πρώτας αἰτίας. φαίνεται γὰρ οὕτω λαμβάνουσι τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν, ὥσπερ πάθη τινῶν εἶναι, καὶ οὐκ ἀρχαὶ καὶ δυνάμεις. ἅμα δὲ καὶ ἡ τῶν ἁπλῶν λεγομένων φύσις, μικτή τις καὶ ὑπάρχουσα ἀλλήλοις. ὥσπερ γὰρ οὐδὲ τὸ πῦρ ἄνευ ἀέρος, ἢ ὑγροῦ τινος καὶ γεώδους, εἶναι δυνατὸν, οὕτως οὐδὲ τὸ ὑγρὸν ἄνευ πυρὸς, οὐδὲ τὴν γῆν ἄνευ ὑγροῦ. σημεῖον δὲ, τὸ μὲν γὰρ πήγνυται, διὰ τὴν ἔκθλιψιν· ἡ δ', οὐκ ἂν συμμείνειεν, ἀπολείποντος πάντη καὶ πάντως τοῦ ὑγροῦ. διὸ πάντα φαίνεται κοινὰ καὶ δεόμενα διορισμοῦ, πῶς ποτε χρὴ τὰ ἁπλᾶ λέγειν. τὰ δὲ τούτων πρότερα, μιχθέντα, μείζους ἔχει ζητήσεις, ὥσπερ εἴπομεν. ἐκεῖνο δ' ἐξ ἁπάντων φανερὸν, ὡς ἡ τοῦ πυρὸς φύσις, ἰδιαιτάτας ἔχει καὶ πλείστας δυνάμεις, καθάπερ ἐν ἀρχῇ τῶν λόγων ἐλέχθη. καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ πολυειδὲς αὐτοῦ καὶ διειλημμένον ἐν ἅπασι τοῖς τόποις, ἰδιότητα μηνύει φύσεως. οὐδὲν γὰρ δὴ τῶν ἄλλων οὔθ' οὕτω πολυειδὲς, οὔτ' ἀνώμαλον ταῖς δυνάμεσιν, οὐδ' αὐτῇ τῇ φύσει διάφορον, οὔτε διῆκον εἰς πάντας καὶ καταμεμερισμένον τοὺς τόπους. ἀφέντας γοῦν τὴν μείζω καὶ πρότερον, πειρατέον ὑπὲρ τῶν ἐλαττόνων λέγειν, ἀρξαμένους ἀπὸ τῆς γενέσεως αὐτοῦ καὶ φθορᾶς, ἣν ὑφ' αὐτοῦ ποιεῖται. ληπτέον δὲ εἰς ταῦτα τὸ μικρῷ πρότερον εἰρημένον. ὃ καὶ τῇ αἰσθήσει φανερὸν, ὡς ἐν ὑποκειμένῳ πως ἡ φύσις αὐτοῦ, καὶ τὸ ὅλον ἀλλοιουμένῳ καὶ πάσχοντι. τούτου γὰρ τεθέντος, εὔλογος ἤδη καὶ ἡ γένεσις καὶ ἡ φθορά. γεννᾷ μὲν γὰρ τῷ ἐπιπλεῖον ἀεὶ προϊέναι καῖον καὶ ἐξομοιούμενον· συμβαίνει δὲ καὶ ἀπόληψιν αὐτοῦ γίνεσθαι τινὰ, καταναλισκομένης αὐτοῦ τῆς ὑγρότητος,

Nam & lumen ab eo proficiſcitur & genitalis in animantibus & ſtirpibus calor: quin etiam huius terreni & flagrantis ignis ardor ab eo gigni poteſt. itaque multi accendentes, a ſole fulgorem exiſtimant eſſe. quod ſi nec ignis eſt, nec ignis lumen, per illud mirum fuerit: vretque calor, quanquam non ab eo, tamen illius ope. Cæterum illud perſpicuum eſt, ignem & ſolem, qui quidem calor eſt, in ſubiecto verſari. ſed & illud rurſum diſſentaneum fuerit, principium quodque primum in ſubiecto hærere. Nam calidum & eius vis principium eſt. hoc enim communius eſt, & latius peruagatur, accommodatiuſque eſt ad mutationem, & naturalem procreationem, cum ignis, vt dictum eſt, ſe ipſum procreare, alia propemodum omnia conficere ſoleat. ex quo perſpicuum eſt, aliam quandam eſſe ignis, aliam caloris naturam. Nunc autem ignem dicimus, cum in parte terrena & animabili ſicci anhelitus vis aliqua flagrans & vrens ineſt: quam in liquidis verſari non licet, non aliter quam carnem appellare ſolemus. verum hæc in maiorem quandam nos conquiſitionem quam pro inſtituto, euocare videntur, quæ principes cauſas inueſtigat. apparet enim, ſi quis ita ſumat, calidum & frigidum affectiones rerum aliquarum eſſe, non principia nec poteſtates: ſimul ſimplicium natura mixta videtur & mutuo confuſa Quemadmodum enim ignis ſine aere aut humore aliquo eſſe nequit, ita nec humor ſine igni, neque terra ſine humore. Argumento eſt, quod humor concreſcit ignis expreſſione, terra conſiſtere non poteſt omni penitus defecta humore. Quare promiſcua videtur omnia, & diſcriminis indigent, vt intelligatur, ecquonam modo ſimplicia dici oporteat. quæ autem ante iſta mixta ſunt, maiores etiam quæſtiones habent, quemadmodum diximus. Sed illud profecto perſpicuum eſt, ignis naturam ſingularibus præditam eſſe plurimiſque poteſtatibus, vt initio diſputationis dictum eſt. Nam tam numeroſæ eius ſpecies ex omnibus locis eius interuentus, proprietatem naturæ indicant. Non enim aliud quicquam ita ſpecie multiplex, ita varium poteſtate, ita natura diſſimile, ita per omnia peruadens tributumque loca reperias Proinde prætermiſſa maiore prioreque quæſtione, de minoribus dicere conabimur, ducto ab ortu & interitu principio quem ſibi conſciſcit. Huc autem trahendum eſt, quod paulo ante dictum eſt, ſenſuque compertum, in ſubiecto quodam modo hærere eius naturam, eoque modis omnibus mutabili & fungente. Hoc poſito non ab oratione eius ortus & interitus extiterit. Nam procreat, dum ſemper vltra graſſando accendit & aſſimilat, cum tamen interim quibuſdam partibus intermoriatur, humore eorum

quæ

τῶν προτέρων πυρουμένων. φθείρει δ᾽, ὅταν πλησίον τεθῇ τῷ πλείονι τὸ ἔλαττον, εἴ τε τὴν τροφὴν ἀφαιρούμενον, εἴ τε ἐξαεροῦν τὴν ἀρχὴν, καὶ καταμαραῖνον τῷ ὑπερισχύειν. οὔτε γὰρ ἄνευ ὑγρότητος οὐδὲν καυστὸν, οὔτε ταύτης ἐνυπαρχούσης ἐὰν μὴ ἔχῃ δύναμιν τὴν ἐργασομένην. ὁμοίως δὲ καὶ [ἡ] ὑπὸ τοῦ πνίγεσθαι σβέσις. καὶ γὰρ ἐνταῦθα συναθροισθὲν τῷ μὴ ἀποῤῥεῖν θερμὸν, καταμαραίνει καὶ ξηραίνει τὴν ἀρχὴν, ὥσπερ ἂν θλίψιν τινὰ ποιοῦσα καὶ ἀπότωσιν. διὸ οὐκ ἀπαθῶς τοὔνομα, τοῦ καταπνίγεσθαι τὸ πῦρ. καὶ γὰρ ὅλος ὁ ἀὴρ πυκνωθεὶς, δύναιτ᾽ ἂν τοῦτο δρᾶν. καὶ πυρωθεὶς ἔτι μᾶλλον καὶ θᾶττον. διὰ τὰς αὐτὰς δὲ καὶ παραπλησίους αἰτίας, καὶ ἐν τῷ ἡλίῳ τὸ πῦρ ἧττον καίεται, ἢ ἐν τῇ σκιᾷ. καὶ οἱ λύχνοι φαίνουσιν ἧττον, καιομένου πυρός. καὶ ἀποσβέννυται ὅλως ἐὰν ὑπὲρ τῆς φλογὸς τεθῇ. καὶ γὰρ ἐνταῦθα καταμαραίνει τὲ καὶ κωλύει τὴν ἀρχὴν τὸ πλέον. ἀντικειμένως δὲ τούτῳ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, καὶ παρόμοιον [καὶ] τὰ καιόμενα θᾶττον κατακαίεται χειμῶνος ἢ θέρους. ἀσθενέστερον γὰρ ποιεῖ τὸ πῦρ τὸ θέρος ὥσπερ καὶ ὁ ἥλιος καὶ αὐτὸ τὸ πῦρ, [καὶ] τὸ φῶς· ὁ δὲ χειμὼν καὶ τὸ πέριξ καὶ τὰ τοῦ ἀέρος ψυχρὰ ἀθροίζει· συνηθροισμένον δὲ πᾶν ἰσχυρόν· διὸ καὶ ἐν τοῖς λαμπτῆρσι φῶς ἐπὶ πλεῖον φαίνεται. ὅλως δὲ συνεστηκυῖα καὶ ἀθρόος ἡ δύναμις, ἰσχυροτέρα, καθάπερ τὸ βάρος. ὥσπερ γὰρ μεῖζον γίνεται· πολλὰ δὲ τοιαῦτα ἀπὸ τοῦ θερμοῦ λαβεῖν ἐστιν, οἷον καὶ τὰ ἀλειπτήρια καὶ τὰ βαλανεῖα θερμότερα καὶ χειμῶνος ἢ θέρους, καὶ βορείοις ἢ νοτίοις. συνέσταλται δὲ ἐν τῷ χειμῶνι καὶ συγκατακέκλεισται τὸ θερμὸν ὑπὸ τοῦ πέριξ ἀέρος, καὶ τὰ σώματα πέττει τὰς τροφὰς μᾶλλον. καὶ ὅλως ἰσχυρότερα τοῖς χειμῶσίν ἐστιν. ὅτι συνήθροισται καὶ ἀντιπεριέστηκε τῷ θερμῷ. ἐκ ταύτης δὲ τῆς αἰτίας καὶ τὸ ψυχρὸν ἐνιαχοῦ δοκοῦσι τὸ αὐτὸ ποιεῖν τῷ θερμῷ, καὶ ἁπλῶς καὶ ταῖς ὑπερβολαῖς. πέττειν τε γάρ φασι τοὺς καρποὺς τὰ ψύχη, καὶ ἀποκαίειν καὶ τὸ καῦμα καὶ τὸ ψῦχος· οὐκ ἀληθῆ λέγοντες. ἀποκαίει γὰρ οὕτω καὶ πέττει τὸ ψῦχος, οὐ προηγουμένως, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκὸς, ὅτι συστέλλει καὶ ἐνάγει τὸ θερμὸν ἐπὶ τὸ ἐργαζόμενον ἐκεῖνο, πλέον δὲ ὂν καὶ ἰσχυρὸν μᾶλλον. ἡ αὐτὴ δὲ αἰτία καὶ ὅτι τοῖς λειποψυχοῦσι ψυχρὸν ὕδωρ προσχέουσιν, ψυχροῦ τοῦ πάθους ὄντος. συνέχει γὰρ καὶ ἐξιέναι κωλύει τὸ θερμὸν, ἐμφράττον τοὺς πόρους, καὶ καταψῦχον τὸ πέριξ· ἀθροῖσαι γὰρ τοῦτο δεῖ καὶ ἀνακαλέσασθαι. διὸ καὶ κατέχειν τινὲς κελεύουσι τὸ πνεῦμα τοῦ ἐκλυομένου· ἅμα γὰρ διαθερμαίνεται, καὶ τὸ ἐντὸς, καὶ τὸ ὕδωρ ἐμπῖπτον λύει τὴν λειποθυμίαν· ἐν τῷ ψύχει δὲ μᾶλλον, καὶ ἐν τῇ σκιᾷ ἢ τῷ ἡλίῳ, διὰ τὸ ψυχρότερον εἶναι τὸ περιεστηκός. ἐκθλίβεται γὰρ μᾶλλον τὸ θερμὸν, καὶ τὰ ἐκ τῆς γῆς δὲ θερμότερα τοῦ χειμῶνος ἢ τοῦ θέρους, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. καὶ ἔνια γὰρ ἀναζεῖ μᾶλλον· τὸ δὲ θερμαινόμενον ὕδωρ,

quæ prima deflagrant abſumpto. Interimit minore maiori appoſito, ſiue alimentum detrahendo, ſiue principium tollendo & arefaciendo, cum robore eualeſcat. Non enim abſque humore quicquam deflagrauerit, neque ſi ſuppetat, vis tamen iuſta non adſit, quæ efficiat. Eodem modo & ex ſuffocatione extinguitur. tum enim calor coaceruatus, non effluendo principium tabefacit, & deſiccat eliſu quodam & compreſſu: proinde non inſcite ſuffocari ignis dicitur, Nam & denſatus aer efficere iſtud poſſet, incenſuſque multo magis & celerius. iiſdem paribuſque de cauſis & in ſole malignius vrit ignis, quam in vmbra, & lucernæ minus lucent igni ardente, extinguunturque omnino ſupra flammam poſitæ: quod tum principium a maiore vi impediatur & elangueſcat. Quod autem contrarium eſt, eandem & perſimilem cauſam habet, quæ cremantur citius deflagrare hyeme, quam æſtate. Imbecilliorem enim ignem reddit æſtas, vt & ſol & ignis ipſe lumen; at hyems & ambiens aeris horror colligunt. Quicquid autem collectum eſt, corroboratur. Quocirca & in lucernis lumen clarius lucet. in totum, conſociata & collecta poteſtas omnis corroboratur ponderis more, quod maius redditur. Multa eiuſdem generis a calore aſciſcere licet, verbi gratia, vnctorum ſudationes & balnearia, hyeme quam vere, aquilone quam auſtro calidiora ſunt. Nam hyeme circundatus aer contrahit & concludit calorem, & corpora melius cibos concoquunt: & frigoribus omnino robuſtiora ſunt, quod coactus ſit calor, & compulſus vndique teneatur. iſta de cauſa nonnunquam frigus idem quod calor efficere videtur, & abſolute, & ſuperlatiue. Nam frigoribus fructus coqui prædicant, & adurere æſtum & frigus. nec id vere loquuntur tamen: propterea quod ſic vrere & coquere frigus videtur, non ſua ſponte, ſed ex conſecutione: quia contrahit & cogit calorem huius rei effectorem, qui copioſior, etiam protinus valentior eſt. Eadem cauſa eſt cur hominibus cum animo male eſt, aquam offundunt, quia affectus frigidus. obſtruens enim meatus & circumiectum aerem refrigerans, arcet & exire prohibet calorem, quem colligere & reuocare oportet. Itaque præcipiunt nonnulli ſpiritum quem ducimus, continendum eſſe. ſimul enim incaleſcunt interiora, ſimul ſudor coortus ſoluit animi defectum. frigoribus porro calefacit magis ignis, & in vmbra quam in ſole: quod circumiectio ſit frigidior, expreſſo magis & expulſo calore. & terræ interiora hyeme quam æſtate eadem cauſa calidiora ſunt. ſed & nonnulla impenſius feruent. Non tamen aqua calida item efferueſcit, vt æſtate. quan-

οὐχ ὁμοίως ὑπερζεῖ καὶ τοῦ θέρους μᾶλλον θερμαινομένου, ὀνῶς εἰπεῖν. ὅτι τὸ ὑπερζεῖν ἐστιν, ἐν ἀποβολῇ τῶν πομφολύγων· αὗται δ᾽ οὐχ ὁμοίως αἴρεσθαι δύνανται, διὰ τὴν ψυχρότητα τοῦ περιέχοντος ἀέρος. θλίβει γὰρ οὗτος, καὶ ὥσπερ ἐπικόπτει· διὸ καὶ ταχὺ συμπίπτουσιν ἅμα, τῷ τε πλήθει καὶ τοῖς ὄγκοις ἐλάττους γίνονται· τοῦ δὲ θέρους ἀνάπαλιν. ὅτι δὲ ἰσχυρὸν εἰς τὸ ἀναγαγεῖν καὶ συναθροῖσαι τὸ θερμὸν, σημεῖον καὶ τὰ τηκόμενα καὶ τὰ ῥηγνύμενα τῶν ἐλατῶν καὶ χυτῶν. καττίτερον γάρ φασι καὶ μόλιβδον ἤδη τακῆναι ἐν τῷ πόντῳ, πάγου καὶ χειμῶνος ὄντος νεανικοῦ, χαλκὸν δὲ ῥαγῆναι. τοῦτο δὲ δῆλον ὡς διὰ τὸ ἐμπνευματωθῆναι τὴν θερμότητα συστελλομένου καὶ συνιόντος τοῦ θερμοῦ. τὸ γὰρ πνεῦμα διεκπίπτον, ποιεῖ τὴν ῥῆξιν. καὶ ὑπὸ χιόνος δὲ, τῆς γῆς ἀναζύμωσις, καὶ γένεσις ἐν αὐτῇ τῇ χιόνι ζώων ἐνίων. ἁπλῶς δὲ καὶ ἡ μεταβολὴ τῶν ἐν τῇ γῇ πάντων, ἀπ᾽ αὐτῶν ἀρξαμένοις τῶν ὑδάτων· ἐπεὶ καὶ ἡ ἀναθυμίασις καὶ ὁ ἀτμὸς πλείων, οὐ μόνον διὰ τὸν ἀθροισμὸν τοῦ θερμοῦ, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἀντιπερίστασιν ἅμα καθυγραινομένης· τοῦτο μὲν οὖν φανερὸν ἐκ πολλῶν, ὅτι καὶ ἰσχύει μᾶλλον ἠθροισμένον, καὶ ἀσθενέστερον γίνεται διακεχυμένον. ἓν δέ τι τῶν ὑπὸ τοῦτο καὶ τὸ διαμένειν ἐστὶ τὸ πῦρ ἐγκρυφθέν. περιστέγει γὰρ ἡ τέφρα, καὶ κωλύει τὸν ἀέρα τὸν ἔξωθεν προσπίπτοντα σβέννυσθαι· σβεννύει γὰρ τὸ ψυχρόν· καὶ τὴν ἀπόρροιαν μὴ γίγνεσθαι τὴν τοῦ πυρός· καὶ γὰρ οὕτως ἐκμαραίνεται καταναλισκομένου τοῦ ὑγροῦ· μήδ᾽ αὐγὴν εἴ τις ἄρ᾽ ἐστὶ, συναθροίζεσθαι, καθάπερ πρὸς τοὺς πνιγεῖς, ἀλλ᾽ ἔχειν δίοδον ἱκανήν. τὸ δὲ δοκοῦν ὑπεναντίον εἶναι τούτῳ, διότι μὴ ἐκκοφθὲν θᾶττον φθείρεται, μὴ ἀφαιρούντων τὴν τέφραν ἢ ὑφαιρούντων, οὐκ ἔστιν ὑπεναντίον. δεῖ γὰρ τὴν ὀλιγότητα τὴν αὐτοῦ οὔτε κωλύειν δύνασθαι τὸν ἀέρα προσπίπτειν, οὔτε πάλιν εἰς τὴν ἀπορροὴν ἰέναι τοσαύτην, ὥστε μίγνυσθαι καὶ κρατεῖν τοῦ προσπίπτοντος. ὅπερ εἰ γυμνὸν ἦν, ἐποίει ἂν μᾶλλον. ὥστ᾽ εὐλόγως καταναλίσκεται θᾶττον. φθοραὶ γὰρ πυρὸς πλείους· ἡ μὲν ὥσπερ φυσική τις, ἐξαναλισκομένου τοῦ ὑγροῦ, καὶ ἁπλῶς τοῦ καυστοῦ· τότε γὰρ ὥσπερ φθίνει καὶ μαραίνεται· αἱ δ᾽ ἐκ τῶν ἔξωθεν ὧν ἓν μέν τι γένος αἱ ὑπὸ τῶν ὁμογενῶν, ἃς ὀλίγῳ πρότερον εἴπομεν· ἄλλαι δὲ ὑπὸ ψυχροῦ, οἰκεῖαι μᾶλλον δόξασαι τῶν ὑπὸ τοῦ ὁμογενοῦς. τὰ γὰρ ἐναντία, φθαρτικὰ φύσει τῶν ἐναντίων. διὸ δὴ καὶ ἡ προσπίπτουσα ψυχρότης, εἰς τὸ τελεφρωμένον πῦρ σβέννυσιν. ἡ δήπωτις καὶ θερμὴ καὶ ψυχρὰ οὐσία διαδυτικὴ καταφθείρει τὴν ἀρχήν. ἐπεὶ καὶ ἡ φύσις καυστὴ, καθάπερ ἤδη πλείων περιρρέουσα, τῆς ἱκανῆς ἐπὶ τοῦ τε φλογώδους καὶ ὑπὸ πνεύματος μεγέθους. καὶ γὰρ οὕτω σβέννυται φθειρομένης καὶ ὥσπερ κατισχυομένης τῇ μείζονι κινήσει, ἀλλὰ τρόπον τινὰ καταφθειρομένης καὶ ἐνταῦθα τῆς ἀρχῆς. διὸ καὶ ὅταν ἐπιτεθῇ τι τοῖς λύχνοις, ἧττον σβέννυ-

quam interdum calidior qui immodicus feruor in bullarum eruptione poſitus ſit: quæ non ſimiliter attolli poſſunt propter ambientis aeris rigorem prementem & tanquam euerberantem, proinde ſubito collabuntur, numeroque pauciores, & magnitudine minores gignuntur: æſtate, cõtra. Quod autem valentiſſimum ſit frigus ad colligendum, & coaceruandum calorem, documento ſunt ductilia, & fuſilia, quæ liquantur, & rumpuntur. Stannum & plumbum in Ponto tradunt per immane hyemis frigus & glaciem aliquando tabuiſſe, æs ruptum eſſe: quod profecto fit humore in flatum abeunte, quando conſtringitur calor, & coit. flatus enim egrediens erumpit. Sed & a niue terræ fermentatio idem declarat. & nonnullæ beſtiolæ quæ in niue gignuntur: omninoque mutatio omnium in terra vel ab aqua auſpicantibus quando vapor, & anhelitus uberior prouenit, non ſolum ex caloris coaceruatione, verum etiam propter compulſionem terra humeſcente. Ex multis igitur iſtud conſtat, valentiorem eſſe collectum, & imbecilliorem reddi diffuſum calorem. Eodem illud quoque pertinet, ignem tectum permanere. Cinis enim arcet, cohibetque, atque efficit ne adiecto externo aere reſtinguatur. frigida enim extinguunt, ignemque non effluere. Sic enim contabeſcit, humore conſumpto. flammam, ſi qua ineſt, non coaceruari, quemadmodum apud fornaces carbonarias: ſed ſatis tamen tranſitus habere. Quod autem repugnare videtur, non erutum citius interire, ablato, quam non ſublato cinere, nihil ſane repugnat. eius enim eam eſſe paucitatem oportet, quæ aeris appulſionem non prohibeat: neque rurſum ex igni tantum effluere, vt admiſceatur, & obtineat aduerſus aeris adiectum: quod in nudo magis certe fieret. ex quo non abs re celerius abſumitur. eius enim multi ſunt interitus. vnus prope naturalis, omni conſumpto humore, quodque adeo cremabile eſt. tum enim tanquam ſeneſcit, & emarceſcit: alij externi, quorum genus vnum ab cognatis rebus, quas paulo ante diximus: alii a frigore, qui proprii magis eſſe videantur, quam a cognatis: propterea quod contraria ſuapte natura contrarijs extioſa ſunt. itaque frigus etiam incurrens in ignem cinere obductum, eum extinguit, materiaque iam aliqua calida, & frigida penetrabilis principium interimit: quando & foco idonea, vt lignum, plus æquo circumfluens; cum etiam flamma intereat flatus magnitudine. Sic enim & hic extinguitur fere, interempto, non ſuperato principio motus magnitudine. Proinde ſi quid lucernis ſuperponas, minus extinguuntur. quaſque

hodie

ται, καὶ οὓς γε νῦν ποιοῦσι τοὺς χαλκοῦς, οἷς ἀντὶ τῶν λαμπτήρων [χρῶνται] τὸ ὅλον, οὐ δὲ σβέννυνται, πλὴν ἐὰν ἔκτοπόν τι γένηται πνεῦμα. οὐ γὰρ ἔχοντες οὐδαμῇ παράδυσιν, οὐχ ἅπτονται τῆς ἀρχῆς. ὡς δ᾽ ἂν αὕτη μένῃ, καθάπερ ὕδατος πηγὴ μένει, [καὶ ἡ φλὸξ σβέννυται, καὶ ἐάν τις ἀποστεγάσῃ πανταχῇ] καὶ ἐὰν μηδεμίαν ἀναπνοὴν διδῷ, διὸ καὶ ἐν τῇ τέφρᾳ ἐγκρύπτουσι τοῦτ᾽ εὐλαβούμενοι. κωλυόμενον γὰρ ἀποῤῥεῖν, αὐτὸ ἑαυτῷ θλίβεται. καὶ ἐάν τις καταθλίβῃ τὰς δᾷδας ἢ τοὺς ἄνθρακας, ὥσπερ καὶ τοὺς λύχνους, ἀποσβεννύουσιν. ἐπεὶ καὶ τὸ ἐν τοῖς μεγάλοις λύχνοις διὰ τοιαύτην αἰτίαν σβέννυται. παχὺς γὰρ ὢν ὁ ἀὴρ καὶ ἀκίνητος, οἷον καταπιέζει καὶ θλίβει, καθάπερ εἴ τι στερεὸν οὐ δύναται διαβιάσασθαι τὸ πῦρ, κενὸν δὴ ζητεῖ, πρὸς ὃ καὶ ἐν ᾧ ἡ φορά. διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὸν πνιγμὸν ποιεῖ τοῖς ἐργαζομένοις ὁ ἀήρ, ὅτι παχύς τε καὶ ἠρεμῶν· οὐ γὰρ διαδίδωσι τῇ ἐκπνοῇ· διὸ καὶ ψυχαγωγεῖα ποιοῦσιν, ὅπως λεπτύνηται τῇ κινήσει, καὶ ἅμα μεταβαλὼν διδῷ χώραν. ὅτι δὲ ὁ παχὺς δύσπνους φανερὸν μὲν καὶ ἁπλῶς λεχθέν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁμιχλώδη καὶ θολερώδη διαμαρτυροῦσι. καὶ τούτων μὲν ταύτας ἄν τις ὑπολάβοι τὰς αἰτίας. ὅτι δ᾽ ἡ ἀρχὴ φθειρομένη, κυριωτάτη πρὸς τὴν σβέσιν, κἀκεῖθεν φανερόν. τὴν γὰρ πίτταν καιομένην τὸ μὲν ὕδωρ οὐ σβέννυσι, τὸ δὲ ἔλαιον σβέννυσιν, ὅτι διαλύεται, λεπτότερον ὄν, πρὸς τὴν ἀρχήν, καί τοι μάλιστα καυστόν. ἀλλ᾽ ὅ τι ἂν ἀπολάβῃ καὶ θλίψῃ, τοῦτο ἔσβεσεν, ὥσπερ καὶ τοὺς λύχνους ἐπιῤῥυέν. πάλιν δὲ τὸ ὄξος σβεστικώτερον τοῦ ὕδατος, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, θερμότατον ὂν τῶν λοιπῶν. εἰσδύεται γὰρ μάλιστα καὶ πλεῖστον, ὥστε θιγγάνειν τῆς ἀρχῆς. οὐ γάρ, ᾗ ψυχρὸν, σβέννυσι πάντως τὸ ψυχρόν· τοῦτο δὲ δῆλον, ὅτι καὶ τὸ ζέον ὕδωρ. ἀλλ᾽ ᾗ τὴν ἀρχὴν ἐπικλείει καὶ καταλαμβάνει· συντεθέντα μὲν οὖν ἄμφω τόθ᾽ ὑγρὸν καὶ τὸ ψυχρὸν, μᾶλλον φθείρει. γίγνεται γὰρ τοῖς ἐναντίοις ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἡ φθορά. τὸ γὰρ πῦρ, θερμὸν καὶ ξηρόν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ χωριζόμενον ἑκάτερον φθαρτικόν. ὁ μὲν γὰρ ἀὴρ, ᾗ ψυχρὸς, σβέννυσι· τὸ δ᾽ ὕδωρ ᾗ ὑγρόν. καὶ αὗται μὲν, ἐοίκασιν ὥσπερ φυσικαῖς τισὶ ταῖς ἐναντίαις ὑπὸ τῶν ἐναντίων γινόμεναι. ἡ δὲ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ καθάπερ ἡ παρὰ φύσιν. οὐκ ἔστι δὲ παρὰ φύσιν, τὸ τὴν ἐλάττω κρατεῖσθαι δύναμιν ὑπὸ τῆς μείζονος. φθείρει δὲ καὶ τὰ οἰκείως φθαρτικὰ ταῖς ὑπερβολαῖς. ἐπεὶ μέχρι γε τούτου καὶ συναύξει, λαμβάνοντος συμμετρίαν. οἷον τὸ μὲν ὑγρὸν αὐτὸ καιόμενον, τὸ δὲ ψυχρὸν, συνθλίβον, ἰσχυρότερον ποιεῖ. τὸ δὲ πνεῦμα τῇ κινήσει συνεκκαίει καὶ ζωπυρεῖ· διὸ καὶ οἱ λύχνοι πλεῖον ἔλαιον ἀναλίσκουσιν ἐν τοῖς πνεύμασι, καὶ τὰ ξύλα θᾶττον κατακαίεται σφοδροτέρας καὶ πλείονος τῆς κινήσεως γινομένης. ἡ δὲ μείζων καὶ ἀσύμμετρος, ἀπέσβεσε. καὶ διὰ τοῦτο

hodie æreas lucernas fabricant, quibus pro laternis vtuntur, prorſus non extinguuntur, niſi ſæuus flatus inceſſat. non enim facilem ingreſſum præbent, vt attingi principium poſſit. quod quando incolume manet, tanquam aquæ caput permanet. interit etiam ſi quis nullam reſpirationem concedat. itaque id ne eueniat, cavent qui cinere operiũt. Nam ſi effluere prohibeatur, ſe ipſum comprimit, & elidit. ac ſi quis tædas vel prunas comprimat, non ſecus quam lucernæ extinguuntur. cum etiam in magnis lucernis eadẽ de cauſa ignis reſtinguatur. pinguis enim & immotus aer tanquam comprimit & collidit: & velut ſolida perrumpere non poteſt ignis, inane deſiderans, quod affectat, & in quo trepdiat. iſta de cauſa aer operarios ſtrangulat, quod plenus & deſes reſpirationi non concedat: proinde ſpiracula aperiunt, vt motu attenuetur, & demigrans locum cedat. Quod autem aer plenior reſpirationem difficilem afferat, quamquã vel ſolo verbo perſpicuum eſt, tamen id etiam nebuloſa & caliginoſa loca declarant. Atque harum rerum iſtas fere quis eſſe cauſas coniecerit. Cæterum principii interitum ad extinctionem eſſe efficaciſſimum, hinc perſpicuum fuerit. Picem ardentem aqua non reſtinguit, oleum extinguit: propterea quod ea tennius & ſubtilius ad principium peruadit: quamquam omnium ad cremandum aptiſſimum: ſed quicquid deprehenderit & opreſſerit, extinguit, velut & lucernis ipſis ſuperfuſum. Rurſus acetum eanden ob cauſam quam aqua magis extinguit: cum ſit tamen reliquorum calidiſſimum. Subit enim maxime & magna copia, vt principium attingat. Nam quod frigidum eſt, non quia frigidum, vſque quaque extinguit (quod ex eo perſpici poteſt, quia fervens aqua extinguit) ſed quia principium intercludit, & occupat: proinde ambo compoſita, humidum & frigidum, vehementius perimunt, cum præſertim contrariis a ſuis contrariis exitium oriatur, ignisque calidus ſit & ſiccus. verum illa tamen ſeparata vitioſa ſunt. Nam aer, vt frigidus extinguit: aqua vt humida. Qui quidem interitus naturalibus ſimiles ſunt, quos contrariis ſua afferunt contraria: quem autem ſibi conſciſcit, veluti contra naturam eſt: nec tamen contra naturam eſt, maiorem vim a minore ſuperari. cum etiam quæ proprie exitialia ſunt, exuperantia perimant. quando eatenus amplificant, quoad moderata ſunt. Verbi cauſa, humor ipſe ardendo, & frigus comprimendo corroborant: flatus agitatione accendit, & exuſcitat. itaque lucernæ plus olei per flatum conſumunt, & ligna citius cremantur, acriore & maiore motu laceſſente: qui porro maior ſit & immodicus, extinguit. ideoque lucerna flatu extin-

ὁ μὲν λύχνος ἀποσβέννυται φυσώμενος· τὰ δὲ ξύλα καὶ οἱ ἄνθρακες, ἐκκαίονται. τὸ μὲν γὰρ οὐκ ἔστι σύμμετρον πνεῦμα λαβεῖν. ἅμα δὲ καὶ εὔκαυστον ἔχον τὸ πυρούμενον, δεῖται τῆς ἔξωθεν πνοῆς. τό τε γὰρ ἐλλύχνιον, ἅτε μανὸν καὶ ξηρὸν, ἐφέλκεται τὴν ὑγρότητα. καὶ τὸ ἔλαιον αὐτὸ καιόμενον. ὁ δ' ἄνθραξ καὶ τὸ ξύλον, οὐ δύναται καίεσθαι μὴ φυσώμενα, διὰ τὸ γεῶδες καὶ στερεόν. οἱ γὰρ πόροι, πυκνοὶ τῶν τοιούτων πάντων· οὓς διοίγει καὶ ποιεῖ τῷ πυρὶ τὸ πνεῦμα. καὶ ὅσῳ ἂν πλείω καὶ ἐλάττω μεμερισμένα, προσπίπτει μᾶλλον. διὰ τοῦτο καταγνύντες τοὺς ἄνθρακας ἐνίοτε καὶ προσσάγοντες ἀλλήλοις, φυσῶσιν· ἐκ μικρῶν γὰρ συνιόντων, ὥσπερ ναματίων, καὶ ἡ φλὸξ γίνεται. καὶ τὰ πυρεῖα τῇ τρίψει τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖ καὶ τοῖς ξύλοις. ὑπεκκαύματα λεπτὰ λαμβάνοντες, φυσῶσι τοὺς ἄνθρακας. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ ἄνθραξ, φυσώμενος, μᾶλλον καὶ θᾶττον ἐκκαίεται. καθάπερ ἐν τοῖς χαλκείοις, τοῦτο μὲν οὐκ ἂν ἀλόγως δόξειε συνεργεῖν πνεύματι. καὶ γὰρ τὸ πῦρ οἷον πνεύματός τις φύσις. ἐπεὶ δὲ πλείω καὶ ἀεὶ διαφέροντα τὰ καυστὰ καὶ πυρωτὰ, διὰ τοῦτο καὶ αἱ δυνάμεις αὐτῶν ἕτεραι· καὶ οὐχ ἅπαν θάτερον δύναται καὶ θάτερον ποιεῖν. οἷον ὁ ἄνθραξ οὐ φωτίζει ὥσπερ ἡ φλόξ· οὐδ' αὐτὴ καὶ ὁ λύχνος ὁμοίως, οὐδ' ἂν οὗτος τ' ἐκκαίων, καὶ αὔων· ἀλλ' ὅσῳ δὴ καθαρωτέρα, τοσούτῳ μᾶλλον οὐκ ἔχουσα γεῶδες, οὐδὲ ὑδατῶδες, οὐδὲ ἐν αὐτῇ τὸ ἀντιφράττον· ἐξ ὧν ὁ καπνὸς καὶ ἡ ἀναθυμίασις. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἡ τῶν χλωρῶν ἐρυθροτέρα φλὸξ ἢ τῶν ξηρῶν, ὅτι πλεῖον ἔχει τὸ τοιοῦτον. δι' οὗ διαφαινομένη λαμβάνει τὴν χροιὰν, ὥσπερ καὶ ὁ ἥλιος, ὅταν ᾖ παχὺς ὁ ἀήρ. ὁ δ' ἄνθραξ οὐδὲ ποιεῖ φλόγα, πλὴν ὀλίγην. διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὴν ἐξαερουμένην πολλὴν ὑγρότητα. πυρουμένη [γὰρ] αὕτη ἡ φλόξ. οὔσης δὲ τῆς εἰρημένης ἀνωμαλίας, εὔλογον ἤδη καὶ τὸ θερμαίνειν ἔνια μᾶλλον καὶ θᾶττον, [ἧττον] ὄντα θερμὰ, καθάπερ ἡ τοῦ καλάμου φλὸξ καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τοὺς ἀνθρώπους, τῆς ἀπὸ τῶν ξύλων. καίτοι θερμότατόν γε πῦρ ὅλως [τὸ] ἀπὸ τῶν στερεωτάτων. ὁ δ' ἄνθραξ ἥκιστα θερμαίνει στερεώτατος ὤν· καὶ τὴν μὲν τοῦ ἡλίου θερμότητα μελαίνειν τὰ σώματα, τὴν δὲ τοῦ πυρὸς, μή. πάντων δὲ τούτων καὶ τῶν τοιούτων αἰτιάσαιτ' ἄν τις τὴν λεπτότητα καὶ τὴν παχύτητα. θερμαίνει τε γὰρ τὴν σάρκα καὶ τὸ ὕδωρ ἡ τῶν καλάμων τάχιστα, διὰ τὴν λεπτότητα καὶ πυκνότητα. λεπτὴ μὲν γὰρ ὅτι κοῦφος· συνεχὴς δὲ, ὅτι πυκνή· τὸ δὲ λεπτὸν, διαδυτικόν· καὶ τὸ θερμαίνεσθαι, διὰ τὴν συναφὴν καὶ κατάμιξιν· ἥ τε φλὸξ ὅλως τῶν ἀνθράκων μᾶλλον διὰ τοῦτο, καὶ ἅμα πλείων ἡ ἀπορροὴ [καὶ] ἀθροωτέρα· τὸ δ' ὅλον οὐ διὰ τῶν αὐτῶν ἴσον ἑκάτερον θερμαντικόν· εἰ δὲ μὴ, ὡς οὐχ οὕτως γ' ἔχων, οὐδὲ ὁμοίων ἑκατε-

tu extinguitur ; ligna & carbones accenduntur. nec enim modificatum flatum accipere poteſt: ſimul cum ipſa ardeat, & quod flagret in promptu habeat, externo non indiget afflatu. Nam & ellychnium, rarum præſertim & ſiccum, humorem allicit, & oleum ipſum, quod flagrat. lignum autem & carbo ardere non poſſunt, niſi adflata propter terrenam ſoliditatem. Crebra quippe foramina eorum omnium ſunt, quæ aperit & peruia reddit igni flatus: & quo plura minutiuſque diuiſa occurrunt, eo magis. Ideo carbones nonnunquam frangentes & inter ſe admouentes aſpirant. Nam ex puſillis coeuntibus tanquam laticibus flamma cumulatur. & igniaria tritu idem iſtud faciunt, ligniſque minutos fomites & cremia adhibentes, carbones afflant. & carbo ipſe afflatus magis citiuſque accenditur, velut in ferrarijs officinis. Atque id non ab nulla ratione fieri videtur, iuuari ignem flatu. Quippe cum ignis flatus quædam natura ſit. Sed quoniam plurima ſunt, eaque paſſim diſcrepantia, quæ vel cremari, vel igneſcere queant; proinde eorum quoque poteſtates ſunt diſpares: nec quod aliud, idem aliud quoduis protinus effecerit: velut carbo, non item vti flamma illuminat, nec ea & lucerna ſimiliter, nec iſta flagrans & malignius ardens. Sed quo purior flamma eſt, eo minus terreni habet, & aquei: aut poſtremo, quod officiat, quiſquis ex rebus fumus & exhalatio vaporatur. Eo proinde nomine viridium lignorum flamma rutilior eſt, quam coctilium: quod in ea plus iſtius generis eſt, per quod perlucens inficitur, veluti ſol cœlo concretiore. Carbo autem flammam præter admodum paucam non gignit: propterea quod in eo magna vis humoris non eſt, qui in aerem mutetur. humor enim igneſcens flamma eſt. Cum ergo in his tanta varietas verſetur, non temerarium fuerit a nonnullis minus calidis quædam magis incaleſcere: velut harundinis flamma homines, & aquam, magis quam lignorum. Quamquam vt ignis a ſolidiſſimis quibuſque eſt, ita maxime calet: cum carbo tamen, qui ſolidiſſimus eſt, minime omnium calefaciat: ſoliſque vapor homines merito colorauerit, ignis non colorauerit. In quibus omnibus tenuitatem & craſſitudinem iure quis cauſabitur. Carnem enim & aquam velociſſime calfacit harundinum flamma propter ſubtilitatem & crebritatem. Subtilis enim eſt, quia leuis: crebra, quia continens. Subtilitas autem penetrabilis eſt, calorque ex contagione & admixtione contingit. Qua de cauſa etiam flamma quam toti carbones ad id efficacior: ſimulque vberior & confertior quoque eſt emanatio. In totum non iiſdem fortaſſe vtrumque calfacit: ſin minus, certe non eodem vtriuſque habitu: ſed ſolidiſſimus quiſque carbo, flamma tenuiſſima & creberrima.

ρον· ἀλλ᾽ ἄνθραξ μὲν, ὁ στερεώτατος· φλὸξ δ᾽ ἡ λεπτοτάτη καὶ πυκνοτάτη. θερμαίνει μὲν γὰρ ἡ φλὸξ διὰ ταῦτα μᾶλλον ἔνια. καταφλέγει δὲ πάλιν οὐχ᾽ ὁμοίως, ὅτι λεπτοτέρα καὶ ἀσθενεστέρα. τὸ γὰρ ἐν τῷ γεώδει καὶ στερεῷ πῦρ θερμότατον, οὐχ᾽ ὁρμῶν ὁμοίως, ἀλλ᾽ ἀποστεγόμενον ὑπὸ τῆς θερμότητος, ἔχον τε τὸ καυστὸν σῶμα. τὸ δὲ στερεὸν, διὰ τὴν πυκνότητα καὶ σκληρότητα πυρωθὲν, καθάπερ σίδηρος, χαλκὸς, λίθος, ὄστρεα κενὰ, τῇ φύσει σχεδὸν ψυχρότατα. στέγει γὰρ ἐν αὐτοῖς μάλιστα καὶ τηρεῖ τὸ θερμόν. ὥστ᾽ εὐλόγως καυστικώτατα τῆς σαρκός. ἅμα δὲ καὶ ἡ τῆς φλογὸς φορὰ ποιεῖ τινὰ παραλλαγήν. διὸ καὶ οἱ κινοῦντες ἐν τῇ φλογὶ τὰς χεῖρας ὀξέως, οὐ κατακαίονται. θᾶττον γὰρ ἡ κίνησις τῆς χειρὸς οὖσα, καὶ ἅμα μεταλλάττουσα τὰ μέρη, κωλύει τὴν κατάκαυσιν. οὐ γὰρ καίει μὴ ἐπιμείναντι τὸν αὐτὸν χρόνον. διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἐν τῷ ἡλίῳ βαδίζοντες, ἧττον καίονται τῶν καθημένων· καὶ οἱ τρέχοντες, ἔτι τούτων· ἅμα δ᾽ ἴσως τούτοις δὲ καὶ ἡ ἀπὸ τῆς κινήσεως τοῦ ἀέρος γινομένη, ποιεῖ τινὰ κατάψυξιν. ἔχει δὲ καὶ πρὸς τὰς τήξεις καὶ πρὸς τὰς ἑψήσεις, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα, μεγάλας ἕκαστα πρὸς τὰ ὑποκείμενα διαφοράς· οἷον ὅλως μαλακῆς ἢ θερμοτάτης, ἢ μὴ σκληρᾶς, ἢ πάλιν ὀξείας καὶ σφοδροτέρας καὶ ἀθροωτέρας· ἀπὸ μὲν μαλακῶν καὶ μανῶν μαλακώτερον τὸ θερμὸν ἀπὸ δὲ τῶν σκληρῶν καὶ πυκνῶν, σφοδρότερον. διὸ καὶ οἱ ἰατροὶ τοὺς ἥλους καίουσι τῷ οἴσῳ· μαλακωτάτη γὰρ ἡ ἀπὸ τούτου θερμότης. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν ταῖς πυριάσεσι καὶ τοῖς ἀλείμμασιν. ἀπὸ τοιούτων γὰρ ζητοῦσι τὰς θερμότητας σχεδόν. ὁμοίως δὲ καὶ αἱ ἄλλαι τέχναι κατὰ λόγον. αἷς μὲν ὥσπερ βιαιοτέρα τις χρῆσις, ὥσπερ τῇ χαλκευτικῇ τὴν σφοδροτάτην. διὸ καὶ τοὺς ἄνθρακας τοὺς γεωδεστάτους καὶ πυκνοτάτους λαμβάνουσι. καὶ ἐνίους γε στιπτοὺς ποιοῦσιν ἕνεκα τῆς ἰσχύος· καὶ ἔτι ταῖς φύσαις χρῶνται. σφοδροτέρα γὰρ οὕτως ἡ θερμότης καὶ ἀθροωτέρα, συνεκκαιομένου τοῦ πνεύματος. ἐν τούτῳ δ᾽ οὖν τῷ γε καὶ ἐκεῖνο τὸ ἀπορούμενον. ὅτι ὁ μὲν ἥλιος, μελαίνει τὴν σάρκα· τὸ δὲ πῦρ, οὔ. συμβαίνει γὰρ τὴν μὲν τοῦ ἡλίου θερμότητα, λεπτὴν οὖσαν καὶ μαλακὴν, εἰσάγεσθαι κατὰ μικρὸν εἰς τοὺς πόρους, καὶ ὥσπερ ἀναθυμιᾶν καὶ ἐπικαίειν τὰ ἐπιπολῆς· διὸ καὶ ἄλυπος, ὥστε ὑπομένειν. τὴν δὲ τοῦ πυρὸς παχυτέραν καὶ σφοδροτέραν οὖσαν, διαθερμαίνουσαν μᾶλλον, παραχρῆμα μὲν ἀνιόντος τοῦ αἵματος ποιεῖν εὔχροιαν· ὕστερον δ᾽ οὐ διαμένειν. οὐ μὴν ἀλλ᾽ ἐάν γε τούτων σφοδρότερον χρήσηται καὶ κατακαύσει μελαίνει· μέλανα γὰρ τὰ πυρίκαυστα, καὶ ὅλως τὰ κατακαιόμενα.

rima. His de cauſis, non nulla impenſius flamma calfacit: verum non item torret, & vrit: quod tenuior, & imbecillior ſit. ignis enim in ſolido & terreno calidiſſimus eſt, non æque tamen ſe effert, ſed denſitate cohibetur, & corpus torridum occupat. Solidum autem propter denſitatem & duritiem, ignitum vrit, quemadmodum ferrum, æs, lapis, oſtrea inania, quorum frigidiſſima fere natura eſt. Continent enim in ſe ipſa calorem, & conſeruant. itaque ex eo carnem maxime torrent. adhæc flammæ trepidatio, aliquid mutat. proinde qui in flamma manus mouent leuiter, non vruntur. Nam celerior manus agitatio etiam partes tranſmouendo vri prohibet. non enim vrit tantundum non permanenti.

Quo fit, vt qui in ſole ambulant, minus vrantur ſedentibus, & qui currunt etiam ambulantibns minus: adde quod his aeris etiam motus aliquid refrigerationis fortaſſis affert. magni autem refert, & ad liquandum & coquendum reliquaque generis eiuſdem, qualis quæque materia ſit, verbi gratia flammam ne mollem habeat, an calidiſſimam, an nón duram, an rurſum velocem & vehementiorem, & confertam. Nam a laxis & mollibus mollior quoque oritur calor, a duris & denſis vehementior. itaque Medici vitice clauos adurunt, cuius calor molliſſimus eſt. itidem in fomentis & vnctionibus ab huiuſmodi materijs vaporem fere flagitant: ſic aliæ artes pro rata portione. quarnm enim administratio vehementioris eſt operis, velut ferrariorum ars vaporem acerrimum deſiderant. Proinde carbones omnium denſiſſimos terrenoſque maxime ſumunt, ac nonnullos quoque στιπτοὺς id eſt ſtrictiuos reddunt, quo maior vis ſit, folleſque adhibent. Sic enim acrior calor eſt, & plenior: præterea flatu accendente. in quo & illa quoq; quæſtio ſoluitur, quid ſit, quod ſol carnem coloret, ignis non coloret. euenit enim, vt ſolis calor tenuis & mollis ſenſim foramina ineat, & ſumma corporis vaporet, & inurat. proinde ſine doloris ſenſu ſuſtinetur. Ignis calor craſſior & violentior, cum amplius calfaciat, ſtatim ſubeunte ſanguine coloris bonitatem adfert, poſtea non remanet. Siquis tamen eo vehementius vtatur, vt vſtuletur, atrum reddit. Nã ambuſta atra ſunt. Atq; adeo quæ vſtulantur.

 ex quo

διὸ καὶ αἱ Φωκαΐδες ἔχουσιν ἐνιαχοῦ τοιαύτην τινὰ χρόαν, ὥσπερ ἀποσβεννυμένου τοῦ πυρός, καθάπερ ἐν τοῖς ἄνθραξιν. οὐδὲν γὰρ μέλαν ἄνευ ὑγρότητος· ἀλλ᾽ ὅταν ἐκκαυθῇ, πάντα λευκὰ καὶ τεφρώδη, καθάπερ καὶ τὰ ὀστᾶ. τὸ δ᾽ ἐπὶ τοῦ κεράμου μὲν λεγόμενον, ὅτι μελαίνει τὸ πῦρ τὴν σάρκα μὴ μελαῖνον, ἢ οὐκ ἀληθές, ἢ οὐχ᾽ ὅμοιον. μίξει γάρ τινι μελαίνει τὸν ἄσβολον καὶ τὸν καπνὸν ἀναφέρων, ὥσπερ καὶ τὰ ξύλα καὶ τὸν κέραμον καὶ τοὺς τοίχους· ἐπεὶ καὶ τοὺς ἄνθρακας τρόπον τινὰ παραπλησίως. ἐγκαταδύεται γὰρ ὁ καπνὸς ἀναφέρων πολὺ γεῶδες. ἅμα δὲ καὶ ἡ ὑγρότης οὐ πᾶσα ἐκκαίεται, διὰ τὸ μειοῦσθαι. καὶ διὰ τοῦτο βαρύτεροι τῶν ἄλλων εἰσίν. ἀναφερομένης γὰρ τῆς τοιαύτης ἀναθυμιάσεως, ἕλκεται τῇ πνοῇ καὶ εἰσδύεται πόρρω. διὸ καὶ βαρύνει τὰς κεφαλὰς καὶ ὅλα τὰ σώματα. τούτων μὲν οὖν ταύτας τὰς αἰτίας ὑποληπτέον. ἐὰν δὲ ὅλως ἐν ἑτέροις γένεσι τεθῇ τὸ θερμὸν, οἷον ὑγρῷ καὶ ξηρῷ, πλείων ἔτι γίνεται διαφορά. πολλὰ γὰρ οὐ δύναται ποιεῖν ἑκάτερον ὧν θάτερον οὐκ ἀσθενέστερον ἔχειν δοκεῖ τὸ θερμόν. οἷον τὸ ὕδωρ ζέον, θερμότερον ὂν κατὰ τὴν ἀφὴν, οὐχ᾽ ἧττον τῆς φλογός, οὐ τήκει ταχύ· καὶ πάλιν τὸ πῦρ οὐ δύναται κατὰ μικρὸν ἐξάγειν τὸ ὑγρὸν, οὐδὲ συνιέναι καὶ παχύνειν, ἀλλὰ διὰ τὴν ξηρότητα πυκνοῦν τοὺς ἔξω πόρους, δείκνυσιν ὥσπερ τὰ ᾠά· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐάν τι ἄλλο δέῃ μαλακῇ θερμότητι πέττειν ἢ παχύνειν· ἡ δὲ ὑγρότης ὥσπερ μαλάττει πηγνυμένη. διὰ τοῦτο καὶ ὅταν περίξηρος ὁ ἀὴρ ᾖ, κατακαίει τὰ ὀπωρεῖα· καὶ ὅπου φύσει τοιοῦτος, ἀεὶ τοῦτο συμβαίνει πλεῖον. ἐὰν μὴ τὸ ἔδαφος βοηθῇ διάρρεον, καὶ τὴν ἰκμάδα παρέχον, ἢ δρόσοι πίπτωσιν, οὕτως ἅμα τροφήν τε λαμβάνειν καὶ πέψιν. εἰς μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα χρήσιμον [πλὴν] ἐν ὑγρότητι καὶ μεθ᾽ ὑγρότητος τὸ θερμόν· εἰς δὲ τὰς τήξεις τὸ ὑγρὸν ἀχρεῖον. αἴτιον δ᾽ ὅτι τὸ τηκτὸν, ὕδατος ὂν, φύσει ξηρᾶς δεῖται θερμότητος εἰς τὴν διάχυσιν. τὸ γὰρ ὅμοιον, ὑπὸ τοῦ ὁμοίου ἀπαθές.

Ἅμα δὲ καὶ ἡ ἀσυμμετρία τῶν πόρων ἐναντιοῦται πρὸς τὸ μὴ δέξασθαι· μεγαλομερὲς γάρ· οὐχ᾽ οἷόν τε δὲ ἄνευ τοῦ ὑγροῦ χωρισθὲν εἰσιέναι τὸ θερμόν. ἔτι δὲ ἀσθενέστερον ὥστε διοῖξαι τοὺς πόρους, πυκνῶν καὶ συνεχῶν ὄντων τῶν ἔξωθεν. διὰ δὴ τοῦθ᾽ ἡ ξηρὰ θερμότης ἁρμόττει πρὸς τὰς τήξεις. καὶ αὐτὴ λαμβάνουσα τὴν συμμετρίαν. εἰ γὰρ πλείων, ἐκκαίει· τὰ δὲ καὶ ὅλως κατακαίει, πρὶν εἰς διάλυσιν ἀγαγεῖν. τινὰ δὲ τοσαύτης δεῖται θερμότητος, ἣ ἐν λεπτοτέρῳ γίνεται τοῦ ὕδατος, ὥσπερ τὰ λίνα, καὶ οἱ στήμονες οἱ ἑψημένοι. τῷ γὰρ ἀτμῷ ταῦτα διαθερμαινόμενα, λαμβάνει τὴν ἕψησιν, ἐγκαταμιγνυμένης ἅμα τῆς ἰκμάδος. ὃ καὶ χρήσιμον πρὸς ἰσχύν.

ex quo & ignis maculæ talem nonnunquam calorem habent tanquam igni extincto; velut in carbonibus. nihil enim abſque humore nigricat. quo vſto & deflagrato, alba efficiuntur omnia & cinericia, quemadmodum & oſſa. Quod autem de fictilibus fertur, ea nigreſcere igni, carnem non nigreſcere, aut verum non eſt, aut diſſimile. nam admixtione aliqua infuſcat, fuliginem & fumum offundens, quemadmodum & ligna, & fictilia & parietes: quando & carbones eodem fere modo. Subit enim penitus fumus, magnam vim terreni tollens: ſimul non omnis humor exuritur, ſi minuitur. Quamobrem aliis omnibus grauiores ſunt. Nam dum eiuſmodi tollitur anhelitus, flatu trahitur, & porro penetrat: proinde caput grauitate afficit, & totum corpus tentat. Atque harum rerum iſtam cauſam exiſtimare conuenit. Quod ſi aliis in generibus calor verſetur, in materia, verbi gratia, humida vel ſicca, maius quoque ex eo diſcrimen extiterit. Nam multa calor vterque efficere non poteſt, non imbecillior alioqui, quæ tamen alteruter poteſt: velut aqua feruens, quamquam tactu calidior, aut certe non minus calida quam flamma, non magnopere liquat. rurſum ignis humorem paulatim educere non poteſt, neque inire & craſſum reddere, ſed propter ſiccitatem externis omnibus foraminibus denſatis, tanquam oua reddit. eodem quoque modo ſi quid oporteat molli calore coquere, vel craſſum reddere, humor tanquam concreſcens mollit. quamobrem cum exſiccatus aer eſt, fructus carbunculat, & vbicunque terrarum eſt generis, iſtud ſemper euenit: prærerquam ſicubi irriguum ſolum ſuccum miniſtrando opitulatur, vel ros cadit, vt ſimul alimentum capeſſant & maturentur. Has igitur ad res vtilis eſt ignis in humore, vel calor cum humido. Cærerum ad liquandum inutilis humor. Cauſa eſt, quod quæ liquabilia ſunt, cum aquæ cenſeantur, calore ſicco ſuapte natura indigent, vt fundantur: cum præſertim ſimile a ſimili nihil patiatur.

Simul immoderatio foraminum aduerſatur, vt humor recipi non poſſit, cum grandium ſit partium, nec ab humore ſeparatus calor ea ingrediatur: imbecilliorque ſit, quam vt aperire foramina queat, externis præſertim partibus denſis & continuis. Iſta de cauſa ſiccus calor conuenit liquationi, modum quendam & temperamentum adeptus, cum maior eius vis exurat: quædam etiam omnia vel ante diſſolutionem torreat. Nonnulla tanto egent calore, quantus tenuiore gignitur aquæ portione, velut retia, & licia quæ coquuntur. Nam iſta vapore concalefacta cocturam accipiunt, admixto vna humore, quod & illis vtiliſſimũ eſt ad firmitatem.

ἔνια δὲ τῶν βρωτῶν οὕτως ἕψεται διαφεύγειν βουλομένων τῶν ὑγρῶν. ὅθεν οὐ κακῶς κεῖται τοὔνομα τὸ πνίγειν. ἐγκατακλείουσι γάρ, περιπωμάζοντες καὶ πλάττοντες τὸν ἀτμόν· ὥστε τρίτη τις ἀπόστασις ἀπὸ τοῦ πρώτου αὕτη καὶ γένεσις· τὸ μὲν γὰρ ὑγρὸν, ἀπὸ τοῦ ξηροῦ γίνεται θερμόν· τοῦτο δὲ ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ. πλὴν ἐκεῖνο μὲν, μιγνυμένου πως τοῦ πυρός· τοῦτο δ᾽ ἴδιον ἐκκρινομένου καὶ ἀπιόντος. ἡ δὲ τοῖς ἐμψύχοις σώμασιν ἐνυπάρχουσα θερμότης, πλείοσι μιγνυμένη, καὶ τρόπον ἰδιώτερον, οἷον ἡ ζῶσα, καὶ γόνιμος ἤδη γίνεται τῶν ὁμοίων· ἔτι δὲ προτέρα ταύτης ἡ ἀπὸ τοῦ ἡλίου. καὶ γὰρ αὕτη γόνιμος καὶ ζώων καὶ φυτῶν, οὐκ ἄμικτος μένουσα τῷ ἀέρι, μᾶλλον δ᾽ ἐν αὐτῷ τούτῳ γινομένη. συμμετρίαν δέ τιν᾽ ἔχουσα τῇ μαλακότητι καὶ λεπτότητι πρὸς τὸ γεννᾶν, οὐχ᾽ ὥσπερ ἡ τοῦ πυρὸς σκληρὰ καὶ περικαής· διὸ καὶ σπέρματα, πυρωθέντα μὲν, ἀβλαστεῖ· θερμαινόμενα, δ᾽ ὑπὸ τοῦ ἡλίου καθ᾽ ὑπερβολήν. ἐνίοτε γάρ φασι περὶ Βαβυλῶνα, καὶ ἔτι τοὺς θερμοτέρους τόπους, καὶ πηδᾶν ἐπὶ τῆς ἅλω, καθάπερ τὰ φρυγόμενα γεννᾷ καὶ βλαστάνει. τὸ μὲν οὖν πῦρ, τῷ θερμῷ τηλικαύτας ἢ τοιαύτας ἔχει διαφοράς. καὶ οὔτε καθ᾽ αὑτὰ καὶ μετ᾽ ἄλλων καὶ ἐν ἄλλοις μιγνυμένων. ἐκ ταύτης δέ πως τῆς αἰτίας καὶ ἐκεῖνο λύεται τὸ ἀπόρημα, διὰ τί ποτε ἡ μὲν κοιλία τήκει τὰ νομίσματα, τὸ δὲ ὕδωρ ζέον, θερμότερον ὂν, οὐ τήκει. καὶ γὰρ ὅλως τὸ ὑγρὸν, ὥσπερ ἐλέχθη, κωλυτικὸν τήξεως· καὶ ἅμα διὰ τὴν μαλακότητα καὶ μεγαλομέρειαν οὐ δύναται τέμνειν, οὐδὲ διοίγειν τοὺς πόρους. ἡ δ᾽ ἐν τῇ κοιλίᾳ θερμότης, ξηροτέρα καὶ γεωδεστέρα, διακρινομένου καὶ ὑπονοστοῦντος ἀεὶ τοῦ ὑγροῦ πρὸς τὴν κύστιν. καὶ πάλιν διὰ τί τῶν μὲν ἐν τῷ πυρὶ κατακαιομένων νεκρῶν γίνεταί τι λείψανον. ὁ δὲ ἐν Ἄσῳ λίθος ἐξ οὗ τὰς σοροὺς ποιοῦσι, καὶ ὅπου ἄλλοθι τοιοῦτος, ἀφανίζει πάντα, καὶ ἐν ἑαυτῷ τέφραν ποιεῖ. διαφέρει γὰρ καὶ ἐνταῦθ᾽ ἡ θερμότης· ὅτι μὲν γὰρ ὁ λίθος ἐργάζεται τῇ θερμότητι, καὶ τῇ φύσει θερμὸς ὢν, σημεῖον τὸ γίνεσθαι κονίαν ἐξ αὐτοῦ. τῷ δὲ θερμότερον, τὸ διαιρεῖν ταχύ τε καὶ εἰς λεπτά· ταχὺ μὲν γὰρ τὸ θερμότερον καὶ κινητικώτερον, οἷον ἡ φλόξ. εἰς δὲ μικρὰ τὸ λεπτομερέστερον, διὰ τὸ πάντη παραδύεσθαι· τοιοῦτον δὲ τὸ ἐν τῷ λίθῳ θερμόν· ἐπεὶ ποιεῖ γε τοῦτο καὶ ὁ ἀὴρ ὁ ἐγκατακλειόμενος ἐν ταῖς θήκαις, καὶ διαλύει πάντα εἰς τέφραν· ἀλλὰ χρονιώτερος, θερμανθείς· ἡ δ᾽ ἐν τῷ λίθῳ θερμότης, τῆς μὲν τοῦ πυρὸς ἀσθενεστέρα, λεπτοτέρα δέ· τῆς δὲ τοῦ ἀέρος τοῦ συγκλειομένου θερμοτέρα, λεπτὴ δ᾽ ἧττον· ὥστε τοῦ μὲν θᾶττον, τοῦ δὲ εἰς λεπτότερα διαιρεῖν χρονιώτερον. ἐπεὶ δὲ τὸ σωματωδέστερον καὶ πυκνότερον πυρωθὲν, θερμότερον διὰ τοῦ τόπου, ταχὺς καὶ θολε-

Nonnulla item eſculenta ſic coquuntur, quæ humorem auent effugere. Proinde non male ſuffocationis nomen impoſitum eſt. includunt enim operculantes & obſtruentes vaporem, vt tertius quidam receſſus a primo & ortus eſſe videatur. Nam humor a ſicco incaleſcit, hoc vero ab humore: niſi quod illud fit admixto quodam modo igne, hoc cum ſuum & proprium quiddam excernitur, & decedit. Sed calor, qui in corporibus animatis ineſt, pluribus admixtus, & peculiari quodam modo temperatus, viuax & genitalis ad procreationem ſimilium redditur: & illo etiam prior ſolis calor. Is enim etiam genitalis animantium omnium & ſtirpium eſt: qui in aere impromiſcuus non manet, ſed in eo potius naſcitur, moderationem quandam mollitudinis & ſubtilitatis habens ad generandum, non ignis more duritiam quandam torrentem. Itaque ſemina fricta non germinant, a ſole calefacta ſupramodum (nonnunquam enim aiunt apud Babylonem aliiſque in locis calidioribus in areis frumenta tanquam torrida ſalire) nihilo ſecius generant, & germinant. Ergo ignis iſtas caloris tot tantaſque diſſimilitudines habet, cum ſuapte natura vrens, tum vero cum aliis & in aliis mixtus. Ex hac fere cauſa illa etiam ſoluitur quæſtio, quid ſit quod venter nummos liquare poſſit, aqua feruens ventre calidior non poſſit. Nam in totum, vt dixi, humor liquationem impedit, ſimul ob mollitudinem & partium magnitudinem diuidere & aperire foramina non poteſt. at ventris calor ſiccus magis terreſtriſque eſt, ſecreto ſemper & peſſum in veſicam eunte humore. Rurſum, quamobrem eorum qui in rogo cremati ſunt, reliquiæ quædam ſuperant. qui autem lapis apud Aſſum eruitur, ex quo loculos faciunt, & vbicunque terrarum talis lapis eſt, perpetuo corpora conſumit, & in cineres redigit. hic enim etiam calor intereſt. Quod enim iſtud lapis natiuo calore efficiat, argumento eſt calx, quæ ex eo fit. Cæterum, quod calidus eſt, & celeriter & in tenuia comminuit. Calidiora enim & agiliora veluti flamma celeritatem habent: in puſilla comminuunt, quæ ex minutioribus coaluere particulis, quod quoquouerſum penetrent. Cuiuſmodi eſt lapidis illius calor: quando idem etiam aer incluſus in loculis efficit, & omnia in cinerem ſoluit, longiore tamen incaleſcens ſpacio. Illius autem lapidis calor eſt ille quidem igne imbecillior, ſubtilior tamen; aere vero qui incluſus eſt calidior, ſed tenuis minus. vt iſto celerius, illo diutius, ſed minutius tamen diuidat. Quoniam autem corpulentiora omnia, & concretiora impenſius incandeſcunt calefacta,

ρώτερος ἐπάγει καὶ καύματα μᾶλλον. ὥστ' ἔνιοι ψυχρότατοι καὶ καυματωδέστατοι. πυρωθεὶς γὰρ ὁ ἀὴρ, κατέχων ἐν ἑαυτῷ διὰ τὴν παχύτητα τὸ θερμὸν, ἐκπυροῖ τὸν τόπον· ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ δ' οἱ τοιοῦτοι καπνοί. ἐὰν δὲ καὶ ἐπιπίπτῃ πνεῦμα, θερμὸν ὄντα τὸν ἀέρα προσφέρον, καίεται. διὰ τὴν αὐτὴν δ' αἰτίαν καὶ τῶν ἑψομένων τὰ παχύτερα θερμότερα, καθάπερ τὸ γάλα, καὶ ὅλως τὰ ῥοφήματα, τοῦ ὕδατος. καὶ ἐὰν ἐπιβάλῃ τις ἐπὶ τὸ ὕδωρ, θερμαίνεται θᾶττον ἢ ψιλόν. οἷον γὰρ ἀντιφράττει καὶ κωλύει διατμίζειν ἔξω τὸ θερμὸν, ὥσπερ τὰ ἐπιπωματιζόμενα, καὶ ἅμα δὴ θερμανθέν τι θερμαίνει. πᾶν γὰρ ἔχον πυκνότητα, δύναται ποιεῖν τοῦτο, διὰ τὸ κατέχειν. ὅλως γὰρ ὃ πολλάκις λέγεται, τὸ μὲν ἐν λεπτῷ καὶ ῥέον αὐτὸ καὶ μὴ μένον, ἔτι δὲ μικρομερὲς ὂν, οὐχ ὁμοίως καίεται· τὸ δὲ ἐναντίως ἔχον τούτῳ, διὰ τὸν ἀθροισμὸν καίει μᾶλλον καὶ ἰσχυρότερον γίνεται καὶ χρονιώτερον. τῆς δὲ φλογὸς λευκότατον ἀεὶ καὶ καθαρώτατον τὸ μέσον. τὸ δὲ κάτω καὶ τὸ ἔσχατον, ἐρυθρὰ, καὶ μελανοῦται μᾶλλον. ἐμφαίνεσθαι δὲ τοῦτο μάλιστα ἐπὶ τῶν λύχνων, ὅτι ἀμιγέστατον τοῦτο τῇ ἀναθυμιάσει. τὸ μὲν γὰρ πρὸς αὐτῇ τῇ μύξῃ καὶ τοῖς λύχνοις, ἅτε ἐπὶ τοῦτο φερομένης τῆς ἀναθυμιάσεως, εὐλόγως μελαίνει μᾶλλον· εἰς δὲ τὸ ἄκρον οἷον σύῤῥοὴ γίνεται καταλήγοντος ἤδη τοῦ πυρὸς, καὶ ἅμα προσεπιλαμβάνοντος τοῦ ἀέρος. ἄνω γὰρ ἡ ἰσχὺς πᾶσα καὶ ἡ φορὰ τῆς φλογός. διὸ καὶ ὁ καπνὸς ταύτῃ μάλιστα φέρεται. τάχα δὲ κἀκεῖνο οὐ κακῶς, εἰ μὴ ἄρα καὶ ἀληθέστερον· ὡς οὔτε ᾗ γίνεται, οὔπω ἐστιν, οὔτε ᾗ φθείρεται, ὅμοιον. ἔτι δὲ κάτωθεν μὲν γίνεται, ἄνωθεν δὲ φθείρεται ὑπὸ τοῦ ἀέρος· τὸ δὲ μέσον, οἷον καθαρὸν καὶ εἰλικρινές· διὸ καὶ ταύτῃ μὲν διορᾶται, τὰ δ' ἄνω κωλύει, διά τε τὸ εἰς ὀξὺ συνήκειν, καὶ διὰ τὴν κίνησιν. ἀπορεῖται δὲ τοῦτο, διατί ποτε τῆς φλογὸς τὸ σχῆμα πυραμοειδές ἐστι. καὶ φησὶ Δημόκριτος μὲν, περιψυχομένων αὐτῷ τῶν ἄλλων εἰς μικρὸν συνάγεσθαι, καὶ τέλος ἀποξύνεσθαι. ἕτεροι δέ τινες τῶν παλαιῶν, ὑπὸ τῆς τοῦ προσπίπτοντος ἀέρος καὶ πνεύματος κινήσεως περισχίζεσθαι. τότε γὰρ ἐπάνω τῆς φλογὸς ἀσθενέστερον εἶναι, καὶ ἐν πλείστῃ κινήσει, ἀλλ' οὐ περιψύχει· καὶ διὰ τὴν τοῦ προσπίπτοντος πνεύματος κίνησιν· εἰ γὰρ τῷ περιψύχειν, εἰσαεὶ ἔδει καὶ μὴ ὡσαύτως γίνεσθαι. ὄντος δὲ οὐδ' ἑτέρου τῶν δύο, καὶ μᾶλλον ὑπὸ τῆς κινήσεως ἢ περιψύξεως ἀποξύνεσθαι. γελοία δὲ ὅλως καὶ τούτοις ἡ τοῦ προσπίπτοντος ἀέρος κίνησις. ὑφ' αὐτοῦ γὰρ κινεῖται τὸ πῦρ, καὶ μᾶλλον κινεῖ τὸν ἀέρα ἢ ὑπ' ἐκείνου κινεῖται τῷ διωθεῖν· ἐπεὶ καὶ εὐδίας οὔσης, οὐδὲν ἧττον ἡ ὀξύτης τῆς φλογός. ἔτι δ' ἄτοπος ὁ περισυρμὸς, ὥσπερ κούφων τινῶν καὶ ἐπιπολαίων ὄντων. χρὴ οὖν τὰ τούτων πανταχόθεν ὁμοίως συμβαίνειν· καὶ

idcirco vbicunque craſſus eſt & caliginoſus aer, ibi maiores concitantur æſtus: proinde tractus nonnulli frigidiſſimi iidem æſtuoſiſſimi ſunt. Nam aer ſemel incenſus cum in ſe ob craſſitudinem calorem ipſe contineat, locum torret; ſuntque fere tractus eiuſmodi ab omni ſilentes aura: ſin flatus forte inceſſat, calidum aerem obiectando torretur. Iſta autem de cauſa ex elixis, quæ craſſiora ſunt, calidiora etiam experimur, velut lac & ſorbitiones aquæ. Quod ſi quid adiiciatur aquæ, calorem citius concipiet quam mera. Nam id obſtruet, nec foras calorem efflari ſinet. non aliter quam operculata. Quin etiam calefactum inuicem calefacit. Quicquid enim denſitatem habet, ex retentione id efficere poteſt. Nam quū in tenui verſatur fluidus ipſe permanens, & particulis ſubtilis & minutus eſt, non æque incenditur: qui ſecus affectus eſt, ex aceruatione vrit acrius & diutius. Omnis autem flamma candidiſſima & liquidiſſima eſt: media ima & extrema rubeſcit magis, & infuſcatur: quod in lucerna maxime apparet, cum a vapore ſinceriſſimum medium. Nam qua naribus & lucernæ propinquat, merito nigricat magis, propterea quod eo vapor fertur. Summa autem colluuies quædam petit, deſinente iam igni & ſimul ineunte in confinio aere. Nam vis omnis flammæ in ſummo eſt, & omnis eius impetus. itaque illud fumus præcipue capeſcit, illuc intendit. fortaſſe ne illud quidem ab re dicetur, imo & verius, neque qua gignitur ſimilem eſſe, neque iam qua interit. nam ima gignitur, ſumma interit ab aere, mediam mundiſſima, & liquidiſſima eſt. Proinde hinc perſpicitur: quod ſumma prohibēt, quia in acumen coeunt, & agitantur. Illud autem ambigitur, quamobrem ſit flammæ figura metæ ſimilis. Ac Democritus quidem ait, aliis omnibus circa frigentibus eam im arctum cogi, poſtremoque acuminari. Nonnulli veterum alii, agitatione aeris & flatus incurrentis circuncidi. Nam & ſumma flammæ imbecilliora eſſe, & multo ſolicitari motu, non refrigerari, propter incurrentis flatus agitationem. Nam ſi ex refrigeratione fieret, eodem ſemper modo euenire oporteret. Sed tamen cum eorum neutrum verum ſit, ex agitatione potius quam refrigeratione acueretur. Verumtamen ridicula plane eſt iſta aeris incurrentis impulſio. Nam ignis ſuopte mouetur impulſu, aeremque potius mouet, quam ab eo mouetur repellendo: quando etiam in ſerenitate nihilo ſecius flamma acuitur. Iam illa quoque diſtractio aliena eſt, tanquam leuium & innatantium rerum. Itaque iſta pariter euenire omni ex parte oportebat: quoque maior

eſſet

πνεύματος ὄντος μείζονος, μᾶλλον. νῦν δ' ἐν ταῖς ἀπνοίαις ἀποκορυφοῦται μάλιστα ἡ φλόξ. ἅτε καὶ οὐ κωλυομένη τῷ πνεύματι ὅπερ διακωλύει τὴν εἰς ὀρθὸν φοράν, ἀλλὰ περικλᾷ καὶ μεταρριπτεῖ. τοῦτο μὲν οὖν πρὸς τὸ μὴ ἀληθὲς, οὐδ' ἄγαν εὐλόγον. εἰ δ' ἐν φορᾷ τινι καὶ ῥύσει τὸ πῦρ, ἀεὶ δὲ τῶν ῥεόντων εἰς ἔλαττον ἡ ἀποτελεύτησις, μὴ γινομένης ἄλλοθεν ἐπιρροῆς, ἀναγκαῖον εἰς τὸν πλείω τόπον διατεινόμενον, καὶ τὸ συνεχὲς διατηροῦν, ἀποστενοῦσθαι μᾶλλον. ὥστε τοῦτο αὖ εἴη καὶ τῆς φλογὸς αἴτιον εἰς τὸν σχηματισμόν. ἡ γὰρ ἀρχὴ κάτωθεν ἰσχυροτάτη καὶ πλείστη. μετὰ δὲ ταύτην ἐλάττων ἀεὶ καὶ ἀπολήγουσα, ἀσθενεστέρα, διασώζουσα δὲ τὸ συνεχές. ὃ καὶ ἐπὶ τῶν ὑδάτων γίνεται. καὶ γίγνοιτ' ἄν, εἰ μὴ παρεμπίπτοιεν ἔξωθεν ἕτερα ῥεῖθρα· πολλῆς γὰρ οὔσης καὶ ἀθρόας τῆς πηγῆς, τὸ ἐγγύτατον πλεῖστον. εἶτα ἔλαττον ἀεὶ καὶ ἔλαττον. τελευτῶν δ' ὑπελλείπει, ἐὰν μὴ που τόπος ἔγκοιλος ὢν ἢ καὶ ἄλλως ἀνωμαλὴς, ἀθροισμὸν ἢ διάχυσιν εἰς πλείω ποιήσει. τοῦτο δ' ἐπὶ τοῦ ἀέρος, καὶ τῆς φλογὸς οὐκ ἔστιν. ὁ μὲν γὰρ, ὁμαλής· ἡ δὲ φλόξ, οὐ τὴν αὐτὴν φέρεται, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν τόπων ἔγκλισιν. ὅμοιον δὲ, καὶ οὐχ ἧττον ἴσως οἰκεῖον, τὸ ἐπὶ τῶν φυτῶν· καὶ γὰρ τούτων ἡ αὔξησις εἰς λεπτὸν ἀνήκει· καὶ εἰς ὀξὺ ἡ τοῦ θερμοῦ φορὰ γινομένη, μέχρι ὅταν ἀρχὰς ἑτέρας ἐν αὐτῇ λαμβάνουσα, ποιήσηται τὴν ὄζων καὶ κλάδων ἔκφυσιν. εἰ δ' ἄρα καὶ τὸ περιέχον κωλύει τι καὶ ἀφαιρεῖται καθάπερ εἰκὸς, οὐχ ᾗ κινούμενον ἀλλ' ᾗ ψυχρὸν, τοῦτο δρᾷ, πλείω δ' ἀφαιρεῖται καὶ μᾶλλον ἐνισχύει· δῆλον ὅτι τοῦ ἀσθενεστέρου καὶ πορρωτέρω διατεινομένου. καὶ περὶ μὲν τοῦ σχήματος ἱκανῶς εἴρηται. φθοραὶ δὲ γίνονται πλείους τοῦ πυρός. πειρατέον δ' εἰς ἑκάστην τούτων ἀνάγειν κατὰ μέρος. οἷα καὶ τὰ τοιάδε· διατί τὴν σάρκα καίοντα, τὴν κοιλίαν οὐ καίει, οὐδὲ τὰ στόματα ὁμοίως. διατί δὲ τοὺς λύχνους τινὲς εἰς τὰ στόματα λαμβάνοντες, ἀποσβεννύονται, καὶ οὐ καίονται. διατί καὶ τοὺς διαπύρους ὀβελίσκους σφοδροτέρως πιάσαντες, ἧττον καίονται. διὸ καὶ οἱ διὰ τοῦ πυρὸς βαδίζοντες πρὸς τοῖς ἄλλοις οἷς παρασκευάζονται, καὶ τοῦτό φασι δρᾶν. καὶ διατί τὰ κατακαύματα τῷ θερμῷ καθίσταται καὶ κωλύει φλυκταίνας ἐπαίρεσθαι. πάντα γὰρ ταῦτα, καὶ εἴ τι τούτοις ὅμοιον, εἰς ἐκείνας πίπτει τὰς αἰτίας. εἴς τε τὴν, τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ πλείονος φθείρεσθαι καὶ μαραίνεσθαι, καὶ εἰς τὸ συνθλίβειν τε καὶ καταπνίγειν τὴν ἀρχήν. ταυτὸ γὰρ ποιεῖ καὶ τὰ στόματα, καὶ ἡ κοιλία, καὶ ἡ πίεσις. οὐκ ἐᾷ γὰρ ἀποῤῥεῖν. μὴ ἀποῤῥέον δὲ, ἧττον καίει. τούτων γὰρ ἡ δύναμις, ἐπεὶ καὶ θλίβοντες οὗτοι καὶ μεταβάλλοντες τοὺς ἄνθρακας τῇ ἀποπιέσει σβεννύουσιν. αἱ δὲ τῶν ὑγρῶν δυνάμεις, σβεστικώτεραι τῷ παρεισδύεσθαι μάλιστα εἰς τὴν ἀρχὴν, ὥσπερ ἐλέχθη περὶ τοῦ ὄξους. ἐὰν δ' ἅμα καὶ γλισχρότης τις μι-

eſſet flatus, eo magis : non vndique frangi & diſiectari : nunc aura ſilente flamma præcipue faſtigiatur, nullo impedita flatu, qui rectum eius proiectum interpellat. Hoc ergo præterquam quod verum non eſt, etiam parum ſolers videtur. Sed cum ſemper agitetur, & fluat ignis, fluentia autem ſubinde in minus deſinant, niſi aliunde quid affluat, neceſſe profecto fuerit, eum longius porrectum continuationemque ſeruantem, tandem magis coarctari, atque iſta plane fuerit in figura flammæ cauſa. imum quippe primordium & valentiſſimum & vberrimum eſt, tractu deinde minuitur ſemper, deſinenſque imbecillitate elangueſcit continuatione retenta: quod quidem in aquis etiam vſu venit. Atq; vſu ſemper veniret, niſi ſemper gurgites interuenirent alii. Vt enim quicq; fonti vberrimo & copioſiſſimo proximum eſt, ita maxime abundat : deinde magis magiſque ſemper minuitur, ac poſtremo deficit : niſi ſi locus aliquis profundus aut inæqualis amplius vel colligat vel expandat. Idem autem in aere & flamma non accidit, illo æquali, ac propter locorum inclinationem eandem non eunte viam. Similis nec minus forte propinqua ſtirpium conditio, quarum incrementa in gracilitatem ſcandunt, & in acumen ad eum finem nititur caloris conatus. quoad aliud a ſe principium nactus, ramorum & flagellorum ortum moliatur. Quod ſi quid ambiens aer vel interpellat, vel detrahit, quod probabile eſt, certe non vt agitatus, ſed vt frigidus id effecerit. amplius autem detrahit de imbecilliori, pluſque pollet in longum porrecto. Ac de figura quidem ſatis. Multiplex autem cum ſit ignis interitus, ad vnumquemque ſingula referre tentandum eſt. Velut iſtud: cur quæ carnem, non item ventrem vrunt? cur lucernas in os inditas nonnulli extinguunt, nec vruntur? cur qui candentia verucula vehementius & arctius premunt, minus vruntur? itaque qui per ignem incedunt præter alia, quæ parant, iſtud quoque facere prædicant. Cur vſtulata calore compeſcuntur, nec peſtulas attollunt? Omnia enim iſta, & ſi quid ijs ſimile, in illas cadunt cauſas, tum quod minori maior exitium & tabem affert: tum quod principium opprimitur, & ſtrangulatur. Idem enim efficit os, venter, preſſio. Non enim effluere ſinunt, cum ignis non effluens minus vrat. harum enim cauſarum iſta vis eſt: quando & illi calcando mutandoque carbones preſſione reſtinguunt. Cæterum illa humidiorum materia ad extinguendum multo accommodatiſſima eſt, quæ ad principium maxime peruadit, quemadmodum de aceto diximus. Quod ſi lentum quiddam immixtum ſit, tum vero multo magis, cum alterum

χθῇ, μᾶλλον. διότι τὸ μὲν διαδύνει τε καὶ διοδοποιεῖ· τὸ δ' ὥσπερ ἐπαλείφει καὶ ἐπιπωματίζει. διά τε τοῦτο σβεστικώτατον εἶναί φασιν ἐάν τις μίξῃ τὸ ὄξος ᾠοῦ τῷ λευκῷ· τὸ μὲν γὰρ γλίσχρον· τὸ δὲ, διαδυτικόν. καὶ πρὸς τὰς ἐμπρήσεις τῶν μηχανημάτων τοῦτο μάλιστα βοηθεῖν. ἐὰν δ' ἅμα τῇ ὑγρότητι τῇ τοιαύτῃ καὶ τὸ ψυχρὸν ὑπῇ φύσει, καὶ τοῦτο συνεργεῖν εἰς τὴν σβέσιν, ὥσπερ καὶ περὶ τὴν σαλαμάνδραν εἶναι· ψυχρὸν γὰρ τῇ φύσει τὸ ζῶον· καὶ ἡ ἀπορρέουσα ὑγρότης γλίσχρα, καὶ ἅμα χυλόν τιν' ἔχουσα τὸν αὐτὸν, ὥστε διϊκνεῖσθαι πορρωτέρω. σημεῖον δὲ, καὶ τὰ ὕδατα ὀλέθρια γίνεσθαι καὶ τοὺς καρποὺς, ἐὰν καταμιχθῇ, καὶ μᾶλλον τεθνεώσης. ἔτι δὲ καὶ τὸ νωθὲς τῆς πορείας συνεργεῖ. πλείω γὰρ χρόνον ἐπιμένον, μᾶλλον σβέννυσιν. ἡ δὲ σβέσις οὐκ ἐᾷ, ὁποσονοῦν ἦν πῦρ. ἀλλ' ἐὰν σύμμετρον πρὸς τὴν φύσιν καὶ τὴν δύναμιν, καὶ εἰς ὃ ἐὰν μὴ ἐπιχρονίσῃ πάλιν ἀναζωπυρεῖται. σύμφωνον δὲ τούτῳ καὶ τὸ τὰ ἰξούμενα μὴ καίεσθαι. διὸ καὶ ἔνιοι, πρὸς τὸ μὴ πάσχειν, ἀλείφουσι. ψυχρὸν γὰρ δὴ καὶ γλισχρὸν ὁ ἰξός, ὥστε μὴ διὰ τὴν πυκνότητα δέχεσθαι, καὶ διὰ τὸ ψυχρὸν σβέννυται. τούτων μὲν οὖν αὗται αἱ αἰτίαι. τοῦ δὲ μὴ ἐπαίρεσθαι τὰ κατακαύματα καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον, ἡ πλείων θερμότης, κρατοῦσα τῆς ἐλάττονος, καὶ ἀναξηραίνουσα τὴν γινομένην σύντηξιν· ἀφ' ἧς αἱ φλυκταίναι, ὥσπερ ἐλέχθη. καὶ καταμαραίνουσα καὶ συμφρύγουσα τὴν ἀρχήν. καὶ τὰς μὲν καθέκαστα σβέσεις ἐκ τούτων θεωρητέον. διατί δ' ἐκ μὲν ξύλων γίνεται πυρεῖα, καίπερ οὐκ ἐκπηδῶντος ἧττον· γίνεται τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἀληθές. ἐκ πολλῶν γὰρ γίνεται μᾶλλον θᾶττον. οὐ μὴν ἀλλ' εἴπερ ἐκείνην ὑποληπτέον τὴν αἰτίαν, ὅτι τὸ μὲν ξύλον εὐθὺς ὑπέκκαιον ἔχει, συγγενῶν ὄντων τῷ πυρί· κἂν μὴ γὰρ πρὸς οὐδὲν, θᾶττον πυροῦται δι' ἀσθένειαν. ὁ δὲ λίθος [οὐκ] ἔχει, κατάξηρος ὤν. διὸ καὶ τὸ ἐκπηδῶν εὐθὺ πεπυρωμένον προσάγουσιν· ἅπτεται δὲ βέλτιον ἐν Βορείοις ἢ Νοτίοις τὰ πυρεῖα· διότι ξηρότερα ὄντα, θᾶττον καὶ δι' ἐλάττονος τρίψεως ἐκθερμαίνεται. διὰ τοῦτο γὰρ οὐδὲ τῶν τυχόντων ἀλλ' ἐξ ὡρισμένων τινῶν γίνεται. δεῖ γὰρ ἔχειν τινὰ συμμετρίαν. ἄριστα δ' οἱ μὲν ἐκ κιττοῦ φασιν, οἱ δὲ, ἐκ τῆς καλουμένης ἀνδράχνης τὴν ἐσχάραν. τὸ δὲ τρύπανον, δάφνης· οὐ γὰρ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ποιοῦν καὶ πάσχον· ἀλλ' ἕτερον εὐθὺς κατὰ φύσιν. ἀγαθὰ δὲ καὶ ἐκ ῥάμνου, καὶ μᾶλλον εἰς τὴν ἐσχάραν. πρὸς δὲ τὸ ξηρὸν καὶ ἄχυμον εἶναι, καὶ μανότητά τινα ἔχειν δεῖ, καὶ τοῦθ' ὑπάρχειν, ἵν' ἡ τρίψις ἰσχύει· τὸ δὲ τρύπανον ἀπαθέστερον εἶναι. διὸ τῆς δάφνης ἄριστον. ἅμα γὰρ ἀπαθὲς ὂν, ἐργάζεται τῇ δριμύτητι. ἐπεὶ δὲ ἄνευ ὑγρότητος ἢ ἀναθυμιάσεως τινὸς οὐκ ἔστι θερμότης, διὰ τοῦθ' ἡ κονία, καίει μᾶλλον ἢ καὶ ἁπλῶς ὕδατος ἐπιχεομένου. ἔστι γὰρ ὕλη τὸ ἔ-

penetret, viamque faciat. alterum tanquam quodam vnguine obducat & operculet. itaque efficaciſſimum & valentiſſimum fuerit, ad extinguendum, ſi acetum oui candido admiſceas, quorum vnum lentum, alterum penetrabile eſt. Aduerſus quod incendia machinarum præſentiſſimum eſſe auxilium prædicant. Quod ſi cum eiuſmodi humore frigoris vis coniuncta ſit, id etiam ad extinctionem conferre, velut in Salamandra. Nam beſtia frigida eſt ſuapte natura, humore qui effluit lento, cumque habente ſuccum, qui penitus peruadat. Argumento eſt letales reddi aquas & fructus, ſi miſceatur, magiſque ea mortua. Sed & inceſſus quoque languor confert diutius morante, magiſque reſtinguente: nec ignem quantumcunque reſtinguit, ſed pro naturæ viriumque modo. qui etiam niſi immoretur reuiuiſcit. Huic conſentaneum eſt, viſcata non vri; ideo quædam ne lædantur, vngunt. nam viſcum frigidum & lentum eſt, vt propter denſitatem non recipiat, & propter frigus extinguat. Atque harum quidem rerum iſtæ ſunt cauſæ. Quod autem vſtulata non attollantur, & ſi quid aliud tale eſt, in cauſa eſt maior calor minorem ſuperans, & illam exſiccans colluuiem vnde puſtulæ proueniunt, quemadmodum diximus, principiumque arefaciens. ſic extinctiones ſigillatim ſpectandæ ſunt. Quid eſt quamobrem igniaria ex ligno conficiunt. quamquam cum ex eo ignis non proſiliat malignius gignitur. Immo vero iſtud verum non eſt, cum præſertim ex plurimis materiis & melius & celerius concipiantur. Sed tamen ſi ita res ſe habeat, hæc exiſtimanda cauſa eſt, ſtatim in materia ineſſe fomites quoſdam igni cognatos: ac ſi nulla alia de cauſa, certe celerius accenditur ob infirmitatem. At lapis nullum fomitem habet, quod aret, exſiccatiſſimuſque eſt. Proinde quod proſilit ignitum candenſque, ſtatim fomiti admouent. Accenduntur igniaria facilius Aquilone quam Auſtro: propterea quod tum ſicciora facilius & minore attritu incaleſcunt: quo etiam nomine nec ex qualibet, ſed ex certa materia comparantur, quod ſubeſſe quandam moderationem oporteat. Laudatiſſima fieri quidam aiunt ex hedera: focum alii ex andrachne quæ vocatur: terebrum autem ex lauro: Non enim ex eodem fuerit quod facit, & quod patitur. quæ natura ſtatim diuerſa ſunt. Optima ſunt & e rhamno: potius tamen ad focum. Sed præter ſiccitatem ſuccum aliquem & laxitatem ineſſe oportet, & vt attritus valeat terebrum, firmius & rigidius eſſe. proinde ex lauro optimum eſt. Nam ſaluum ſine noxa ſua etiam acrimonia agit. Cum autem abſque humore & exhalatione calor non ſit, idcirco calx infuſa aqua magis vrit quam ſola. Nam ea ma-

ἐγκαταλελειμμένον πῦρ, ὥσπερ οἱ λύχνοι· καὶ οὐθ' ἡ παλαιὰ σφόδρα, οὔθ' ἡ νέα, ἀλλ' ἡ ἀρτικαυστος καὶ βωλοειδής. τὰς μὲν γὰρ ὁ χρόνος ἐξηρήκασι διὰ τὴν ἀνάπνοιαν· ἡ δὲ μικρομερὴς ἄγαν, ὀλίγον ἔχει, μικρὸν δὲ ὂν τὸ πῦρ, ἀσθενές. ἔοικε δὲ καὶ τὸ περὶ τὴν γύψον τὴν Φοινικικὴν τοιοῦτον εἶναι. φασὶ γὰρ καὶ ἐκείνην ἀναφυσωμένην καίειν. οὐδὲν γὰρ διαφέρειν, σύμφυτον ἢ ἐπακτόν. ἔξωθεν γὰρ ἔχειν τὸ θερμόν. ἐμφαίνει δέ πως καὶ τὸ νίτρον τὸ κεκαυμένον ἐν τῷ ὀρύττεσθαι τὴν τοιαύτην δύναμιν. ὅταν γὰρ ὕδωρ θερμὸν ἐπιχυθῇ, διαθερμαίνει καὶ αἴσθησιν ἐμποιεῖ κατὰ τὴν ἁφήν. ἀεὶ δὲ δεῖ συμμετρίας τινὸς εἰς ἅπαντα τὰ τοιαῦτα πρὸς τὸ κρατεῖσθαι. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ οἶνος ἐγχεόμενος ἐπὶ τὴν φλόγα, καθάπερ τοῖς σπένδουσιν, ἐκλάμπει. καὶ ἡ θάλαττα, ὅταν σβεννύουσιν. ἐὰν δὲ ἔλαττον ᾖ, καὶ τὸ ὕδωρ· συστελλόμενον γὰρ καὶ ἀθροισθὲν, ἰσχυρότερον. ἐν δὲ τῇ πίττῃ καιομένῃ μᾶλλον, ὅτι σφοδροτέρα καὶ πλείων ἡ φλὸξ, ὥστε καὶ ἐκπηδᾶν, καὶ κατακαίειν τὰς οἰκίας. διακρίνεται γὰρ τὸ ἐμπίπτον κρατηθὲν, καὶ ἐκφλογοῦται· ψόφος δὲ γίνεται πυρουμένου, διὰ τὸ μάχεσθαι τὸ θερμὸν καὶ τὸ ὑγρόν· ὅπερ συμβαίνει κατὰ τὴν σβέσιν. ἀὴρ γάρ τις ὁ ψοφῶν κατὰ τὴν ἐναπόληψιν καὶ ἐνταῦθα κἀκεῖ. ταῦτα δὲ καὶ ἐπὶ τῶν λύχνων ἐστὶν ὁρᾶν, ὅταν ὕδωρ ἔχῃ τὸ ἔλαιον. τὸ γὰρ ὕδωρ, σβέννυσι. καὶ τὰ φύλλα δὲ τὰ τῆς δάφνης καὶ τοῦ κιττοῦ, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα, πηδᾷ, διὰ πυκνότητα, καὶ διὰ τὸ ἔχειν πολὺ τὸ ὑγρόν. οὔτε γὰρ ἐξάγει πολὺ, καὶ οὐ δίεισι τῇ πυκνότητι· διὸ καὶ ὁ ψόφος· ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ξύλα τὰ καόμενα, τὰ μὲν, ῥήγνυται καὶ πηδᾷ· τὰ δὲ συνεχῆ, ποιεῖ τινα ψόφον. καλοῦσι δὲ οἱ μὲν, γελᾶν τὸν Ἥφαιστον, οἱ δὲ, ἀπειλεῖν. ἀεὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα διαιρουμένου τοῦ ὑγροῦ καὶ ἀθρόου φερομένου μετὰ βίας, ὁτὲ μὲν ῥῆξις γίνεται καὶ πήδησις· ὅταν δὲ συνεχὴς, ψόφος καὶ φλόγωσις. ὃ καὶ αὐτὸ ποιεῖ τρόπον τινὰ τὸ πῦρ ἐν φρέατι πνεύματος ὄντος, ἅτε πυρουμένου. ὁ δὲ καπνὸς, ἧττον λυπεῖ, ὅταν ἐν τῷ αὐτῷ πῦρ ᾖ. διὸ καὶ οἱ ἐν τοῖς σπηλαίοις, πολιορκούμενοι τῷ καπνῷ, πῦρ ἐὰν ἔχωσιν, οὐδὲν πάσχουσι. σβέννυσι γὰρ τὸ ἐν τῷ καπνῷ θερμὸν τὸ πῦρ. ἐπεὶ πέφυκε τὸ πλέον τὸ ἔλαττον μαραίνειν· σβεννυμένου δὲ, φθείρεται καὶ ὁ καπνός· διὸ καὶ ὁ ἥλιος, ὥσπερ τὸ πῦρ, βοηθεῖ πρὸς τὸ μὴ καπνίζεσθαι. τὸν δ' ἐνεφικτῷ καὶ προσπίπτοντα ἐκπυροῖ. διὰ τοῦτο καὶ ὁ ἐγγὺς τοῦ πυρὸς ἧττον ἐνοχλεῖται. καὶ γὰρ τοῦτο ποιεῖ καὶ ἀναφέρει καὶ ἀνωθεῖ πρὸς τὰ ἄνω. διὰ τὸ αὐτὸ δὲ καὶ τὸ πολὺ πῦρ ἄκαπνον. ὅτι φλογοῦται καὶ κατισχύεται πολλοῦ τοῦ πυρὸς ὄντος. ἢ γὰρ ἂν πλεῖον τὸ καιόμενον, ἔλαττον τὸ καπνίζον, ἐξαφθέντος ἢ θυμιωμένου. καὶ ἐπὶ τῶν ξηρῶν ξύλων, πυκνῶν συντιθεμένων, ἄνωθεν οἱ ἄνθρακες ἐπιβαλ-

ea materia eſt reliquiis ignis, velut lucerna. Neque vero id facit vel vetus nimium, vel minuta, ſed non pridem cocta, & gleboſa: illam enim diuturnitas temporis reſpiratione difflauit, & minuta paulum admodum ignis habet, igniſq; proinde imbecillis. Idem etiam in Phœnicia gypſo euenire prædicant. Nam dum ſubigitur vrere narrant. nihil enim refert, natusne an aduentitius & oblatus ſit calor. Nitrum quoque vſtum talem quodammodo dum effoditur poteſtatem ſignificat. infuſa quippe calida calfacit, & tactui ſenſum affert. Semper autem in omnibus iſtis temperamento aliquo eſt opus, vt ſuperetur humor. Nam hac de cauſa vinum quoque igni ſuperfuſum, velut a libantibus flagrat. & mare cum reſtinguunt: ſed & aqua ſi pauca ſit. Coactus enim & coaceruatus ignis vires aſſumit. Sed in pice quæ crematur, multo magis iſta eueniunt: propterea quod flamma & præceps magis eſt, & maior vt exiliat, & ædificia comburat. quicquid enim incidit, exuperatum & extenuatum inflammatur. quo igneſcente flamma crepitat, calore & humore pugnantibus: quemadmodum & in extinctione accidit. Nam aer interceptus, & hic & illic ſonat. quod etiam in lucernis videre licet, ſi aqua, quæ extinguere ſolet, oleo inſit. Iam folia lauri, & hederæ, & alia ſimilia diſſiliunt, propter denſitatem & humoris copiam. Nec enim multum emittunt, nec tranſmittunt, propter denſitatem: vnde & crepitus. Itidem & ligna quæ vruntur, partim diſploduntur & diſſiliunt: partim continentem crepitum edunt, Quod nonnulli Vulcanum ridere, alii minari dicunt. Nam & hic in aere extenuato ſemper humore, & præcipiti violentoque impetu erumpente, interdum fragor & ſaltus quidam datur: interdum perpetuus crepitus & inflammatio: quod idem quodam modo facit ignis in puteo, cum flatus eſt, eo ſcilicet igneſcente. Fumus autem minus infeſtus eſt, cum eodem in loco ignis eſt. Proinde in ſpeluncis, qui obſidentur fumo, ſi ignem habeant, nihil læduntur. Calorem fumi reſtinguente igni: quando minor etiam ignis a maiore conſumitur. qui ſi extinguitur, fumus etiam interit: quo fit vt ſol, velut ignis ne infumemur auxilio ſit: ſed quem intra ictum habet ignis & vltro incurrentem accendit. itaque qui prope ignem aſſidet minus laceſſitur, cum ignis non ſolum id faciat, verum etiam tollat, & ſurſum pellat. qua de cauſa magnus etiam & luculentus ignis ſine fumo eſt: propterea quod inflammatur, & a multo igne vincitur. Nam quo plus eſt quod cremetur, eo minus eſt quod infumet, cum accendatur, vel vaporetur: & ſiccis lignis in ſtruem crebram compoſitis impoſiti ſupra carbones minus fumoſum reddunt ignem, fumo omni imflammato, qui

λόμενοι, ποιοῦσιν ἀκαπνότερον. ὅτι ἐκφλογοῦται πᾶς ὁ καπνὸς, ἐμπίπτων εὐθὺς εἰς τὸ πῦρ. καὶ τῇ πυκνότητι καταδυόμενος. δύσκαπνα δὲ τῶν ξύλων τά τε χλωρὰ καὶ τὰ σκολιὰ, καὶ τὰ ταινιώδη, καθάπερ ὁ φοῖνιξ. ἔυλυτον γὰρ ἀεὶ καὶ εὐδιαίρετον εἶναι τῇ φλογί. διὸ καὶ τὰ ἐσχισμένα τῶν ἀσχίστων εὐκαυστότερα. κωλύει γὰρ ὁ φλοιός. καὶ ἐάν τις κινῇ καὶ μετατιθῇ, καιόμενα καπνωδέστερα, ὅτι συμβαίνει τὰ μὲν μεταστραφέντα συνίεσθαι· τὰ δὲ μὴ καίεσθαι, προσπίπτοντος ἄρτι τοῦ πυρός· ἀλλ' ὅσα καπνίζειν. ἔνια δὲ καὶ τῶν ἀκαύστων περιφλοισθέντα, πολυκαυστότερα γίνεσθαι, καθάπερ τὰ ἐλάϊνα. διὸ καὶ οὐ πολὺν χρόνον φασὶ δεῖν φυσᾶν, ἐὰν μὴ πλῆθος ᾖ ξύλων. ἡ δὲ δριμύτης τοῦ καπνοῦ, κατὰ τὴν ὑγρότητα τὴν ἑκάστου· διὸ καὶ ἀπὸ τῶν σικύων δριμύς. ὀπωδέστατον γάρ· ὁ δὲ τῆς δαδὸς καὶ πεύκης, οὐ δηκτικὸς, ὅτι πλείων καὶ ἐλαιώδης, ὥσπερ ὁ καπνὸς, οὐκ ἔχων οὐδὲν τραχὺ καὶ γεῶδες. ὅτι δ' ἀπὸ μὲν τοῦ ἡλίου φῶς ἅπτουσι τῇ ἀνακλάσει ἀπὸ τῶν λείων, τί τὸ ἄπορον (συμμιγνύουσι δὲ τὸ ὑπέκκαυμα) ἀπὸ δὲ τοῦ πυρὸς οὐχ ἅπτουσι, αἴτιον ἥτε λεπτομέρεια, καὶ ὅτι συνεχὲς γίγνεται μᾶλλον ἀνακλώμενον. τὸ δὲ ἀδυνατεῖ διὰ τὴν ἀνομοιότητα γενέσθαι. ὥστε τὸ μὲν τῷ ἀθροισμῷ καὶ τῇ λεπτότητι διαδυόμενον εἰς τὸ ἔκκαυμα, δύναται καίειν· τὸ δ' οὐδ' ἕτερον ἔχον, οὐ δύναται. ἐξάπτεται δὲ ἀπό τε τῆς ὑέλου καὶ ἀπὸ τοῦ χαλκοῦ, καὶ τοῦ ἀργύρου τρόπον τινὰ ἐργασθέντων· οὐχ ὥσπερ Γοργίας φησὶ, καὶ ἄλλοι δέ τινες οἴονται, διὸ τὸ ἀπιέναι τὸ πῦρ διὰ τῶν πόρων. οἱ δ' ἐρριγότες, κατὰ μικρὸν διαθερμαίνονται. καὶ οἱ λουόμενοι, χλιαρῷ καταχέονται πρῶτον ὅπως εἰσδυόμενον διαχέῃ· τὸ γὰρ ἄγαν θερμὸν, ἀθρόον συνέκλεισε τοὺς πόρους, ὅτι μὲν ἀντιπεριστὰν καὶ συνθλίψαν, φρίκην ἐποίησεν, οὔτ' ἐκώλυσεν ἐξελθεῖν ὥστε μὴ πεπαῦσθαι τὸ ῥιγοῦν, ἀλλὰ τὸ μὲν περικεκαῦσθαι, τὸ δὲ κατεψῦχθαι. καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν κακῶς ὀπτωμένων. καὶ γὰρ ἐνταῦθα τὸ μὲν ἔξω καίεται· τὰ δ' ἐντὸς, ὠμὰ, πυκνουμένα, καὶ οὐ διιέντων τῶν πόρων. διὸ καὶ μαλακότητα καὶ συμμετρίαν τινὰ ζητοῦσι πρὸς τὴν ὄπτησιν, καὶ ἐργωδέστερον φασὶ τὸ καλῶς ὀπτῆσαι, καὶ μᾶλλον τέχνης ἢ τὸ ἑψῆσαι. οἱ δ' ἄνθρακες, γίνονται μὲν μέλανες, ὅτι ἐγκατακλείεται ὁ καπνὸς ἐν αὐτοῖς, μέλας ὢν φύσει, καθάπερ βάπτει. διὸ μελάντατοι οἱ σκευαστοί. καίουσι γὰρ οὕτως, ὥστε ἀποσβέννυσθαι θυμιῶντες καὶ κατὰ μικρὸν διαδόντες ἀναπνοήν. ἐὰν γὰρ φλογωθῇ, κατακαίει καὶ διαλύει εἰς τέφραν. ὁ δὲ καπνὸς μέλας, ὅτι σύγκειται ἐξ ὑγροῦ διαλυομένου εἰς πνεῦμα καὶ γῆν, καὶ τοῦ πνεύματος ὄντος μέλανος· ὁ γὰρ ἀὴρ, φύσει μέλας· ἕως μὲν οὖν οὐκ ἂν ἔχωσι πῦρ, ἐρυθρὰ φαίνονται. διὰ γὰρ τοῦ μέλανος τὸ λευκὸν φαίνεται φοινικοῦν· ὥσπερ ὁ ἥλιος διὰ καπνοῦ καὶ ἀχλύος. διὸ καὶ ὁ ἄνθραξ τῆς φλογὸς ἐρυθρότερος. λεπτότερος

to, qui ſtatim in ignem incidit, & crebritate demergitur. Fumi ſunt moleſti, ligna viridia, tortuoſa, tæniam habentia, qualis eſt palma. eſſe enim infirmiſſimam materiam oportet, & quam flamma facile carpat. Ac ideo ſcilicet non fiſſis in quibus cortex prohibet, facilius cremantur. Sed & ſi quis moueat, & tranſponat flagrantia, fumoſiora redduntur: propterea quod euenit, vt partim conuerſa extinguantur, partim non ardeant, commodum adiecto igne, ſed tantum fument. Nonnulla quæ malignius cremantur, circum vſtulata prolixe cremantur, velut oleagina. itaque negant eſſe diu flandum, niſi ſi multi ſint codices. Iam acrimonia fumi prouenit ex cuiuſque humore: proinde e ficu acris eſt, lacte plurimo ſuffuſa: tædæ & pini mordax non eſt, pinguis præſertim & oleoſus, & qui nihil vt fumus, aſperum, nihil terrenum obtineat. Cur autem a ſole ignis accendatur læuium refractione (admiſcent autem & fomites) ab igne non accendatur, in cauſa eſt partium ſubtilitas, & maior ex refractione continuatio, quod in hoc propter diſſimilitudinem fieri non poteſt. proinde ille & ex aceruatione & ſubtilitate ad fomitem peruadens, accendere poteſt: hic neutro præditus non poteſt. Accenditur porro vitro, ære, argento certo modo fabrefactis; non vt Gorgias ait, & alii nonnulli putant, quod ignis per foramina elapſus abeat. qui algent ſenſim fouentur calfiuntque, & qui lauant etiam primum tepida perfunduntur, vt ingrediendo diffundat. Nam nimius præcepſque calor foramina præcludit, qui frigidum partim vnde demouens comprimenſque horrorem parit, partim egredi non ſinit, vt frigus non deſinat, verum partim amburantur partim perfrigeſcant, velut in ijs quæ male aſſantur. in quibus externa torrentur, interna cruda manent, concreſcentibus, nec tranſmittentibus foraminibus. Itaq; mollitudinē aliquam & temperamentum ad aſſandum requirunt, maiorisq; operis & artis eſſe prædicant recte aſſare quā elixare. Carbones autem nigri ſunt, quia fumus ſuapte natura niger in iis includitur, quo tanquam ſuffecti tinguntur: omniumque nigerrimi ſunt factitii. Sic enim vrunt, vt vaporantes extinguant, & paulum admodum reſpirationis tribuentes. nam ſi inflammaretur ignis, deflagrarent in cinerem. Niger autem eſt fumus, quia ex humore conſtat in flatum & terram diſſoluto, cum alioqui flatus etiam ater ſit; quippe cum aer natura nigreſcat. Quoad igitur ignem habent, rubri videntur. Nam per nigrum candida punicea cernuntur, velut ſol per fumum & caliginem. Proinde carbo quam flamma magis rubet. quando fumus ſecretus ſubtilior eſt, quam terrenum

adhuc

γὰρ ὁ ὑποκείμενος καπνὸς τοῦ ἐνυπάρχοντος ἔτι γεώδους τῷ χυλῷ. διὸ καὶ ἧττον οὗτος εὐδίοπτος. ἐπεὶ καὶ αὐτῆς τῆς φλογὸς ἡ μᾶλλον καπνώδης καὶ τῶν χλωρῶν ἐρυθρὰ ξύλων· ὅταν δ' ἀποσβεσθῶσι πνίξει συγκατακλειομένου καὶ ἐναποσβεννυμένου τοῦ καπνοῦ, μέλανες γίνονται διὰ τὴν λεχθεῖσαν αἰτίαν· τὰ δ' ἐκκρίματα μάλιστα διαμένει· ὅτι ἐναπολαμβάνεται τὸ πνεῦμα τοῦ πυρός· πνευματῶδες γὰρ μάλιστα τὸ πῦρ. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἱκανῶς εἴρηται μέχρι γε τοῦ νῦν· ἀκριβέστερον δὲ πάλιν ἐν ἄλλοις ἐροῦμεν περὶ αὐτῶν.

adhuc inhæreſcens ligno: proinde carbo minus dilucidus eſt, quando & flamma fumoſior, minus pellucida eſt, & ex viridibus lignis rutila magis. Poſt vbi extincti ſunt, ſtrangulatu incluſi & in eis extincti fumi, nigri euadunt ob eam cauſam, quam memorauimus. Cæterum excrementa vaporis maxime permanent, propterea quod afflatus ignis (in primis enim flatuoſus ignis eſt) intercluditur. Sed his de rebus hactenus dictum ſatis in præſentia ſit: accuratius enim poſtea de his alio loco diſſeremus.

THEOPHRASTI DE SIGNIS TEMPESTATIS.

Χειμῶνος δὲ, τάδε. ἥλιος δυόμενος εἰς μὴ καθαρόν· καὶ ὡς ἂν μελανθῇ δυόμενος, οὕτως αἱ ἡμέραι ἐπιτελοῦνται. οἷον, εἰ τὸ τρίτον μέρος ἀπολειφθῇ ἢ τὸ ἥμισυ· τὸ σεληνίον ἐὰν ὀρθὸν ᾖ μέχρι τετράδος, καὶ εἰ εὔκυκλον, χειμάσει μέχρι διχοτόμου· γερανοὶ ἐὰν πρωῒ πέτωνται καὶ ἀθρόοι, πρωῒ χειμάσει· ἐὰν δὲ ὀψὲ καὶ πολὺν χρόνον, ὀψὲ χειμάσει. καὶ ἐὰν ἀποστρέφωσι πετώμενοι, χειμῶνα σημαίνουσι. χῆνες βοῶντες μᾶλλον ἢ περὶ σῖτον μαχόμενοι, χειμέριον. σπίνος, στροῦθος, σπίζωνι ἕωθεν, χειμέριον. ὄρχιλος ὡς εἰσιὼν καὶ εἰσδυόμενος εἰς ὀπὰς, χειμῶνα σημαίνουσι, καὶ ἐριθὺς ὡσαύτως· κορώνη ἐὰν ταχὺ δὶς κρώζῃ καὶ τρίτον, χειμερία. καὶ κορώνη, καὶ κόραξ, καὶ κολοιὸς, ὀψὲ ᾄδοντες, χειμέριοι· στροῦθος ἐὰν λευκὸς, ἢ χελιδὼν, ἢ ἄλλό τι τῶν μὴ εἰωθότων λευκῶν, χειμῶνα μέγαν σημαίνουσιν· ὥσπερ καὶ μέλανες ἐὰν πολλοὶ φανῶσιν, ὕδωρ· καὶ ἐὰν ἐκ πελάγους ὄρνιθες φεύγωσι, χειμῶνα σημαίνουσι. καὶ σπίνος, ἐν οἰκείᾳ οἰκουμένῃ φθεγγόμενος, χειμέριον. ὅσα ὕδωρ σημαίνει, χειμῶνα ἄγει. ἐὰν μὴ ὕδωρ, χιόνα καὶ χειμῶνα. κόραξ φωνὰς πολλὰς μεταβάλλων χειμῶνος, χειμέριον· κολοιοὶ ἐκ τοῦ Νότου πετώμενοι, καὶ τευθίδες, χειμέριαι. φωνὴ ἐν λιμένι ἀποψοφοῦσα καὶ πολύπλοκον ἔχουσα, χειμέριον. καὶ οἱ πνεύμονες οἱ θαλάττιοι ἐὰν πολλοὶ φαίνωνται ἐν τῷ πελάγει, χειμερινοῦ ἔτους σημεῖον· πρόβατα ἐὰν πρωῒ ὀχεύηται, πρώϊον χειμῶνα σημαίνουσι· μετοπώρῳ ἐὰν πρόβατα ἢ βόες ὀρύττωσι, καὶ κοιμῶνται ἀθρόοι πρὸς ἀλλήλους ἔχοντες τὰς κεφαλὰς, τὸν χειμῶνα χειμέριον σημαίνει.

TEMPESTATIS autem hæc. Sol obſcurus occidens, qui prout partibus ſuis occupatur nubibus, ſic & dies omnino fiunt, vt ſi tertia totius globi parte, aut dimidia. Lunæ cornu alterum ſi rectum ſtabit vſque ad quartam diem, & bene rotundum, hyemabit ad ſeptimam. Grues ſi ante tempus gregatim volent, maturam hyemem ſignificant, ſeram, ſi ſero, ac multo tempore. & ſi volantes retro ſe vertant, tempeſtatem præſagiunt. & Anſeres clangore ſtrepentes magis, quam de cibo pugnantes, item ſpinus, paſſer & fringilla, matutini. Orchilus etiam in nidum fugitans, & Rubecula ſimiliter. Cornix ſi mane bis terque crocitet, tempeſtatem prænuntiat. Coruus quoque & gracculi ſero occinant, hyemem indicãt. Paſſerculus albus, aut hirundo, aut auis alia ex ijs quæ albæ eſſe non ſolent, tempeſtatem magnam ſignificant. quemadmodũ & nigræ, ſi multæ appareant pluuiam. etiã a mari fugientes volucres tempeſtatem præſagiunt. & ſpinus domeſticus ſi mane canat. Et ſane quæcunque pluuiam præſagiunt, eadem & tẽpeſtatem apportant. Nã ſi non pluuiam, niuem, & tempeſtatẽ certe afferent. Coruus ſi plures voces mutabit hyeme, tẽpeſtas erit. & ſi Gracculi ab auſtro volent, & loligines ſi ſaliant ſupra mare. & litora mugitu vario retonantia. & pulmones marini in pelago congregati, hibernum tempus præſagiunt. Pecora ſi ante tempus coeant, præmaturam hyemem ſignificant. Et autumno ſi pecudes aut boues terram pedibus fodiant, & gregatim promiſcueque dormiant, compoſitis inuicem capitibus, magnæ hyemis præſagium eſt.

ἐν δὲ τῷ Πόντῳ φασὶν, ὅταν Ἀρκτοῦρος ἀνατέλλῃ θᾶττον, ἐναντίους τῷ Βορρᾷ νέμεσθαι. Βόες μᾶλλον ἐσθίοντες τοῦ εἰωθότος, καὶ ἐπὶ τὸ δεξιὸν κατακλινόμενοι, χειμέριον. καὶ ὦτα κρούων ὄνος, χειμέριον. καὶ μαχόμενα πρόβατα καὶ ὄρνιθες περὶ σίτου παρὰ τὸ ἔθος. προπαρασκευάζονται γάρ· καὶ μύες τρίζοντες καὶ ὀρχούμενοι, χειμέριον. καὶ κύων τοῖς ποσὶν ὀρύττουσα, καὶ ὀλολυγὼν ᾄδουσα μόνη ἐπὶ ἀκρωρείας, χειμέριον. γῆς ἔντερα, πολλὰ φαινόμενα, χειμῶνα σημαίνει. καὶ ἐὰν πῦρ μὴ θέλῃ ἅπτεσθαι, χειμέριον. καὶ ἐὰν λύχνος ἅπτεσθαι μὴ ἐθέλῃ, χειμῶνα σημαίνει· καὶ τέφρα πηγνυμένη, νιφετόν. λύχνος εὐδίας ἡσυχαῖος καιόμενος, χειμῶνα σημαίνει. καὶ ἐὰν χειμῶνος ὄντος μύκαι μέλαιναι ἐπιγένωνται, χειμῶνα σημαίνει· καὶ ἐὰν ὥσπερ κέγχροις πολλοῖς κατάπλεως ᾖ, χειμερίζει· καὶ ἐὰν κύκλῳ περὶ τὸ λαμπρὸν ὦσιν, εὐδίας οὔσης, χιονικόν. ἡ τοῦ ὄνου φάτνη εἰ συνίσταται καὶ ζοφερὰ γίνεται, χειμῶνα σημαίνει. καὶ ἐὰν ἀστραπὴ λαμπρὰ μὴ ἐν τῷ αὐτῷ μένῃ, χειμέριον. ἐπὶ Πλειάδι δυομένῃ ἐὰν λάμψῃ κατὰ Πάρνηθα, καὶ Βριληττον, καὶ Ὑμηττὸν, ἐὰν μὲν ἅπαντα καταλήψῃ, μέγαν χειμῶνα σημαίνει· ἐὰν δὲ τὰ δύο, ἔλαττω· ἐὰν δὲ Πάρνηθα μόνον, εὐδιεινόν· καὶ ἐὰν χειμῶνος ὄντος νεφέλη μακρὰ ἐπὶ τὸν Ὑμηττὸν [ᾖ,] χειμῶνος ἐπίτασιν σημαίνει. Ἄθως καὶ Ὄλυμπος, καὶ ὅλως ὀρέων κορυφαὶ κατεχόμεναι ὑπὸ νεφελῶν, χειμέριον. ἐὰν εὐδίας γινομένης νεφέλιον φαίνηται ἐν τῷ ἀέρι παρατεταμένον καὶ τιλλόμενον, οὔπω παύεται ὁ χειμών. ἐὰν τὸ μετόπωρον εὐδιεινὸν παρὰ τὸ εἰκὸς γένηται, τὸ ἔαρ γίνεται ψυχρὸν ὡς τὰ πολλά. ἐὰν πρωῒ χειμάζειν ἄρξηται, πρωῒ παύεται, καὶ ἔαρ καλόν. ἐὰν δὲ τοὐναντίον, καὶ ἔαρ οὐ γίνεται. ἐὰν χειμὼν, ὑέτιος, τὸ ἔαρ αὐχμηρόν. ἐὰν δὲ αὐχμηρὸς ὁ χειμὼν, τὸ ἔαρ καλόν. ἐὰν ἡ σκωρία γίνεται ἐπιεικὴς, τὰ πολλὰ γίνεται τοῖς προβάτοις λιμός. ἐὰν τὸ ἔαρ καὶ τὸ θέρος ψυχρὰ γίνηται, ἥτε ὀπώρα γίνεται, καὶ μετόπωρον πνιγηρὸν καὶ οὐκ ἀνεμῶδες. οἱ πρῖνοι ἐὰν εὐκαρπῶσι, χειμῶνες πολλοὶ σφόδρα γίνονται. ἐὰν ἐπὶ κορυφῆς ὄρους νέφος ὀρθὸν στῇ, χειμῶνα σημαίνει. ὅθεν καὶ Ἀρχίλοχος ἐποίησε, γλαῦχ᾽ ὅρα· βαθὺς γὰρ ἤδη κύμασι ταράσσεται πόντος, ἀμφὶ δὲ ἄκρας ὀρθὸν ἵσταται νέφος. ὅ ἐστι σημεῖον χειμῶνος. ἐὰν νεφέλη ὁμόχρως ᾖ ὑμένι λευκῷ, χειμέριον. ὅταν ἑστώτων νεφῶν, ἕτερα ἐπιφέρηται, τὰ δὲ, ἠρεμῇ, χειμέρια· ὁ ἥλιος ἐὰν χειμῶνος διαλάμψας, πάλιν ἀποκρυφθῇ, καὶ τοῦτο ποιήσῃ δὶς, ἢ τρὶς, ἡμέρα χειμέριος δίεισιν. ὁ τοῦ Ἑρμοῦ ἀστὴρ, χειμῶνος μὲν φαινόμενος, ψύχη σημαίνει· θέρους δὲ, καῦμα. ὅταν μέλιτται μὴ ἀποπέτωνται μακρὰν, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ αὐτοῦ τοῦ σμήνους ἐν τῇ εὐδίᾳ πέτωνται, χειμῶνα ἐσόμενον σημαίνει·

tam excretionem facit, cum ſemper continua ſit, nec multa ſuppetente materia, quare & maior ſiccitas eſt, & ad ſudandum ineptitudo. Nam aut alius generis impedimentum, aut huiuſmet vtrumque certe propterea ſudorem impedit. Nam & ii difficile ſudant, quorum aut liquidior aluus eſt, aut quibus in veſicam confluxus fit, quod ſcilicet in has partes humor omnis defluat. contra ii facile ſudant, quibus aut aluus, aut veſica adſtricta eſt. Nam quod vtriuſque loci recrementum erat ad carnes extimoſque locos infertur. quandoquidem & qui crudo ſunt ventriculo, & qui vigilerunt facilius ſudant, quod alimenti concoctio humores digerat in corpus, & ſumnus concoquendi vim habeat, e ſicco vero non fiat ſudor. & illud abſurdum, & veluti naturę repugnans videatur, ſi ii, qui exercentur, & ſani ſunt, facile ſudant, rurſus ii, qui non exercentur, & male habent, & qui alimentum concoxerunt, & qui crudi ſunt. non tamen id a ratione alienum eſt. Nam qui exercentur rariorem habent habitum, & meatus liberos, iidemque ſudare aſſueti, quo fit, vt qui diutinas ſudationes faciunt, facile ſudent. ad hæc horum quidem meatus corporis patent, iis contra occluſi ſunt, quod exercitationibus non vtantur. Hoc idem accidit eadem de cauſa iis, qui cibum concoxerunt. Nam qui male habent, & cibos non concoquunt, ob humoris copiam ſcatent ſudoribus. neque enim ab iiſdem cauſis, iiſdemque rationibus; ſed ii quidem laboribus, ſemper quod mediocre, ac iuſtum eſt extrahunt, hi vero ſponte, & vt fors tulerit ob copiam excrementorum. videntur nonnulli hyeme ſudare facilius, quam æſtate (vt tamen excipiamus vtriuſque temporis exceſſus: frigoris inquam, & æſtus. Nam illud rigorem inducat potius, hic exſoluat, ac liquefaciat, mediocritatem vero in vtroque ſumamus.) hanc autem eſſe cauſam putandum eſt, (ſiquidem verum ſit ſiccum humidi cauſam eſſe, humidum ſicci,) cohibitionem coactionemque caloris quandam eſſe, & ab vtroque cieri ſudorem, ab altero quod efficiat, ab altero, quod patiatur. ad hæc æſtate plurimum veſcuntur humidis, vt conſtet hac de cauſa inæquabiles ſudores fieri. Nam & humidum, & calor & halitus in iis magis eſt, per quæ, & a quibus ſudor oritur. porro nec qui laborant, ſed poſtquam a laboribus requieſcunt, magis ſudant, nec qui intendunt, aut continent ſpiritum, ſed cum remiſerint. cauſa autem hæc eſt. Nam horum omnium inflatæ venæ ſpiritu meatus coherent: laxantur autem remiſſæ, & magis excitatur ſudor latioribus iis redditis, atque recluſis. & contentio quidem ſpiritus venas implet, vt idcirco humor ne exeat, impeditur, vt e vaſis, quæ cleptydræ dicuntur, aqua, cum il-

φυσικῶν· ὅταν γε πλήρεις οὔσας τὶς ἐπιλάβῃ. ὅταν δ' ἐναθροισθῇ, τότε ἐξέρχεται μηδενὸς ἐμφράττοντος. ἔπειτα δὲ καὶ ἡ ἀπόκρισις ἡ ὑπὸ τῆς θερμότητος γινομένη διὰ τῶν πόρων ἐκ τοῦ ὑγροῦ πνεύματος, ἣ καὶ ἄγει πρὸς τὸ ἐπιπολῆς· ὅταν δὲ παύσηται πόνων, ἥτε θερμότης ἅπασα δίεισι, καὶ ἐκ τοῦ πνεύματος ἀποψυχομένου γίνεται ὑγρότης ὁ καλούμενος ἱδρώς· ὥστε καὶ πλεῖον καὶ ῥᾷον ἐκπίπτειν. μετὰ δὲ τοὺς δρόμους καὶ τοὺς πόνους ἐν τῇ σκιᾷ μᾶλλον ἱδροῦσιν ἢ ἐν τῷ ἡλίῳ, διὰ τὸ τὸν ἥλιον ἀναξηραίνειν καὶ πυκνοῦν τοὺς πόρους. ὅλως γάρ, οὔτε πολὺ τὸ θερμὸν ἄγαν, οὔτε ὀλίγον δεῖ τὸ ἐκτὸς εἶναι· τὸ μὲν γάρ, οὐ κινεῖ· τὸ δ', ἀναξηραίνει. διὸ καὶ εἴ τις ἄγαν ἐγγὺς ἵσταται τοῦ πυρός, ἧττον ἂν ἱδρώσειεν. καὶ ἐν τοῖς ἀλειπτηρίοις, ἐὰν μὲν εὐθὺς ποιήσῃ τις πολὺ πῦρ, ἧττον ἱδρώσειεν. ἐὰν δ' ὕστερον ἐπεισενέγκῃ, μᾶλλον. προοδοποιουμένου μὲν γὰρ καὶ παρορμῶντος τοῦ σώματος, συνεργεῖ καὶ τὸ ἐπεισελθόν· ἐκεῖνο δ' οὐ δύναται τὸ πλεῖον δι' ἀσθένειαν. ταὐτὸ δὲ πῶς τοῖς διῃρημένοις, καὶ ὅτι τρέχοντες, ἧττον ἱδροῦσιν ἢ παυσάμενοι. τὸ μὲν γὰρ ἥτε τοῦ πνεύματος κάθεξις καὶ ἡ τοῦ ἀέρος κίνησις κωλύει. τὰ δ' ὑπὸ [τοῦ] ὕδατος κάτω φερόμενα μέρη τοῦ σώματος, οὐ δὲ ἱδροῦσιν. ὅτι κωλύει τὸ ὕδωρ τὴν τῆξιν ὁ δὲ ἱδρὼς, τῆξίς τις ἐστίν. οἷον τῶν κακῶς προσῳκοδομημένων ταῖς σαρξὶν, ὅταν ἐκκρίνηται διὰ τὸ θερμόν· οἱ δὲ γυμναζόμενοι, διαλείποντες τὸ τρέχειν ἢ παλαίειν, μᾶλλον ἱδροῦσιν ἢ ἐὰν συνεχῶς· ὅτι συναθροίζεται καὶ διαπαύεται ἡ ὑγρότης. εἶτα ταύτην ἐξάγει ὕστερον ἡ πάλη καὶ ὁ δρόμος. ἡ δὲ συνεχὴς, ἀναξηραίνει, καθάπερ ὁ ἥλιος καὶ τὰ πνεύματα. διατί μᾶλλον ἱδροῦσι τὰ ὄπισθεν τῶν ἔμπροσθεν. καίτοι θερμότης καὶ ὑγρότης πλείων ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὅτι διά τε τὴν πάλην καὶ τὴν τρίψιν ἧττον κωλύεται, καὶ διάτασις ἐκ τῶν ἄνω μᾶλλον. ὅτι δὲ οὐ πόνος ἐνταῦθα, καὶ ἱδρώς· ἅμα δὲ καὶ ἡ διάτασις τοῦ πνεύματος ἐξωθεῖ μᾶλλον. ὥσθ' ὅταν ἀνεθῇ, πλεῖον καὶ ἀθροωτέρως ἐκεῖθεν· τὸ δὲ πρόσωπον μάλιστα ἱδρῶσιν, ἀσαρκότερον ὂν καὶ ἥκιστα πονοῦν. ὅτι καὶ ἡ κεφαλὴ ὑγρὰ καὶ μανή. ὑγρότητος δὲ καὶ μανότητος ἄλλα τε πολλὰ σημεῖα καὶ ὁ ἐγκέφαλος καὶ ἡ τριχῶν ἔκφυσις. ὁ μὲν, τὸ ὑγρόν· αἱ δὲ, τὸ μανὸν ἀποδηλοῦσαι. διὸ καὶ πρῶτον καὶ μάλισθ' ἱδρῶσι τὸ μέτωπον. τοῦτο γὰρ ὑπὸ τὸν ἐγκέφαλον· ἔτι δ' ἡ τοῦ πνεύματος κάθεξις διατείνεταί πως εἰς τὴν κεφαλήν. ὅτι δὲ τὰς χεῖρας τρίβοντες μάλισθ' ἱδρῶσιν, ἂν τἄλλα ὁμοιοσχημονῶσιν, κατὰ συμβεβηκός πως τὴν αἰτίαν ληπτέον. ἰσχύουσι γὰρ μάλιστα τῷ τόπῳ· τὸ γὰρ πνεῦμα τούτῳ κατέχουσι τῷ ἐγγυτάτῳ ἰσχύοντες. πονοῦντες δὲ μᾶλλον ἱδρῶσιν· τούτῳ γὰρ μάλιστα τὸ πνεῦμα κατέχουσιν. εἶτα καὶ χειρὶ τριβομένῃ

cum illas plenas aliquis ſumſerit. Nam quando congeſta ſit, tunc exit libere nullo occludente. ad hæc per meatus ex humore vapor a calore ſecernitur ad extimas corporis partes, qui poſt labores calore denſitate frigefit, & in aquam tranſit, quæ ſudor dicitur, & facilius & copioſius ita diffluit. Poſt labores etiam & curſus in vmbra magis ſudant homines, quam in ſole, quod ſol exſiccet, & denſet cutis foramina. Nam calor externus, qui ſudorem moturus eſt, nec nimius, nec paucus eſſe debet: hic enim mouendi impos eſt, ille arefacit. Quocirca & qui ad ignem proximus ſtat, minus ſudabit, & in iis Gymnaſiorum locis, quæ Alipteria vocantur, ſi quis multum ignem affatim incendat, ſudabit minus: ſi mox ſuperingerat, longe magis. Cum enim adaperta corporis foramina ad ſudorem parata ſint, ignis adiectus ſimul adiuuat ſudoris excretionem, id quod non poteſt ob imbecillitatem multus ille facere. eiuſdem rationis eſt, cum iis, quæ declarata ſunt, quod accidit iis, qui dum in curſu ſunt, minus ſudant, quam cum quieuerint. impedit enim ſudorem ſpiritus contentio, & aeris motus. & quæ corporis partes in aqua ſunt, idcirco non ſudant, quod obſtat aqua liquefactioni. eſt enim liquefactio quædam ſudor eorum, quæ male adcreuerint carnibus, quando a calore excernitur. porro qui exercentur, ii ſi intermittant exercitium, ſudant magis quam ſi continue exercentur. Congeritur enim & conquieſcit humiditas, quam mox curſus & lucta educunt e corpore. contra continua exercitatio arefacit, quemadmodum & ſol, & venti. Propterea tergo ſudant magis quam pectore, quanquam plus caloris & humoris in pectore ſit, quod in poſteriore parte corporis minus impeditur ſudor a lucta & compreſſione corporis. quod autem in his partibus labor non eſt, ſudor erumpit. accedit quod ſpiritus intenſio magis expellit, vt quando remiſſa ſit, & plus excernat exinde, & magis confertim. Sudat ex corporis partibus maxime facies, licet & minus carnoſa ſit, & minus laboret, quod & caput rarum, ac humidum eſt. Raritatis autem humiditatiſque cum alia ſunt indicia, tum cerebrum & pilorum ortus. illud quidem humiditatis, hi raritatis. Quamobrem & primum & maxime ſudatur fronte, quod hæc ſecundum cerebrum ſit. Adhæc ſpiritus contentio, in caput magis extenditur. Verum quod qui manus fricant maxime ſudent, cum tamen aliæ partes in ſitu ſuo maneant, cauſa ex accidenti ſumenda eſt. robur enim huic loco maximum eſt. hoc enim ſpiritum continet, quippe quo vt propiori robuſtiores ſunt. Sudant autem magis laborantes, quod hac parte præſertim ſpiritum continent; deinde dum manus in labore ſunt, totum corpus vna fatigatur magis,

quam

συμπονοῦμεν μᾶλλον ἢ ὅταν ἄλλο τι μέρος τρίβωμεθα. τῇ γὰρ καθέξει τοῦ πνεύματος καὶ γυμναζόμεθα, καὶ τρίβοντες μᾶλλον ἱδροῦμεν. καὶ ὅταν τοὺς πόδας καὶ τὰς κνήμας ἐν τῷ ὕδατι ἔχωσιν, [ἧττον ἱδροῦσιν] ἢ ὅταν τὸ ἄλλο σῶμα· διὰ τὰ προειρημένα. κωλύει γὰρ τὸ ὕδωρ τὸν ἱδρῶτα. καὶ ὅτι διαθερμαινομένων τούτων, καὶ τὸ ἄνω συνθερμαίνεται. οἱ δ᾽ ἱδρῶτες, ὅπου θερμὸν καὶ ὑγρόν.. ἄτοπον δ᾽ ὅτι οἱ ἀγωνιῶντες, τοὺς πόδας ἱδροῦσι, τὸ δὲ πρόσωπον, οὔ· καίτοι μᾶλλον εὔλογον τὸ μάλισθ᾽ ἱδρωτικὸν ἢ τὸ ἥκιστα. τὸ δ᾽ αἴτιον, ὅτι ἡ ἀγωνία ἐστὶν οὐ μετάστασις θερμότητος, ὥσπερ ἐν τοῖς φόβοις· ἀλλὰ μᾶλλον αὔξησις, καθάπερ ἐν τῷ θυμῷ· καὶ γὰρ ὁ θυμὸς, ζέσις τοῦ περὶ καρδίαν θερμοῦ· καὶ ἀγωνιῶντες δ᾽ οὐ διὰ φόβον τοῦτο πάσχουσιν, ἀλλὰ διὰ τὸ μᾶλλον ἐκθερμαίνεσθαι. ξηραίνει γὰρ ἡ θερμότης ἐπιπολάζουσα, [τὸ ἐν τῷ προσώπῳ ὑγρόν·] τὸ δὲ ἐν τοῖς ποσὶ συντήκει, διὰ τὸ ἐλάττω μὲν εἶναι ὥστε ξηρᾶναι, πλείω δὲ τῆς συμφύτου καὶ προϋπαρχούσης. ἐνίοις δ᾽ ἱδροῦσιν ἂν ψυχθῶσιν, ἢ πνεύματι ἢ ὕδατι, συμβαίνει ναυτιᾶν· οὐκ ἀλόγως. καὶ ὅτι τὸ ὑγρὸν ψυχθὲν ἀθρόον ἔστη, πρότερον οὐκ ἠρεμοῦν, καὶ ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ διιὸν καὶ ἔσω γινόμενον, προσπεσὸν τῷ ἀναπνευστικῷ τόπῳ, ποιεῖ τὴν ναυτίαν. οἱ δ᾽ ἐν ἱματίῳ δρόμοι, καὶ ἱδρῶτες, καὶ ἐλαίου ἀλείψεις, εἰς ἱμάτιον, εὔχρους ποιοῦσι. διότι ἡ εὔχροια γίνεται δι᾽ εὔπνοιαν· ἡ δ᾽ ἄχροια, διὰ τὴν κατάπνιξιν· συνθερμαινόμενον γὰρ καὶ μὴ διαψυχόμενον τὸ ἐπιπολῆς ὑγρὸν, ἄχροιαν ποιεῖ. τοῦτο δὲ συμβαίνει καὶ ἐκ τῶν δρόμων καὶ ἐκ τῆς ὑπαλείψεως· οἱ δὲ γυμνοὶ δρόμοι, διὰ τοὐναντίον. εὔχροοι γὰρ καὶ καταψύχει ὁ ἀὴρ τὰς συνισταμένας ἐκκρίσεις, καὶ διαπνεῖ. ἐν δὲ τοῖς ὕπνοις οἱ ἱδρῶτες μᾶλλον ἢ ἐγρηγορῶσιν. ὅτι [καὶ] ὑγρότατα καὶ θερμότατα πάντα διὰ τὴν ἀντιπερίστασιν. ἐξ ἀμφοῖν δὲ τούτοιν [ὁ] ἱδρὼς, ὥσπερ εἴρηται πολλάκις.

quam in vllo alio membro. Spiritus enim contentione exercemur, & agitati reſudamus. Sane dum in aqua pedes ac tibias continent, minus ſudant, quam ſi reliquum corpus, id quod ex iis, quæ ſuperius dicta ſunt, conſtare poterit. Impedit enim ſudorem aqua. Nam & pedes calefacti reliquum etiam corpus concalefaciunt. Sudor autem eſt, vbi humidum & calidum eſt. Illud videbitur perabſurdum, quod qui anguntur & trepidant, pedibus ſudant non facie, cum tamen magis videatur conſentaneum ſudare facie, quæ omnium partium, maxime ad ſudandum procliuis eſt. Cauſa autem eſt, quod angor non eſt caloris deceſſio, vt in timore, ſed potius incrementum. vt in ira. Eſt enim ira caloris feruor, qui ad cor eſt. & qui anguntur non timore id patiuntur, ſed caloris exceſſu. Arefacit enim calor extimus, qui eſt in ſumma facie. contra liquefacit, qui eſt in pedibus. quod minus eius ſit, quam vt arefaciat, plus autem quam innatus. Porro ſudantes, nonnullo ſi aut vento aut aqua refrigerentur, euenit vt infeſtet nauſea. id quod accidit ratione. Nam & humor frigefactus, qui prius non quieſcebat, confertim ſiſtitur, & ſpiritus tranſiens, in locum offendit reſpirationis, & ciet nauſeam. Curſus, & ſudationes, & vnctiones ex oleo, ſi induto fiant corpore, male coloratos reddunt homines: nam coloris probitas a bona tranſpiratione fit, malus color a præfocatione. Concalefactus enim atque perfrigeratus humor extimus, male coloratum reddit corpus. Id quod tum in curſu accidit, tum in vnctione. contra curſus, qui nudo fiunt corpore, bene coloratum faciunt hominem. refrigerat enim atque perſpirat aer excrementa, quæ ſummo corpore conſiſtunt. Cæterum in ſomno magis ſudamus, quam vigilantes, quod caloris intimis partibus cohibitio, humidiſſima & calidiſſima reddat omnia. ex vtroque autem ſudor fit, vt ſæpe diximus.

THEO-

THEOPHRASTI DE VERTIGINE.

DANIELE FVRLANO interprete.

Ἴλιγγοι γίνονται, ὅταν ἢ πνεῦμα ἀλλότριον περὶ τὴν κεφαλὴν ἔλθῃ, ἢ ὑγρότης περιττωματικὴ † ἢ ἀπὸ τροφῆς ἐνίας, οἷον ἢ τοῦ οἴνου, ἢ καὶ ἄλλου τινὸς χυλοῦ· ἢ τρίτον ὅταν κινῇ τις κύκλῳ τὴν κεφαλήν. ὁ γὰρ τόπος ὁ περὶ τὸν ἐγκέφαλον, φύσει μὲν ὑγρός ἐστιν· ὅταν δ' ἔλθῃ τι πνεῦμα ἀλλότριον, βιάζεται διαδυόμενον, καὶ πρὸς τὰς φλέβας ὠθεῖ κύκλῳ τὸ ὑπάρχον ὑγρόν. ὥστε τρόπον τινὰ τὸ αὐτὸ συμβαίνει καὶ ἐάν τις προαιρέσει κύκλῳ κινῇ τὴν κεφαλήν. οὐδὲν γὰρ διαφέρει ἔξωθεν ἢ ἔσωθεν εἶναι τὸ κινοῦν. οὔσης οἷον δίνης τινὸς τῆς φορᾶς τοῦ ὑγροῦ μὴ συνεχοῦς ὁμοίως. ἀλλ' ἐν τῇ κινήσει τοῦ μὲν ὑστεροῦντος, τοῦ δὲ προτεροῦντος, τὸ ὑφιστάμενον ἀντικροῦον ἵστησι· τὸ δ' ἱστάμενον, διὰ τὸ μὴ ἰσορροπεῖν ὁμοίως αὐτῇ, ἢ αὖ ῥέπῃ, ταύτῃ φέρεται καὶ τὸν ἴλιγγον ποιεῖ, καὶ καταβάλλει πολλάκις· αἴτιον δὲ τοῦ μὴ δύνασθαι τὰ ὑγρὰ ῥᾳδίως στρέφεσθαι καὶ δινεῖσθαι διὰ τὴν λεχθεῖσαν αἰτίαν, ὅτι οὐ συνεχῆ. παραπλήσιον γὰρ τὸ συμβαῖνον ὥσπερ ἐν τοῖς ᾠοῖς τοῖς ὠμοῖς. οὐ δὲ γὰρ ταῦτα δύναται δινεῖσθαι διὰ τὴν ὑγρότητα· τὰ δ' ἑφθὰ, δύναται, [διότι τὰ μὲν, ὑπὸ ὑγρότητος ἀνωμάλου καὶ οὐκ ἰσορρόπου οὔσης σφάλλεται· τὰ δὲ,] διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὸ σφάλλον ὑφιστάμενον, ἑνὸς ὄντος καὶ συνεχοῦς. αἱ μὲν οὖν αἰτίαι σχεδὸν αὗται καὶ τοιαῦται τοῦ πάθους. ἀφ' ὧν δὲ συμβαίνει γίνεσθαι τοῖς καθέκαστα περὶ ὧν ἀποροῦσι, πρὸς ταῦτα ἀνάγειν πειρατέον. οἷον διότι κύκλῳ περιπατοῦντες ἰλιγγιῶσι· καὶ ἔτι μᾶλλον καὶ ὅσῳ ἂν ἐλάττω κύκλον καὶ θᾶττον θέωσι σφοδρότερον, κἂν μετὰ πολλῶν ἢ μόνοι, καὶ ἐπ' ἀριστερὰ θέοντες μᾶλλον· καὶ οἱ μακρότατοι δὲ μάλιστα. πάντων γὰρ τούτων καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον, ἐν τοῖς πρότερον εἰρημένοις αἰτιᾶται. εἴπερ γὰρ ὁ ἴλιγγος γίνεται ἐὰν ἐν τῷ αὐτῷ στρέφοιτο, τάχιστ' ἂν καὶ μάλιστα τῶν λοιπῶν ἰλιγγιῴη ὁ ἐγγυτάτω· ἢ ὁ ἐν ἐλάττονι κύκλῳ στρέφων. καὶ ὅσῳ ἂν θᾶττον, μᾶλλον· διόπερ οἱ θέοντες τῶν περιπατούντων, καὶ οἱ ταχέως τῶν βραδέως. θέουσι γὰρ οἱ [ἐγκεκλικότες] πρὸς τὸ κέντρον.

Vertigines fiunt, quando aut alienus ſpiritus, aut excrementitia humiditas ad caput venerit, ſiue ab alimento aliquo vt a vino, ſiue ab humore quouis alio: aut etiam quando quis caput in orbem agitet. locus enim cerebri natura cum humidus ſit, fit, vt cum externus, & velut alienigena ſpiritus eo venerit, intruſus propellat, & ad venas humorem, qui ibi continetur, circumagat: vt eadem pene ſit ratio, atque ſi caput ex inſtituto rotet aliquis, nihil enim intereſt intus ne, an extra ſit quod moueat. quandoquidem veluti vortex quidam eſt humoris non eodem modo cohærentis agitatio. cum enim in motione hic præueniat, ille vero poſterior ſit, repugnans ille propellit, & ſiſtit. qui vero manſit, quod non eodem agatur modo, fertur per illum locum, quem nactus ſit, & vertiginem efficit. etenim quod ea, quæ liquida ſunt difficile poſſunt in vorticem agi, cauſa eſt, quod in ouis crudis accidit. Nam neque hæc poſſunt in orbem verti, quemadmodum cocta, propterea quod hæc ab inæquali humore, & in diuerſas partes diſiecto conturbantur, illa minime, eo quod non habeant quod turbationis eſt cauſa; cum internus humor vnius naturæ continuuſque ſit. atque eueniti huius hæ pene, & tales ſunt cauſæ. quo etiam referenda ſunt, quæ in ſingulis rebus ab his accidunt, de quibus dubitatio eſt. qualia ſunt, cur vertiginem patiuntur, qui in orbem incedunt, & magis qui in minorem orbem, longe vero validius, qui celeriter currunt. & cur, qui cum multis currunt, magis quam ſoli: & cur ad læuam ſi currant, magis quam ad dexteram. & cur maxime qui proceriori ſunt corpore. horum enim omnium & ſimilium rationem ſuperioribus dictis poſuimus. Nam ſi vertigo fit quando in eodem ſpatio ſe vertat aliquis, maxime fieri neceſſe eſt, quando proxime & in minori id agat circulo, atque eo magis, quo celerius. quamobrem qui currunt, magis quam qui ambulant, & qui celeres, quam qui tardi vertigine offendi ſolent.

ὡς ὅταν καὶ εὐθὺ τὰ μήκη αὐτῶν ἐκπίπτῃ πρὸς μίαν κορυφὴν συνάπτειν, καὶ γίνεσθαι κῶνον, βάσιν δ' εἶναι τὸν κύκλον. διὸ συμβαίνει καθάπερ ἐν τῷ αὐτῷ στρέφειν τὴν κεφαλήν· καὶ ὅσῳ ἂν ἐλάττω κύκλον, μᾶλλον. ὀξύτερος γὰρ ὁ κῶνος. καὶ ἐὰν θᾶττον πλεονάκις ἐν τούτῳ γίνεσθαι κατὰ τὸ ἴσον χρόνον, καὶ τοῖς μακροτέροις δὲ μᾶλλον, ὅσῳ ἐγκλίνουσιν· ἐγγυτέρω γὰρ ἔχει τὴν κεφαλήν, ὁ μείζων τῆς τοῦ κώνου κορυφῆς. διὸ σχεδὸν ὥσπερ ἐν τῷ αὐτῷ συμβαίνει ἴσως ἔχοντα τὴν κεφαλήν. οὕτω δὲ μάλιστα ὁ ἴλιγγος· καὶ οἱ εἰς τὰ ἀριστερὰ θέοντες, ἔτι μᾶλλον ἴσως νεύουσι, καὶ ὀξυτέραν ποιοῦσι γωνίαν πρὸς τὸν κύκλον. ἐμβριθέστερα γὰρ ὄντα τὰ δεξιὰ προσβιάζεται μᾶλλον αὐτούς, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀριστερῶν. καὶ ἐὰν μετὰ πολλῶν θέωσι, μᾶλλον καὶ θᾶττον ἢ μόνοι. πρὸς γὰρ τῇ κύκλῳ περιφερείᾳ, καὶ ἡ ὄψις αὐτὴ προσβάλλουσα τοῖς θέουσι, καὶ συνεχὴς οὖσα, τῷ ἐγκεφάλῳ ποιεῖ τινα κίνησιν ἑτέραν καὶ ταραχήν. ἀπὸ γὰρ τῶν ἔξω διαδίδοται καὶ πρὸς τὰ ἐντός. ὥστ' ἐπεὶ καὶ ἑκάτερον ποιεῖ τὸν ἴλιγγον, οἷον ἥ τε κύκλῳ κίνησις τῆς κεφαλῆς, καὶ ἡ ὄψις συνεχῶς βλέπουσα τὸ κύκλῳ κινούμενον ἐξ ἀμφοτέρων εὔλογον θᾶττον καὶ μᾶλλον γίνεσθαι τὸ πάθος. ὅτι δὲ διὰ τὴν τῆς ὄψεως κίνησιν ἰλιγγιᾶν συμβαίνει, φανερὸν ἐκ πολλῶν. οἵ τε γὰρ πλέοντες, θᾶττον καὶ μᾶλλον ἰλιγγιῶσιν, ὅταν ἐμβλέπωσι τοῖς κύμασι καὶ τῇ τῶν ὅλων ἄστρων κινήσει. διὸ καὶ ἐγκαλύπτονται τοῦτ' εὐλαβούμενοι. καὶ οἱ τὰς αἰώρας καὶ τοὺς τροχοὺς θεωροῦντες, ἢ καὶ συμπεριφέροντες τὴν ὄψιν, ταχὺ σκοτοῦνται. συμβαίνει γὰρ κινουμένην κύκλῳ τὴν ὄψιν, κινεῖν τὰ ἐντὸς καὶ ταράττειν ἄνω μᾶλλον. ἰλιγγιῶσι δὲ καὶ οἱ τὰ ὑψηλὰ καὶ τὰ μεγάλα καὶ ἀπότομα ἀποβλέποντες, διὰ τὸ συμβαίνειν μακρὰν ἀποτεινομένην σείεσθαι καὶ κραδαίνεσθαι τὴν ὄψιν. σειομένην δ' οὕτως καὶ κινουμένην, ταράττειν καὶ κινεῖν τὰ ἐντός· τοῖς δὲ ἄνω βλέπουσιν οὐ συμβαίνει τοῦτο, διὰ τὸ μὴ ὡς ἀποτείνειν μακράν, ἀλλ' ἀποτέμνεσθαι ἐν τῷ φωτί. γίνεται δ' ἴλιγγος καὶ ὅταν εἰς τὸ αὐτὸ βλέπωσι συνεχῶς καὶ ἐπατενίζωσιν. ὃ καὶ ἐπαπορεῖται, διατί ποτε κινουμένης κύκλῳ τῆς ὄψεως καὶ ἠρεμούσης συμβαίνει τὸ πάθος. ἄτοπον γὰρ τὸ ὑπὸ τῶν ἐναντίων. αἴτιον δὲ, τοῦ μὲν ἐν τῇ κυκλοφορίᾳ, τὸ εἰρημένον. τοῦ δὲ ἐν τῇ ἐπιστάσει καὶ τῷ ἀτενισμῷ, διότι τὰ ἐν τῷ κινεῖσθαι σωζόμενα, διΐστησι καὶ ἡ στάσις τῆς ὄψεως, διάστασις ἑνὸς μορίου· καὶ τἄλλα τὰ συνεχῆ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ διΐσταται. διϊστάμενα δὲ καὶ χωριζόμενα τὰ βαρέα, καταβαρύνει καὶ ποιεῖ τὸν ἴλιγγον. τὰ γὰρ πεφυκότα κινεῖσθαι τὴν δε τὴν κίνησιν, ἄλλοτε καὶ συμμένει διὰ ταύτην. εἰ δὲ μή, καθάπερ Ἡράκλειτός φησι, καὶ ὁ κυκεὼν συνίσταται κινούμενος· εἴη δ' ἂν καὶ τῇ κυκλοφορίᾳ τὸ αὐτὸ τοῦτ' ἀποδιδόναι.

currunt enim ad centrum inclinantes, vt quando rectæ ferantur eorum longitudines ad vnum concidant apicem, exindeque conum fieri accidat, cuius baſis circulus ſit. fit igitur, perinde ac ſi eodem loco rotetur caput, & eo magis, quo minori id fiat circulo: acutior enim fit conus: & ſi velocius, ſæpius, fiat æquali tempore. eos vero, qui longo ſunt corpore magis vertiginem offendere, vel eo conſentaneum eſt, quod corpus reclinant. Nam propinquius habet caput, qui maior eſt, coni vertici, vt in eodem loco caput circumagere videatur. ſic autem maxime vertigo fit. qui vero ad læuam currunt, longe magis reclinant, & ad circulum acutiorem conſtituunt angulum. Cum enim dextera corporis pars robuſtior ſit, propellit magis, & intro agit, quippe læua imbecillior eſt. & qui cum multis currunt magis, & citius vertiginem patiuntur, quam ſi ſoli ſint. nam præterquam quod in orbem ſe circumuertunt, aſpectus etiam ipſe in currentes proiicitur, motumque alterum, agitationemque efficit, quippe cerebro continuus. tranſit enim ab externis ad intima, vt quando ab alterutro vertigo fiat, a capitis inquam rotatione, & ab intuitu continuo rei, quæ in orbem moueatur, conſentaneum ſit, & magis, & ocyus ab vtroque fieri. quod autem ab aſpectus motu vertigo contingat, perſpicuum in multis eſt. Nam & qui nauigant, & magis & citius vertiginem incurrunt, ſi aut fluctus, aut motus ſyderum intueantur, quod vt euitent faciem velant nonnulli. turbantur & ii, qui penſilia & rotas aſpiciunt, & qui oculos circumuertunt. fit enim vt in orbem acti intima moueant, & inæquabili agitent motu. afficiuntur & ii, qui alta, magna, & prærupta loca conſpiciunt, quod in longum extenſus labaſcit aſpectus, & contremiſcit, ſic vero affectus turbat & agitat inferiora. Qui vero ſurſum aſpiciunt, ideo non patiuntur, quod in longum non ducitur aſpectus; ſed lumine deturbetur. fit vertigo, quando continue eodem collimemus oculos, id, quod nonnullis videtur dubium: quandoquidem etſi circumagas oculos, etſi firmo intuearis obtutu, idem affectus eueniat, cum a contrariis, idem euenire abſurdum ſit. & ſane quod circumductis accidit oculis reddita ratione explicauimus. quod autem ab intento, & fixo prouenit intuitu, ideo fieri putandum eſt, quod quæ agitata ſeruantur, ſtatus deturbat, & diſſipat. obtutus enim oculorum alius partis eſt diſiectio; & quæ in cerebro continua ſunt, conſiſtunt. diſiecta ſeparataque quæ ex iis grauiora ſunt, præponderant, & vertiginem inferunt. Nam quæ ad certum motum natura deſtinata ſunt, per hunc conſociata ſeruantur. ſiquidem vt ait Heraclitus, & cyceon agitatione conſtat. porro idem etiam rotationi tribuendum eſt.

διίςαται γὰρ ἡ δίνη. τὰ δὲ βαρέα καὶ κοῦφα δέον ἅμα εἶναι, τὰ μὲν εἰς τὸ μέσον ἀγοῦσα, τὰ δ' εἰς τὸ ἔσχατον· ποιεῖ δὲ καὶ τὸ κύπτειν ἰλίγγους, διὰ τοῦτο. χωρίζεται γὰρ τὰ βαρέα καὶ ἐλαφρά. τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ κάτω. δεῖ δὲ ἅμα εἶναι, καθάπερ ἐλέχθη. ποιεῖ δὲ καὶ ἄλλη τις ἐναντίωσις, ὡς δοκεῖ οἷον ἡ τῆς ἐνδείας καὶ τῆς πληρώσεως. ἡ μὲν γὰρ ἔνδεια συντήκει, ἡ δὲ πλησμονή, περιττώματα ἐποίησεν· ὥστε πλήρεις γίνεσθαι τοὺς πόρους· αὐτὰ γὰρ αὐτὴ καταβαίνει καὶ διιστησι τὰς περιόδους. ὅπερ ἐστὶν ὁ ἴλιγγος· ἐπεὶ καὶ αἱ μέθαι καὶ αἱ φαρμακεῖαι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοῖς ἀποπληρώματα, διὰ τοῦτο ποιεῖ τοὺς ἰλίγγους. ὅθεν καὶ σημεῖον τινὲς ἐπ' ἀμφοῖν κοινὸν λαμβάνουσιν. ὅταν γὰρ μὴ δύνηταί τις τοὺς στρωτῆρας ἢ [τὰς] δοκοὺς ἀριθμεῖν, τὸν μὲν οὔπω κεκαθάρθαι, τὸν δὲ μεθύειν φασίν. ἡ ὑγρότης γὰρ ἡ ἀλλοτρία ἐμπεπτωκυῖα, ποιεῖ τὴν ταραχήν. διὸ καὶ ἐφ' ὅσων ἄλλων συμβαίνει πνεύματος ἢ ὑγρότητος γίνεσθαι πλῆθος, ἢ καὶ τῶν παρ' αὐτῶν διάστασιν, ἀπὸ πάντων συμβαίνει τοῦτο τὸ πάθος· ἀνιστάμενοι δὲ μᾶλλον ἢ καθίζοντες ἰλιγγιῶσιν, ὅτι ἠρεμούντων συνίσταται τὸ ὑγρὸν ἐν τῇ κεφαλῇ πλέον. ὅταν δὲ κινῶνται, σφαλερὸν γίνεται, καὶ εἰς ἓν μόριον ἀθρόον ἄγον, ποιεῖ τὸν ἴλιγγον.

diſiicit enim grauia, hæc ad imum, illa ad medium, quæ alioquin vna eſſe conduceret. Contingit etiam a flexione corporis in pronum vertiginem effici, ſeparantur enim a leuibus grauia, quæ cum ſimul eſſe expediret, tamen illa ſurſum aguntur, hæc deorſum. Sunt & aliæ pugnantes, vt videntur, vertiginis cauſæ, inanitio inquam, & oppletio. inanitio enim colliquat, repletio vero excrementa aggerit, vt ab his meatus corporis oppleantur. hæc enim ſurſum educta mox deſcendunt, & circuitus deturbant cerebri, quod eſt vertigo. Siquidem & ebrietates & medicamenta, atque alia his ſimilia hac ratione vertiginis cauſæ ſunt. Vnde & commune in vtraque cauſa ſumitur argumentum. vt quando quis nequeat, trabes & laquearia numerare, aut nondum purgatus, aut ebrius cenſeatur. turbat enim humor alienus & noxius cerebrum feriens. quamobrem in quibus contigerit, aut humoris, aut flatus excitari copia, aut quæ in cerebro ſunt ſede ſua deturbari, in iis omnibus vertigo fit. porro addendum & illud, eos, qui ſurgunt, magis offendi ſedentibus. quieſcentibus enim humor capitis conſiſtit, & in ſe permanet, contra vero iis, qui mouentur, turbatur, & vnum in locum confertim lapſus ciet vertiginem.

THEOPHRASTI DE LASSITVDINIBVS.

DANIELE FVRLANO interprete.

Ἐν τίνι ποθ' ὁ κόπος [ἢ] τίσιν ὡς πρῶτον, πότερον ὡς Ἐπιγένης ὑπέλαβε, ἐν φλεβὶ καὶ νεύρῳ, ἢ μόνον ἐν νεύρῳ. τοῦτο γὰρ καὶ ἡ κίνησις ἡ ὑπερβολὴ συντήξεως διακινεῖ. καὶ ἁπλῶς οὗπερ πόνος, αὐτοῦ καὶ ὁ κόπος. διὸ καὶ ἀεὶ βαρύνεται ὁ κοπιῶν· εἰ οὖν τὸ νεῦρον μὴ δεκτικὸν ὑγρότητος, οὐκ ἂν ἐνταῦθα ὁ κόπος εἴη κατὰ φύσιν. εἰ δὲ ὁ κόπος ἐξαλλαγή τις, ἄτοπον εἰ μὴ δι' ὧν ἡ κίνησις καὶ ὁ πόνος, ἐν τούτοις καὶ ὁ κόπος, ἀλλ' ἐκ τῆς κινήσεως ἐπιρροὴ τῆς συντήξεως εἰς αὐτὰ ταῦτα καὶ τὰς καμπάς. ἅπερ μάλιστα βαρύνονται καὶ κοπιῶσι· λέγουσι δὲ καὶ τὰς σάρκας καὶ ὅλον τὸ σῶμα κοπιᾶν. ὅθεν καὶ τοὺς ὀστεοκόπους ὀστάγρας καλοῦσιν. εἰ δ' ἐν ὀστοῖς ὁ κόπος, πότερον ὡς κινοῦσιν ἢ κινουμένοις,

IN qua ſit corporis parte laſſitudo, quæſtio eſt. an, vt Epigenes exiſtimauit, in venis, & neruis, an tantum in neruis. hos enim & motus, & nimia liquatio corporis agitat. in ſumma vbi labor, ibi & laſſitudinem oportet eſſe. Nam & qui laborat grauatur continue. quod ſi nerui nequeunt humorem ſuſcipere, non conueniet illorum naturæ defatigatio. Verum ſi laſſitudo commutatio quædam eſt, abſurdum alioquin eſt, iis non attribui partibus, quibus & motus peragitur & ſentitur dolor. Cæterum ex motu colliquationis impetus in eas labitur, & in articulos, quippe qui & grauantur maxime & fatigantur. aiunt porro & carnes & vniuerſum delaſſari corpus, vnde & oſſium laſſitudines ὀστάγρας nominant. quod ſi fatigantur oſſa, quærendum an vt mouentibus id accidat, an vt

ἢ ὡς ἐπιῤῥοὴν δεχομένοις; ἢ οὐδὲν κωλύει τρόπον τινὰ ὡς ἄμφω. καὶ γὰρ κινούμενά πως καὶ δεχόμενα κατὰ τὴν ἐπιῤῥοήν. ὅταν γὰρ εἰς τὸ ἐντὸς διήκηται διὰ τὸ πλῆθος τοῦ πόνου, τοῦτ' ἐν τοῖς ὀστοῖς κόπος. ἐπεὶ καὶ ἐν τῇ σαρκὶ καὶ ἐν ὅλοις τοῖς σώμασιν· ὃ δὴ καλοῦσι συγκεκόφθαι. διαδοθέντος συμβαίνει τοῦ πόνου πρὸς ἅπαντα τὰ μέρη. καὶ μάλισθ' οἷς ἂν τις ἐνεργῇ, καθάπερ τοῖς ἄνω καὶ κάτω. καὶ αὐτῶν […] μορίοις τισὶ, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς σκληροκοιτίαις· ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐν τοῖς καμπτομένοις μέρεσι μάλιστα καὶ νευρωδεστάτοις. ὅταν τις σύντηξις ἐπὶ τὰ νεῦρα καὶ τὰς καμπὰς ἔλθῃ, καὶ ἡ βαρύτης ἀπὸ ταύτης. διὸ καὶ οὐδεὶς πώποτε τὴν γαστέρα ἐκοπίασεν, οὐδὲ τὴν κεφαλήν. ἆρα δ' ὅταν καὶ ἄλλως πῶς ἡ ὑγρότης ἐπιρρυῇ, πάντως κόπος. οὐ γὰρ ἂν ἔτι διὰ τὴν κίνησιν. ἢ τοῦτο μὲν οὐκ ἀναγκαῖον, ἀλλὰ μᾶλλον πόνος τις ἀκολουθεῖ. καὶ γὰρ καθήμενοι καὶ ἑστῶτες καὶ κατακείμενοι, φασὶ κοπιᾶν· καὶ ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι καὶ ἡ πίεσις ἐπίπονος· οἷον γὰρ θλίψις καὶ πληγή τις· ἀλλ' ἐνίοτε δὴ καὶ ὑπὸ πλησμονῆς καὶ ἀγρυπνίας καὶ ὑπὸ κατάῤῥου φασὶ κοπιᾶν. ἅπαντα δέ πως καὶ ταῦτα πλῆθος ὑγρότητος. ἤτε γὰρ πλησμονὴ κρατοῦντος τοῦ σώματος· ἤτε ἀγρυπνία κωλύει τὴν θρέψιν. ὅτε κατάῤῥους, φανερά τις σύντηξις, ἤ, ἁπλῶς εἰπεῖν, ὑγρότης. πότερον οὖν κόπος ταῦτα, ἢ ὠμότης, ἢ διάθεσις; ὥσπερ καὶ ἐκ τῶν ὕπνων συμβαίνει. βαρύνονται γὰρ διὰ τὴν σύντηξιν, ἢ οὐδὲν κωλύει διὰ πλείους αἰτίας γίνεσθαι τὸν κόπον. ἐπεὶ ἐνίοτε καὶ κατεξηραμμένου τοῦ σώματος, καὶ οὐδεμιᾶς ὑγρότητος ὑπαρχούσης, ὅμως κοπιῶσι· καὶ μάλιστά γ', ὡς εἰπεῖν οὗτοι: πλὴν εἴ τις ἐν τούτοις τοῖς μέρεσι λέγει τὴν σύντηξιν ὑπάρχειν· ἐπεὶ, ὅταν γ' ἁπλῶς ὑγρότητος ἐπιῤῥοὴ γίνεταί τις, οὐ πάντως κόπος. ὥσπερ τοῖς ὑδρωπιῶσι τοῖς ἐπὶ καθέδρας, ὧν τὰ γόνατα καὶ οἱ πόδες οἰδοῦσιν, οὐδὲ γὰρ ὅλως ὅταν ὑγρανθῇ καὶ βαρυνθῇ τὸ σῶμα. σχεδὸν γὰρ πᾶσι τοῦτο συμβαίνει ἐν τοῖς νοτίοις. ταῦτα μὲν [γὰρ] οὐκ ἄγαν διορίσαι χαλεπόν. αἱ δὲ θεραπεῖαι δόξαιεν ἐναντίαι πως εἶναι καὶ τῶν παθῶν καὶ ἑαυταῖς· οἷον ἤτε καθυγραίνουσα καὶ λουτροῖς καὶ πότοις· εἴπερ ἐν ὑγρότητι καὶ συντήξει τὸ πάθος. καὶ τῷ κόπῳ λύουσα τὸν κόπον, κατὰ τὴν παροιμίαν. οὐκ εἰσὶ δ' ἐναντίαι. καὶ γὰρ μαλάξεως δεῖται τὸ κατάξηρον καὶ συντετηγμένον. καὶ κατὰ πλείους τόπους ἔκκρισιν ἐποίησε τοῦ λυποῦντος, καὶ κατὰ σάρκα καὶ κατὰ κύστιν· ἤτε κίνησις καὶ ὁ πόνος, ἅπαν ἐξήρανε τὸ σύντηγμα καὶ ἐξέπεψε. οὐχ' δὲ ἅπασιν πάντως αἱ τοιαῦται τῶν θεραπειῶν· ἀλλ' οἷς μὴ μεγάλαι μήδ' ἀπὸ μεγάλων αἱ ἀρχαί. τὰ δ'

an vt motis, an vt humorum fluxum ſuſcipientibus. an nihil impedit vtraque ratione aliquo modo id accidere. Nam & mouentur & confluxum humorum accipiunt. Nam quando propter multum dolorem intro fluxerit, in oſſibus defatigatio eſt: ſiquidem & in carne, & in toto fere corpore, quod dicunt confringi, atque dirumpi; id quod accidit, quando in omnes partes dolor diſtribuitur, & quibus præſertim operatur aliquis, vt ſupernis & infernis partibus atque harum nonnullis. quemadmodum & in durioribus ſtratis accidit: atque vt ſemel expediam, cum colliquatio lapſa ſit aut in neruos, aut in articulos, in iis præſertim partibus, quæ flectuntur, & quæ neruoſiores ſunt, inde grauitas, & defatigatio fit. vnde nemini aut venter aut caput fatigatum eſt. an etiam quocunque modo confluxerit humor, laſſitudo omnino fit? Non enim propter motum ſolum, cum neceſſarium non ſit, vt laſſitudo a motu ſequatur, ſed vt magis. Nam & ſedentes, & ſtantes, & cubantes aiunt multi laſſitudinem perſentire. & in eodem ſitu corporis permoleſta preſſio eſt: eſt enim veluti fractio quædam, & contuſio. Nonnunquam & a repletione, a deſtillatione, a vigilia dicunt defatigatione grauari. repletio enim humoris eſt, qui corpus occupat. Vigilia autem nutritionem turbat, & impedit. deſtillatio vero, quæ κατάῤῥους dicitur, manifeſta quædam liquefactio eſt, aut vt ſimpliciter dicam, humiditas. eſt ne igitur affectio hæc laſſitudo, an cruditas? quæ & a ſomno ſequi ſolet. Nam colliquatione grauantur: an nihil impedit pluribus cauſis laſſitudinem fieri? quandoquidem & exſiccata corpora nullo humore laſſantur, & illa ſane maxime afficiuntur, ut ita dicam, niſi quis vbi labor eſt, ibi liquationem eſſe dicat. Nam cum ſimpliciter humoris fiat confluxio aliqua; non ſtatim laſſitudo fit; vt is, qui aquam habent inter cutem, dum ſedent, & pedes tumeſcunt, & genua. Non enim cum humorum plenum, & graue corpus ſit, laſſitudo ſequitur: hoc enim flantibus Auſtris, omnibus pene videtur accidere. atque hæc diſtinguere non admodum difficile eſt. Verum curationes videri poſſint, & ſibi, & affectibus ipſis contrariæ, vt ea curatio, quæ & balneo, & potu humectare corpora ſtudet: ſiquidem ab humiditate, & colliquatione affectio eſt, & labor laborem ſoluit, vt eſt in Prouerbio: quanquam contrariæ inter ſe non ſunt: aridum enim, & tabeſcens corpus opus habet, vt molleſcat, & humorem excernat noxium pluribus locis, & per carnem & per veſicam, motus vero & exercitatio liquationem omnem abſumit, & digerit: quanquam non omnibus curationes eiuſmodi adhibere oportet, ſed iis, quibus principia aut magna non ſint, aut non a magnis profecta cauſis. porro quæ

ἀντίτυπα καὶ σκληρὰ μᾶλλον ποιεῖ κόπον· καὶ ἐν πορείᾳ, καὶ ἐν δρόμῳ, καὶ ἐν κατακλίσει, καὶ ἐν καθέδρᾳ· διὰ τὸ μᾶλλον ποιεῖν πληγὴν καὶ ἐπίθεσιν. τάχα δ' ἴσως καὶ τὴν συντονίαν πλείω· κοπιαρώτερον δ' ἂν τὸ τοιοῦτο δόξειεν. ἀλλ' ἔν γε ταῖς καθέδραις, καὶ ταῖς κατακλίσεσι, τὸ ὑπεῖκον καὶ ἐνδιδὸν, ὅταν ἅπαξ λάβῃ τὸ βάρος, οὐκ ἔτι ὑπείκει. ὥστε καὶ τοῦτο ἐχρῆν ὁμοίως ἀποπιέζειν. εἰ ἔτι ἦ τοῦτ' ἀληθές. ἀεὶ γὰρ ἔχει πως τὰ τοιαῦτα ἔνδοσιν, ὡς ἀντιστατεῖ τῇ φύσει. καὶ ἐπεὶ δῆλον ἐν τῷ πλείονι χρόνῳ ὑπεικὸν ὑποκείμενον· ἔτι τοιοῦτον· τινὰ δὲ ἀντίστασα, καὶ μηδὲν ἐνδιδόντα τῇ θλίψει, ποιεῖ τὸν κόπον· ἔτι κατὰ τὴν κίνησιν καὶ τὴν [illegible] τἆλλ' ἐνδίδωσι, καὶ ποιεῖ τινα μεταβολὴν τάδε. οὐ διὰ ταῦτα δέ πως. καὶ τὰ ἐπίπεδα, τῶν κοίλων κοπιαρώτερα· καὶ τὰ κυρτὰ, τῶν ἐπιπέδων. ἡ γὰρ θλίψις, σφοδρότερον ποιεῖ καὶ μείζω τὸν πόνον, ἐφ' ἕνα τόπον ἀθροιζομένου τοῦ βάρους· τὸ μὲν οὖν κυρτὸν, τοῦ εὐθέος· τοῦτο δὲ μᾶλλον τοῦ κοίλου. διότι δὲ τοὺς μηροὺς ἢ τὰς κνήμας μᾶλλον κοπιῶσιν, ὅτι μάλιστα ὁ πόνος τις τοῦ συνεχοῦς διάστασις· συνεχέστερος δὲ καὶ συμφυέστερος ὁ μηρός· ἅμα δὲ καὶ ἡ τῶν νεύρων διάστασις. καὶ ἐν τούτῳ καὶ ἐγγυτέρω τοῦ τόπου τοῦ ἔχοντος τὸ περίττωμα. διόπερ ἂν ὑπερβάλλῃ τῇ θερμότητι διὰ τὴν κίνησίν τε [συσπῶσιν οἱ μηροὶ] μᾶλλον καὶ πλεῖον. ὅτι δ' ἡ ἀνάρτησις ποιεῖ συμπάθειαν τῶν νεύρων καὶ φλεβῶν, καὶ ἐκ τῶν βουβώνων δῆλον· πληγέντων γὰρ τῶν κάτωθεν, ἐνταῦθα βουβῶνες. διότι δὲ καταβαίνοντες μὲν κατ' αὐτὴ, τοὺς μηροὺς μάλιστα πονοῦσιν· ἀναβαίνοντες δὲ, τὰς κνήμας, ὅτι κατὰ μὲν τὴν ἀνάβασιν ὁ πόνος τῷ αἴρειν τὸ σῶμα. φορτίον γὰρ γίνεται· ᾧ ἱκανὸν οὖν ἅπαν ἐπίκειται τὸ βάρος, καὶ ᾧ αἰρόμενον, τοῦτο μάλιστα ὁ πόνος. ἡ δὲ κνήμη τοιοῦτον. ἔσχατον γὰρ ἔχον μῆκος, καὶ οὐχ ὥσπερ ὁ ποὺς πλάτος. διόπερ σαλεύεται· καθάπερ οὖν ὑπὸ τοῦ βάρους τὸν ὦμον μάλιστα πονοῦσιν, ὥστε ἐπὶ τούτῳ ἔχουσι τὸ βάρος· ὁμοίως καὶ τὰς κνήμας. ἐν δὲ τῷ καταβαίνειν ὁ πόνος τῷ ἐπιπίπτειν τὸ σῶμα καὶ παραωθεῖν παρὰ φύσιν. ὥστε καὶ ᾧ μάλιστα ἐπιπίπτει καὶ σαλεύει, τοῦτο μάλιστα καὶ ποιεῖ τὸν πόνον. ὡς οὖν ἡ κνήμη ἐν τῷ ἀναβαίνειν κακοπαθεῖ, οὕτως ὁ μηρὸς ἐν τῷ καταβαίνειν, ἐξαίρων τὸ σῶμα ὅλον. ἁπλῶς [τε] τὰ βάρη κάτω φέρεται· ὥστε χαλεπώτερον τὸ ἀναβαίνειν τοῦ καταβαίνειν. χαλεπώτερον δ' οἱ περὶ τὸν θώρακα τόποι τῶν κάτω. διότι ἐγγυτέρω τοῦ πνευματικοῦ τόπου. συμβαίνει οὖν ταχὺ συνεκφλεγμαίνειν. τοῦτο δ' ὁ πυρετός· ἡ δ' ἀπὸ τῶν σκελῶν φλεγμονὴ, πόῤῥω, διὰ τὸ ἀπομαραίνεσθαι θᾶττον. τῷ δὲ βραχίονι κοπιαρώτερον διὰ κενῆς ῥίπτειν λί-

rò quæ ſolida ſunt, & dura magis inferunt laſſitudinem & inceſſu & curſu, & ſeſſione, & accubitu. premunt enim magis, & refrangunt maiori contentione, id quod defatigationis eſt cauſa. Verum in ſeſſione, & accubitu quod cedit, & refractarium non eſt, quando ſemel ſuſcepit graue corpus, non amplius videatur cedere, quin oporteret fortaſſe, & hoc contra premere ac reniti: hoc autem verum non eſt, nam huiuſce generis ſtrata ſemper cedunt, naturaque non renituntur. quod ſi ita eſt, perſpicuum eſt, quod ſuppoſitum eſt multo temporis ſpacio cedere, & non reniti. ſunt contra alia, quæ cum renitantur, & minime cedant compreſſioni laſſitudinem faciunt. ad hæc & in motu & in conuerſione ſunt, quæ cedant, & alicuius mutationis cauſa ſunt: quanquam propter hæc non videatur id pene contingere. porro in planis quam in concauis laborioſius accubamus, & in conuexis quam in planis. Nam & maiorem & vehementiorem laborem infert preſſio, cum ad vnum locum pondus corporis collectum ſit, fatigat autem conuexum magis, quam rectum; hoc autem magis, quam cauum. Quod autem fæmora magis quam crura delaſſentur, inde eſt, quod dolor continui corporis eſt diuiſio, fæmur autem, & magis continuum, & vnitum eſt: præterquam quod & neruorum fit ſolutio tum in hoc, tum prope locum, in quo excrementum continetur, vt ſi propter agitationem nimium concaluerit, & plus, & ocyus attrahant ab eo fæmora, quam tibiæ. quod enim in crurum ſuſpenſione, & venæ & nerui ſimul perpetiantur, bubonum tumores indicio ſunt: Nam etſi infernæ partes percuſſæ ſint, hi nihilo ſecius intumeſcunt. Cæterum cur deſcendentibus fæmora fatigantur, aſcendentibus vero tibiæ, cauſa eſt, quod in aſcenſu laboratnr attollẽdo corpore. hoc enim tanquam onus eſt: quamobrem illud quod ſuccumbit oneri & attollit corpus, defatigetur neceſſe eſt: hoc autem tibia eſt, quæ cum extrema ſit, longitudinemque habeat, non autem latitudinem, vt pes, minus propterea firma eſt, ſed loco mouetur, & cedit. quod igitur accidit, vt pondere laborent humeri, illud & tibiæ ſimiliter euenit. verum in deſcendendo labor eſt, quod corpus ſe demittit, & contra naturam propellit, vt ideo ea pars laborare videatur, quæ ſe maxime demittit, & mouet. ergo quemadmodum in aſcenſu labore afficitur tibia, ita in deſcenſu fæmur, quod totum corpus attollit, & mouet. cum autem quæ grauia ſunt deorſum ferantur, difficilius eſt aſcendere, quam deſcendere. incurrunt vero maius periculum partes, quæ circa thoracem ſunt, quam quæ infra, eo ſcilicet, quod loco, in quo ſpiritus continetur, propinquiores ſunt. contingit igitur cito inflammari, atque hoc febris eſt. Sed inflammatio, quæ a cruribus oritur, longius abeſt, & citius etiam extinguitur. porro laborio-

θον, ἢ ἄλλό τι βάρος· ἔτι σπασμωδέστερον καὶ καματωδέστερον· οὐ γὰρ ἐπερείδεται καθάπερ ὁ βάλλων πρὸς τὸν ἐν τῇ χειρὶ ὄγκον. ὥσπερ [καὶ] ὁ πένταθλος πρὸς τοὺς ἁλτῆρας, καὶ ὁ θέων παρασειῶν πρὸς τὰς χεῖρας. διὸ ὁ μὲν μεῖζον ἅλλεται ἢ μὴ ἔχων· ὁ δὲ θᾶττον θεῖ ἢ μὴ παρασειῶν· ὁ δὲ, ἧττον σπᾶται προσπειρῶν, διὰ τὸ βάρος. οἱ δὲ βραχεῖς περίπατοι, κοπιαρώτεροι τῶν μακρῶν· καὶ οἱ ὁμαλοὶ, τῶν ἀνωμάλων. ὅτι πολλάκις ἵστασθαι συμβαίνει. τὸ δ᾿ ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι, χαλεπὸν καὶ κοπῶδες οὐδὲν, οὐδ᾿ ἐκεῖνο ὑπεναντίον, ὡς κοπιῶσι τε μᾶλλον οἱ ἐν τοῖς ὁμαλέσι χωρίοις, καὶ θᾶττον βαδίζουσιν, ἢ ἐν τοῖς ἀνωμάλοις· κοπιαρώτερον μὲν γὰρ τὸ ἐν αὐτῷ σχήματι. θᾶττον δ᾿ ἡ βάδισις, ἡ ἐν τῷ ἴσῳ χρόνῳ ἐλάττω τὴν ἀναφορὰν ἔχουσα. τοιαύτη δ᾿ ἡ ἐν τῷ ὁμαλῷ. τὸ δὲ παρ᾿ ἑκάστην πορείαν γινόμενον, [πολὺ] γίνεται παρὰ τὰ πολλά. διότι δὲ μακροὶ μὲν ὄντες οἱ περίπατοι, ἐν τοῖς ὁμαλέσι κοπιαρώτεροι τῶν ἀνωμάλων. οἱ δὲ βραχεῖς, ἀκοπώτεροι, ἢ ὅτι ἥτε πολλὴ κίνησις ποιεῖ κόπον· καὶ ἰσχυρὰ τοιαύτη [καὶ] σπασματώδης. πολλὴ δ᾿ ἡ συνεχὴς καὶ μία. ἐν μὲν οὖν τοῖς ἀνάντεσιν, αἳ ἔχουσι μῆκος αἱ μεταβολαὶ, ποιοῦσιν ἀνάπαυσιν· ἐν δὲ τοῖς ὁμαλέσιν, ἡ ὁμοιότης τοῦ σχήματος οὐ διαλαμβάνει, ἀλλὰ συνεργάζεται πρὸς τὸ συνεχῆ τὴν κίνησιν εἶναι. ὅταν δ᾿ ἡ βραχεῖα, διὰ μὲν τὸ πλῆθος τῆς κινήσεως, οὐ γίνεται κόπος· διὰ δὲ τὸ μεταβολὴν ἰσχυρὰν εἶναι, καὶ ἐναντίαν τῶν κάτω καὶ ἄνω, ποιεῖ κόπον. τοιαύτη δ᾿ ἡ ἐν τοῖς ἀνάντεσιν. ἐν δὲ τοῖς πεδίοις τοὐναντίον [ἐξονειρωτικοὶ δέ εἰσιν οἱ κοπιῶντες, | τοῦτ᾿ ὅτι θερμά τε καὶ κάθυγρα τὰ σώματα, διὰ τὴν σύντηξιν. ἡ δὲ τοιαύτη διάθεσις, σπερματική. κατάκεινται δ᾿ ὕπτιοι, διὰ τὴν ἔκλυσιν. ἐν τούτῳ γὰρ τῷ σχήματι μάλιστ᾿ ἄνισον, καὶ πρὸς τὸν ἐξονειρωγμὸν συνεργεῖ. συμβαίνει δ᾿ αὐτοῖς καθεύδειν μὲν μᾶλλον, τὴν δ᾿ ἴσην τροφὴν ἧττον πέττειν. καίτοι ὁ ὕπνος πεπτικόν. ὅτι ἅμα τῇ τροφῇ περιττώματος ἔχουσι πλῆθος. ὃ καὶ αὐτὸ μέτριον ὂν, δυσπεπτώτερον ἐστὶ πολλῆς τροφῆς. διὸ καὶ ἀναμιγνύμενον κωλύει πέττεσθαι τὴν τροφήν. ὁ δὲ ὕπνος μᾶλλον γίνεται ἀπὸ τοῦ πλείονος ὑγροῦ καὶ θερμοῦ, καθάπερ τοῖς μεθύουσι. κελεύουσι δέ τινες, τοὺς μὲν χειμερινοὺς, ἀλείμματι· τοὺς δὲ θερινοὺς, λουτρῷ θεραπεύειν. τοὺς μὲν, διὰ τὰς μεταβολὰς καὶ φρίκας· τοὺς δὲ, διὰ τὴν ξηρότητα τῆς ὥρας καθυγραίνειν. διὸ καὶ τοῖς ποτοῖς τοῦ θέρους μᾶλλον· ἡ δὲ ὀλιγοσιτία, κοινὸν μὲν, οἰκειότερον δὲ τῷ θέρει. διὰ γὰρ τὴν ὥραν

ſius eſt brachia inani motu iactaſſe, quam lapidem, aut aliud tenendo pondus: quod inani motu vehementer laboret, & conuellatur: nullibi enim nititur brachium, quo modo nititur eius, qui iacit pondere, quod manu comprehendit. quemadmodum, alteribus Quinquertio melius ſaltat, quam ſine iis, & qui currit, melius currit, ſi manus quatiat, quam ſi non moueat. Nam qui minus moueat conuellitur facile propter grauitatem. ſane breues ambulationes longis, & æquales inæqualibus maioris laboris cauſæ ſunt, quod in iis ſæpius gradum ſiſtat aliquis neceſſe eſt: hoc autem in eadem corporis habitudine facere laborioſum, & difficile eſt. Neque illud aduerſatur nobis, quod æqualibus locis potius defatigantur, ocyus autem currunt, quam inæqualibus: fatigat enim magis eadem habitudinis ratio, atqui inceſſus velocior ille eſt, qui æquali tempore minorem habet ſublationem, huiuſmodi autem eſt, quæ æquali loco fit. æquali igitur loco ſublatione poſitio crurum exigua, & frequens eſt, inæquali contrarium. quod autem ſingulis paſſibus fit, in multis multum fiat, neceſſe eſt. quod vero longiores ambulationes & æquales magis fatigent inæqualibus, & breues minus quam longæ, cauſa eſt, quod multa motio laborem infert: eſt enim vehemens & pene conuellens: multa autem eſt, quæ & continua eſt & vna. contra vero in decliuibus locis & longis mutatione quietis cauſa ſunt, cæterum in planis habitudinis ſimilitudo neutiquam reficit, ſed & ipſa adiuuat, vt motus continuus ſit. Verum quando breuis ſit ambulatio non fatigat, quod motus multus non eſt. fatigat autem, quod mutationem habeat vehementem, & contrariam ſurſum, ac deorſum. talis autem eſt, quæ per decliuia loca fit. Nam quæ per plana contrario ſe habet modo. porro qui fatigantur, ſolent noctu genitura pollui, quod calida humidaque ſint corpora propter liquationem, quæ affectio ſeminis copioſa eſt. accedit quod delaſſati ſolutis viribus ſupini cubant, hoc enim ſitu requieſcunt maxime, qui tamen genituræ fluxum adiuuat. contingit & his dormire pluſquam par ſit, & tamen moderatum alimentum minus concoquere, cum tamen ſomnus coctioni conferat. habent enim cum alimento excrementi copiam, quod licet mediocre difficilius alimento multo concoquitur. quamobrem cum illo commiſtum impedit, ne poſſit alimentum concoqui. ſomnus vero multus fit ab humidi & calidi copia, vt ebriis accidit. præcipiunt nonnulli labores hyemales vnctione curari, æſtiuos balneo. illos propter mutationes & humores, hos propter temporis ſiccitatem humectari. quocirca & potibus æſtate curant.

Nam paucorum ciborum vſus communis eſt vtrimque tempori, ſed æſtati conuenientior.

incale-

ὑπὸ τῶν σιτίων θερμαίνεται. διότι δὲ τὰ ὑγρὰ σώματα κοπιαρώτερα τῶν μὴ ὑγρῶν, ἀσθενέστερα γάρ. τὸ δὲ σκληρὸν, τὸ δ' ἰσχυρότερον μὲν, ἀπαθέστερον δὲ, οὐ πρὸς ἅπασαν ἀπάθειαν, οἷον πρὸς θραῦσιν, ἢ κατάξιν, ἢ θλάσιν, ἢ διάσπασιν· ἀλλὰ γλισχρότερα. ὧν ἔνια μαλακὰ καὶ ὑγρὰ τὴν φύσιν. ὁ δὲ κόπος, [ἐστὶν] ἐκσπαστικῆς καὶ ἐκπληκτικῆς κινήσεως· ἐν μὲν γὰρ τῇ μεταβολῇ τῆς πορείας, πᾶν τ' ἔχει καὶ τὴν συνέχειαν περὶ τὰ μέρη. ἐν δὲ τῇ θέσει τῶν μερῶν, τύπτει διὰ τὰ ὑγρὰ τῶν σωμάτων. καὶ γάρ τοι † μᾶλλον καὶ τύπτεται ἧττον διὰ † τὰ δὲ σκληρὰ τοὐναντίον.

incaleſcunt enim præter temporis æſtum a cibis hominis. porro humida corpora iis, quæ humida non ſunt, magis delaſſantur; ſunt enim illa imbecilliora; duriora vero fortiora quidem ſunt, & quæ facile patiantur. Non tamen in vniuerſum. Nam & rumpi, & ſcindi, & frangi, & collidi poſſunt, ſed minime quæ lentiora ſunt, quorum mollia nonnulla & humidioris naturæ ſunt. habet labor vim attrahendi, & contundendi, nam in mutatione inceſſus habet omnia, & continuitatem.

THEOPHRASTI DE PISCIBVS IN SICCO DEGENTIBVS.

DANIELO FVRLANO interprete.

Τῆς τῶν ἰχθύων ἐν τῷ ξηρῷ διαμονῆς· δοκεῖ γὰρ οἷον παρὰ φύσιν τῷ ἀέρι καταψύχεσθαι, τὰ μὲν δεχόμενα τὸν ἀέρα μᾶλλον, ὅσα δέχεται τὸ ὑγρὸν, καὶ διὰ τοῦτο σώζεται. θαυμασιώτατον δ', εἴπερ ἀληθὲς, τὸ τοῦ ἐξωκοίτου καλουμένου. τοῦτον γάρ φασιν ὁσημέραι ποιεῖσθαι τὴν κοίτην ἐν τῇ γῇ. διὸ καὶ τοὔνομα εἰληφέναι. φαίνεται δ' οὖν, εἴπερ δύναται δρᾶν, ἐπαμφοτερίζειν, οὐ τῇ τροφῇ καὶ τῇ ἀναγωγῇ, καθάπερ ἡ φώκη καὶ ὁ μῦς καὶ ἕτερ' ἄττα, καὶ τῶν ὀρνίθων δὲ πολλοί· ἀλλὰ καὶ τῷ δέχεσθαι καὶ τὸν ἀέρα καὶ τὴν θάλατταν, οὐχ οὕτως ὥσπερ ὁ δελφὶς καὶ ἕτερ' ἄττα. φύσει μὲν οὖν ὄντα ἀναπνευστικὰ, καὶ τὴν θάλατταν δεχόμενα, καὶ ἀναφυσῶντα πρὸς τὴν χρείαν· ἀλλ' ἀμφότερα πρὸς τὴν τοῦ ζῆν διαμονήν. ἄτοπος δ' αὐτοῖς ἡ φύσις καὶ ἡ δύναμις εἴη. τὰ δ' ἐν Ἰνδοῖς ἰχθύδια, τὰ ἐκ τῶν ποταμῶν εἰς τὴν γῆν ἐξιόντα καὶ πηδῶντα, καὶ πάλιν εἰς τὸ ὕδωρ ἀπιόντα, καθάπερ οἱ βάτραχοι. θαυμαστὰ μὲν οὖν οὐχ ὁμοίως δὲ τούτοις, ἔξω τὸ ὀλίγον χρόνον, ἢ πολὺν, καὶ τελευταῖον ἧττον θαυμαστόν. ἡ δ' ὄψις, ὁμοία τούτων τοῖς μυξίνοις καλουμένοις. εἰσὶ δὲ καὶ περὶ Βαβυλῶνα τινες οὓς φασὶ διαμένειν ἐν ταῖς τρώγλαις ταῖς ἐχούσαις ὑγρότητα, ξηραινομένου τοῦ

homo ſis, habes vt ſi quis alius capillos nigros. Iam ſi loquatur Ille, hic vero adulator ſilentium omnibus imperare, in os laudare, dicenti voce geſtuque applaudere, & vbi finem dicendi fecerit, Dictum bene! acclamare. Quod ſi quem Ille ſale aliquo perſtrinxerit, eundem iſte acerbe irridebit, veſtemque in os ſibi indet, quaſi riſum tenere non queat. In via ſi qui fiant obuij, ſiſtere gradum iubet, donec Ille tranſierit. Mala etiam & pyra a ſe empta domum liberis Illius afferre, & ſpectante ipſo dare moris habet: atque adeo ipſos oſculatus, Probi patris pullitiem! ait, exclamans. Crepidas ementi ſi comes affuerit, pedem dicet ipſo calceo eſſe concinniorem. Adeunte Illo ad amicorum aliquem, curſu præire aſſentator, & Illi quidem, Venit Ille, inquit, ad te: ſtatimque reuerſus, Ego, ait, de tuo aduentu præmonui. Sane etiam quæcunque ad muliebre forum pertinent, didicit iſte omnia ſedulo & diligẽter miniſtrare: necnon ex omnibus conuiuis vinum primus laudare: & Illi aſſidue aſſiſtens, dicere, Vt tu molliter comedis! & de iis quæ menſæ ſunt appoſita, aliquid attollens, Hoc vero, ait, quam bonum eſt! Quærere etiam amat, nunquid Ille frigeat: nunquid tegi adhuc & amplius amiciri velit: & quidem hæc dicens, ad aurem hominis ſe inclinat, eique aliquid inſuſurrat: in eundem etiam, dum alios alloquitur, oculos defixos habet. Puluinos in theatro puero ademptos, ipſe ſubſternit. Domum ait bene & ingenioſe fuiſſe dimenſam & ædificatam: agrum diligenter conſitum: imaginem per eſſe ſimilem. In ſumma, aſſentatorem ſemper videbis omnia ſua dicta, factaque ad voluntatem aliorum referre & conformare.

De Garrulitate.

ΗΔΕ ἀδολεσχία, ἐστὶ μὲν διήγησις λόγων μακρῶν καὶ ἀπροβουλεύτων· ὁ δὲ ἀδολέσχης, τοιοῦτός ἐστιν οἷος ὃν μὴ γινώσκει, τούτῳ παρακαθεζόμενος πλησίον, πρῶτον μὲν τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς εἰπεῖν ἐγκώμιον· εἶτα ὃ τῆς νυκτὸς εἶδεν ἐνύπνιον, τοῦτο διηγήσασθαι. εἶθ' ὧν εἶχεν ἐπὶ τῷ δείπνῳ τὰ καθέκαστα διεξελθεῖν· εἶτα δὴ προχωροῦντος τοῦ πράγματος λέγειν ὡς πολὺ πονηρότεροί εἰσιν οἱ νῦν ἄνθρωποι τῶν ἀρχαίων· καὶ ὡς ἄξιοι γεγόνασιν οἱ πυροὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ· καὶ ὡς πολλοὶ ἐπιδημοῦσι ξένοι· καὶ τὴν θάλατταν ἐκ Διονυσίων πλώϊμον εἶναι· καὶ, εἰ ποιήσειεν ὁ Ζεὺς ὕδωρ, τὰ ἐν τῇ γῇ βελτίω ἔσεσθαι· καὶ, ὃ ἀγρὸς εἰς νέωτα γεωργήσει, καὶ, ὡς χαλεπόν ἐστι τὸ ζῆν. καὶ, ὡς Δάμιππος μυστηρίοις μεγίστην δᾷδα ἔστησε. καὶ πόσοι εἰσὶ κίονες τοῦ Ὠιδείου. καὶ, χθὲς ἤμεσα. καὶ, τίς ἐστιν ἡμέρα σήμερον; κἂν ὑπομένῃ τις αὐτὸν, μὴ ἀφίστασθαι.

GArrulitas eſt longorum & inconſideratorum ſermonum effutitio. Garrulus autem eiuſmodi eſt, qui vel apud ignotum iuxtim ei aſſidens, vxoris ſuæ laudes prædicare inſtituat: deinde quod præcedenti nocte ſomniauerit, id narret: tum quæcunque in cœna ſibi fuerint appoſita, omnia ſigillatim recenſeat. Mox vero vbi incaluerit, homines huius ſæculi dicet eſſe antiquis deteriores: frumenta in foro vili væniſſe pretio: peregrinos eſſe in vrbe quam plurimos: mare ſtatim a Dionyſiis patere nauibus: & ſi Iupiter pluerit, eorum quæ terra conduntur meliorem fore prouentum: ſeque agrum ſuum in ſequentem annum eſſe culturum: ait etiam viuendi rationes eſſe perdifficiles: & quum Myſteria agitarentur Damippum facem omnium maximam ſtatuiſſe. Quærit etiam, quot ſint Odei columnæ: &, Heri, ait, vomui: & Quotus hic eſt menſis dies? Quod ſi quis patientem ſe præbeat, nunquam ille ab eo diſcedat.

Narrabit

Narrabit Myſteria menſe Boedromione, Apaturia Pyanepſione, Poſideone vero quæ ruri agitantur Dionyſia, ſolita celebrari. Id genus homines demiſſis manibus, grandique gradu fugiat oportet, quiſquis febre carere volet. Difficile enim eſt cum iis durare, qui neque otij neque negotij tempora diſtinguere norunt.

καὶ ὡς Βοηδρομιῶνος μὲν ἐστι τὰ μυστήρια, Πυανεψιῶνος δὲ ἀπατούρια, Ποσειδεῶνος δὲ καὶ ἀγροὺς Διονύσια. παρασείσαντα * δὲ χρὴ τοὺς τοιούτους τῶν ἀνθρώπων καὶ διαραμένον ἀπαλλάττεσθαι, ὅστις * ἀπύρετος βούλεται εἶναι. ἔργον γὰρ συναρκεῖσθαι τοῖς μήτε σχολὴν, μήτε σπουδὴν διαγινώσκουσιν.

* γρ. δή.
* γρ. απειρεστος.

De Ruſticitate.

Ruſticitas vero honeſtatis & decori ignoratio videri queat. At ruſticus is eſt, qui hauſto pharmaco in concionem nihilominus prodeat: quique vnguenta non ſuauius fragrare thymo dicat: calceos geſtat pede grandiores: voce etiam alta loqui ſueuit. Amicis neceſſariiſque ſuis parum fidens, de rebus maximis ad famulos refert: quæcunque in concione audiuit, omnia mercenarijs ſuis, qui ruri apud ipſum opus faciunt, enunciat. Sæpe etiam veſte ita ſupra genu ſubducta ſedet, vt denudatæ corporis partes conſpici queant. In via aliorum quidem nihil admiratur, neque vlla re obſtupeſcit: ſed ſi bouem, aſinum, aut hircum viderit, ibi homo gradum ſiſtere, & contemplari. Quumque aliquid e promptuaria cella depromit, decerptum inde fruſtum vorat: & vinum meracius potat: diligenter interim ne hoc ancilla panifica reſciſcat, cauens. Deinde vero cum illa molere, & quæ ſunt ad victum neceſſaria, tum ſibi tum vniuerſæ familiæ parare ſolet. Inter prandendum iumentis pabulum obiicit: & ſi quis fores pulſet, ipſe auſcultat. Vocato etiam cane, & eius roſtro manu prehenſo, Hic, inquit, & agrum & domum quique in ea ſunt omnes cuſtodit. Argentum quod ab aliquo acceperit, quaſi tenue aut nimis aſperum ſolet reiicere, & vt alio id ſibi mutetur poſtulare. Aratrum ſi cui forte vtendum dederit, aut cophinum, aut falcem, aut ſaccum, nocte intempeſta illa repetet, ſi per inſomniam fuerit eorum recordatus. In vrbem cum venit, obuium quemque interrogans, Quanti, ait, pelles & ſalſamenta vænibant? &, Num quid hodie ludi nouam lunam adducunt? Dicit etiam, ſe ſimul ac deſcenderit, tondere velle. Idem cantare in balneo, & clauis calceos ſuffigere, &, quia eadem via erat, ab Archia ſalſamenta accipere, ac portare ipſe, moris habet.

Ἡ ΔΕ ἀγροικία δόξειεν ἂν εἶναι ἀμαθία ἀσχήμων· ὁ δὲ ἄγροικος, τοιοῦτός τις οἷος κυκεῶνα πιὼν εἰς ἐκκλησίαν πορεύεσθαι, καὶ τὸ μύρον φάσκειν οὐδὲν τοῦ θύμου ἥδιον ὄζειν. καὶ μείζω τοῦ ποδὸς τὰ ὑποδήματα φορεῖν, καὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ λαλεῖν. καὶ τοῖς μὲν φίλοις καὶ οἰκείοις ἀπιστεῖν, πρὸς δὲ τοὺς αὐτοῦ οἰκέτας ἀνακοινοῦσθαι περὶ τῶν μεγίστων· καὶ τοῖς παρ' αὐτῷ ἐργαζομένοις μισθωτοῖς ἐν ἀγρῷ, πάντα τὰ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας διηγεῖσθαι. καὶ ἀναβεβλημένος ἄνω τοῦ γόνατος, καθιζάνειν, ὥστε τὰ γυμνὰ αὐτοῦ * φαίνεσθαι. καὶ ἐπ' ἄλλῳ μὲν μήτε θαυμάζειν, μήτε ἐκπλήττεσθαι ἐν ταῖς ὁδοῖς· ὅταν δὲ ἴδῃ βοῦν, ἢ ὄνον, ἢ τράγον, ἑστηκὼς θεωρεῖν. καὶ προαιρῶν δέ τι ἐκ τοῦ ταμείου, δεινῶς φαγεῖν, καὶ ζωρότερον πιεῖν. καὶ τὴν σιτοποιὸν πειρᾷν λαθεῖν. κᾆτ' ἀλέσας μετ' αὐτῆς τοῖς ἔνδον πᾶσι καὶ αὐτῷ τὰ ἐπιτήδεια. καὶ ἀριστῶν δὲ ἅμα τοῖς ὑποζυγίοις * ἐμβαλεῖν τὸν χόρτον. καὶ κόψαντος τὴν θύραν ἐπακοῦσαι αὐτός. καὶ τὸν κύνα προσκαλεσάμενος, καὶ ἐπιλαβόμενος τοῦ ῥύγχους, εἰπεῖν, οὗτος φυλάσσει τὸ χωρίον, καὶ τὴν οἰκίαν, καὶ τοὺς ἔνδον. καὶ τὸ ἀργύριον δὲ παρά του * λαβὼν ἀποδοκιμάζειν, λίαν μὲν λυπρὸν εἶναι, καὶ ἕτερον ἅμα ἀλλάττεσθαι. καὶ ᾧ ἄροτρον ἔχρησεν, ἢ κόφινον, ἢ δρέπανον, ἢ θύλακον, ταῦτα τῆς νυκτὸς κατὰ ἀγρυπνίαν ἀναμιμνησκόμενος, καὶ εἰς ἄστυ καταβαίνων, ἐρωτῆσαι τὸν ἀπαντῶντα πόσου ἦσαν αἱ διφθέραι καὶ τὸ τάριχος· καὶ εἰ σήμερον ὁ ἀγὼν νουμηνίαν ἄγει. καὶ εἰπεῖν εὐθὺς ὅτι βούλεται καταβὰς ἀποκείρασθαι. καὶ ἐν βαλανείῳ δὲ ᾆσαι· καὶ εἰς τὰ ὑποδήματα δὲ ἥλους ἐγκροῦσαι, καὶ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ παριὼν κομίσασθαι * παρ' Ἀρχίου τοὺς ταρίχους.

* γρ. προφαίνεσθαι.
* γρ. περιβαλεῖν τὴν θύραν.
* γρ. λαμβάνων.
* γρ. ἀπὸ βραχίονος.

De Blanditia.

Blanditia ſi quis eam definire velit, eſt congreſſio parum honeſtas voluptatis illecebras habens. Blandus vero is eſt, qui procul aliquem ſalutare, & virum appellare præſtantiſſimum, fortu-

Ἡ ΔΕ ἀρέσκεια, ἐστι μὲν, ὡς ὅρῳ * περιλαβεῖν, ἔντευξις οὐκ ἐπὶ τῷ βελτίστῳ ἡδονῆς παρασκευαστική· ὁ δὲ ἄρεσκος, ἀμέλει τοιοῦτός τις οἷος πόρρωθεν προσαγορεύ-

* γρ. εἰπεῖν.

σας, καὶ ἄνδρα κράτιστον εἰπὼν, καὶ θαυμάσας ἱκανῶς, ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ μὴ ἀφιέναι, καὶ μικρὸν προπέμψας, καὶ ἐρωτήσας πότε αὐτὸν ὄψεται, ἔτι ἐπαινῶν ἀπαλλάττεσθαι. καὶ παρακληθεὶς δὲ πρὸς δίαιταν, μὴ μόνον ᾧ πάρεστι βούλεσθαι ἀρέσκειν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀντιδίκῳ, ἵνα κοινὸς εἶναι δοκῇ· καὶ τοὺς ξένους δὲ εἰπεῖν ὡς δικαιότερα λέγουσι τῶν πολιτῶν. καὶ κεκλημένος δὲ ἐπὶ δεῖπνον, κελεῦσαι καλέσαι τὰ παιδία τὸν ἑστιῶντα· καὶ εἰσιόντα, φῆσαι σύκου ὁμοιότερα εἶναι τῷ πατρί· καὶ προσαγαγόμενος, φιλῆσαι, καὶ παρ' αὐτὸν καθίσαι· καὶ τοῖς μὲν συμπαίζειν αὐτὸς, λέγων, ἀσκὸς, πέλεκυς· τὰ δὲ ἐπὶ τῆς γαστρὸς ἐᾶν καθεύδειν, ἀποθλιβόμενος. πλειστάκις δὲ ἀποκείρασθαι, καὶ τοὺς ὀδόντας λευκοὺς ἔχειν. καὶ τὰ ἱμάτια δὲ χρηστὰ μεταβάλλεσθαι, καὶ χρίσματι ἀλείφεσθαι· καὶ τῆς μὲν ἀγορᾶς πρὸς τὰς τραπέζας προσφοιτᾶν· τῶν δὲ γυμνασίων ἐν τούτοις διατρίβειν οὗ ἂν ἔφηβοι γυμνάζωνται. τοῦ δὲ θεάτρου καθῆσθαι, ὅταν ᾖ θέα, πλησίον τῶν στρατηγῶν· καὶ ἀγοράζειν αὑτῷ μὲν μηδὲν, ξένοις δὲ εἰς Βυζάντιον ἐπιστάλματα· καὶ Λακωνικὰς κύνας εἰς Κύζικον. καὶ μέλι Ὑμήττιον, εἰς Ῥόδον. καὶ ταῦτα ποιῶν, τοῖς ἐν τῇ πόλει διηγεῖσθαι. ἀμέλει δὲ καὶ πίθηκον θρέψαι δεινὸς, καὶ τίτυρον κτήσασθαι, καὶ Σικελικὰς περιστερὰς, καὶ δορκαδείους ἀστραγάλους, καὶ * θουριακὰς τῶν στρογγύλων ληκύθους, καὶ βακτηρίας τῶν σκολιῶν ἐκ Λακεδαίμονος, καὶ αὐλαίαν ἔχουσαν Πέρσας ἐνυφασμένους, καὶ αὐλίδιον παλαιστρικὸν κόνιν ἔχον, καὶ σφαιριστήριον· καὶ τοῦτο περιϊὼν χρᾶν ἀεὶ τοῖς φιλοσόφοις, τοῖς σοφισταῖς, τοῖς ὁπλομάχοις, τοῖς ἁρμονικοῖς ἐπιδείκνυσθαι. καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν ὕστερον εἰπεῖν, ἐπὶ τῶν θεωμένων, πρὸς ἕτερον, ὅτι τούτου ἐστὶν ἡ παλαίστρα.

* γρ. θηριακάς.

namque eius admirari ſoleat, & vtraque manu prehendens, non dimittat: ſed aliquantiſper comitatus, quærens quando ſit illam viſurus, vix tandem domum reuertatur, ſimul eius laudes prædicans. Idem captus arbiter, non ei tantum cui adeſt, ſed aduerſæ etiam parti, vt communis vtriuſque amicus habeatur, gratificari ſtudebit. Peregrinos iuſtiora quam ciueis loqui dicit. Ad cœnam inuitatus, conuiuij dominum vt liberos ſuos vocet rogabit: atque illis ingredientibus negabit ficum ficui tam eſſe ſimilem, quam illi ſint parentibus: deinde eos ad ſe vocabit, oſculatuſque, ſibi aſſidere iubebit: & cum aliis iocans, En vtrem, inquiet, En ſecurim: alios in ſinum recumbere dormientes, quanuis onere grauetur, ſinet. Comam ſæpius ſolet tondere: dentes nitidos habere: veſtes quæ vſui adhuc eſſe poſſint, mutare: vnguento vti. Ac fori quidem in eam maxime partem ventitat, vbi ſunt argentariorum menſæ: gymnaſia vero illa frequentat, in quibus ſe ephebi exercent: in theatro autem & ſpectaculis iuxta ipſos prætores ſedet. Idem in foro ſibi quidem nihil, ſed amicis qui Byzantij ſunt mittenda munera emtitat: nec non Laconicas canes quas Cyzicum, & mel Hymettium quod Rhodum mittat. atque hæc ſe facere ſuis ciuibus narrat. Præterea ſolet idem, ſimiam domi alere, ſatyrum emere, & columbas Siculas, nec non dorcadios talos, & Thyriacas ampullas, ex iis quæ forma ſunt rotunda: item baculos ex obliquis Lacedæmone aduectos, necnon aulæum vbi ſint Perſæ intexti. Habet etiam idem paruulum atrium puluere palæſtrico reſperſum, & ſphæriſterium: atque has ædium ſuarum partes ſolet ille obuio cuique vel e philoſophorum grege, vel ſophiſtarum, vel eorum qui ſe armis aut muſico cantu exercent, commodare, vt ibi artis ſuæ periculum faciant: quod quidem dum illi faciunt, ipſe de aliquo e ſpectatoribus alij dicit, Eccum tibi cuius eſt hæc palæſtra.

De Deſperatione.

ΗΔΕ ἀπόνοια, ἐστὶν ὑπομονὴ αἰσχρῶν ἔργων καὶ λόγων. ὁ δὲ ἀπονενοημένος, τοιοῦτός τις οἷος ὀμόσαι ταχὺ, κακῶς ἀκοῦσαι, καὶ λοιδορηθῆναι δυνάμενος. τῷ ἤθει ἀγοραῖός τις, καὶ ἀνασεσυρμένος, καὶ παντοποιός. ἀμέλει δυνατὸς καὶ ὀρχεῖσθαι νήφων τὸν κόρδακα, καὶ προσωπεῖον ἔχων ἐν κωμικῷ χορῷ, καὶ ἐν θαύμασι δὲ τοὺς χαλκοῦς ἐκλέγειν, καθ' ἕκαστον παριών. καὶ μάχεσθαι τοῖς τὸ σύμβολον φέρουσι, καὶ προῖκα θεωρεῖν ἀξιοῦσι. δεινὸς δὲ καὶ πανδοχεῦσαι, καὶ πορνοβοσκῆσαι, καὶ τελωνῆσαι, καὶ μηδεμίαν αἰσχρὰν ἐργασίαν ἀποδοκιμάσαι, ἀλλὰ κηρύττειν, μαγειρεύειν, κυβεύειν,

DEſperatio eſt per quam aliquis & facere quiduis & loqui contra honeſtatem ſuſtinet. Homo autem deſperatus & ad omnem audaciam proiectus, is eſt qui iuſiurandum facile ſuſcipiat: qui male audire ac conuitiis proſcindi, ſuſque deque habeat. Moribus eſt veteratoris callidi improbique, & hominis ſpurci, ac quiduis audentis. Atque adeo non pudebit eum, ſaltare cordacem etiam ſobrium, & in comico choro perſonatum: & quum præſtigiæ ſpectantur, ad quemque ſpectantium adire & ſtipem æream exigere: ac ſi quis teſſeram afferens, gratis ſpectare poſtulet, cum eo rixabitur. Cauponam quoque exercere, leno ac portitor coactorque eſſe ſolet: ac

let: ac qui à nullo turpi artificio ſe abſtineat, præco erit: coquus erit: aleator erit: matri ſuæ alimenta denegabit: furti etiam conuictus obtorto collo rapietur, atque in carcere diutius quam in ſuis ædibus habitabit. Eſt etiam iſte ex iis qui turbam circa ſe ſiſtunt, & obuios ad ſe vocant, quibuſcum voce magna & præfracta loquuntur, iiſque maledicta ingerunt: atque interea partim accedunt, partim diſcedunt, priuſquam quid ſibi ille velit audierint: dum ille aliis principium, alijs vix ſyllabam, aliis partem aliquam de re tota refert: non aliter quàm in celebri hominum conuentu profligatum ac perditum ingenium ſuum ſpectari poſtulans. Litibus etiam partim quæ ipſi intenduntur, partim quas ipſe aliis intendit, ſolet eſſe implicitus: atque in aliis abſentiam ſuam iureiurando interpoſito excuſare: ad alias iudicio ſe ſiſtere, in ſinu quidem ſcrinium, præ manibus vero forenſium libellorum faſciculum habens. Quin etiam, quæ eius eſt inſignita impudentia, ducem ſe rabulis forenſibus præbet: ac mox illis pecunia fenori data, pro vſura drachmæ cuiuſque ternos ſemiobolos in dies exigit: ſæpe etiam popinas & macella vbi piſces ac ſalſamenta væneunt, perrat: necnon quos e nundinatione ſua nummos conficit, ſolet eos in buccam condere. Sunt ſane iſtiuſmodi homines admodum difficiles quorum quidem os ad conuitiandum facile ſoluitur: atque id voce ita contenta, vt eorum clamoribus, & forum & omnes tabernæ perſonent.

τὴν μητέρα μὴ τρέφειν, ἀπάγεσθαι κλοπῆς, τὸ δεσμωτήριον πλείω χρόνον οἰκεῖν ἢ τὴν αὑτοῦ οἰκίαν. καὶ τοῦτο δ' ἂν εἶναι δόξειε τῶν περιϊσταμένων τοὺς ὄχλους, καὶ προσκαλούντων, μεγάλῃ τῇ φωνῇ καὶ παρεῤῥωγυίᾳ διαλεγομένων πρὸς αὐτοὺς καὶ * λοιδορουμένων· καὶ μεταξὺ οἱ μὲν προσίασιν, οἱ δὲ ἀπίασι πρὶν ἀκοῦσαι αὐτοῦ· ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀρχὴν, τοῖς δὲ συλλαβὴν, τοῖς δὲ μέρος τοῦ πράγματος λέγει· οὐκ ἄλλως θεωρεῖσθαι ἀξιῶν τὴν ἀπόνοιαν αὐτοῦ, ἢ ὅταν ᾖ πανήγυρις. ἱκανὸς δὲ καὶ δίκας τὰς μὲν φεύγειν, τὰς δὲ διώκειν, τὰς δὲ ἐξόμνυσθαι, ταῖς δὲ παρεῖναι· ἔχων ἐχῖνον ἐν τῷ προκολπίῳ, καὶ ὁρμαθοὺς γραμματιδίων ἐν ταῖς χερσίν. οὐκ ἀποδοκιμάζων δὲ οὐδ' ἅμα πολλῶν ἀγοραίων στρατηγεῖν, καὶ εὐθὺς τ[illegible] δανείζειν, καὶ τῆς δραχμῆς τόκον τρία ἡμιωβόλια τῆς ἡμέρας πράττεσθαι, καὶ ἐφοδεύειν τὰ μαγειρεῖα, τὰ ἰχθυοπωλεῖα, τὰ ταριχοπωλεῖα. καὶ τοὺς τόκους ἀπὸ τοῦ ἐμπολήματος εἰς τὴν γνάθον ἐκλέγειν. ἐργώδεις δὲ εἰσὶ τὸ στόμα εὔλυτον ἔχοντες πρὸς λοιδορίαν, καὶ φθεγγόμενοι μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ὡς συνηχεῖν αὐτοῖς τὴν ἀγορὰν καὶ τὰ ἐργαστήρια.

*γρ. λ[...] δορ[...]

De Loquacitate.

LOquacitas autem, ſi quis eam definire velit, ſermonis intemperantia eſſe videatur. Loquax vero is eſt, qui ſoleat ei qui cum verba facit, dicere, quicquid ille narrare inceperit, Nihil dicis: ſe rem omnem probe tenere: illum, ſi operam ſibi dare velit, intellecturum. Deinde reſpondentem interpellans, Tu, ait, ne obliuiſcaris eorum quæ dicturus eras: &, Factum bene quod in memoriam reuocaſti: &, Quam iuuat interdum ſermones mutuos ſerere: &, Quod præterij: &, Celeriter tu quidem rem percepiſti: &, Pridem expectabam an eodem mecum recideres: aliaſque huiuſmodi occaſiones loquendi captans, ne reſpirare quidem eos ſinit, quibuſcum loquitur. Ac poſtquam ſinguli ſunt ab eo ita enecti, tum ad eos accedere non veretur, qui plures vna coierunt, eoſque de rebus ſerijs agentes, in fugam vertere. Sed & ludos ac palæſtras ingreſſus, vt ne tantum pueri addiſcant ſolet efficere, verba interea cum corporum exercitatoribus ſeu pædotribis, & ludimagiſtris funditans. Si quis diſcedere ſe velle dicat, comitari ille, & domum vſque deducere ac perſequi. Si forte quid ſit in concione actum reſcierit, id aliis poſtea narrabit: tum de eo prælio quod prætore Ariſtophonte nobili illo oratore commiſſum

ΗΔΕ λαλιά, εἴ τις αὐτὴν ὁρίζεσθαι βούλοιτο, εἶναι ἂν δόξειεν ἀκρασία τοῦ λόγου. ὁ δὲ λάλος, τοιοῦτός τις οἷος τῷ ἐντυγχάνοντι εἰπεῖν ἂν ὁτιοῦν πρὸς αὐτὸν φθέγξηται, ὅτι οὐδὲν λέγει. καὶ ὅτι αὐτὸς πάντα οἶδε, καὶ ἂν ἀκούῃ αὐτοῦ, μαθήσεται. καὶ μεταξὺ δὲ * ἀποκρινομένου, ὑποβάλλει, εἴπας σὺ, μὴ * ἐπιλάθῃ ὃ μέλλεις λέγειν. καὶ, εὖγε ὅτι με ὑπεμνήσας· καὶ, τὸ λαλεῖν ὡς χρήσιμόν που· καὶ, ὃ παρέλιπον· καὶ, ταχύ γε συνῆκας τὸ πρᾶγμα. καὶ, πάλαι σε παρετήρουν εἰ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐμοὶ κατενεχθήσῃ. καὶ ἑτέρας ἀφορμὰς τοιαύτας πορίσασθαι, ὥστε μηδὲ ἀναπνεῦσαι τὸν ἐντυγχάνοντα. καὶ ὅταν γε τοὺς καθ' ἕνα [illegible] δεινὸς καὶ ἐπὶ τοὺς ἀθρόους καὶ συνεστηκότας πορευθῆναι, καὶ φυγεῖν ποιῆσαι μεταξὺ χρηματίζοντας. καὶ εἰς τὰ διδασκαλεῖα δὲ καὶ εἰς τὰς παλαίστρας εἰσιὼν, κωλύειν τοὺς παῖδας προμανθάνειν τοσαῦτα, καὶ προσλαλεῖν τοῖς παιδοτρίβαις καὶ διδασκάλοις· καὶ τοὺς ἀπιέναι φάσκοντας δεινὸς προπέμψαι, καὶ ἀποκαταστῆσαι εἰς τὴν οἰκίαν. καὶ πυθόμενος τὰς ἐκκλησίας ἀπαγγέλλειν· προσδιηγήσασθαι δὲ καὶ τὴν ἐπ' Ἀριστοφῶντος ποτὲ γενομένην τοῦ ῥήτορος μά-

*γρ. ἀποκρινομένῳ.
*γρ. ἐπιλάθης.

eſt,

γρ. Λακεδαιμονίαν. χην, καὶ τὴν τῶν * Λακεδαιμονίων ἐπὶ Λυσάνδρου· καὶ οὓς * ποτὲ λόγους αὐτὸς εἶπεν εὐδοκιμήσας ἐν τῷ δήμῳ. καὶ κατὰ τῶν πληθῶν γε ἅμα
γρ. τότε. διηγούμενος κατηγορίαν παρεμβαλεῖν. ὥστε τοὺς ἀκούοντας, ἤτοι ἐπιλαθέσθαι, ἢ νυστάξαι,
γρ. μέτω. ἢ μεταξὺ καταλιπόντας ἀπαλλάττεσθαι. καὶ συνδικάζων δὲ κωλῦσαι κρῖναι. καὶ συνθεωρῶν, θεάσασθαι· καὶ συνδειπνῶν, φαγεῖν· λέγων ὅτι χαλεπὸν τῷ λάλῳ ἐστὶ σιωπᾶν, καὶ ὡς ἐν ὑγρῷ ἐστιν ἡ γλῶττα· καὶ ὡς οὐκ ἂν σιωπήσειεν, οὐδ' εἰ τῶν χελιδόνων δόξειεν ἂν εἶναι λαλίστερος. καὶ σκωπτόμενος ὑπομεῖναι καὶ ὑπὸ τῶν αὐτοῦ παιδίων, ὅταν αὐτὸν ἤδη καθεύδειν βουλόμενον κελεύῃ λέγοντα ταῦτα, λαλεῖν τι ἡμῖν, ὅπως ἂν ἡμᾶς ὕπνος λάβῃ.

eſt, longam narrationem contexet: item, de ea pugna quæ a Lacedæmoniis duce Lyſandro eſt pugnata: & ſi quid ipſe vnquam pro concione cum aliqua ſua laude dixerit. Atque hæc narrans, ſimul in vulgus inuehetur: idque tanto cum audientium tædio, vt eorum alius quæ ab ipſo dicuntur obliuioni ſtatim mandet, alius dormitet, alius loquentem adhuc deſerat, diſcedatque. Denique ſiue ad iudicandum cum alio ſedeat, iudicare: ſiue ad ſpectandum, ſpectare: ſiue ad cibum ſumendum, cibum ſumere conſeſſorem impediet. Quippe, inquit, loquaci durum eſt tacere: linguam enim tanquam in vdo habet: atque adeo præ quauis hirundine garrulus videri malit, quam tacere: adeo ſe irrideri fert patienter: idque vel a puerulis ſuis, qui ſomnum petituri iubeant ipſum aliquid ſibi narrantem, verba facere: vt ita nobis, inquiunt, ſomnus obrepat.

De Famigeratione, ſiue rumorum confictione.

Ἡ ΔΕ λογοποιΐα, ἐστὶ σύνθεσις ψευδῶν λόγων καὶ πράξεων, ὧν βούλεται ὁ λογοποιῶν. ὁ δὲ λογοποιὸς, τοιοῦτός τις οἷος ὑπαντήσας τῷ φίλῳ, εὐθὺς καταβαλὼν τὸ ἦθος καὶ μειδιάσας, ἐρωτῆσαι, πόθεν σὺ, καὶ τί λέγεις; καὶ ἔχεις περὶ τοῦδε εἰπεῖν καινόν; καὶ ἐπιβαλὼν ἐρωτᾶν, μὴ λέγεταί τι καινότερον; καὶ μὴν ἀγαθά γε ἐστὶ τὰ λεγόμενα. καὶ οὐκ ἐάσας ἀποκρίνασθαι, εἰπεῖν, τί λέγεις; οὐδὲν ἀκήκοας; δοκῶ μοὶ σὲ εὐωχήσειν καινῶν λόγων. καὶ ἔστιν αὐτῷ ἢ στρατιώτης, ἢ παῖς Ἀστείου τοῦ αὐλητοῦ, ἢ Λύκων ὁ ἐργολάβος παραγεγονὼς ἐξ αὐτῆς τῆς μάχης, οὗ φησὶν ἀκηκοέναι. αἱ μὲν οὖν ἀναφοραὶ τῶν λόγων τοιαῦταί εἰσιν αὐτοῦ, ὧν οὐδεὶς ἂν ἔχοι ἐπιλαβέσθαι. διηγεῖται δὲ τούτους φάσκων λέ-
γρ. μάχην. γειν, ὡς Πολυσπέρχων καὶ ὁ βασιλεὺς * μάχῃ νενίκηκε, καὶ Κάσανδρος ἐζώγρηται. κἂν εἴπῃ τις αὐτῷ, σὺ δὲ ταῦτα πιστεύεις; φήσει· τὸ πρᾶγμα βοᾶσθαι γὰρ ἐν τῇ πόλει, καὶ τὸν λόγον ἐπεντείνειν, καὶ πάντα γὰρ συμφωνεῖν. ταῦ-
γρ. φόνον. τα λέγειν περὶ τῆς μάχης, καὶ πολὺν τὸν * ζωμὸν γεγονέναι. εἶναι δὲ αὐτῷ καὶ σημεῖον τὰ πρόσωπα τῶν ἐν τοῖς πράγμασιν· ὁρᾶν γὰρ αὐτῶν [redacted]μεταβεβληκότα. λέγει δ' ὡς καὶ παρακήκοε παρὰ τούτοις κρυπτόμενόν τινα ἐν οἰκίᾳ, ἤδη πέμπτην ἡμέραν ἥκοντα ἐκ Μακεδονίας, ὃς πάντα ταῦτα εἶδε. καὶ πάντα διεξιὼν, πῶς οἴεσθε; πιθανῶς σχετλιάζει. λέγων, δυστυχὴς Κάσανδρος! ὢ ταλαίπωρος! ἐνθυμῇ τὸ τῆς τύχης· ἀλλ' οὖν ἰσχυρὸς γενόμενος. καὶ, δεῖ
γρ. αὐτόν. δὲ * αὐτό σε μόνον εἰδέναι. πᾶσι δὲ τοῖς ἐν τῇ πόλει προσδεδράμηκε λέγων· τῶν τοιούτων ἀνθρώπων τεθαύμακα τί ποτε βούλονται λογοποιοῦντες. οὐ γὰρ μόνον ψεύδονται, ἀλλὰ καὶ

Famigeratio eſt factorum dictorumque ad arbitrium ipſius fingentis confictio. Famigerator autem is eſt qui obuius amico factus, ſtatim mutato vultu ac renidens, interroget, Vnde tu, & quid ais? &, Habeſne ſuper hoc noui quicquam? & pergens inrerrogare, Nihilne, inquit, noui dicitur? atqui fauſta ſane ſunt & læta, quæ vulgo narrantur: tum autem prius quam ille reſpondeat, Quid ais, inquit, nihil audiuiſti? Ergo ego te, ſicut video, rerum nouarum epulis laute excipiam. Ac ſtatim eſt illi aut miles aliquis, aut Aſtei tibicinis puer, aut manceps Lyco qui ex ipſo prælio ſit reuerſus, a quo ſe dicat audiiſſe: auctores ſiquidem ille tales eorum quæ dictitat profert, quos nemo queat arguere. Refert autem accepiſſe ſe ab illis, Polyſperchontem cum rege hoſtes prælio fudiſſe, & ſuperaſſe: Caſſandrumque viuum in hoſtium poteſtatem veniſſe. Quod ſi quis ei dicat, Tu autem hæc credis? Imo, inquiet: rem enim clariſſima omnium voce tota vrbe ferri: rumorem creſcere: omnes congruere: eadem enim de prælio ab omnibus narrari: magnum nimirum ea pugna fartum eſſe factum. Idque ſe ex eorum etiam vultu, qui rem gerunt publicam, colligere: quem viderit ipſis penitus immutatum. Addit deinde ſe inaudiſſe quendã qui ex Macedonia aduenerit, quique omnibus quæ geſta ſunt interfuerit, quintum iam diem ab illis domi occultari. Atque vbi hæc commemorauit, miſerationes adiicit: at ſcin quomodo? ſane quam perſuaſibiliter. O infelicem, inquiens, Caſſandrum! O virum ærumnoſum! En Fortuna quid poſſit. at fuit certe Caſſander præpotens. Tu vero, ait, tacitus hoc tecum habeto: ipſe autem ad ciuium vnumquemque accurrit, vt ei omnia narret.

ret. Equidem mirari ſoleo quid ſibi homines hoc genus falſis rumoribus fingendis ſpargendiſque velint: quæ res, vt taceam mendacii turpitudinem, non raro ipſis incommodo euenit. Factum enim ſæpe, vt dum iſti in balneis concurſus facerent, veſtes interea ſuas furto amitterent: alii dum in porticu aut pedeſtri aut nauali prælio vincunt, quod vadimonium non ſtitiſſent, grauiter multati ſunt. Quibuſdam etiam, dum vrbes verbis ſuis fortiter caperent, cœna interea loci periit. Enimuero miſera eſt iſtorum vita & conditio: nam quæ porticus eſt, quæ officina, quæ fori pars, in qua dies non traducant integros, magno cum audientium, quos falſis ſuis narrationibus obtundunt, tædio?

ἀλυσιτελῶς ἀπαλλάττουσι. πολλάκις γὰρ αὐτῶν οἱ μὲν ἐν τοῖς βαλανείοις περιστάσεις ποιούμενοι, τὰ ἱμάτια ἀποβεβλήκασιν. οἱ δ' ἐν τῇ στοᾷ πεζομαχίᾳ καὶ ναυμαχίᾳ νικῶντες, ἐρήμους δίκας ὠφλήκασιν· εἰσὶ δ' οἳ καὶ πλεῖστοι λόγῳ κατὰ κράτος αἱροῦντες παρεδειπνήθησαν. πάνυ δὲ ταλαίπωρον αὐτῶν ἐστι τὸ ἐπιτήδευμα. ποίᾳ γὰρ οὐ στοᾷ, ποίῳ δὲ ἐργαστηρίῳ, ποίῳ δὲ μέρει τῆς ἀγορᾶς οὐ διημερεύουσιν, ἀπαυδᾶν ποιοῦντες τοὺς ἀκούοντας οὕτως, καὶ καταπονοῦντες ταῖς ψευδολογίαις;

De Impudentia.

IMpudentiam definire licet, famæ neglectum turpis quæſtus gratia. Impudens autem is eſt, qui ſolet pecuniam mutuo rogaturus ad eum accedere, cuius aliquid per fraudem detineat: deinde quum ſacra diis facit, carnes victimæ ſuæ ſale aſperſas, condit, ipſe apud alium cœnans: atq; ibi pediſſequum ſuum compellans, ſublatis demenſa carnium fruſto, & pane, in omnium auribus, Tu, vir honeſte, inquit, epulare hilariter. Quando obſonatur, lanium meminiſſe iubet, ſi vlla vnquam in re fuerit de eo bene meritus: deinde autem trutinæ aſſiſtens, principio quidem carnes: ſed ſi id non poſſit, os ſaltem aliquod in lancem iniiciet: quod ſi auferre queat, id optime: ſi non, tum ille e menſa vel aliquod inteſtinorum fruſtum rapiet, & cum riſu diſcedet. Iam ſi peregrinis apud ſe diuertentibus locum in theatro ad ſpectandum emerit, ipſe quoque nullo pro capite ſuo dato ære ſpectatum veniet: quinetiam liberos ſuos cum pædagogo eodem ſecum poſtero die ducere non dubitabit. Quæcunque autem paruo empta ferentem aliquem viderit, ſibi quoque communicari iubebit. Et vbi ad ædes alienas venerit, vel hordeum, vel ſi vſus ita tulerit, paleam mutuaturus, eos coget a quibus acceperit, id quod dederint domum ſibi apportare. Sæpe etiam in balneis ad aëna accedens, poſtquam arytænam merſam repleuit, ſeſe ipſe, non ſine magno balneatoris clamore, perfundit: dein diſcedens, Laui, inquit: & ad balneatorem conuerſus, Ego v[illegible] gratiam tibi nullam.

ΗΔΕ ἀναισχυντία ἐστὶ μὲν, ὡς ὅρῳ λαβεῖν, καταφρόνησις δόξης αἰσχροῦ ἕνεκα κέρδους. ὁ δὲ ἀναίσχυντος, τοιοῦτος οἷος πρῶτον μὲν ὃν ἀποστερεῖ, πρὸς τοῦτον ἀπελθὼν δανείζεσθαι. εἶτα θύσας τοῖς θεοῖς, αὐτὸς μὲν δειπνεῖν παρ' ἑτέρῳ, τὰ δὲ κρέα ἀποτιθέναι ἁλσὶ πάσας· καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ἀκόλουθον δοῦναι ἀπὸ τῆς τραπέζης ἄρας κρέας καὶ ἄρτον, καὶ εἰπεῖν ἀκουόντων πάντων, εὐωχοῦ τίμιε· καὶ ὀψωνῶν δὲ, προμιμνήσκειν τὸν κρεωπώλην, εἴτι χρήσιμον αὐτῷ γέγονε. καὶ ἑστηκὼς πρὸς τῷ σταθμῷ, μάλιστα μὲν κρέας, εἰ δὲ μὴ, ὀστοῦν εἰς τὸν ζυγὸν ἐμβάλλειν· καὶ ἐὰν μὲν λάβῃ, εὖ ἔχει. εἰ δὲ μὴ, ἁρπάσας ἀπὸ τῆς τραπέζης χολίκιον, ἅμα γελῶν ἀπαλλάττεσθαι. καὶ ξένοις δὲ αὐτοῦ * θέαν ἀγοράσας, μὴ δοὺς τὸ μέρος, θεωρεῖν. ἄγειν δὲ καὶ τοὺς εἰς τὴν ὑστεραίαν, καὶ τὸν παιδαγωγόν. καὶ ὅσα ἐωνημένος ἄξιά τις φέρει, μεταδοῦναι κελεῦσαι καὶ αὐτῷ· καὶ ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν οἰκίαν ἐλθὼν, δανείζεσθαι κριθὰς, ποτὲ δὲ ἄχυρον. καὶ ταῦτα χρήσαντας, ἀναγκάσαι ἀποφέρειν πρὸς αὐτόν. δεινὸς δὲ καὶ πρὸς τὰ χαλκεῖα τὰ ἐν τῷ βαλανείῳ προσελθὼν, καὶ βάψας ἀρύταιναν, βοῶντος τοῦ βαλανέως, αὐτὸς * αὐτοῦ καταχέασθαι, καὶ εἰπεῖν, ὅτι λέλουται ἀπιών· κἀκεῖ, οὐδεμία σοι χάρις.

* γρ. κρ[illegible]

* γρ. αὑτόν.

De Sordida parſimonia.

SOrdida parſimonia eſt ſtudium parcendi ſumptibus vltra modum. Sordide parcus is eſt, qui *a ſodalibus apud ſe conuiuia agitare* [illegible] tanquam pro menſtrua domus penſione ſemiobolum exigat: & in conuiuio quot quiſque calices educat, numeret: qui etiam ex omnibus conuiuis Dianæ minima libamenta offerat.

ΗΔΕ μικρολογία ἐστὶ φειδωλία τοῦ διαφόρου ὑπὲρ τὸν καιρόν. ὁ δὲ μικρολόγος, τοιοῦτός τις οἷος ἐν τῷ μηνὶ ἡμιωβόλιον ἀπαιτεῖν ἐπὶ τὴν οἰκίαν, καὶ συσσιτῶν ἀριθμεῖν πόσας κύλικας ἕκαστος * πέπωκε. καὶ ἀπάρχεσθαι ἐλάχιστον τῇ Ἀρτέμιδι τῶν συνδειπνούντων.

* γρ. ἐκπέπωκε.

των. καὶ ὅσα μικροῦ τις πριάμενος λογίζεται, πάντα φάσκειν εἶναι ἄγαν. καὶ οἰκέτου χύτραν ἢ λοπάδα κατάξαντος, εἰσπρᾶξαι ἀπὸ τῶν ἐπιτηδείων. καὶ τῆς γυναικὸς ἀποβαλούσης τρίχαλκον, οἷος μεταφέρειν τὰ σκεύη καὶ τὰς κλίνας καὶ τὰς κιβωτοὺς, καὶ διφᾶν τὰ καλύμματα. καὶ ἐάν τι πωλῇ, τοσούτου ἀποδόσθαι ὥστε μὴ λυσιτελεῖν τῷ πριαμένῳ. καὶ οὐκ ἂν ἐᾶσαι οὔτε συκοτραγῆσαι ἐκ τοῦ αὑτοῦ κήπου, οὔτε διὰ τοῦ αὑτοῦ ἀγροῦ πορευθῆναι, οὔτε ἐλάαν ἢ φοίνικα τῶν χαμαὶ πεπτωκότων ἀνελέσθαι. καὶ τοὺς ὅρους δὲ ἐπισκοπεῖσθαι ὁσημέραι, εἰ διαμένουσιν οἱ αὐτοί. δεινὸς δὲ καὶ ὑπερημερίαν πρᾶξαι, καὶ τόκον τόκου. καὶ ἑστιῶν δημότας, μικρὰ τὰ κρέα κόψας παραθεῖναι. καὶ ὀψωνῶν, μηδὲν πριάμενος εἰσελθεῖν. καὶ ἀπαγορεῦσαι τῇ γυναικὶ μήτε ἅλας χρωννύειν, μήτε ἐλλύχνιον, μήτε κύμινον, μήτε ὀρίγανον, μήτε ὀλὰς, μήτε στέμματα, μήτε θυηλήματα, ἀλλὰ λέγειν ὅτι τὰ μικρὰ ταῦτα πολλά ἐστι τοῦ ἐνιαυτοῦ. καὶ τὸ ὅλον δὲ, τῶν μικρολόγων καὶ τὰς ἀργυροθήκας ἐστὶν ἰδεῖν εὐρωτιώσας καὶ κλεῖς ἰωμένας. καὶ αὐτοὺς δὲ φοροῦντας ἐλάττω τῶν μηρῶν τὰ ἱμάτια, καὶ ἐκ ληκυθίων μικρῶν πάνυ ἀλειφομένους, καὶ ἐν χρῷ κειρομένους, καὶ τὸ μέσον τῆς ἡμέρας ὑπολυομένους, καὶ πρὸς τοὺς γναφεῖς διατεινομένους, ὅπως τὸ ἱμάτιον αὐτοῖς ἕξει πολλὴν γῆν, ἵνα μὴ ῥυπαίνηται ταχύ.

offerat. Iam quæcunque ei quiſpiam fert impenſa, etſi paruo empta, nimio tamen conſtare dicet. Si famulus ollam aut patinam fregerit, de eius demenſo tantum detrahet, quanti erat quod fractum eſt. Quod ſi vxor trichalcum amiſerit, ille vero omnem ſuppellectilem, lectos etiam atque capſas loco mouebit, & omnia ſtragula ſcrutabitur. Quicquid vendit, tanti vendit, vt ea res emptori cedere bono non queat. Ficum de ſuo horto neminem guſtare ſiuerit: neminem per fundum ſuum tranſire, aut vllam cadiuam oliuam, palmulamue auferre. Quotidie terminos inſpectat ſuos, ecquid immoti eodem loco iidem maneant. Porro autem debitum ſi quis die præſtituta non ſoluerit, pœnam pro mora, atque adeo vſuræ vſuram ſolet exigere. Populares conuiuio accipiens, minutas apponet carnes: quumque ad obſonandum exierit, ſæpe vacuus domum reuertetur. Vxori ſolet edicere ne cuiquam ſalem aut ellychnium, aut cyminum, aut origanum, vel etiam farris quicquam, vel corollam vllam, vel libum vllum commodet. Magnam enim, inquit, parua hæc tandem in anno ſummam efficiunt. In ſumma, ſordidorum iſtorum hominum loculos videas ſitu obſitos, claues ferrugine illitas. Ipſos quinetiam videre licet veſtes geſtare intra quam modicas: guttulos ex quibus vngantur paruulos habere: capite eſſe, ad cutem vſque attonſo: calceos medio die exuere: & cum fullonibus obnixe agere, vt ad poliendam ſuam veſtem, cretæ multum adhibeant, ne ſordes facile contrahat.

De Impuritate, ſiue moribus impuris.

Οὐ χαλεπὸν δὲ ἐστι τὴν βδελυρίαν διορίσασθαι. ἔστι γὰρ παιδιὰ ἐπιφανὴς καὶ ἐπονείδιστος. ὁ δὲ βδελυρὸς, τοιοῦτος οἷος ὑπαντήσας γυναιξὶν ἐλευθέραις, ἀνασυράμενος δεῖξαι τὸ αἰδοῖον. καὶ ἐν θεάτρῳ κροτεῖν, ὅταν οἱ ἄλλοι παύωνται, καὶ συρίττειν οὓς ἡδέως θεωροῦσιν οἱ λοιποί. καὶ ὅταν σιωπήσῃ τὸ θέατρον, ἀνακύψας ἐρυγεῖν, ἵνα τοὺς καθημένους ποιήσῃ μεταστραφῆναι. καὶ πληθούσης τῆς ἀγορᾶς προσελθὼν πρὸς τὰ κάρυα, ἢ τὰ μῆλα, ἢ τὰ ἀκρόδρυα, ἑστηκὼς τραγηματίζεσθαι ἅμα τῷ πωλοῦντι προσλαλῶν. καὶ καλέσαι δὲ τῶν παριόντων ὀνομαστί τινα, ᾧ μὴ συνήθης ἐστί. καὶ σπεύδοντας δέ που ὁρῶν, περιμεῖναι κελεῦσαι. καὶ ἡττωμένῳ δὲ μεγάλην δίκην ἀπιόντι ἀπὸ τοῦ δικαστηρίου προσελθεῖν, καὶ συνησθῆναι, καὶ ὀψωνεῖν ἑαυτὸν, καὶ αὐλητρίδας μισθοῦσθαι. καὶ δεικνύειν δὲ τοῖς ἀπαντῶσι τὰ ὠψωνημένα, καὶ παρακαλεῖν ἐπὶ ταῦτα. καὶ διηγεῖσθαι προστὰς πρὸς κουρεῖον, ἢ μυροπώλιον, ὅτι μεθύσκεσθαι μέλλει. καὶ οἰνοπωλῶν, κεκραμένον τὸν

IMpuritatem vero definire non eſt difficile: Eſt ſiquidem iocus luduſue euidens nimis ac flagitioſus. Impurus vero is eſt, qui ſi in liberas mulieres incidat, veſte ſubducta pudenda illis oſtendat. In theatro reliquis tacentibus, ipſe plaudit: & quos alij libenter ſpectant, ipſe ſibilis conſectatur: & toto theatro ad ſpectandum intento, ipſe reſupinato corpore ructat, vt qui ſedent oculos auertere neceſſe habeant. Ac quando maxime frequens eſt forum, ad nuces, mala, & reliquos omnis generis fructus accedens, ibique ſtans, de iis comedit, ſermones interea cum eorum venditore ſerens. Non etiam dubitat prætereuntium aliquem, nulla ſibi familiaritate iunctum, nominatim compellare: & ſi quem aliquo properantem videat, iubebit expectare. Solet etiam ad eum qui in grandis pecuniæ iudicio cauſa ceciderit, redeuntem e iudicio accedere, & ei gratulari: quumque ſibi opſonia emerit, & tibicinas conduxerit, vt cuique obuius fuerit factus, obſonia illi oſtendere, & ad ea inuitare. idemque ad tonſtrinam aut tabernam vnguentariam aſtans, narrat velle ſe mox ad ebrietatem vſque bibere. Vinum vendens, etiam amico dilutum dabit. Ad

ludos,

ludos, quando maxime ſpectandum eſt, liberos ſuos ire non ſinit: tunc ſinit, quando gratis per theatrorum redemptores licet ſpectare. Cum legatus peregre proficiſcitur, relicto domi viatico quod publice accepit, a legationis ſociis mutuo rogabit. Moris etiam habet famulum itineris comitem, onerare quidem ſarcinis ſupra modum, victum vero ei ſuppeditare anguſte nimis & infra modum. Lautia ſi cum aliis acceperit, ſuam portionem petet, vt eam ſtatim vendat. In balneis lauans, puerulo appellato, Num hercule tu, inquit, oleum nimis rancidum mercatus es: & ſimul alieno ſe inungit. Quod ſi quos pueri nummos æreos, vt fit, in via repererint, partem inde ſibi poſcet, illud vſurpans, Mercurium eſſe communem. Eiuſdem hominis ſunt hæc quoque. Phidonia menſura ſi quid metiatur, eam adhibet, cuius ſit fundum colliſum & introrſus adactum: domeſticis ſuis demenſum ipſe per quam ſtudioſe radens metitur ..... & ſi triginta minas ſoluere habeat, vt quatuor tamen drachmæ de ſolido deſiderentur, operam dabit. quando etiam tribuleis conuiuio accipit, ſolet pueris ſuis obſonia e communi poſtulare: dimidiatos vero raphanos, ſi qui forte de menſa tollantur, annotat, ne eos pueri miniſtrantes capiant.

οἶνον τῷ φίλῳ ἀποδόσθαι. καὶ ἐπὶ θέαν ἡνίκα ἂν δέῃ πορεύεσθαι, ἀπιὼν τοὺς υἱεῖς, ἡνίκα προῖκα ἀφιᾶσιν οἱ θεατρῶναι. καὶ ἀποδημῶν δημοσίᾳ, τὸ μὲν ἐκ τῆς πόλεως ἐφόδιον οἴκοι καταλιπεῖν, παρὰ δὲ τῶν συμπρεσβευτῶν δανείζεσθαι. καὶ τῷ ἀκολούθῳ ἐπιθεῖναι μεῖζον φορτίον ἢ δύναται φέρειν, καὶ ἐλάχιστα ἐπιτήδεια τῶν ἱκανῶν. καὶ ἀπὸ τῶν ξενίων τὸ μέρος τὸ αὑτοῦ ἀπαιτήσας ἀποδόσθαι. καὶ ἀλειφόμενος ἐν τῷ βαλανείῳ, καὶ εἰπὼν, σαπρόν γε τὸ ἔλαιον ἐπρίω, τῷ παιδαρίῳ· τῷ ἀλλοτρίῳ ἀλείφεσθαι. καὶ τῶν εὑρισκομένων χαλκῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς ὑπὸ τῶν οἰκετῶν δεινὸς ἀπαιτῆσαι τὸ μέρος, κοινὸν εἶναι φήσας τὸν Ἑρμῆν. τὰ δὲ δὴ τοιαῦτα· Φειδωνίῳ μέτρῳ τὸν πύνδακα ἐκκεκρουμένῳ μετρεῖν αὐτὸς τοῖς ἔνδον τὰ ἐπιτήδεια, σφόδρα ἀποψῶν, ὑποπρίασθαι. ἀμέλει δὲ καὶ χρέος ἀποδιδοὺς τριάκοντα μνῶν, ἔλαττον τέτταρσι δραχμαῖς ἀποδιδόναι. καὶ φράτορας ἑστιῶν, αἰτεῖν τοῖς αὑτοῦ παισὶν ἐκ τοῦ * κοινοῦ ὄψον· τὰ δὲ καταλειπόμενα ἀπὸ τῆς τραπέζης ἡμίση τῶν ῥαφανίδων ἀπογράφεσθαι; ἵνα οἱ διακονοῦντες παῖδες μὴ λάβωσιν.

* χ. κ. ὄψου.

De Intempeſtiuitate, ſiue inſcitia temporis.

INtempeſtiuitas eſt congreſſio moleſta iis quibuſcum congrediaris. Homo autem intempeſtiuus is eſt, qui ad amicum occupatum accedens, velit re communicata cum illo deliberare: quique ad amicam ſuam febri laborantem veniat comeſſatum. Solet etiam eum qui iam ante fuerit ex ſponſu condemnatus adire, rogans vt pro ſe quoque intercedere velit. & ad dicendum teſtimonium tunc venit quum res eſt iudicata: ad nuptias vocatus, in mulierum genus inuehitur. Eos qui e longinquo itinere modo aduenerit, ad deambulandum ſecum inuitat: re iam vendita emptorem adducit qui pluris ſit empturus. Sæpe etiam e medio hominum ſibi aſſidentium ſurgit, vt rem illis orſus a capite exponat, quam omnes iam audiuerint ac pernorint: & quæ nollet quidem aliquis, ſed denegare tamen erubeſcit, ad illa curanda, promptus eſt. Ad eos qui ſacra faciunt & epulas concelebrant, accedit, vt aliquam inde partem auferat. Quod ſi præſente eo famulus cædatur: ſibi quoque puerum aliquando fuiſſe narrabit, qui ſimiliter virgis cæſus ſe ſuſpenderit. Idem captus arbiter, duos litigantes quorum vterque rem tranſigi optat, inter ſe committet. Denique ſaltaturus ſocium manu prehendit, qui nondnm ſit vino madidus.

ΗΜΕΝ οὖν ἀκαιρία, ἐστὶν ἐπίτευξις λυποῦσα τοὺς ἐντυγχάνοντας. ὁ δὲ ἄκαιρος, τοιοῦτός τις, οἷος ἀσχολουμένῳ προσελθὼν ἀνακοινοῦσθαι, καὶ πρὸς τὴν αὑτοῦ ἐρωμένην κωμάζειν πυρέττουσαν. καὶ δίκην ὠφληκότα ἐγγύης προσελθὼν κελεῦσαι αὐτὸν ἀναδέξασθαι. καὶ μαρτυρήσων παρεῖναι, τοῦ πράγματος ἤδη κεκριμένου. καὶ κεκλημένος εἰς γάμους τοῦ γυναικείου γένους κατηγορεῖν. καὶ ἐκ μακρᾶς ὁδοῦ ἥκοντας ἄρτι, παρακαλεῖν εἰς περίπατον. δεινὸς δὲ καὶ προσάγειν ὠνητὴν πλείω διδόντα ἤδη πεπρακότι. καὶ ἀκηκοότας καὶ μεμαθηκότας ἀνίστασθαι ἐξ ἀρχῆς διδάσκων. καὶ πρόθυμος δὲ ἐπιμεληθῆναι ἃ μὴ βούλεταί τις γενέσθαι, αἰσχύνεται δὲ ἀπείπασθαι. καὶ θύοντας καὶ ἀναλίσκοντας, ἥκων τόκον ἀπαιτήσων. καὶ μαστιγουμένου οἰκέτου παρεστὼς, διηγεῖσθαι ὅτι καὶ αὐτοῦ ποτε παῖς οὕτω πληγὰς λαβὼν ἀπήγξατο. καὶ παρὼν διαίτῃ, συγκρούειν, ἀμφοτέρων βουλομένων διαλύεσθαι. καὶ ὀρχησάμενος ἅψασθαι ἑταίρου μηδέπω μεθύοντος.

De Sedulitate inepta.

ΑΜΕΛΕΙ περιεργία δόξει εἶναι προσποίησίς τις λόγων καὶ πράξεων, μετ' εὐνοίας. ὁ δὲ περίεργος, τοιοῦτός τις, οἷος ἐπαγγέλλεσθαι ἀναστὰς ἃ μὴ δυνήσεται. καὶ ὁμολογουμένου τοῦ πράγματος δικαίου εἶναι ἔν τινι στὰς ἐλεγχθῆναι. καὶ πλείω δὲ ἐπαναγκάσαι τὸν παῖδα κεράσαι ἢ ὅσα δύνανται οἱ παρόντες ἐκπιεῖν. καὶ διεγείρειν τοὺς μαχομένους, καὶ ἧς οὐ γινώσκει ἀτραποῦ ἡγήσασθαι, εἶτα μὴ δύνασθαι * εὑρεῖν οὗ πορεύεται, καὶ τὸν στρατηγὸν δὲ προσελθὼν ἐρωτῆσαι, πότε μέλλει παρατάττεσθαι, καὶ τί μετὰ τὴν αὔριον παραγγέλλει. καὶ προσελθὼν τῷ πατρὶ εἰπεῖν, ὅτι ἡ μήτηρ ἤδη καθεύδει ἐν τῷ δωματίῳ. καὶ ἀπαγορεύοντος τοῦ ἰατροῦ, ὅπως μὴ δώσει οἶνον τῷ καλλωπιζομένῳ, φήσας βούλεσθαι διάπειραν λαμβάνειν, εὐτρεπίσαι τὸν κακῶς ἔχοντα. καὶ γυναικὸς δὲ τελευτησάσης, ἐπιγράψαι ἐπὶ τὸ μνῆμα, τοῦ τε ἀνδρὸς αὐτῆς καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς καὶ αὐτῆς τῆς γυναικὸς τοὔνομα, καὶ ποταπή ἐστι. καὶ προσεπιγράψαι ὅτι οὗτοι πάντες χρηστοὶ ἦσαν. καὶ ὀμνύναι μέλλων, εἰπεῖν πρὸς τοὺς περιεστηκότας, ὅτι καὶ πρότερον πολλάκις ὀμώμοκα.

ἢ. αὖευ
εἴπῃ.

Περιεργία, (quam liceat ſedulitatem ineptam dicere) eſt dictorum factorumque ſimulatio cum ſignificatione beneuolentiæ. Mores eiuſmodi hominis ita ſunt. Facile ſurgens e medio, in ſe recipit, quibus præſtandis par non ſit: rem quæ omnium confeſſione iuſta eſt, pluribus verbis, in aliquo inhærens, docere inſtituit, nullo modo poſſe argui. Puerum vini amplius miſcere cogit, quam quantum omnes qui adſunt conuiuæ queant ebibere. Contendentes pugnanteſque inuicem inſtigat. Solet etiam viam præire, quam ignoret ipſe: cuius quidem exitum mox inuenire nequeat: & ad ductorem exercitus accedens, rogare, ecquando ſit aciem ad dimicandum inſtructurus: necnon quid in perendinum diem imperet: & ad patrem veniens, En, inquit, mater in cubiculo iam dormit. Ac quum vini vſum ægroto medicus interdixerit, ſolet hic illum quaſi periculi faciendi cauſa ad bibendum cōponere. Quod ſi vxor obierit, monumento eius & mariti & patris & matris, nomina inſcribet, itemque cuias ipſa ſit: tum hoc elogium inſuper adiiciet, SINGVLARI OMNES ISTI PROBITATE ERANT. Idem ſi iuſiurandum adigitur, conuerſus ad circunſtantem turbam, Ego vero, inquit, iam ante ſæpius iuraui.

De Stupiditate.

ΕΣΤΙ δὲ καὶ ἡ ἀναισθησία, ὡς ὅρῳ εἰπεῖν, βραδυτὴς ψυχῆς ἐν λόγοις καὶ πράξεσιν. ὁ δὲ ἀναίσθητος, τοιοῦτός τις οἷος λογισάμενος ταῖς ψήφοις καὶ κεφάλαιον ποιήσας, ἐρωτᾶν τὸν παρακαθήμενον, τί γίνεται; καὶ δίκην φεύγων, καὶ ταύτην εἰσιέναι μέλλων, ἐπιλαθόμενος εἰς ἀγρὸν πορεύεσθαι καὶ θεωρῶν ἐν τῷ θεάτρῳ, μόνος καταλείπεσθαι καθεύδων. καὶ πολλὰ φαγὼν τῆς νυκτὸς, καὶ ἐπὶ θᾶκον ἀνιστάμενος, ὑπὸ κυνὸς τῆς τοῦ γείτονος δηχθῆναι. καὶ λαβὼν καὶ ἀποθεὶς αὐτὸς, τοῦτο ζητεῖν, καὶ μὴ δύνασθαι εὑρεῖν. καὶ ἀπαγγέλλοντός τινος αὐτῷ ὅτι τετελεύτηκέ τις αὐτοῦ τῶν φίλων, ἵνα παραγένηται, σκυθρωπάσας καὶ δακρύσας εἰπεῖν, ἀγαθῇ τύχῃ. δεινὸς δὲ καὶ ἀπολαμβάνων ἀργύριον ὀφειλόμενον, μάρτυρας παραλαβεῖν καὶ χειμῶνος ὄντος μάχεσθαι τῷ παιδὶ, ὅτι σικύους οὐκ ἠγόρασε καὶ τὰ παιδία ἑαυτοῦ παλαίειν ἀναγκάζων, καὶ τροχάζειν, καὶ εἰς κόπους ἐμβάλλειν. καὶ ἐν ἀγρῷ αὐτοῖς φακῆν ἕψων, δὶς ἅλας εἰς τὴν χύτραν ἐμβάλλων, ἄβρωτον ποιῆσαι.

Stupiditatem quoque definire poſſis, vt ſit animi tarditas, ſeu dicendum, ſeu faciendum ſit aliquid. Stupidus vero is eſt, qui ſedens ad calculos poſtquam rationes putauit, & ſummam ſubduxit, roget eum qui ſibi aſſidet, Summa quanta eſt? Ac quum ei litem aliquis intenderit, vbi ad diem illum ventum eſt, quo diſceptari cauſa debet, eius oblitus, in agrum proficiſcitur. Sæpe etiam ſedens in theatro ad ſpectandum, diſcedentibus aliis ſomno obrutus ibi relinquitur: quippe qui ſe ad multam noctem cibis ingurgitarit: ac tandem ſede ſua exſurgens, in vicini canem incidit, a quo mordetur. Idem quod acceperit ipſe ac recondiderit, id ipſum quærere ſolet, reperire autem non poteſt. Quumque nunciatur illi obiiſſe aliquem ex familiaribus ipſius, vt veniat exequias, tum ille vultu ad mœſtitiam compoſito, lacrymas etiam fundens, Bene, inquit, eueniat. Debitas autem pecunias recipiens, teſtes ſibi aſciſcit: & vigente hyeme, cum famulo quod cucumeres non emerit, iurgatur. Puerulos quinetiam ſuos, vt lucta ſe exerceant, & curſu contendant, vſque ad fatigationem cogere ſolet. In agro lentem ipſe coquens, ſale bis in ollam iniecto, vt mandi nequeat efficit.

cumque

cumque a Ioue pluit, Sane quam, inquit, ſi..... aqua ſuauis mihi videtur. .... Rogatus ab aliquo, Ecquot putet Sacra portas elatos mortuos : Quot vtinam, reſpondens ait, ego & tu haberemus.

καὶ ὕοντος τοῦ Διός, εἰπεῖν, ἡδύ γε τῶν ἄστρων νομίζει, ὅτι δὴ καὶ οἱ ἄλλοι λέγουσι * πίσσης, καὶ λέγοντός τινος, πόσους οἴει κατὰ τὰς ἱερὰς πύλας ἐξενηνέχθαι νεκρούς; πρὸς τοῦτον εἰπεῖν, ὅσοι ἐμοὶ καὶ σοὶ γένοιντο.

* χ. πισ-της.

De Ferocitate, ſiue arrogantia.

ARrogantia eſt verborum ſæuitia in congreſſionibus & vitæ quotidianæ vſu. Homo arrogans ita eſt comparatus, vt ſi quis ex ipſo ſciſcitetur, Vbi eſt ille? reſpondeat, Ne ſis mihi moleſtus. ſalutatus, ſalutare inuicem negligit. cumque aliquid vendit, indicare quidem merces ſuas, interrogatus Quanti? non dignatur : verum ipſe potius emptorem interrogat, Ecquid inueniat damnandum. Religioſis quoque hominibus, & qui ad feſta ſolennia diis dona mittunt, dicere ſolet minime gratis datum ipſis iri, *ſi quid diuino acceperint munere*. Si quis illū vel inuitus, aut expulerit, aut pepulerit, aut pede preſſerit, nō eſt lis. Et cum amico dixerit collectam ab ipſo petenti, nihil ſe largiturum, poſtea ipſe vltro afferet, dicetque, Velle ſe hanc quoque pecuniam perdere. In via ſi ad lapidem offenderit, maledicet illi. Et vt aliquando ſubſiſtat aliquo expectandi cauſa : nunquam tamen diutius cuiquam præſtolabitur. Idem vt cantet in conuiuiis, aut vice ſua recitet, aut ſaltet, adduci non poteſt. Poſtremo diis ipſis vota facere non curat.

